FRANCISCI
VALLESII
COVARRVVIENSIS,
IN COMPLVTENSI ACADEMIA PRIMARII MEDICI PROFESSORIS,

IN

APHORISMOS HIPPOCRATIS Commentarij VII.

PRÆTEREA

Eiusdem COMMENTARII omnes, qui hactenus ab ipso fuerunt in Hippocratem sigillatim publicati: quorum Catalogum sequens pagina demonstrat:

NVNC ITERVM

IOAN. PETRI AVROLDI MARCELLINI operâ & industriâ fideliùs elegantiúsque editi.

Cum INDICE locupletissimo.

COLONIAE

IOANNIS BAPTISTÆ CIOTTI Senensis ære.

cIↄ Iↄ XXCIX.

INDEX COMMENTARIORVM.

IOAN. PETRI AYROLDI MARCELLINI, PHILOSOPHI AC MEDICI PRÆFATIO IN

FRANCISCI VALLESII Couarruuiani Commentaria in Hippocratem.

PLVRIMÆ res inueniuntur, quę quamuis corpore minimæ ſint, maximis tamen rebus proculdubio anteponuntur, & multò precioſiores eſſe iudicātur. Hoc cùm ſatis per ſe dilucidum ſit, ex eo fieri poteſt dilucidius, ſi ſmaragdos, pyropos, adamantes, vniones, chryſolithos, cæteraſq; huius generis gemmas paulò diligentiùs atque intimè conſiderare velimus: quæ quamuis admodum paruæ ſint, precio tamen atq; æſtimatione longè ſaxa ingentia antecellunt. Quid pyropo minutius? quid & adamante, & hiacyntho breuius? & nihil tamen his precioſius nobiliúſve reperitur. Homines etiam, qui nimis magni ſunt corpore, tum hebetiores, tum tardiores, & ignauia quadā preſſos exiſtere, & quouis modico labore frangi: contrà verò paruo corpore decoratos, dies ac noctes ſtimulis cōcitari, nec vlla mole, vel vi labefactari, ille philoſophorum corypheus Ariſtoteles, ac omnes phyſiognomi exemplis memorabilibus, maximeq́; admirandis comprobant. Quamuis autem pluribus teſtimoniis non opus eſt, quis id nō vel legit, vel audiuit quod de Xanthippo Lacedæmonio memoriæ proditum eſt? qui breui ſtatura erat:

> *Exiguis vigor, admirabile, membris*
> *Viuidus, & magnos niſu qui vinceret artus.*

Quod de Tydeo Diomedis patre? qui quamuis paruus admodum eſſet corpore, robur tamen immenſum, & vires ampliſſimæ in eo concerni poterant; vnde ſcitè & decenter in ſermonibus quotidianis de eo Papinius frequentiſſimè dicere ſolebat:

> *Maior in exiguo regnabat corpore virtus.*

De quo etiam non minùs verè quàm diſertè cecinit Homerus eloquentiæ parens. Verùm perſæpe mihi quidem cogitanti de ſingulis rebus in

)(2

quibus versamur, solet in mentem venire, omnia virtute potiùs quàm magnitudine æstimanda esse, ac metienda: neq; exactissime perpendendum, quantus sit quisq;: neq; quàm procerus, sed quàm probus, quàm prouidus, quàm sagax, quàm acer, ac eruditus. Nemo nostrûm est (vt opinor) vel modicè mediusfidius in bonarum literarum studiis exercitatus, vt librũ vnquam eam ob causam quòd magnus foret, & copiosus, laudibus extulerit, si nihil in eo fuerit, vel venustatis, vel elegãtiæ, vel emolumenti, orationem duxerit esse luculentam propterea quòd maximè verbosa esset & prolixa: poema, si arte careat, ob magnitudinem vbertatemq; celebrauerit vnquam. imò omnes contrà libros laconicè elucubratos, qui nõnihil & elegantiæ, & eruditionis in se habent, nemini contemptui esse debere, & maximis voluminibus in quibus nulla sit eruditio, nullus verborum splendor, nulla sententiarũ grauitas, certè quidem asseuerant præferendos esse. Plurimi sunt huius rei locupletissimi testes, sed inprimis quęcunque ab Hippocrate elucubrata sunt, amplissimum quotidiè omnibus testimonium exhibent: in quo sæpenumero admirari soleo. Hominis grauitatem, & iustitiam in ponderandis omnibus, & sapientiam, qui quò breuior est in præceptis tradendis, eò est elegantior, quantò minus habet ponderis, tantò plus habet auctoritatis. Doctissimus etiam, & medicorum omnium sapientissimus Galenus fidelissimus Hippocratis interpres, quem nunquam ipse nisi honorificentissimè appello. quem plurimi facio. cuius lectione familiarissimè vtor, ac mirum in modum delector, cui deniq; omnia mea qualiacunq; sunt libẽtissimè fero accepta, mirè breuis est in Arte medicinali, in lib. de Constitutione artis, in aureis libellis, ac verè gemmeis de Morbis & symptomatis, & tamen si quis hos omnes libellos rectè perceperit, & memorię mandarit, plus, meo quidem iudicio, ad artis medicę cognitionẽ prodesunt (pace omnium dicam quod sentio) quàm si quis decẽ annos Auicennæ, Rasi, Aliabbati, Paulo, Aetio, cæteris & Mauris, & Latinis, & Græcis medicæ artis scriptoribus operam dederit. neq; eam ob causam hoc à me dictũ aliquis putet, quòd hi ingenio & doctrina careant, sed quòd si cum duobus his antesignanis Hippocrate & Galeno conferantur, vix posteriores ferunt; nec immeritò: nam & breuitate scribendi, & sententiarum grauitate, & verborũ pondere, & vrbanitate medica nullis postponendi esse videntur. Nec credat quis Galenum nostrũ breuitatis vnquam limites esse trãsgressum, quamuis, vt omnes medicæ artis partes ordine conscriberet & absolueret, copiosos confecerit commentarios, in quibus antiquorũ insectatur vitia, sontes carpit, præceptis legentium animos sanctissimis format & imbuit, quia licet generatim præcepta tradat, latiùs tamen illa eadem explicat, & nihil inculcat quod ad artem non pertineat, neque potuit tam benè artem veram & firmam constituere,

ſtituere, niſi multis demonſtrationibus fulciens Hippocratis decreta, & aliarum ſectarum, quæ tum erant in precio, refellens opiniones. Sed hac de cauſa puto à nonnullis, qui ſummo cum animi liuore, non aliter atque viperæ, modò in hunc, modò in illum acerbitatis virus euomere non deſiſtunt, pronunciatum eſſe, Galenum non obſeruaſſe breuitatis legem, quoniam ſæpe diſputationes contra ſectas interponit; falluntur autem hi, quia huiuſmodi breuitas non conuenit artes conſcribentibus, ſed artes iam conſcriptas in compendium redigentibus, qua in re admirabilis fuit Galenus in paruo illo quidem à me nuper citato libello, qui Ars medica inſcribitur, & nullo ferè cum alio eiuſdem auctoris magnitudine comparando, ſed ita præclaro, vt nihil ſit hoc in genere, quod vlla ex parte cum eo conferri poſſe videatur. cuius, inquam, tanta eſt operis breuitas, vt appareat id diligenter ſeruaſſe Galenum, quod iis qui præcipiunt, ſeruandum eſſe cenſet Horatius in Arte poetica, quando ait:

Quicquid præcipies, eſto breuis, vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq́ fideles:
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.

Sed quò hæc ſpectant? vt intelligant viri ſtudioſiſſimi, naturâ comparatum eſſe, vt precioſiſſima quæque paruo corpore contenta ſint. & vt lapillos, gemmas, pyropos, vniones, chryſolithos, adamantes, margaritas prætermittam, quæ nullo alio nomine precioſæ ſunt, niſi quòd eas homines ſoleant admirari, & quàm puſillæ ſint, omnes intelligunt. Quid in arte medica, aphoriſtica dicendi breuitate vtilius? in qua, vt facilius ac breuiùs ea omnia explicentur, quæ ab aliis prolixè declarari ſolent, notari debent hæ proprietates, vt ſit communis ſententia, vera, breuis, grauis, & ſeparata. à Græco verbo ἀφορίζω, quod duo ſignificat, ſeparo ſcilicet, & definio, ac breuiter rem concludo & explico. Neq; enim in eo tantùm conſiſtit ratio Aphoriſmi, vt ſit ſententia diſtincta & ſeparata, ſed in eo potius, vt breuiter proprietates rei definiat & circumſcribat. quare Galenus aphoriſmum rectè definit eſſe, cùm rei totam naturam breui oratione concludimus. nos verò pariter, cùm dictum breue argutum, ſententiis præditum, refertum ac ornatum eſſe dicimus. vt in Acutis morbis ſanguinem detrahes, ſi vehemens morbus fuerit, ſi floreat ætas, & vires valeant. eorum autem, quos in hoc genere præſtantes cognouimus (vt ad eum reuertamur, à quo noſtra primùm defluxit oratio) ſine controuerſia primum locum obtinuit vir eximius, omni laude cumulatus, & omnium quotquot ante ſe fuerunt medicorum dignitate facilè princeps, vetuſtiſſimus Hippocrates, genitus in Co inſula & clariſſima & potentiſſima, Heraclidæ, Phaneretesq; filius, cuius adoranda ingenij monumenta non vetuſtas, non obliuio delere potuit vl-

Hippoc. 4. de Rat. victus morb. acut. 19.

la: vt ex tot Regum triumphis haud multò clarior tota Græcia, totusque orbis terrarum, quàm ex vnius hominis doctrina, atque ingenio Coo sit futura. cui non fauor principum nomen conciliauit. sed ingenium diuinum, eximiæque virtutes gratiam principum & populi compararunt. Qui hoc solus assecutus est, vt appellatione Diuini medici Hippocrates apud omnes nationes intelligatur. est enim Medicus proculdubiò incomparabilis, & quem cæteri omnes longo interuallo subsequãtur. Hic est ille, quem omnes scriptores certatim extollunt, summis laudibus decorant. Consensus eruditorum est, vel ipsius Platonis, nullum Hippocrati summo comparandum esse, nedum æquiparandum: quare maxima cum ratione à Galeno omnium primus, ab aliis Maximus, præclarissimus, & optimus appellatur. etenim multarum rerum est inuentor, plurimarum corrector, ac vindex, omniũ illustrator, & totam medicinam sua illa antiqua dicendi breuitate adeo expoliuit, venustauit, decentissimo ordine distinxit, vt quasi canon fuerit posterioribus scriptoribus medicinæ præcepta petentibus ab eo velut a lege quadam. quo vno Galenus præcipuè est vsus archetypo, & vt irreprehensibilem magistrum perpetuò veneratur, obseruat, imitatur. cuius exemplo nos quoq; commoti & impulsi quotidie magis illum admirãtes in eorum cognitione, quæ ab ipso de arte medica scripta sunt, cupimus acquiescere. ad eumque, magnis defatigati laboribus, & molestiis, tanquam ad iucundissimum diuersorium properamus. quò si quis peruenerit, vel potiùs cùm peruenerit; (cur enim humanam ipse cupiditatem ominibus optimis nõ prosequar?) tum ille quidem multò faciliùs vnam semper agnoscet medicinam veram & genuinam, ratione inprimis stabiliter nixam, tùm deinde experimento suffulctam; præterea in rebus dubiis ad extremium inuenta veritate, bona dogmata vel tuebitur, vel etiam illustrabit. Quare veluti DEVS quidam non modò sibi, sed patriæ, parentibus, liberis, propinquis, amicis, & communi denique hominum generi bonus ac salutaris, bene & beatè viuet: id enim propositum est, & fuit semper sapientibus; hic finis est, hæc meta, hic portus & tanquam sedes beatorum, in qua, qui scientiarũ cursu, & quasi nauigatione iactati, defessi sunt tandem conquiescunt. cumque ea sit vis virtutis, vt eam adepti, & omni animi perturbatione vacent, & in ocio ignaui esse non possint, præclari semper aliquid agunt, & meditantur, & vel Rebuspublicis adsunt quasi architecti, vt si illæ stent, eas muniant, si labantur, erigant, vel à Regibus aduocentur, quasi oracula ciuitatum, quasi moderatores populorum. huius rei exemplum magnificum Hippocrates hic noster posteritati reliquit, cui omnis Græcia tantũ tribuit, vt quicquid ipse statueret, de communi sententia statutum existimaret. neq; vllus fuit illo vnquam aliqua in re gratior senatui, carior principibus ciuitatum Græcarum, iucundior

populo,

populo, ciuibus suis vniuersis amabilior, quos à mortifera & dira pestilentia tunc temporis crudeliter sæuiente, ac totam illam prouinciā grassante prompte peropportuneque conseruauit ac tutatus est: nullum vnquam periculum adire pertimescens, nullum laborem recusans, hac vna re magna & excelsa animo sibi proposita, patriam suam, vnde ortum duxerat, ab immanissimis perniciosissimisque morbis liberandam. neque ab aduersis, neque à prosperis rebus à stabilitate mentis atque animi firmitudine dimoueri à quoquā potuit, quamuis ab Artaxerxe Persarum rege ex Thessalia accerseretur, quantum vellet auri & argenti accepturus, eoque honoris gradu, quo Persarum optimates illic habendus. Vix credibile est, quot ab eo doctè & eleganter scripta volumina amiserimus, ea quoq; quæ restant compositissima aphoristica decantata breuitate exarata tam multa sunt, vt neque ferro, neque igni absumi potuerint, vndique Gothorum, Vandalorum, sæuiente barbarie. Plura mihi in Hippocrate celebrando dicenda proposueram, totaque verborum plaustra profundenda. sed superuacaneum omnino existimaui in eo laudando operam sumere, quem omnes vno consensu admirantur, ad cœlum ferendum esse censent, & vno ore prædicant, ne; mihi aliquis fortasse dictum illud Antalcidæ succinat. qui, cùm Sophista quidam, eo præsente, Herculis encomium recitare vellet, quis (inquit) illum vituperat? Cæterùm quemadmodum Hippocrates quidem primus omnium medicinam scripsit, eamque à philosophia separauit & excoluit, affectuum omnium notas præscribens, & futurorum morborum prouidentiam & cognitionem, tum illa ipsa insinuans, quæ curationem indicare possint, ostendens quinetiam quæ sit materia, quam tractat, & in qua versatur medicus, & viam earum rerum rationemq; quas cupit cognoscere, Græci μέθοδον vocant. vt facilè sumptis generibus & per proprias differentias in species diuisis, demum in aliquod incidat indiuiduū, quod non amplius suscipiat diuisionem, vnde prædicens apud ægrotantes præsentia, præterita & futura, expleat omnem expectationem summi astantium desiderij, afficiantur animi, vt eos affici vellet, credaturque ægrotantium res cognoscere, quod caput esse arbitror optimi Medici, vt & ipsis ægri familiaribus apud quos agit, talis, qualem se ipse optat, videatur. ita ceu primus inuentor nec debitum omnibus ordinem dedit, nec cuiusque indicationis dignitatem ad vnguem finiuit, præterea de complicatis affectibus paucissima omnino præcepit; quare magnas sæpe tenebras, & obscuritatem lectoribus offundit, atque, vt vno verbo concludam, siue res quas tractat, siue locutionem, siue rerum varietatem spectemus, magna est in eo difficultas, magna obscuritas; adeò vt vestigia, ingressumque vix videamus, tanquam in aliquam locupletem, ac refertam domum venerimus, non explicata veste, neque proposito

argento, neque tabulis & signis propalàm collocatis, sed his omnibus multis, magnificisque rebus constructis ac reconditis. Quare immortales agendæ sunt gratiæ Galeno nostro, & posterioribus, quicunque illius scripta intellexerunt. qui Hippocratis diuitias, atque ornamenta eius ingenij per quædam inuolucra, atque integumenta quasi seposita prospicientes eam copiam ornamentorum, quam constructam vno in loco, quasi per transennam prætereũtes strictim aspicimus, in lucem proferunt, & suo quidque loco collocant. quæque Hippocrates aphoristica doctrina coarctauit, & peranguste refersit in oratione sua, tam apertè, tam facilè dilatant nobis, atque explicant, vt etiam artis medicæ penitus rudes, si modo diligenter attendere voluerint, omnia possint intelligere. Inter hos omnes autem nostrorum temporum vnus citra cõtrouersiam eminet FRANCISCVS VALLESIVS Couarruuianus, vir cùm in reliquis omnibus, quæ ad artem spectant, perquàm doctus, tùm quantum methodo artem medicam exercere oporteat, nulli post magnum Galenum peritia secundus. hic enim formam totius negotij opinione maiorem, melioremque videns quam vnusquisq; vehementer probare debet, exædificare opus à multis tentatum quidem, sed nõ assecutum, nec cessat nec grauatur. eamque lautam supellectilem & innumerabilem & immensam copiam rerum, quam pauci in Hippocratis lectione vident, facilè commõstrat & declarat. neque vlla est via tam ardua, aspera, vel lutosa, vel lapidibus sentibúsve impedita, vel periculosè prona, vel feris obsessa, vel propter magnitudinem fluminum inuia, quæ eum ab optato gloriæ cursu reuocare possit: Cùm eam viam æquè bene per mitiora loca deflectere valeat, complanare, lapidibus sternere, aut editis aggestionibus exaltare, exossare & expurgare, transferre ac per habitata ducere, pontibus iungere. imò (quod gloriosius est, & VALLESIVM vt multis aliis in rebus elegantem hominem, & ornatũ, præcipuè in hoc ferendum & laudandum puto) in explicando Hippocrate quæ trita atque vulgata in promptuque sunt omnibus, neque ea interpretatione, aut ornatiùs explicari, aut planius exprimi possunt, cõniuentibus oculis prætermittit, & quæ perrecondita sunt, aut valdè difficilia, aut magnifica, aut grauia, & non ita multis intellecta, ad interpretãdum sumit, si modò pulchra sint, magnamque legentibus vtilitatem allatura. Quis enim per publicam viam (quod aiunt) nescit ambulare? quis à plurimis iam impressa vestigia, sequi nescit? tentanda via est, per quam non anseres, non corui, non graculi, sed tantùm & doctissimorum hominum, & eruditissimorum aues volare possint. Vtinam quidem hæc, quæ debuisset, in tractandis veterum monumentis & seruata esset à superioribus, & hodiè seruaretur religio: simpliciora haud dubiè omnia, & integriora legerentur: atque sic perfectam artem haberemus, magis

 magnam,

magnam, atq; vberem, quàm difficilem & obscuram. nunc dum quisque, pro suo arbitratu, addit, delet, immutat, glossas affert, & noua alia dogmata ab eruditis, vel in dubium vocata, vel prorsus explosa, à veritate aliena, abhorrentia, & noxia, idque ambitione, aut ingenij errore, & praua dispositione ductus, confingit; fiunt ex non integerrimis voluminibus manuscriptis impressa vitiosissima, legitimus auctoris sensus peruertitur, & omnis disciplina contaminatur, perturbatur, labefactatur. præterea (dicam vt se res habet, & simili vtar aptissimo) tot nouis rebus tractum studium scribendi, nihil dignum auribus, aut probabile potest afferre: quemadmodum scalarũ gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos malè hærentes relinquas, ruinæ periculum struas, non ascensum pares. neque verò improbo, magnopere etiam laudo, qui modestè iudicium faciunt, & coniecturas suas proponũt. cæterùm audaciam, & noua dogmata quæ inuehunt, non approbo. Nam quis ferat, partium nostri corporis similarium materiæ, & formæ morbos? vera delirantium figmenta: quos Hippocrates & Galenus, cæterique antiqui probati Medici ne per somnium quidem cõmenti sunt: agnoscentes intemperiem duntaxat simplicem aut compositam, eamque vel solam, vel cum quopiam humore flatúve coniunctam. præterea quis, tam constanti stomacho, tolleret, putredinem esse morbum totius substantiæ? morbum nõ esse omnibus numeris à Galeno definitum? non per actionem, sed per facultatem læsam esse definiendum? dari in morbis causam continentem? cùm tamen inter admirãda Galeni dogmata illud sit præcipuum, nullam in morbis esse causam continentem. Inæqualem intemperiem esse compositã ex duabus intemperaturis? sexdecim morbos partium similarium ex intemperie, quos constituit Galenus, nõ esse morbos, sed morborum causas? postremò quis non videat, in maximis erroribus versari, qui de sanguinis missione speculantur, dum de veris mittendi sanguinem scopis inter se ipsos discrepant? nemini ex illis eadem stat sententia, & quod multò grauius est, neq; ab ipsis de propria hactenus sententia quicquam certi constitutum est. (qua nota Erasistrati commilitones, discipulosque Chrysippi Cnidij olim inussit Galenus.) Nam alij quidem eorum asserunt, in sola syndrome plethorica seruari venæ sectionem, alij verò plenitudinem mittendi sanguinis certum ac legitimum scopum statuunt, alij vehementiam, peccatum alij in sanguine. sunt & alij qui affirmant, sanguinem solum in corpore modum excedentem indicare. Quæ omnia quanquam credibilia alicui appareant, sunt tamen reuera falsa, indignaque quibus adhiberi fides debeat, cùm primi, principesque mittendi sanguinis scopi sint, morbi magnitudo, laborantis robur, & ætas florens. Sed in his constituendis cùm multi errant, qui neque verba, neque Hippocratis & Galeni

Gal de Venæ sect. aduer. Erasistrat. cap. 4.

mentem assequuntur, tum verò maximè peccāt, cùm scopum nonnulli pro indicatione, alij indicationem pro scopo accipiant. Hic non omit tam quoddam genus hominum, qui nòn modò agendi rationem vllam habent, sed ne cogitandi quidem; nullum in medicina facienda reconditum remedium afferunt; nihil expectatione dignum, nihil aut inauditum aut cuiquam nouum familiaribus, & iis quidem, qui ægro iucundissimi sunt, verè & benignè polliceri possunt. quos tamen quotidiè audias (vt se in adstantium consuetudinem insinuent, mulierculis satisfaciant, & certè omneis vias persequantur, quibus, putent, ad id, quod volunt, peruenire posse) temerè proferentes, non esse præstantissimo & sapientissimo Medico dignum, neque ad eius grauitatem & altitudinem animi pertinere, valde de mensura cibi sollicitum esse: constareque eam medicinæ partem, quæ tota est in præbitione cibi, & diæteticam vocant, aut nihil esse, aut non eorum esse, qui rerum agendarum in studio versantur. quorum in altero mihi videntur, cùm homines sint, eorum consuetudinem imitari, qui tantùm ea, quæ pedibus teruntur, quæque adsunt, intuentur: in altero actiones medicas copulatas velle seiungere. Non me præterit, cibum ad animalis conseruationem esse pernecessarium, verùm si nihil ægrotantis salutem, rationem præbendi cibum dicam adiuuare, nec accommodari ad exercitationem medicam, mentiar. habet enim ratio victus non solùm in morbis acutis, sed in quolibet affectu, quædam quasi ad commonendum medicum, quò quidque referat, & quò intuens, ab eo, quodcunque sibi proposuerit operari, minùs aberret. & hoc obseruatione & experientia primò, deinde longo vsu & exercitatione comprobatum est. rectè, inquam, definiendum cibi exhibendi tempus: in principio quādo sine noxa datur: quando morbum facit: quando paulò deterior suauior tamen, præferendus: deterior cibus quis dicatur: quando parū & crebrò offerendus, & quando multùm & crebrò: præterea quibus naturis maximè aduersa res sit inedia: quos ante accessionem cibandos: quos in ipsa, idque vel inclinare iam incipiente, vel etiam in ipso summo vigore: quæ omnia non minùs sunt necessaria ad pristinæ saluti restituendum miserum ægrotantem, & omnem præter naturam affectum tollendum, quàm ad cognoscendum non illiberalia. Licet enim morbus nullum cibum expetat quantum in ipso agitur, vel potiùs per se cibum omnino prohibeat: quia non pura corpora, quantò magis nutriuntur, tantò læduntur magis. attamen facultatis gratia vtimur cibo, quæ si per totum morbum, sine cibo durare posset, nullo prorsum vteremur. At verò nec vires (quæ vt viuamus, vnam sui custodiam perpetuò indicant) sine cibo conseruari, nec remedium aliquod, puta sectio venæ, & „ purgatio sine viribus ritè administrari potest. Virtus omnium prima

Hippoc. 2. Aphor. 10.

ma (inquit Galenus) custodienda hominibus est à virium indicatione, proxima est quæ ab affectibus, quos curare proponimus, datur: postea deinceps reliquæ. quicquid igitur indicationi quam vires præbent, aduersatur, id secundi est loci, ac posterioris iis, quæ illæ præcipiunt. Verùm proh deploranda nostrorum temporum calamitas, hodie non desunt medici, præsertim qui assentationibus sese potiùs quàm eruditione venditare student, quique auro magis quàm saluti ægri inhiāt, qui nunquam ægro cibum exhibeant, nisi quo maximè delectatur, & vt auram popularem captent, mulierum voluntati applaudant, consensumque omnium habeant, cibos præscribunt vel vsq; ad satietatem, nulla habita distinctione principij, augmenti, status, aut declinationis, neque febris ob copiam, vel obstructionem, vel phlegmonem, vel (vt semel dicam) humoris alicuius putredinem ortę, cui maximo malo est cibus. & tali febri conflictatos nec quidem in inclinatione febris citra noxam nutrias, nedum ipsa accessione inuadente, vel (vt isti faciunt) de tribus horis in tres horas: Hippocratis & Galeni sententia abutentes, in qua hortatur & obsecrant, vt quantò magis accedit facultas ad vigorem morbi, tantò minùs cibum præbeamus, quia tantò est impeditior, & quantò longiùs à summo vigore abest, tantò magis præbeamus, quia tantò maior morbi pars restat ferenda. Sed nescio quomodo plerique errare malunt: eamq; sententiam quam adamauerunt, pugnacissimè defendere: quā sine pertinacia, quid constantissimè dicatur, exquirere. proferunt enim multos, quibus cibus copiosus præter naturam ingestus non obstitit, quominùs sanitatem, quam volebāt, tectissimè acceperint; quasi verò sit eadem omnium hominū natura, & quod vni aliqua in causa contigerit, id cuilibet omnibus in causis posse contingere credibile sit. incidit aliquis in febrem, aut in alium periculosissimum morbum, non curatur & conualescit. tollimus igitur medicinam, quoniā sunt, qui sine eius ope sanantur: nihil minùs, nisi ea, quæ in casu sita sunt, anteponimus iis, quæ ratio gubernat. Age verò rursus, circa tertium instrumentum pharmaceuticum, quando consideratur, quo morbi tempore ægrotantium corpora purgauerint Hippocrates & Galenus, quàm temerè, quàm insolenter, quàm contumeliosè multi multa dicunt? qui dum inconstantiæ alios damnare videntur, & omnem eis auctoritatem adimere, vt inde sibi magnam ingenij gloriam comparent: præterquam quòd pugnantia se loqui non vident, errorem, temeritatem, ignorantiam, opinionem, atque malitiam suam ostentant, & vno nomine omnia, quæ sunt aliena firmę & constantis assensionis, à virtute sapientiaq; remouent. Nonnulli sunt, quibus, etsi quædam est inter nos parua dissensio, ego potiùs assentior, quàm aliis mox dicendis, qui contendant, omnino nunquam licere expurgans medicamentū propinare, ante concoctionē extra turgentiā,

9. Meth. cap. 13.

Galen. 10. Meth. c. 4.

1. Aphoris. 10.

neq; reuulsionis gratia. quoniam dicunt vniuersalis assertionis vim habere sententiam Hippocratis, qua edixit: Concocta medicandum, non mouendum cruda. quod tam multis in locis ab Hippocrate & Galeno breuiter sanè, minimeque obscurè expositum est: vt hinc proculdubio videatur constare hanc fuisse illorum sententiam. Alij verò contrà blanda quadam purgatione, quam recentiores, minus Latino verbo inaudito & nouo, minoratiuam appellant, eos semper vsos esse arbitrantur, & acerbiùs contendunt. multaque ita dicunt, quasi non gaudeant (quòd mirifica est improbitas in quibusdam) si quis veritatē potius quam opinionem perquirat, in quam recto tramite tendat. & quod multò grauius est, ita suis scriptis omnia tenebris circunfundunt, in profundū veritatem demergunt, vt nihil certi ab ipsis cognosci, nihil percipi, nihil sciri, aut intelligi possit. cumque videant Hippocratem & Galenum vetustiores medicinæ auctores, viros quidem & oratione suaues, & ita moderatos in proferendis propriis opinionibus, vt præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferant, quique in artis operibus se plurimùm exercuerant, rarum ante morbi coctionem purgantis medicamēti vsum fore, literis tradidisse, ne ab illis discrepare videatur, verbis tenus idipsum fatentur, re autem frangunt quodammodo veteris medicinæ auctoritatem, spoliant naturam benè operari volentem suo decore, imbecillamq; reddunt suis electiuè trahentibus (ita enim dicunt) medicamentis, quibus vtuntur in omnibus cùm diuturnis, tùm acutis morbis; & ipsorum quidam non solùm in eorum principiis, sed in incrementis, ac summis morborum vigoribus. timentes, opinor, si coctionem expectarent, & natura morbum superaret & expelleret, ne minus laudis ac vtilitatis sibi accederet. quodque negant, in sola bene operante natura positum esse sanitatem acquirere, nonnullas distinctiones fingunt, quibus cum antiquorum dicta operibus suis accommodare videantur. neque facilè ab ea opinione omnino semoueri possunt. qui cùm maximè necessariam partem philosophiæ, quæ posita est in veritate cognoscēda reliquerint: seque totos ad inuestigationem eorum quæ propriam sententiam confirmare videātur, contulerint: in ea ipsa plurimùm discedūt ab Hippocratis & Galeni ita mirificè veritatem amplexantiū, vt in ea quiddam diuinum esse dicerent, decretis. Aduersus quos quotidiana reclamat experientia, haud quaquam decere citra maximā considerationem medicamentum purgans porrigere, atque si corpus ad purgationes imparatum sit, non tantum in morborum principiis, sed nunquam purgari debere: nec sufficere humores coctos & à natura euictos iam esse, vt commodè à corpore expellantur, sed egere adhuc præparatione quadam vlteriori, vt faciliori negotio id fieri possit: Præhumectare (inquit Hippocrates) antea corpus ipsius oportet per fomenta, quò magis pharma-

1. Aphoris. 22.

Lib. de Internis affectibus.

pharmacis obediat, at verò statim curam adhibere oportet. Præstaret igi- " tur, ne purgatio tormina & rosiones crearet, animiq; deliquia, cum eo, quòd nec notatu dignum quid educeret, cùm ægrotantium corpora sese nobis offerunt purgãda, relictis istis, quæ variè nos afficiunt, morosis disquisitionibus, inprimis vberiùs considerare, qualis morbus sit, ex perturbata materia an quieta, acutus an diuturnus, num febris sola affligat, an alteri morbo coniuncta: nunquid ad purgationes parata sint corpora, an secus. cum his omnibus humorum quietem & motum diligenter perpendere. à motu enim, quamuis humores crudi sint, purgationes conceduntur. à quiete autem quandoque, sed non semper. præterea purgationem, quibus conueniat, & quibus non: quo morbi tempore: quo diei tempore, quo non: cur in morbi principio rarò conueniat, sed plerunque mala sit & periculosa, adeo vt mihi semper arriserit præclara illa Hippocratis sententia, quæ talis est: Bonum enim aliquando medicamentum est, etiam nullum adhibere medicamentum. Po- " stremò satius esset adhibere necessariam distinctionem, quando alteratione sola, & quando vacuatione vtendum, & quando vtraque simul. propterea quòd intemperies sæpe nascuntur ab animi affectibus, à quibus etiã fouentur: & cutis stipatio dum prohibetur, febres succendit diarias, ac sæpe synochas sine putredine, quæ potius rarefactione, quã euacuatione curãtur. suboritur etiã calor ex obstructione ob crassitudinẽ & viscositatem: cui remedio sunt citra euacuationẽ incidentia & extenuãtia. quod videre licet in exquisita tertiana, cui vel Galeni testimonio medetur magis alteratio quàm euacuatio. Quæ omnia, spinosiora quidem, sed necessaria cognitu, si diligentiùs sæpiusq; considerarentur, & ab omni lapsu contineretur temeritas: quæ tum est insignis, cùm aut falsa, aut incognita res approbatur: faciliùs earum rerum quæ secundùm naturam sunt, & euacuationum quæ impediunt concoctiones, haberemus delectum. quia non valet consequentia, nõ esse vtendum euacuatione ante concoctionem, quòd euacuatio impediat concoctionem: alioquin ista ratione omnem etiam alimentorum præbitionem sustuleris: omnia enim retardant concoctionem. Nam quod magis vrget, subuertit nunquam non legitimam curationem. impedit frigidæ potus concoctionem, tamen tam ardens potest esse febris, vt ad illam propinandam cogamur. Atqui recentiores isti nouorum dogmatum auctores, dum contra omnium vetustissimorum & probatissimorum medicorũ nullius philosophiæ partis ignarorum sententias dies iam plerosque deducunt, facilè quidem ab vtraq; parte assertio sustinetur, quia in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum inueniuntur: cęterùm in scriptis suis nihil affirmatur. & in vtranq; partem cùm multa disserantur. de omnibus quæratur. nihil certũ dicitur, statuitur. quia cognitioni

Gal. 4. de Tuenda sanitate.

Lib. de Articulis.

(quo nihil quicquam turpius) & perceptioni aſſertionem approbationemq; præcurrere volunt, ſicq;, ne pauca ſciſſe videantur, opinionibus & inſtitutis omnia teneri: nihil veritati relinqui. Hiſce ego rebus plura exempla adiungerem, hæcque omnia validiſſimis rationibus infringerem, ſolidiſſime confutarem, & veluti irrita eſſe demonſtrarem: vt Galeno aduerſantia, & à bonis theorematibus & ab omni ratione abhorrentia, niſi apud eos, qui Hippocratem & Galenum ſibi duces, quos caſtè & purè ſequantur, proponunt, hæc haberetur oratio. nunc (vt complectar quod propoſui, breui) iuniores omnes, quibus ignea vis eſt in pectore, quos illecebris ſuis ipſa virtus trahit ad verum decus, hortor, & obſecro, atq; obteſtor, vt prompto, atq; alacri animo FRANCISCVM VALLESIVM amplectantur, ament, colant. quo duce, medicorum, & philoſophorum difficultates & controuerſias, atq; (vt ita dicam) labyrinthos & Mæandros facilè tranſibunt. Hic enim dum aperit ſenſum Hippocratis obſcurũ, & implicita explicat, ſingulos nodos enodat, & inprimis quæ ab aliis omiſſa ſunt, vel parum diligenter interpretata enarrare conatur, ea ponit omnia ante oculos, collocat in vſu quotidiano in theorica atq; in praxi, quæ non ita multis literis, aut voluminibus magnis continentur. quæq; à ſcriptoribus ſcripta ſunt ſæpius & diſperſa, cogit. (licet enim vel paſſim carpentem & colligẽtem vndiq; repleri iuſta & legitima medicæ artis ſcientia.) Accedit verò, quò facilius percipi, cognoſciq; omnia poſſint, mira quædam in explicando ſuauitas & delectatio. vnde ſi hunc feliciſſimum commentatorem rectè intellexeritis, reliqui omnes longè faciliores vobis poſtea videbuntur. Hoc VALLESIO in animo eſt velle prodeſſe, vobis ſit velle proficere, Dij faxint, vt vtrique vtrunque propoſitum implere poſſitis.

AVIA-

AVIANI SALVII CARMEN,

AD IO. PETRVM AYROLDVM MARCELLINVM, ARTIVM ET MEDICINAE DOCTOREM PRAESTANTISSIMVM.

ORnauit Natura parens ditissima rerum,
Singula diuersis ingeniosa bonis.
At tibi larga dedit soli, quæ munera multis
Præbuit, & variis te dedit esse parem.
Nanque Poetarum numeros, cantusq́; sonoros,
Quæq́; docent magni Rhetores, ipse tenes.
Ardua tu sophiæ penetras iam limina sacræ
Sensibus; & quicquid pulpita grande sonant.
Alternos rerum casus, quos noscere paucis
Est data facultas, relligione capis.
Cumq́; tuam decorent cœlesti munere vitam
Doctrina, eloquium, candor, & integritas.
Niteris his igitur cunctis prodesse, nec vnquam
Res vlla à recto flectere te potuit.
Per te quæ summo sunt lucubrata labore,
Obsita multa diu, iam monumenta vigent.
Per te VALLESII, *quæ iam fœdata iacebant*
Turpi victa situ, scripta disertanitent.
Queis modò Pæoniæ poterit Podalirius artis
Ægroto facilem tradere promptus opem.
Huc igitur studiosa cohors, si noscere causas
Morborum exoptas, te properare decet.
Nanque locos omnes Coi Hippocratisq́; recessus,
Hoc tibi, si spectes, nobile pandet opus.
Et grates dignas AYROLDO *redde merenti,*
Qui voluit rebus consuluisse tuis.

COMMENTARIA IN APHORISMOS HIPPOCRATIS FRANCISCI VALLESII COVARRUBIANI, PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS CVBICVLARII MEDICI.

SECTIO PRIMA.

APHORISMVS I.

Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

VITA breuis, ars longa, occasio praeceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Oportet autem non solùm seipsum praestare facientem quae expedit, sed & aegrotum, & qui ei adsunt, & externa.

HIPPOCRATES variis operibus varias Medicinæ partes scripsit. Totam veró complexus est vnico hoc opere, nullam particulam omittens, quam non attigerit: idque fecit methodo aphoristica, quia ea methodus est maximè idonea, ad docendum multa breui, & ad tenendum memoria facilè. Nam aphorismi sunt sententiæ concisæ, breues, & separatæ, & quæ nullum habent perpetuum ductum, sed continent distinctè omnes rei articulos. Itaque hæc est ratio aphoristica docendi: qua qui vtuntur, non curant ordinem dicendorum, vt qui vtuntur ordine compositionis, aut diuisionis, aut definitionis: sed curant, vt optimi quique articuli disciplinæ illius, quàm maximè fieri possit, breui & apertè dicantur. Nam hæc omnia significat Græcis verbum ἀφορίζω, separo, & distinguo, & distinctè eloquor. Vt Latinis verbum distinguere est separare, & analogia quadam, est apertè dicere. Hæc ambo quadrát maximè huic operi: nam omnes illius sententiæ continent breuissimis verbis magna sensa. Esse verò separatè con scriptas, passim patebit legenti. Nam etsi nonnulli aphorismi alicubi videntur fortè fortuna in eadem sententia persistere, tamen plerunque sine omni nexu proximi aphorismi ad diuersas Medicinæ partes referuntur. Itaque frustra sese excruciant nonnulli recentiorum quidam disputantes, an aphorismus dictus sit quasi separata, an quasi breuis & dilucida sententia: certè ratio aphoristica scribendi vtrunque horũ habere debet, & nomen significat vtrunque. Multi cùm in medicina, tum etiam in aliis artibus conati sunt hanc scribendi rationem imitari, tamé nullus est assecutus hunc aphorismorum nitorem: summam hanc breuitatem, & sententiarum grauitatem. Quantum ego intelligo, Hippocrates toto vitæ tempore dum alia multa opera scriberet, sententias, quæ occurrebant, dignæ vt in omnium studiosorum ore essent, vtpote verissimæ; & cum ratione, tum etiam experimento confirmatissimæ, in quacunque medicinæ parte essent, excipiebat, exceptasque omnes in hoc opus aphorismorum congessit: quas ego proinde memoriter discere Discipulis meis suadeo. Nam ita nulla in parte præceptorum Medicinæ erunt inopes. Scripsit Hippocrates in initio huius operis proœmium hoc, cùm alioqui soleat à proœmiis abstinere, vt hac ratione illud nobis commendaret. Disseruit veró de tota arte in proœmio, quia liber hic totam artem continet. Vita (Inquit) breuis est, ars longa. Hîc non erat quòd Hippocrates deploraret vitæ breuitatem, sed illam cũ arte conferens dicit esse breuem. Quasi dicat, breuis est vita præ artis longitudine. Occasio, vt aliis omnibus in rebus est præceps, & momentanea, atque facillimè elabitur, ita vel maximè in vsu medicinalium auxiliorum: quia occasio est in nostri corporis dispositione, quæ nunquam non fluit. Experimentum omne est periculosum. Nam experiri, est id quod nondum constat opere tentare, quod non potest carere ambiguitate euentus, & periculo. Hinc orta est Latinis phrasis, periculum facere, pro experiri aliquid. Auget verò periculum dignitas materiæ. Quare cùm Medici circa hominum vitam experimenta captent, nó minus quàm mortis periculum sæpe est in experiméto. Vbi Hippocrates dicit iudicium difficile, Galenus intelligit nomine iudicij rationem. quasi velit Hippoc. quod in initio dixerat, artem esse longam præ vita & difficilem, confirmare, dicens. Nam aut experimento constat, aut ratione, vtrunque verò horum est difficile: experimentũ enim est periculo plenum, & ratio difficilis. Itaque dicit difficile esse, artem medicam ratione & methodo cóparare. Quod verũ

esse apertè intelliges, considerás, ex tam moltis scriptoribus, qoos longa secula tulerunt, quàm pauci sint, qui magnũ operæprecium fecerint: & ex tam multis, qui studio medicæ artis incumbunt, qnàm pauci euadant satis periti, etiamsi Compluti & sub optimis præceptoribua id agaot. Verùm ego aliud ab Hippocrate hoc loco dici intelligo, quanqoam id Galeno placet minùs. Puta, iudicium ferre de rebus difficile est. Nam cùm dixisset, periculosum est experiri aliquid, addidit, & eùm expertus sis, est difficile, iudicium ferre. Iudicium ferre est, cùm aliquid ægrotanti euenerit, qua ex causa euenerit iudicare: vt si sanguis missoa est ægrotãti, & subleuatus est paulò post, dicere verè, an subleuatus sit, quia sanguis est missus, an quía ita contigit. Itaq; ad iudicinm pertioet cognitio causaruin, & præsensio futurorom circa ægrotantem: hæc omnia difficilima sunt, & eruditis videntur difficiliora. Qoia imperiti facilè enunciant. Mirũ est quàm facilè, quàto incunctanter vulgares Medici de causa valetudinis rogati, etiam si annoa, aut etiam longior sit, respondeant, hinc hoc, illinc illud initium cepit. Certè facilius affirmant quæ nesciunt, quàm quæ sciunt. Eruditi verò cunctanter & multa rogantes ab ægrotantibus, tandem respõdent multò pauciora: quia sciunt indicium esse difficile. Acquiesco magis in hac explicatione, quàm in priori: inter cætera, quia nomen hoc κρίσις, quo Hippocr. vtitur, iudicium significat: ratio enim λόγος dicitur. Sequentia verba huius aphorismi multi enarratorum separabant à prioribus, censeotes duos esse aphorismos, quia videntor de re alia esse. Videtur enim hactenus difficultatẽ artis edixisse, deinceps ita consulere: Oportet noo solùm Medicum ipsum agere qoæ expedit, sed & ægrotum ipsum, & ministros, & res externas. Alij aliter potant, partem esse procemij hác quoq;. verùm Hippocratẽ his verbis dicere quasi in excusationem Medicorum, fieri posse, vt citra omnem culpam Medici æger non bene curetur, aut culpa ægroti ipsius, aot ministrorum, aut rerum externarum. Galenus censet non hoc voluisse Hippocratẽ, siquidem non esset boni Rhetoris in initio libri aperire hanc artis debilitatem. Quid enim esset hoc aliod, quàm studiosos deterrere? Proinde Galenus intelligit, ac si ita diceretur: Vt aliquis posait, quæ hoc opere dicentur, re ipsa probare, curare debet non solùm seipsum præbere sine culpa, sed & ægrotum ipsum, & eos q; ei adsunt, & rea externas. Hæc Gal. Ego verò intelligo Hippocratem persistere in eodem instituto, quod à principio suscepit, indicare videlicet difficultatem artis. Docet itaqne artem medicam difficilem esse, & ad inueniendum, & ad addiscendum, vsqueadeò, vt ad neutrum horũ vita videatur esse satia: & insuper ad vtendum. Hoc est quod continuit illa propositio: Vita breuis, ars longa. Quod deinceps ita confirmat. Artis hoĩs inuentio ab experimento fluxit, neq; quisquã potest sine experimentis, quantumuia laboret, perfectus euadere. Experimenta obseruare est difficilimum, quia experimentum, medicum potissimùm, est periculosum, nec rectè captatur, nisi quadam occasione, quadã opportunitate (occasio enim est idoneum ad rem quamuis tempus) ea verò effluit: neq; experimentom potest quippiam conferre, nisi adhibito iodicio, indicium verò est difficile. Ergo difficillima est hæc ars & ad inueotionem, & ad perfectionem. Iam verò vsus eius his ipsis causis est difficillimus, & qnia non solùm oportet Medicum, sed & ægrotum, & ministros, & externa nihil errare. Certè nihil est in morborum curatiooibos difficilios, neque quicquam est aliud magnæ artis, quàm occasionis obseruatio. Non enim vt barbari omnes Medici hodie volgò suadent, praxis medica est, in copia medicamentorum: neqoe ea debet esse cura, vt molta fiant, sed vt id tantùm, quod necessarium est, opportunè fiat. Si ergo occasioois obseruatio habet in curatione maximum momentum, & occasio est momentanea, difficilia profectò est medica praxis. Cogitur etiam, qui medicinam exercet, sæpe res nouas experiri, quod non potest vacare periculo. Iam verò iudicium est, quod omoium maximè in praxi medica desideratur, & ad agnoscendom corporis affectua, & eorum causas, & qoæ ægrotanti suot euentora. Alia profectò vis est iodicium ab ingenio. Scimus nonnullos, qoi videbantur ingeniosi, præceptia onustos, præ ioopia tamen iudicij factos esse ad morborum curationem inutiles. Cæterùm illud est maximæ difficultatis, & periculi in medica praxi, quòd non est satis, si Medicus sit peritissimos & diligeotissimus, atq; omnia agat vt expedit, si quippiam deest aut circa ægrotum ipsum, aut ministros, aut exteroa. Hæc enim omnia oportet moderari. Quod Hippoc. ipse libro de iis quæ in Medicatrina fiunt, his verbis scripsit: Medicus, ægrotus, ministri, lumen, vbi, quando, locus, tempus. Itaque toto hoc aphorismo Hippocrates artis difficultatem indicat. Sed dices, Quorsum hæc? an vult studiosos ab studiis medicinæ deterrere, ponens ob oculos in ipso limine tantam difficultatem? at hoc nõ est præceptoris officium. Quidam enarratorum intelliguot, eum causam reddere (ita vt fit à plerisque autoribus in procemio) qua commotua aggressus est scribere. Alij addunt, qua aphorismos scribat. Alij dicunt hortari, ne omnes medicinæ studium aggrediantur: sed illi solùm, quibua suppetit valetudo, ætas, & ingenium. Alij dicunt esse exhortationem ad laborem. Ego verò quod de sententiis Hippocratis dicere soleo, hîc in principio dicam modò, quandoquidem ita scriptæ sunt, vt possint multa, earumq; omnia vtilissimè significare: non esse eas in voicum sensum, etsi is sit optimus, trahendas, sed intelligenda omoia, quæ vera & vtilia cùm sint, illis verbis posaint aptè significari. Nam ita minùs errabimus ab autoris mente: quòd si quid errabimus, tamẽ addentes, haudquaquam detrahentes præceptis antiquorum. Quod dico, præseotis sententiolæ exemplo facilè intelliges. Si cui daretur procemiolum hoc dilatandum verbis, profectò causas illas omnes, quę à variis explanatoribus reddebantur, sermone complecteretur. Cur ergo non putetur Hippoc. eas omnes affecotus, cùm in oraculom hoc prorupit: Vita breuis, ars longa? Ego certè ita intelligo, ac si Hippoc. dixisset, Breuis est vita ad artis medicę iouentionem, proinde opus est, vt homines propria experimenta, & quæ per se ipsos inuenerint, scriptis mandata posteris tradant: quò illi accepta per manus augeant, quæ per se non possent præ vitæ breuitate inuenire, & augere. Profectò longitudini artium in tanta vitæ breuitate homines non possunt alia ratione meliùs prospicere. Scimus Deum Opt. Max. hac ratione prospexisse, qui mundo recèns facto

ctò homines multò longiori vita frui voluit, multorum bonorum causa, sed non in postremis ad artium inuentiones. Vixerunt enim primi illi homines diutissimè, cœpitque deinceps mortalium vita contrahi: nō certè, vt stultè putant nonnulli, naturâ ipsa, sed Dei voluntate. Nam mundo naturâ sua nullæ ætates sunt: siquidem natura neque ortum, neque interitum habet, sed vt hæc habet, ita habet ætates, vtrunque voluntate Dei. Neque verò locus est putandi (vt hoc quoque dicam obiter) homines illos non fuisse longioris vitæ posteris, sed fuisse aliam rationem computandi. Nam præterquàm quòd scimus Deum, inter cætera quæ gigantum seculo fecit, vitam quoque breuiorem effecisse, quam rursum elapsa illa totius terræ inundatione produxit vsque ad seculum Iacob: qua ratione decem hominum series, qui soli numerantur ab Adamo ad Noe, aut rursum totidem ab hoc ad Abrahamum, possent hominibus replere terram, nisi singuli tandiu vixissent, vt possent plures bis centum filios singuli procreare? Præterea vix agl potuissent ab Adamo ad Abrahamum anni quingenti: tamen non mirum, si in Græcorum scriptis res celebrentur antiquiores. Non est ergo dubium, Dei voluntate in mundi primordiis, antequam artes inuentæ essent, fuisse homines viuaciores: atque ita per vitas longiores, artes inuenisse. Longa etiam est ars, vt per tam breuem vitam edificatur vsque ad perfectionem: expedit ergo vt per aphorismos tradatur, hæc enim est omnium breuissima methodus ad discendum. Expedit præterea, vt non quinis illotis manibus medicam artem ingrediatur: neque vt hodie fit, nō sine magno omnium malo, Tonsores, Pharmacopolæ, Amethodi, Chirurgi, quin & Veterinarij repentè Medici fiant: sed illi solùm, qui in ætate idonea & cum ingenio mediocri priores artes edocti sunt. Huic malo vt mederetur nostra Respublica, Protomedicos creauit, qui eos, qui sine his adiumentis Medicinam exercent, cohibere possent. Tamen res contrà euenit: tanta indolgentia hi (ne quid dicam grauius) superioribus annis vsi sunt, vt nihil aliud facerent, quàm vt criminibus daretur autoritas. Sed hæc Deus vertat in melius. Quid aliud contineant verba illa Hippocratis, Vita breuis, ars lōga, dicamus. Certè continent exhortationem ad laborem. Nimirum si vita breuis est præ longitudine artis, expedit vt totis viribus labori incombant Studiosi, idque satis multis annis, neque studendi intermissione facta: non vt fit singulis annis in patriam remeantes, literarum curam tres aut quatuor menses deponant: & de exiguo illo annorum numero, qui in scholis statutus est vsq; ad baccalaureatum, si qua fraude possunt, vnum aut alterum falsis fortasse testimoniis suffurentur: aut si minùs id possunt, ad alias scholas confugiant, quas non pudet hanc in sese notam refundere, quòd ignarorum & indoctorum sint veluti asylum. Quandoquidem nihil est in his facilius, quàm in arte quauis, ea neque salutata à limine, lauream impetrare. Profectò laus hæc Scholæ Complutensis est, non in Hispania solùm, sed in vniuerso terrarum orbe, nullibi gentium tam seuerè ac rigidè laureas decerni: scimus tamen non paucos in hac etiam Schola laureatos, non esse ad vtendum arte medica satis idoneos, nedum in aliis. Difficile etiam est hæc ars ad vtendum, quia occasiones sunt præcipites: & experimenta periculosa, & iudicium difficile, & non solùm desideratur officium Medici, sed & ægroti, & ministrorum, & vt externa bene habeant. Quid ergo hæc nos admonent? Certè, vt Medicus occasiones obseruet, neq; obseruatas dimittat præ desidia, & vt experimenta nunquam tentet, nisi cùm summa necessitas cogit. Nam stultum est, cùm potest iuuare ratio, temeritate vti. Et vt indicia ferat eunctanter, & cum præmeditatione. Præterea ægrotantem ipsum, si quid præ ignorantia peccat, admoneat: si præ animi aliquo affectu aut minùs obediat, aut malè habeat iratus, aut timidus, aut mœstus: verbis suadeat, vtaturque rhetoricis præceptis, vt placet, animet, aut consoletur. Curet etiam, ne quispiā adsit ægroto, qui præ stultitia, aut præ immanitate, aut præ mollitie animi, aut alia quapiam ratione illi possit nocere. Arceat ergo ministros stultos, aut immanes, & molles mulierculas, aut imperitos homines, quia solent ægrotantium animos lachrymis frangere: hi enim partim non agunt quæ Medicus imperat, partim agunt quæ prohibet. Rerum externarum quædam positæ sunt in consilio, quædam in fortuna solùm. Vt ægrotum hoc, aut illo cubiculo decumbere, prope fenestram, aut longè à fenestra, in splendido loco aut obscuro: vt hi habeantor sermones coram illo, qui iocunditatem, aut qui dolorem afferant, & similia: in consilio hominum est, debetque Medicus omnium horum curam habere, præcipereque vt ita aut aliter agantur, vt res exiget. Verùm multa alia sunt in externis, quæ cùm sæpe noceant, nullatenus tamen sunt in hominum consilio, aut potestate sita. Quæ non alia ratione deuitare possumus, quàm Deum deprecando vt auertat. Vt vel hac ratione constet, ad corporum curationem feliciter peragendam nihil magis conferre, quàm vt iuxta sanctorum Patrum decreta non antea ægroti cuiuspiam curationē aggrediamur, quàm ille peccatorum confessione numinis gratiam procuret.

APHORISMVS II.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖς ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μή, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἷα δεῖ γίνεσθαι γίγνοιτο, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως ἔχουσιν. ἢν δὲ μή, τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

In perturbationibus ventris, & vomitibus sponte factis, si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert quidem, & facilè ferunt: sin minùs, contrà. Ita & inanitio vasorum, si qualis fieri debet sit, confert, & facilè ferunt: sin minùs, contrà. Inspicere ergo oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus expedit, aut non.

Sponte facta solet semper Hippocrates appellare, quæ fiunt sine causa manifesta. Ita fluxus ventris, & vomitiones sponte fieri dicuntur, cùm sine medicamento, atque omnino sine Medici opera

fiont. Perturbationes ventris vocat hîc deiectiones ex veutre inferno. Nam oomen hoc *κοιλίη* infernum ventrem significat, vt *γαστὴρ* plerunque supernum. Hic aphorismus, qoanquam plerique aliter intelligunt, uihil continet quod ad prognosticam pertineat: neque quicqoam hîc docet minùs Hippocrates quàm agnoscere, quæ euacuationes bonę sint, aut malæ. Sed totus hic aphorismus pertinet ad partem therapeuticam, eam maximè, quæ docet expurgare. Docet enim Hippocrates Medicum, cùm expurgationem aggreditur, debere curare quàm maximè, vt euacuet soccum eum, qui lædit, oon pro eo reliquos. Itaque si pituita lædit hominem, pituitam: si bilis, bilem: quandoquidem hac ratione qoàm maximè iuuabit hominem, & quàm minimè molestia afficiet, qui scopus propositus debet esse Medico. Id verò ita futurum, si noo aliom succum expurges, quàm noxium, exemplo earum euacuationum, quæ sponte fiuut, constat. Hæc enim tunc prosunt sine molestia, cùm humor qui nocebat, euacuatur: cùm alius, coutrà. Id ergo agendum Medico est, cùm euacuationem iuolitur, vt agnoscat qoi succus lædat hominem. Agnoscet verò id, eonsideratis signis omnibus singulorum succorum. Quæ ex triplici rerum genere capiuntur, non naturalium, naturalium, & præter uaturam. Omnia hæc genera siguificanit Hippocrates exemplis. Nomine enim regiouis, & temporis, intelligi debent res aliæ omnes noo naturales, vt ars, aut institutum bomiuis, & cibi, & potus, quibus vsus est, ac denique totus victus. Nomine ætatis, intelligi debet temperamentum quoque, & alia omnia, quæ sunt secuudùm hominis uaturam. Nomine morbi, symptomata quoque intelliguntur: quare & color etiam faciei, & linguę, & exeuntium. Itaque Hippocrates nihil omisit eorom, quæ possunt præstare notitiam succi, qui redundat. Sed est ei familiare hoc (vt aliis locis sæpe diximus) rerum genera, & vniuersalia pręcepta exemplis innuere. Dixit ergo, Inspicere oportet regionem, & tempos, & ætatem, & morbos. Acsi dixisset, vt agnoscas qui succus redondet, & hunc euacuans sine molestia iuoes, considera res non natorales, & præter oaturam. Nam ex his omuibus capi possunt succorum indicia. Et intelliges iu quibus morbis expedit, aut non. Ne tamen intellige morbos in quibus expedit expurgare, aut nou expedit. Sed in quibus succum quemuis oportet expurgare, aut non expedit, sed alium. Nam est in quouis auxilio prima consultatio, an debeat fieri, ao non. Post hanc succedit alia, quomodo fieri debeat. Hic verò tutus erat Hippocrates in hac cousoltatione, qui succus expurgari debeat: præter rem ergo, ac mutato instituto dixisset, an expediat purgare, an oon. Ex dictis satis constat, toto hoc aphorismo agi de qualitate expurgatiouis, non de quantitate, aut tempore, aot re alia. Nam uomina illa, Si qualia oportet purgari purgentur, qualitatem significant: & illa; Vasorum inanitio si talis fiat, qoalis fieri debet. Verùm scire oportet, Medicis qualitatem succorum nō significare solam qualitatem, sed speciem etiam succi. Vt euacuari talia, qualia oportet, sit euacuari eum, q̄ lædit, sioe significes speciem quandam succi, siue qualitatem. Vt si dicas homini esse pituitam partim dulcem, partim salsam: aut bilem partim integram, partim potrescentem. Si euacuatur pituita salsa, aut bilis putrescens, euacuantur qualia oportet: si verò pituita dulcis, aut bilis integra, non euacuantor qualia oportet, quia salsa pituita, aot putrescens bilis læsionem faciunt. Si per morbum etiā pituitosum, pituita, per biliosom bilis euacuatur, talia eoacuantur, qualia debēt: aut ea euacuantur, quæ euacuari debent, si exactiùs loqui lobet: sed vt monoi, Medici nomen qualitatis, speciei etiam tribuunt. Significat hîc nomen illud, Vasorum inanitio, expurgationem, quæ arte fit. Nam euacuationem, vocat ab effectu vasorum inanitionem. Et nomeu hoc tribui hîc exporgationi, quæ fit arte, institutum ipsum indicat: quodq; eam euacuationem cum spontanea exporgatione iucipit conferre aliis verbis. Sed de his satis.

APHORISMVS III.

Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἴωσιν. οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὔτε ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσι, οὐκ ἔτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκα τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα. μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. σφαλερὸν γὰρ, ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραὶ· καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

Summè boni habitus exercitatorum, periculosi, si extremum attigerint. Non enim possunt in eodem statu manere, neq; quiescere. Cùm autem non quiescant, neq; ampliùs possunt in melius progredi, superest ergo, vt in deterius. Horum causa optimum habitum soluere confert non cunctanter, vt rursum initium refectionis accipiat corpus. Neque compreßiones ad extremum ducere (periculosum enim) sed qualis fuerit natura eius, qui id sit perpeßurus, ad hoc ducere. Eodem autem modo & euacuationes ad summum ducta, periculosa: & rursum refectiones summa, periculosa.

De quantitate euacuationis, & refectionis disputat hoc aphorismo Hippocrates: Estq; oe sommum caput, Neque refectiones, neque extenuationes, neq; euaeuationes debere esse omnino maximas, sed mediocres: quandoqoidem omne nimiom est inimicom naturæ. Vituperat inprimis habitum corporis, qualis erat in athletis. Hæc est crassities nimia corporis cum multa soccorū copia, etsi succi optimi sint, & partes omnes bene temperatæ. Tales fieri solebant athletæ multo cibo, & multa exercitatione, & frictione, & inunctione. Tales etiam fiunt alij nonnunquam aliis occasionibus, vt cùm transferontur ad vitam iocundiorem & lautiores cibos, & maiorem desidiam. Vituperat hunc habitum Hippocrates, non qoòd sanus non sit. Nam, vt diximus, sine omni intemperie, & sine omni vitio succorum accidit: imò verò vocat habitum hunc summè bonum, quia per hunc plùs, meliosq; que solito nutriuntur corpora. Est tamē periculosus, nam

qui

qui eo sunt habitu, etsi optimè interim valent, tamen solent repentè in grauissimos morbos, & maxima pericula incidere: vsqueadeò, vt vulgus miretur, suspiceturque causas quasdam superstitiosas fascinationis, vt alio loco diximus. Quæ fabula de puerulis narratur sæpissimè: quia illi ob multitudinem calidi innati, & humidam substantiam, atq; magnam voracitatem, sæpissimè comparant summam crassitiem. Causam, qua corpora hæc enim periculo sunt, dixit Hippoc. subobscuriùs. Nã, inquit, summum bonitatis iam habent, nõ possunt autem nostra corpora manere in eodẽ statu, semper enim commutationes accipiunt. Superest ergo vt decidant in deterius. Verùm ego causam hanc apertiùs eloquar. Qui summè crassi sunt, non possunt non abundare multis succis (nam multo cibo vtuntur) multitudo succorum, etsi sint optimi, nõ potest diu durare sine vitio. Putrescunt enim statim, quæ multa, & inculcata sunt: & cum putrere cœperint, non potest in tam multa copia non esse multa putredo. Accedit, quòd in his corporibus non potest nõ esse angustia omnium viarum, & totius corporis densitas: quia singulis partibus est sua propria caro, vt venæ, & arteriæ, & nerui, substantia quædam mollior interiecta inter fibras, quæ faciliùs & absumitur, & crescit. Atque proinde vt cùm extenuantur corpora, plus absumitur huius, q̃ fibrarum: ita cùm reficiuntur, augescit plus. Crescente verò carne venæ (eadẽ ratio arteriæ & nerui) non tam crescit venæ ipsius cauum, q̃ corporatura tunicarum. Ea vasò crassities tunicarũ, detrahit amplitudini cauorum. Fiunt ergo tantò strictiora caua vasorũ, quantò crassiores tunicæ: maximè, cùm is habitus fieri incipit in viris iam consistentibus, quorum partes fibreæ, ac verè solidæ ab omni incremento destiterunt. In his enim nulla tunica comparat dilatationem, & addita caro facit angustiam. Et fit in eo corporis statu, eò minor vasorum amplitudo: quò maiori, vtpote redundãti magis succo, erat opus. Præter exiguitatem hanc viarum, quæ sunt conspicuæ, accedit etiam compressio pororum omnium, qui non sentiuntur. Hanc enim facit multæ carnis congestio. Quid ergo mali nõ debet timeri in tanta succorum copia, cum tanta totius corporis densitate? Certè meritò accidunt magnę putredines, ventilatione impedita, eæq; malignæ: calido innato suffocato & extincto, quòd spiritus non possint facilè p corpus moueri, atque impetum omnem in partem omni ex parte facere. Quin & ad apoplecticas affectiones, & omnem interceptionem venarum, extinctionem calidi, concretionem sanguinis sunt paratissimi. Alia etiam causa cum periculo magno sunt, qui eum habent habitum. Nimirum quæcunq; externa causa accedat, citò & grauiter læduntur. Nam si perfrigerãtur, suffocatur eorum calidum, cohibita expiratione insensibili. Si calefiunt, multus sanguis fusus p constipata corpora strangulat. Exercitatio pleno corpori periculosa est, otium quoq;: aliorum est eadem ratio: vt dispositio hæc periculosa sit, quia nihil est in ea nõ periculosum. Meritò ergo Celsus scripsit: Qui nitidiores solito sunt, suspecta bona sua habere debent. Consulit igitur Hippocrates hũc habitum statim soluere, curareq; vt corpus gracilescat, quò rursum nutriri incipiat sine periculo, nec tamẽ compressiones (extenuationes vocat compressiones) ad extremum ducendæ sunt: periculosum enim etiã est, sine modo & quantuncunque corpora extenuare, sed qualis fuerit natura hominis, in id ducere oportet. His verbis nihil aliud intelligũt dici enarratores omnes, q̃ rationem facultatis & roboris habendam esse, vt in aliis omnibus Medici operibus. Ego verò aliud dici intelligo. Hippocrates ipse lib. de Alimento ita inquit: Athletica dispositio non est à natura. Quod nihil aliud est dictu, q̃ athleticam dispositionem non esse vtilem, neq; alicui à suo ortu datã à natura, sed comparatam deinceps ratione aliqua victus. Monet ergo Hippoc. modò, cùm paramus extenuare hominem nimis crassum, non esse agendum incautè, sed considerandum in primis q̃ crassus homo fuerit, anteqñ hunc habitum comparauit: eatenus enim modò extenuãdus est, quia illud erat temperamento ei innato congruens. Atq; si hominem extenuaremus, plus etiam q̃ antea esset, non possemus non plurimum debilitare: semper enim curandum est, cùm dispositionem aliquam aduẽtitiam conamur demoliri, id, quod est à natura, conseruare. Concludit Hippoc. hunc aphorismum, dicens, eodem modo neque euacuationes, neq; refectiones extremas esse debere: periculosum enim esse vtrunq;. Meritò quidem, quia omne nimium est aduersum naturæ, vt ab eodem Hippoc. alio aphorismo dicitur. Euacuationes nimiæ deiiciunt vires, refectiones nimiæ afferũt omnia pericula, quæ diximus, & alia etiam multa. Quod de extenuationibus dixit priùs, & de euacuationibus dicit modò, non est repetitio: non enim idem est extenuatio & euacuatio: hæc enim est succorum, illa partium. Intelligunt quidem, vt Gal. monet, his vltimis verbis aphorismi non vituperari euacuationes, & refectiones, sed euacuationes solùm: quod verò de refectionibus dicitur, esse confirmationem priorum. Quasi ita dicatur, Euacuationes extremæ periculosæ sunt, nam post extremas euacuationes periculosæ sunt refectiones extremæ, factæ statim ab euacuationibus: quæ tamen nõ possunt deuitari, si extremæ euacuationes factæ sint. Quę sententia vera est profectò, si quæ alia. Nam refectio facta statim post euacuationem, distributionis intempestiuæ causa est: est ergo periculosa. Si tamen quis euacuet extremè, causa facultatis labentis cogetur reficere extremè, idq; statim ab euacuatione extrema: ergo inter cæteris, vel hac occasione est periculosa extrema euacuatio. Cæterùm quanquã vera alioqui sententia sit: non est tamen, quam Hippocrates hoc loco significauit, sed eam quam explicui ego, ex verbis ipsis intelligo: quin & Galenus eodem modo intelligit.

APHORISMVS IV.

Αἱ λεπταὶ, καὶ ἀκριβέες δίαιται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ πάθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν, οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί. καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί.

Victus tenuis & exquisitus, & in morbis longis, semper: & in acutis, in quibus non conuenit, periculosus. Et rursus summè tenuis victus, difficilis: nam & extremæ refectiones difficiles sunt.

Iam hinc incipit Hippocrates agere de victu ægrotantium, agitq; de eo in multis sequẽtium apho

risinorum. Victus, est ratio vtendi cibo, & potu. Considerari circa victum potest quantitas, qualitas, tempus & modus. In quantitate cibi, est crassities, tenuitas, & mediocritas victus. In qualitate, est victus humidus, aut siccus, calidus, aut frigidus, astringens, aut laxans, aut tale aliud habeus. In tempore, sunt hæc tria, qua hora diei, & qua hora peculiaris accessionis, & quo tempore vniuersali morbi accipi debeat cibus, aut nō debeat. In modo est, an simul totus, an per partes accipi debeat cibus: & an addendo, an subtrahendo, procedendum per morbum sit. Has omnes considerationes absoluit Hippocrates hac particula. Primus hic aphorismus est de victus quantitate. Multis in locis definit Galenus victum tenuem, & crassum, & tenuium multos gradus: distinguēs tenuem à tenui exactè, & hunc à tenuissimo, atq; hunc rursus ab exactè tenuissimo: sed non satis scio, an alicubi exactè definiat. Nam tenuem simpliciter dicit esse oua sorbilia, & carnes piscium saxatilium, & totam ptisanam: exactè tenuem, cremorem ptisanæ: tenuissimum, aquam mulsam, aut oxymeli: exactè tenuissimum, nihil dare. Verùm nō possunt tenuis victus species definiri exactè exemplis. Quare sine artificio videtur hoc definitum. Primùm omnium, quia etsi oxymeli, mulsa, & cremor ptisanæ, & tota ptisana, & oua huiusmodi sint: non tamen ea solùm, sed alia multa, quæ æquè atq; hæc tenuia sunt, quibus nos vti plerunq; solemus loco horum. Non enim si nos cremore amygdalarum pro cremore ptisanæ, aut cocta lactuca, aut beta, aut recentium pullorū carnibus, vel gallinæ iure, pro ptisana tota vtimur: non perinde atque Galeaum & Hippocratem facere, continuò existimare oportet. Licet enim mihi vti aliis cibis, seruata eadem arte, ne scilicet tenuius aut crassius detur, quàm res exigat. Non enim profectò Deus tria illa, aut quatuor solùm alimenta creauit ægrotantibus idunea. Præterea cùm cibus tenuis, aut crassus dicatur ad moderatum: neque moderatus omnibus hominibus idem cibus esse possit: profectò neq; immoderati sint iidem. Nam cibus, qui vni erat tenuis, alteri possit esse crassus. At dices, ad communem hominum naturam, aut ad temperatam & mediocrem, possunt quidam victus dici crassi, aut tenues. Rectè profectò dicis. Atque hoc respiciens Galenus, gradus tenuium nominauit. Sed non est vnica omnium & communis natura, neque temperati sunt nisi perpauci hominum. Aliter ergo oportet victum tenuem, & crassum definire. Considerare oportet, si ægrotantem priùs noueris per teipsum: sin minùs, percontari, quanto cibo vti homo soleat per bonam valetudinem citra noxam, atque ita putare eum victum esse illi homini mediocrem, quia ille est secundùm peculiarem naturam, & consuetudinem: deinceps addendo, aut detrahendo illi, crassum, aut tenuem facere, plùs aut minùs, vt plus addis aut detrahis. Potest verò fieri victus crassus aut tenuis ex moderato, addendo aut detrahendo quantitatem, aut substantiæ modum. Nam si quis vtebatur per bonam valetudinem duabus libris carnium arietinarum, bifariam potest victum extenuare, aut vtens carnium gallinacearum eadem quantitate, aut carnium earundem libra vna. Additio contrario modo fit. Manifestum est ex dictis, posse eundem victum huic esse mediocrem, illi tenuem, atque ita huic tenuem, illi tenuissimum. Vt, quò cibum tenuem, aut tenuissimum, idque exactè aut non exactè nominare possis, quantum recedat à mediocri, non quantus, aut quia sit, considerare debeas: atque ita considerans, quatuor recessus perpendens, dicca tenuem simpliciter, & tenuem exactè, & tenuissimum, atque tenuissimum exactè. Alio modo definiri possunt hi victus ab effectu. hoc scilicet: Moderatus est, qui seruat integrè robur corporis, & molem: crassus, qui auget: tenuis, cum quo debilitatur facultas. Cum tenui simpliciter, debilitatur parùm: cum exactè tenui, debilitatur conspicuè: tum tenuissimo, multùm. Cùm ergo facultas sit, qua valetudo recuperatur, & seruatur vita: constat, semper esse hoc periculi in victu tenui, quòd facultas languescit. Id verò periculum tantò erit grauius, quantò morbus erit longior: quia quò plus temporis pugnandum est cum morbo, tantò plùs oportet conseruationi facultatis studere, quare tantò minùs licet debilitare. Itaque vt qui iter ingreditur, tantò plus viarici debet accipere, quantò longius iter est facturus: ita qui in morbū incidit, tanto pleniori cibo vti debet, quantò morbus futurus est longior. Meritò igitur Hippocrates dicit, victum tenuem & exquisitum, id est exquisitè tenuem, in morbis longis semper esse periculosum. Addit verò, Et in acutis, in quibus non conuenit. Quod videtur frustra dictum: quis enim nescit, in quibus non conuenit, non conuenire? Sed Hippocrates hac phrasi, Et in acutis in quibus non conuenit, nihil aliud significat, quàm ne in acutis quidem omnibus conuenire. Itaque perinde est, ac si diceret, Victus tenuis exquisitè in omnibus morbis longis est periculosus, in acutis verò non omnibus, sed in quibusdam. Atque est quidem hoc verissimum, quia etsi causa breuitatis videtur semper expedire in acutis morbis tenuis victus, tamen ipsa breuitas non est acutis morbis eadem. Sed acuti morbi non exactè, finiuntur viginti diebus: acuti exactè, quatuordecim: acutissimi, septē: acutissimi exactè, quatuor aut quinque. Quare non quiuis victus tenuis quocunque in morbo acuto, caret periculo: sed hîc quoque habenda est ratio, vt acuto tenuis, acutissimo tenuissimus iniungatur. Accedit, quòd etsi morbus sit acutissimus, causa alia fieri possit, vt ne tenuem quidem victum pati possit ægrotans, vt si febris sit acutissima, cum ea tamen syncope coniuncta sit, cogemur victum mediocrem concedere. Itaq; victus exactè tenuis, in morbis longis semper: in acutis nonnunquam est periculosus. Acuti tamen hac ratione qua acuti, tenuem victum exigunt, nisi quid accedat aliud, quod mediocrē exigat. Sed satis constat, quanquam hæc de acutis dicantur, intelligi tamen de omnibus morbis breuibus, etsi nō sint acuti: cuiusmodi est diaria febris, & alij morbi, qui etsi breues sint, sed quia periculo carent, non sunt acuti. Nam acuti, neq; acutiei neq; periculi causa amāt tenuem victum, sed causa breuitatis. Breues igitur omnes exigunt tenuem victum, etsi neq; id quidē omnes, neq; omnes ęqualiter, sed vt dictum est. His dictis addit Hippocrates: Rursus summè tenuis victus difficilis, nam & extremæ refectiones difficiles sunt. Quæ verba videntur inanem omnino sententiam continere. Nam cùm dictum sit, exactè tenuē victum esse periculosum in omnibus longis, & in

multis

multis breuibus morbis: quorsum addit, quasi maius aliquid dicẽs; Rursum & summè tenuis victos difficilis? Sũmè enim tenuis victus, tenuior est quã exactè tenuis: & difficile multò minus discriminis significat, quã periculosum. Si igitur exactè tenuis est periculosus, summè tenuis erit maiori ratione etiam maximè periculosus, nedum difficilis. Perinde est ergo ac si dixisset, homo debilis languidè incedit, quin etiam & qui debilissimus sit. Qui sermo ridiculus est. Non igitur censendum, cùm Hippocrates scripsit, Rursum summè tenuis victus difficilis, respexisse priora verba huius aphorismi (non enim congruũt verba) sed vltima illa proximi aphorismi. Dixit enim illic, Euacuationes ad summò ductæ periculosæ, & refectiones summæ, periculosæ: addit modò, Rursum & summè tenuis victus, difficilis. Nimirum inedia: aut tenuis victus est euacuatio insensibilis ex accidenti facta. Inaniuntur enim vasa per famem. Quod ergo dixerat de euacuationibus sensibilibus, hoc idem dicit modò de hac insensibili: dicens, vtrunq; excessum (repletionis dico & euacuationis) cùm ad summum attingit, periculosum esse: siue euacuatio missione sanguinis, siue expurgatione, siue fame, siue aliter fit. Nimirũ vt nuper diximus, omne nimiũ est naturæ aduersum. Proinde addidit, Nã & refectiones summæ periculosæ: persultẽs hac in parte in sentẽtia ꝓximi aphor.

APHORISMVS V.

Εν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται· πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον ἐν τῇσι λεπτῇσι, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσιν. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι, καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραί, ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἁδροτέρων.

In tenui victu ægri delinquunt: quo fit, vt magis lædantur. Quicũq; enim error committitur, maior in hac fit, quàm in paulò pleniori victu. Propterea etiã sanis periculosus est valde tenuis, & constitutus, & exquisitus victus: quoniam errores grauiùs ferunt. Hac de causa, tenuis victus atq; admodũ exquisitus, eo, qui sit paulò plenior, magis periculosus.

Frigidè admodũ interpretatur Galenus sententiam hanc Hippocratis, alioqui difficilem. Alij verò interpretes satis multis verbis agunt, sed non satis sunt verum loci sensum assecuti. Videtur Hippocr. vituperare victum tenuem magis, quàm paulò pleniorem. Quasi dicat, Si errandum est ab optimo victu, tamen deterius esse, tenuiorẽ quàm pleniorem instituere. Cui sententiæ videtur aduersum, quod ab eodem Hippocrate dictũ est. 2. de Ratione vict. in morbis acutis, his verbis: Ciborũ adiectioni intendendum multò minùs, subtrahere verò sæpenumero oportet. Hac de causa quidam ita dicunt, in morbis diuturnis deteriorem esse tenuem victum crasso: in acutis cõtrà, crassum tenui. Itaq; cùm Hippocrates tenuem vituperat magis, quàm plenum, de morbis diuturnis esse sermonem: cùm crassum, de breuibus. Alij dicunt, in morborum initiis deteriorem esse cibum iusto tenuiorẽ, quàm iusto crassiorem: in vigore, aut prope illum contrà, esse deteriorem eum, qui sit iusto crassior. Itaq; Hippocratẽ vituperare tenuẽ, plusquam crassum, in principiis morborum. Mihi omnes hæ interpretationes displicent: tum quia nulla earum videtur verbis quadrare, sed comparatę videntur solùm ad argumentorũ dilutiones, & ad fugam. Tum etiam quia alia consideratio est, quo morbi tempore victus debeat esse crassior, & quo tenuior: alia in quibus morbis tenuior esse debeat cibus, in acutis, an in longis: alia ab his diuersa, cùm ab optimi victus institutione erratur, qui erret grauiùs, qui tenuiorẽ, an qui pleniorẽ instituit. Vt aliud multò dictũ est, victus tenuis deterior est in vigore morbi, quã in initio: aut in morbis longis, quàm in breuibus: aut quàm crassus. Nã vltima hæc collatio, solùm est tenuis cũ crasso. Duę priores sunt tenuis cum tenui in diuersis temporibus, aut morbis. Cõstat verò in hoc aphorismo conferri tenuem cum crasso. Nam ita dicitur: Quicunque enim error, grauior fit in hoc, quàm in paulò pleniore. Et rursum tenuis victus, eo, qui sit paulò plenior, magis periculosus. Ergo Hippocrates hìc nullam priorum considerationem absoluit: quare nulla earum enarrationũ est ad rem. Primam considerationẽ absoluit aphorismo decimo dicens: Quibus igitur statim morbus consistit, iis statim tenuis victus adhibendus est: quibus verò posteriùs, iis & in ipso consistendi tempore, & parùm ante illum, cibus subtrahendus, priùs verò vberiùs agendum. Secundam considerationem iam absoluit aphorismo proximo dicens, tenuem victum in diuturnis morbis semper, in acutis non semper periculosum. Hìc ergo aut tertiam considerationem absoluit, Vter error grauior sit, qui ad tenuẽ, an qui ad crassum inclinat: aut nullam illarũ absoluit, sed aliam rem agit. Certè si eam considerationẽ absoluit, omnino contrà ac Galenus 2. de Ratione vict. in acutis, absoluit. Nam ille dixit, deteriùs esse inclinare ad crassum victum: hic verò, ad tenuem dicit esse magis periculosum, si modò de hac re disputat. Proinde ego nullatenus puto hìc eum de erratis agere: sed illud præcipere, ne quis per morbos vtatur tenui, exquisitoq; victu, quia à quocunq; errato læditur grauissimè, qui eo victu vtetur. Quid ergo? Ne medicus contentus sit eo cibo, cũ quo tantùm videatur durare posse ęgrotans, idq; vix, sed paulò pleniorem instituat, addens aliquid, propter errata. Constat verò hanc sententiam nihil habere aduersum Galeni sententiæ, quam secundo de Ratione victus scripsit. Quid de ea quęstione, qua quęritur, vter error grauior sit, sentiendum sit, diximus cap. 1 lib. 8. Controuersiarum Medicarum. Modò illud dicimus, docere hic Hippocr. esseq; id verissimum, ne exponatur periculo ęgrotans, non esse vtendum exquisitè tenui victu, hoc est eo, cum quo durare tantùm possit vsq; ad finem morbi, sed paulò pleniore propter errata. Dices fortassis, hoc præceptũ non posse semper obseruari, quandoquidẽ nihil omnino aliquibus dandum sit. Tamen quibus nihil datur, nihil dari ob errata. Certè nullus est omnino continendus sine cibo, nisi qui tantum roboris habet, vt eo tempore & morbum, & errata nonnulla etiam sine cibo possit sustinere: id verò si habet, perinde est ac si plenior cibus ob errata esset datus. Confirmat id quod diximus, Hippocr. exemplo sana valentium. Nam non

aliter ac ægrotantes in magno periculo sunt, cùm tenui exquisitè victu vtuntur, quia errores grauiùs ferunt: benevalẽtes, qui tenui victu assiduè, aut admodũ constituto vtuntur, periculo sese exponunt, quia errores nullos possunt sustinere, qui tamen sæpe & per morbos, & per bonam valetudinem non possunt deuitari. Multi profectò sunt, qui tantò meliori victu se vti putant, quantò vtuntur tenuiori, atq; proinde quidam à cœnis omnino abstinent: alij tenuissimis vtuntur, alij vtuntur semper simplicissimo cibo, ac modico. Multi etiam sunt, qui adeò constitutum & accuratum obseruant victum, tam religiosè, vt ne tantillum euarient: sed id ipsum omnino hodie agãt, quod heri, & nudiustertius. Vtriq; tamen horum falluntur, exponuntq; sese periculo: qui tenui vtũtur victu, quia debilitant facultatem, qua corpus regitur: qui statuto, quia cùm illi victui adeò assueuerint, nihil potest eis accidere, quod nõ lædat. Ergo qui sani sunt, & mediocriter robusti, ne inoautè tenui victui assuescant, & statuto: sed liberiùs aliquantò agant, & bona cibi copia vtantur, ne in tanto periculo sint. Hoc est quod Hippocr. alibi dixit, Oportet ad insueta transire. Hoc quoq; est, quod Celsus his verbis dixit: Sanus homo, & qui suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet: neque medico, neq; iatralipta egere. Hunc oportet varium habere vitæ genus. Itaq; & per morbos, & per bonam valetudinem, hac de causa tenuis victus, atque admodum exquisitus, eo qui sit paolò plenior, magis periculosus.

APHORISMVS VI.

Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται.

Ad morbos summos, summæ exactè curationes optimæ.

Asserit Hippocrates omnem curationem summam, & exactam, tentandam esse, vt de summè tenui victu hoc intelligatur. Quod hic aphorismus habet, hoc vnum est, Remedia rara & exquisita tentanda esse, cùm morbi sunt summi, & acutissimi exactè: melius est enim cùm tantus morbi impetus sit, remedium quoduis cum periculo etiam, tentare, quàm ægrotum in desperatione destituere. Debentur enim morbis omnibus, vt alio loco mõstrauimus, remedia ęqualia, paruis parua, mediocribus mediocria, magnis ac summis magna ac summa.

APHORISMVS VII.

Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ χρέεσθαι ἀναγκαῖον. ὅκου δὲ μή, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

Vbi vtiq. morbus peracutus est, statim habet summos labores, & summè tenui victu vti necesse est. Cùm autem non, sed licet pleniorem victum adhibere, tantum à tenui victu declinandum, quantò morbus mollior summis fuerit.

Proximus aphorismus cum præsenti ita conlungitur. Ad summos morbos summa debet esse omnis curatio, quare & victus tenuitas debet esse exactè summa. Est verò morbus summus aut peracutus (eundem enim vocat modò peracutum, quem priùs summum, hoc est exactè acutissimũ) qui statim, id est, primis tribus aut quatuor diebus habet summos labores, hoc est symptomata maxima, & vrgentissima. Ergo in eo morbo, qui statim habet summos labores, necesse est vti summè tenui victu, hoc est, aut nihil dare, aut tenuissimũ cibum. Cùm autem non est acutissimus exactè morbus, neque necessitas talis victus est, sed quia morbus est minùs acutus, licet vti cibo pleniori: tunc tantò crassiori vtendũ erit, quantò morbus erit mollior summis, id est minùs acutus, quàm qui sunt acutissimi. Nimirum indicatione sumpta à morbo, tantò tenuior debet esse cibus, quantò morbus acutior, vt in comment. 4. aphorismi ego dixi. Neque aliud est, quod Hippocrates dicit modò. Meritò profectò summos labores, summi morbi signa essa dixit Hippocrates. Nam vt symptomata propria significant morborum species, & eorũ magnitudo morbi magnitudinem, ita eorundẽ motus significat motum morbi, an scilicet breuis, an longus sit. Nam morbus magnus est, cui aa signa, quæ pathognomonica appellãtur, magna sunt: acutus, cùm acutè mouentur, & crebrò, instanter, ac per brauia interualla vrgent. Optimè itaq; Hippocrates dixit, acutissimũ exactè morbum, statim habere summos labores.

APHORISMVS IIX.

Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

Cùm morbus in suo vigore fuerit, tũc tenuissimo victu necesse est vti.

Iam hinc incipit absoluera considerationem de tempore vtendi cibo, ac primùm de tempore vniuersali morbi, deinceps de accessione. Sed hic aphorismus enarrabitur cum decimo, quia eadẽ est amborum sententia.

APHORISMVS IX.

Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει, καὶ ἀμβλυνεῖται.

Coniectari autẽ oportet, num æger possit cum victu sufficere vsque ad vigorem morbi, an ille priùs deficiat, neque sufficiat cum illo victu, an priùs morbus deficiat, & retundatur.

Morbos nullum cibum expetit, quantum in ipso agitur, imò verò per se cibũ omnino prohibet: quia non pura corpora, quantò magis nutriuntur, tantò lęduntur magis. Sed facultatis gratia vtimur cibo, facultas enim est exposcens cibum per se: si enim facultas durare posset per totum morbum sine cibo, nullo prorsum vteremur. Sed causa facultatis cauere debemus, ne demus minus, quàm vt possit cum eo facultas durare vsq; ad finem morbi. Ne facultas deficiat, antequàm morbus possit vsq; ad finem summi vigoris venire, atque ita moriatur homo præ debilitate. Atqoe hoc est, quod Hippocrates modò monet cauere. Nec tamen dari debet is cibus, qui sufficiens solùm sit seruare facultatem vsque

vsque ad finem morbi, sed aliquantò plenior ob errata, vt monuimus.

APHORISMVS X.

Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾶν· ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο, καὶ πρὸ ἐκείνου, μικρὸν ἀφαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ πιοτέρως διαιτᾶν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

Quibus igitur statim vigor est, statim cibare tenuiter: quibus autem postea vigor futurus est, & in ipso vigore, & paulò antè subtrahendum: prius autem plenius cibandum, vt sufficiat ægrotans.

Vt in morbi temporibus, tenuissimus debet esse cibus in summo vigore. In principio crassissimus, & à principio ad summum vigorem est detrahendum paulatim, vt morbus ipse accedit ad vigorem. Nam in summo vigore est facultas maximè impedita, quia congreditur summo certamine cum morbo. Ergo quantò magis accedit facultas ad vigorem morbi, tantò minùs potest cibum ferre, quia tantò est impeditior: & quantò longiùs à summo vigore abest, tantò magis cibo indiget, quia tantò maior morbi pars restat ferenda. Igitur quantò morbos longiùs abest à principio, tantò cibus debet esse tenuior. Dictum est autem à me, id debere intelligi, vt in morbi temporibus. Quia possunt accedere aliæ causæ, quæ contrà omnino facere cogant, vt in inflammationibus, & vlceribus recentibus, in quibus à tenuissimo cibo incipientes deinde addimus: id tamen facimus neque causa morbi ipsius, neque temporum, sed fluxionis. Ita si febre aliqua increscente inciperet ægrotus pati syncopem, gratia accidentis cibum augeremus. Nihilominus sententia Hippocratis vera est, quæ explicat quod morbi ipsius & temporum causa agi debet.

APHORISMVS XI.

Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή. τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη, καὶ ὁκόσοι κατὰ περιόδους παροξύνονται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.

In accessionibus abstinere oportet. Nam apponere noxium est, & in iis, qui per circuitus accessiones habent, in ipsis paroxysmis abstinere oportet.

Hora accipiendi cibum, si nihil aliud obstet, est ea, qua homo accipere consueuit per bonam valetudinem: verùm caueri debent accessiones, vsque adeò, vt cauendi accessionem causa, hora consuetæ capiendi cibum commutanda sit. Accessio siue paroxysmus est pars morbi vehementissima: ea, inquam, qua exacerbatur: vt in tertianis, tertio quoque die: in quotidianis, singulis diebus. Fit accessio, facultate expultrice insurgente in causam morbi, ad expulsionem. Ergo eo tempore impeditissima est facultas, committens pugnam cum morbo, quare læditur oblato cibo: maximè in initio accessionis, quum rigor, aut horror, aut frigus hominem premit. Nam præterquam quòd facultas aggreditur tunc primùm morbum, est calidum innatum compressum, subitóque periculum suffocationis. Itaque caueri debet ad accipiendum cibum tota accessio, daríque debet cibus tempore intermissionis, si febris est intermittens: tempore remissionis, si est perpetua. Si verò interualla paroxysmorum breuiora sint, quam vt fint satis ad capiendum, & coquendum cibum ante nouam accessionem, saltem dari debet cibus in inclinatione paroxysmi. Ita enim Hippocrates ipse docet. 1. de Ratione vict. in morb. acut. cont. vltimo his verbis: Tempus dandæ sorbitionis, tum per initia, tum per omnem morbi decursum, hoc maximè seruare oportet. Nam si pedes frigidi fuerint, non à sorbitione modò, verùm etiam, ac maximè à potu temperandum. At quum calor ad pedes descenderit, tunc dare expedit. In hac sententia describens initium & declinationem paroxysmorum, dicit abstinendum esse à cibo in principio, dandum verò in inclinatione. Nam initium est, cum pedes ac omnes extremæ partes frigent: inclinatio est, quum calor sedato feruore viscerum videtur ad pedes descendisse. Quòd si febris adeò anticipat, vt non sit inclinationis tempus satis ad primam concoctionē cibi ante initium accessionis sequentis, dabitur ante inclinationem: sed in initio ne detur. Itaque si fieri potest, longissimè ab initio vtriusque accessionis detur cibus: sin minùs, longissimè à principio posterioris. Nam non tam lædet statim ab elapso accessionis principio cibū dare, quàm quum citò expectatur initium aliud. Deterrimum enim est, per initium accessionis, crudo cibo plenum esse ventriculum. Atque ita, vt grauius est cibum dare in paroxysmo, quàm in intermissione: ita in paroxysmi initio grauius, quàm in incremento, & summo vigore. Verùm hoc intelligi debet, quantum agitur in ipsis secessionis temporibus: nam sumptis aliunde indicationibus, sæpe non solùm licet, sed etiam necessarium est, cibum dare in accessionis principio. Vt in iis qui febricitant ex fame, & quibus alioqui os ventriculi est languidum, & morbus à syncera bile pendet: ij enim qui præ fame febricitare incipiunt, cibo ingesto in ipsa accessione iuuantur, quia fluxio excrementorum, quæ defectu cibi concitabatur, cibo sistitur. Quibus verò sine penuria alimenti febris biliosa est orta, cum debilitate ventriculi maximè, nō debet dari multum cibi, ne obruat copia & augeat morbi causam: tamen debet dari in ipsa accessione, aut parùm ante illam aliquid quod non grauet, sed constringat, corroboretq; ventriculum, ne fluxio syncopem faciat, vt panis modicum ex vino sufficero aut mali granati succo. Hæc itaque est ratio dandi cibum, quæ accipitur ab accessione: atque hoc est quod Hippocrates dicit, In accessionibus abstinere oportet, nam cibum dare noxium est. Sed quorsum quum hoc dixisset, addidit, Et in iis qui per circuitus accessiones habent, in ipsis paroxysmis abstinere oportet: videtur namque hæc esse repetitio inutilis. Quidam dicunt, accessionem primo loco significare principium, incrementum, & summum vigorem febrium continentium: secundo loco, paroxysmos febrium non continentium: atque ita non esse repetitionem, quia non est sermo de eadem re. Sed hi negantur: nam nomen hoc Paroxysmus, nunquam Hippocrati aut Galeno significat, quod illi commenti sunt, sed solùm quod in principio diximus, particulares exacerbationes morborum quibusdam temporibus factas. Profe-

ſuut locum ex Comment. Galeni iu proximum aphoriſmum duodecimum uumero. Quo ita dicit: Per acceſsionem autem, te uunc oportet intelligere deterius tempus totius circuitus, quod eſt à primo inſultu vſque ad tempus conſiſtendi, ſicut reliquum inclinationis tempus eſt melius. Hæc Galenus. Tameu nihil minùs dicit, quàm quod illi iutelligunt. Sed ſcire licet, Galenum ſæpe nomine inclinationis particularis, cum loquitur de periodis febrium, intelligere incliuationem, ſimul & interuallum: ſæpe ſolam inclinationem. Atque ita diuidit nonnunquam totum morbum iu paroxyſmos, & interualla: atque intelligens cum interuallo inclinationem particularem, tria tempora particularia ſolùm, principium videlicet, & incrementum, & vigorem, vocat paroxyſmum. Itaq; illi fingunt ſibi nominis ſignificationem. Accedit, quòd ſi aliquando poſſet nomen ſignificare quod illi dicunt, hic minimè ſignificaret. Nam de indicatione victus à temporibus vniuerſalibus, dictum erat priùs. Alij dicunt in principio aphoriſmi loqui Hippocratem de paroxyſmis febrium continuarum, in fine de paroxyſmis intermittentium. Sed huic declarationi non magis aſtipulantur ipſa verba, quàm ſi quis diceret, in principio loqui de quartanis, in fine de reliquis: quod confictum ad reſpondendum tantùm eſſet. Quare ego magis probo, quod Galenus in Comment. 19. huius particulæ declarat: intelligere Hippocratem his verbis, Qui per circuitus acceſsiones habēt, febres quibus cum quodam ordine per periodos accidunt paroxyſmi. Non enim omnibus accidunt ita, ſed quibuſdam ſine omni ordine. Itaque iu principio dicit vniuerſim loquens, In acceſsionibus abſtinere oportet: deinde particulatim de ordinatis acceſsionib. hoc idem affirmat. Hoc autem non eſt repetitio, imò verò methodus auctoribus omnibus familiaris: quod vniuerſim propoſitum eſt, ſpeciatim in vno exemplo declarare.

Aphorismvs XII.

Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς, καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσι αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει. ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ δύσκριτα, καὶ εὔκριτα, καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

Paroxyſmos autem & conſtitutiones, indicabunt morbi, & tempora anni, & circuituum ad ſeſe mutuò incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue ex longiori tempore fiunt. Tamen & ex iis quæ mox apparent, vt in pleuriticis, ſputum, ſi ſtatim ac incipit morbus apparet, contrahit: ſi autem poſterius apparet, producit. Et vrinæ, & dejectiones, & ſudores, cùm apparent, indicant morbos & difficilis iudicij & facilis, & breues & longos.

Dictum eſt, dari debere tantò plus cibi, quantò morbus futurus ſit longior: atque ad capiendum cibum, caueri debere paroxyſmum. Nullus ergo poteſt victum inſtituere, uiſi prænoſcat, quo tempore ſit futurus paroxyſmus, & quanto tempore morbus duraturus ſit. Hoc verò eſt prænoſcere paroxyſmos, & conſtitutiones: nam paroxyſmus eſt quod nuper diximus: cóſtitutio, eſt proportio temporum vniuerſalium morbi. Hæc enim conſtat totum morbi tempus. Itaque ad inſtitutionem victus, oportet prænoſcere paroxyſmos, & conſtitutiones morborum. Quare non intempeſtiuè Hippocrates modò docet, qua arte hæc duo poſsimus agnoſcere. Pertinet verò hic aphoriſmus ad partem prognoſticam: nam agnitione conſtitutionis vtimur ad prænoſcendum, quantum temporis ſit morbus duraturus. Significat verò iu primis morbi celeritatem aut tarditatem, ipſa morbi ſpecies. Nam morbus quiuis eſt naturâ ſua aut chronicus, aut acutus: atq; cuiuis morbo eſt ſua propria conſtitutio, quam plerunque habere ſolet. Vt pleuritis ſolet quatuordecim dies durare, & febris ardens tantundem, & angina quatuor dies, tertiana exquiſita ſeptem circuitus, tetanus quatuor, quotidiana febris ſexaginta dies, quartana annum integrum. Itaque ſpecies morbi ſignificat conſtitutionem: cęterùm quia ſpecies non poteſt exactè ſignificare quantum temporis ſit morbus duraturus, quum nullus morbus habeat tam conſtitutum tempus, vt non poſsit modò longior modò breuior fieri, addit Hippocr. alia ſigna conſtitutionis. Anni tempora etiam ſignificant conſtitutiones: nam iidem morbi temporibus calidioribus breuiores fiunt, frigidioribus longiores. Quale eſt illud quod Hippocrates ipſe dicit de quartana: Æſtiuæ quartanæ breues, autumnales longæ, maximè quæ hyemem attingunt. Eodem modo poſſunt conſtitutionem indicare regiones. Nam vt calidioribus temporibus breuiores fiunt iidem morbi, ita & calidioribus regionibus. Quanquam hoc tacuit Hippocr. quia qui ſcribit aphoriſticè, nunquam percurrit omnia, ſed ex iis quæ dicit, ſuppleri debent ea quorum eſt eadem ratio. Sed nec tempora & regiones, indicant exactè conſtitutionem. Quare conſiderare oportet periodos. Nam horum ad ſe mutuò incrementum aut decrementum, ſignificat celerem motum, aut tardum: neque profectò immeritò, nam ij ipſi reditus ſunt ipſe morbi motus. Verba hæc, Et circuituum ad ſeſe mutuò incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue ex longiori interuallo fiant, enarrantur à Galeno. 1. de Criſibus capit. 2. hoc modo: agnoſci, an morbus venerit ad incrementum, an adhuc in principio, vel in ſummo vigore iam, an declinare iam cœperit, ex magnitudine acceſsionum ſequentium ad priores, & ex anticipatione, aut tarditate. Nam anticipare paroxyſmos conſuetam horam præter proportioné, ſignum eſt incrementi vniuerſalis: niſi tamen vt anticipat, ita fiat minor paroxyſmus. Creſcere enim paroxyſmos indicat morbum etiam creſcere. Quare quum vtrunque accidit, vt ſcilicet & febris anticipat, & maior fiat, haud dubiè eſt incrementum morbi: cùm contraria, inclinatio. Quum verò anticipans ſit minor, aut maior tardans, conſiderandum eſt, vtrum accidat magis: nam illius conditionem putandum eſt morbum ſequi creſcendo aut decreſcendo: ſi neque accidunt,

accidunt, aut sit adhuc in principio, aut iam stat. Itaque inquit Galenus, his duabus rationibus indicare accessiones morbi constitutionem: quum enim indicent tempora vniuersalia, & horum proportione constet constitutio, constitutionem quoque indicabunt. Intelligit ergo Galenus, quum dicitur, Et circuitnum incrementa, innuere Hippocratem magnitudinem paroxysmorum, an scilicet sequentes paroxysmi prioribus fiant maiores, ao noo: vbi dicitur, An ex longiori tempore, intelligi an interuallum factum sit longius, an non, qood ad anticipationem aut contrarium pertinet. Ego verò probo quod à Galeno de hac re dicitur, siquidē verissimum est: enarrationem tamen verborū oon probo. Nam ipse contextus indicat, vbi dicit Hippocrates, An ex longiori tempore, ooo esse sermonem de anticipatione aut tarditate horę, sed de modo periodi: quod non pertioet ad morbi constitutionem, sed ad speciem. Inquit enim, Siue singulis, siue alternis diebus fiant, siue ex longiori tempore, id est, siue quarto quoque die. Nam constat illud siue, notam diuisionis esse: diuisio verò semper est per opposita. Sed esse febrem anticipantem, aut tardantem, nullatenus est oppositum quotidianæ, aut tertianæ febris formæ: imò vtrique illarum potest accidere. Ergo si Hippocrates id significasset, qood Galeous iotelligit, perinde esset ac si ita diceretur: Animal omne mouetur, siue rationabile sit, siue irrationabile, siue bipes. Itaque ego ita explico verba illa, Et circuituum ad sese mutuò incrementa, continere vtraoque significationem, & eam quæ capitur ex magnitudioe paroxysmorum, & eam quæ ex longitudine interualli. Nam periodus siue circuitus, non est idem quod paroxysmus, siue accessio. Sed circuitus constat paroxysmo, & interuallo. Quare circuitus incrementum, sigoificare potest vtriusque, interualli dico & paroxysmi, productionem. Itaque tota dictio est, hæ accessiones & coostitutiones significantur ab incremento, aut decremento circuituum, aut interualli, aut paroxysmi, ad sese. Siue accidant quotidie, siue tertio, siue etiam quarto quoque die. Est verò quod ab Hippocrate dicitur, & verissimum & vtilissimū. Nam constitutiones significantur, vt diximus: accessiones verò multò clariùs. Nam agnoscere solemus qua hora diei futura sit accessio, coniectaotes ex accessionibus quæ præterierunt. Nam eàdem ipsa hora, qua priores accessiones corripuerunt hominem, expectabo hodiernam accessionem. Nisi cognouerim febrem esse naturâ anticipantem, aut tardantem. Nam si hoc cognouerim, tantò priùs aut posteriùs fore coniectabo, quantùm solet anticipare, aut tardare. Præter dicta, ex signis quæ mox apparent: maxima significatio constitutionis accipitur. Mox apparentia signa vocat, quæ neque simul inuadunt cum morbo, vt quæ sunt propria, neque in extremo iam morbo, sed aliquanto post morbi initium apparent: cuiusmodi sunt in primis signa concoctionis, aut contraria. Neutra enim horum possunt apparere in morbi principio, sed principio alapso. Quare quò priùs apparent, eò breuius est principium: & quum constitutio morborū in quadam temporum proportione sit, constat, quaotò ea apparebunt citiùs (id est, paucioribus diebus elapsis à prima incursione morbi) tantò breuiorem morbum futurum esse. Meritò ergo Hippocr. alibi dixit, concoctiooes celeritatem iudicij significare. Atqoe meritò modò dicit, sputum in pleuriticis quom cito apparet, morbum breuem: cùm seriùs, longiorem significare. Nam sputum significat elapsum esse pleuritidis principium: quandoquidem qui in pleuritidis principio suot, nihil spuunt, atq; ea est principij nota. Sunt verò notæ concoctionis vt in sputo, ita & in deiectione, & vrina, & sudore. Quare ex quocunq; horum accipi potest indicium breuitatis, aut longitudinis morbi, & facilis, aut difficilis iudicij. Neq; verò idem est dictu, longus aut breuis morbus, & facilis aut difficilis iudicij. Nam difficilis iudicij morbus est, non solùm qui tardi iudicij, & longus, sed & qui malè iudicatur, aut noo tutò, sed cum recidiua: facilis iudicij, qui citò, & bene, ac tutò indicatur. Itaque plus aliquid dicitur, cùm facilis aut difficilis iudicij dicitur, quàm cùm longus aut breuis morbus. Quæ consideranda sint in sputo, sudore, vrina, & deiectione, primo & secūdo prog. dicitur ab ipso Hippocrate, & multis seqoentium aphorismorum.

APHORISMVS XIII.

Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία. τούτων δὲ αὐτῶν, ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

Senes facillimè ferunt ieiunium, secundo loco consistentes, minimè adolescentes, omniū præcipuè pueruli: horum autem ipsorum, quos inter illos ipsos contigerit esse alacriores.

Indicat modò qoibus ætatibus maximè læduntur homines à ieiunio, quibus minimè, vt indicationem cibandi possimus ab ætate capere: edocti iam hinc, iis qui maximè ieiunio læduntur, minimè id ioiungere: iis verò, qui læduntur minimè, maximè dare. Quatuor ætatum meotionem facit hîc Hippocrates, etsi aliis locis meminit qoinq;, & coniunxit hîc iuuentutem cum adolescentia. Consistentes ætate dicuntur, quorum calor iam deferuere iocipit, & corpora in summa solidorum membrorum mole consistunt: Hi sunt qui agunt ętatem mediam inter iuuentam & senectutem: hanc vocat Hippocrates aliis locis primam senectutem, aut crudam. Pueritia pertingit vsque ad quatuordecimum annum, adolescentia vsque ad vigesimum quintum, iuoentus vsque ad trigesimum quintum, consistentia vsque ad quinquagesimum, reliqua est senectus. Quanqoam nihil in his finibus est exactum, neque enim hominibus omnibus æquales ætates sunt: sed hæc ita dicta intelligantur, quasi in nullis hominibus multùm à veris ætatum finibus euarient. Senes facillimè ferunt ieiunium, pueri difficillimè: secundo loco à senibus, consistentes: postea iuuenes, & adolescentes. Inter poeros minimè ferre possunt ieiunium, qui sunt alacriores, id est, ad actiones omnes promptiores. Ergo omnium maximè licebit tenuem victum dare senibos, poeris minimè, aliis mediocriter, atque consistentibus plusquàm iuuenibus & adolesceotibus. Causæ horum aperientur sequenti aphorismo.

APHO-

Aphorismvs XIV.

Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς· εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται. ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες. ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

Quæ crescunt, plurimum habent innati calidi: plurimo ergo indigent alimento, aliter corpus absumitur. Senibus verò exiguum calidum: idcircò exiguis indigent fomitibus, nam sub multis extinguitur. Hac de causa & febres senibus non similiter acutæ, frigidum enim corpus.

Dicit corpora quæ crescunt, vt puerilia, plurimo alimento indigere: quia aliuqui, cùm habeant multum innati calidi, absumentur. Quid ergo? an calidum innatum absumet corpora? Non certè: monstratum enim à me est, calidum innatũ seruare corporum substantiam, non demoliri. Quî fiet ergo, vt quò plus est innati calidi quod corpora conseruat, eò plùs illa absumantur deficiente alimento? Monstratum est à me 1. cap. 4. Meteorum, calidum proprium non esse accidens, sed partem substantiæ nostræ, atque eam substantiam esse calidam & humidã: & caloris gratia, dici calidũ proprium sui naturale: gratia humoris, hanc ipsam dici humidum proprium, seu, vt alij loquuntur, radicale. Non est tamen quoduis naturale calidum, innatũ. Naturale enim est, quodcunque nostræ substantiæ est pars, & præter naturam nõ exorbitat. Innatum verò illud solùm, quod à primo ortu est, ex materia nostri ortus, semine inquam & menstruo sanguine, factum. Reliquũ enim calidum (quod, inquam, processu temporis ex cibis fit) naturale est, sed aduentitium. Atqui nostra corpora à principio ortus vsque ad naturalẽ interitum siccescunt (nam sequens ætas semper est quàm proxima siccior) & quò corpora sunt ortui propiora, eò sunt humidiora. Nimirum calidum naturale quò plus habet natiui, eò humidius est. Sed res quæuis quò humidior, eò est euaporabilior: ergo quò corpus aliquod habet plus innati calidi, eò faciliùs dissipabitur, quare eò pluri refectione indiget: maximè si non id solùm sit accepturum, quod nutriendo, sed & quod augendo corpori satisfacturum sit. Hæc est causa qua, vt proximo aphoris. dictum est, omnium difficilimè ferunt ieiunium pueri, quia scilicet omnium maximè abundãt innato calido. Sed in ipsis pueris, difficiliùs aliis ferũt, qui sunt alacriores. Hi enim sunt calidiores aliis, & maiori exercitatione vtuntur, atque vtrâque causa plus cibi absumũt. Non tamen vtrâque causa cùm priuantur cibo, absumentur faciliùs. Nam calor naturalis nunquam facit ad celerem consumptionem, nisi forte per accidens, quia per cibi penuriam à maiori calore magis vruntur excrementa, quæ vsta vrunt membrorum substantiam. Sed præter hæc, promptitudo ad omnem exercitationem, dissipari facit vehementer illorum corpora. Sed quid est, quod de seoibos dicitur? Senibus, inquit, exiguum est calidum, idcircò exiguis indigent fomitibus, nam sub multis extinguitur. Certè calidum nostrum ad cibos rationem habet, quã ignis ad ligna: ergo vt exiguus ignis non potest multa ligna ferre quia extinguitur, ita exiguum calidum extinguetur à multis cibis. Errant ergo multùm vulgares omnes Medici, senibus roboris causa ad cibos multos suadentes: cùm vtendum eis sit tantò pauciori, quantò sunt facti languidiores, nam quod plus erit, non ferent. Permittendum enim est senibus sensim suo tempore mori: aliter faciemus eos magnis cum cruciatibus, aut sæua apoplexia intercipi. Sed nondum dicta est causa, qua senes facillimè ferunt ieiunium: nõ enim est idem, lædi à multis cibis, quod modò diximus, & non lædi à ieiunio: quare opus est, vt hoc quoque dicatur modò. Certè cùm corpora senũ, & tota illorũ substantia durissima sint, lentè dissipantur: ergo quanquam contineantur sine cibo, haud multùm lędentur. Verùm meritò Galenus excipi censet decrepitos. Nam quanquam in his minor quàm in aliis dissipatio fiat, tamen quia in tanta exiguitate calidi, vel minima illius dissipatio sit magna noxa, plurimùm lædentur per inediam. Quid ergo miseris decrepitis agendum, qui neque possunt ferre inediã, neque cibos? Capiendum exiguum admodùm facillimi concocto, atque optimi præparati cibi, crebrò tamen, ne exiguum illud deficiat. His dictis, Hippocrates in fine aphoris. obiter per digreßiunculam addidit, febres senum nõ solere esse acutas, quia frigidum habent corpus. Febres senum non solere esse ardentes atque proinde febres alioqui exiguas, haberi tamẽ debere in senibus magnas, expertissimũ est Medicis omnibus. Causam verò reddit Hippoc. dicens: Frigidum enim eorum corpus. Nimirũ senile corpus frigidum est, quia calorem iuuenilem amisit, factumque est ineptum ad retinendum calorẽ. Corpora verò quæcunque ad retinendũ sunt, ad accipiendum quoque calorem sunt inepta. Ergo senum corpora cùm frigida iam naturâ sint, nõ poterunt per febres impensè ardere: nam frigida & sicca, & crassarum partium corpora, densaque, nõ sunt apta ardere, sed cum maximè lento igne vri.

Aphorismvs XV.

Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολὺ ἔχουσι, τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί.

Ventres hyeme & vere naturâ calidissimi sunt, & somni longissimi. In his ergo temporibus dandum plura alimenta. Etenim innati calidi plus habent, igitur pluri cibo egent: argumento sunt ætates, & athletæ.

De victu bene valentium videtur Hippocrates disserere magis, quàm ægrotantium. Nam tempora anni quàm minimè indicant quantitatem ciborũ, qui offeruntur ægrotis, sed si quid, qualitatem potiùs. Sed quod in aphoris. dicitur, est, bene valentes vti debere pluri cibo hyeme, & vere, quàm ęstate, & autumno. Quia eo tempore plus est calidi innati in internis corporis partibus: has enim omnes vocat hîc ventres, vt multis aliis in locis, non solùm ventriculum & intestina. Sed videri possit alicui falsũ, calidiores esse has partes per hyemem: cùm per æstatem soleant homines bilem crebrò vomere, siti cruciari, & ardentibus febribus corripi, quę caloris vrentis in visceribus indicia sunt: contrà per hyemem

mem vomere pituitam, & sio e siti esse, quæ videtur frigori impotēda. Certè hac de caosa non dixit Hippocr. vtcūq; calidissimi, sed, naturâ calidissimi sunt. Calore enim igneo, & vrente, magis afficiuntur corpora per ęstatē: tamen naturali, & bono, ac coquente, ebundant magis per hyemem, quia calidi innati plus habent. Vocatur hîc celidum innatum, non vt paolò antè pars calida & humida nostræ substātię, quam ex semine & sanguine accepimus (hæc enim non potest esse hyeme copiosior, quàm in superiore æstate) sed spiritus, & sanguis arteriarum. Huius verò calidi est plus per hyemem in visceribus: quia refugiens occursum frigidi aeris, ad viscera sese confert, seruaturq; ibi copiosum, minimam dissipationem accipiens. Verùm hoc non in omnibus hominibus vsuuenit, sed in iis, qui per se non sunt admodùm dabili calore. Nam hi per hyemem solent deteriùs habere magis refrigerati: atq; vt illi per hyemem crassescunt, ita hi sentiuntur gracilescere: qui rursum æstate soleot veluti reuiuiscentes molē accipere, quum alij extenuantur. Ex dictis satis constat, hoc aphor. non quācunq; veris partem intelligi, sed primam, quæ ab hyemis natura nondum est valde diuersa. Sed cur si calidum innatum abūdat eo tempore, plurimo alimento vtendū est, Hippoc. similibus exemplis probat, dicens: Argumēto sunt ætates, & athletæ. Quasi diceret, pueri vtuntur multo cibo, quia abundant multo calido: athletæ quoque, & quia multum habent calidi, & quia id quod habent, exercitationa augēt: ergo quo tempore plurimum est innati calidi, plurimo alimento vtēdum est. Verùm huius rei causa est, quòd vt paruo igni non debent imponi multa ligna, ita neq; pauca magno: ille enim suffocatur, hic arescit. Quare vt exiguo calido non debent dari multi cibi, ita neq; magno pauci: sed cibi debent calidi rationem seruare. Multum enim calidū multos cibos poterit coquere, & multis frui: maximè quum ob temporis commoditatem (longitudinem inquam noctium) longissimus est somnus, quo nihil est, quod concoctionem magis iuuet: itaq; meritò videtur vtendū multis cibis per hyemem. Sed contrà est, quòd per hyemem videtur esse minor corporū dissipatio, quàm per æstatē. Nam frigus aeris maximè impedit eam euacuationē, quæ insensibiliter agitur, & cibus accipitur ad reponendum id quod effluit: ergo cum effluit minus, minus debet accipi. Accedit, per æstatē nòn tantùm excrementa expirare, sed substantiam ipsam, externus enim aer omnia dissipat: per hyemem si quid euacuatur, excrementum est, nam internus calor nunquam substantiam corporis dissipat: cibus verò accipitur pro expirante substantia, non pro excremento. Sed etsi hoc ita habeat (habet enim ita) non proinde non debet accipi multus cibus per hyemem: nō quòd multa dissipatio fiat, sed quod calidum innatū facultates naturales omnes auget: quare & multi cibi appetentiam facit, & integram elaborationem: ventriculi quidem appetentia à calore præter naturam tollitur, tamen à naturali augetur, est enim animalis, ac cum sensu, qui calore naturali acutior fit. Venæ & arteriæ multum è ventre sugunt, quia membra ipsa multum rapiunt, & affigunt, ac commutant. Vt ergo quò strenuior est artifex, eò plus materiæ desiderat, quia plus insumit: ita vigente calido, plus appetunt membra omnia, & plus commutant, quenquam minor substantiæ dissipatio fiat: quo fit, vt corpora eo tempore non talia seruentur, qualia à principio sunt, sed augescant crassescantque. Verùm roges, Si hoc ita habet, cur abundant homines per hyemem succis crudis? Certè ob voracitatem, vt pueris accidit alioqui calidissimis, & ob euacuationes consuetas, quas frigus supprimit, & ob frigus aeris quem inspirant.

Aphorismvs XVI.

Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖς ἄλλοισι, τοῖσιν οὕτως ἐθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè autem pueris, & aliis, qui tali victui assueuerunt.

In quibusdam codicibus legitur ὑγρὰ πᾶσα δίαιτα τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρει, id est, victus omnis humidus, iis qui febricitant, confert. Sed nihil interest, nam idem est sensus: nimirum febricitantes, quatenus febricitant, indigere victu humido. Quia febris quum sit igneus calor, est natura siccans: quod malum ne serpat, humectatione semper opus est, quantum in ipsa febre agitur. Nam si affectus alius humidus maioris indicationis cum febre cōiungatur, vt hydrops, vtemur siccatione: id tamē non febris causa, sed alterius affectus. Quū verò febris causa vtendum sit semper humectatione, In pueris maximè, & aliis omnibus qui tali victui assueuerunt. Quia naturę, & consuetudini dari debent per morbos similia semper: & puerilis natura humida est, & humidis cibis vti semper solet.

Aphorismvs XVII.

Καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς, καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος. δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ.

Et quibus semel, aut bis, & plura, an pauciora, & per partes. Dandum autem aliquid consuetudini, tempori, regioni, & ætati.

De modis cibandi modò disserit, consulens considerare, quibus sit dandus cibus semel, aut bis, an pluries. Nam verba illa, An plura, an pauciora, non dicuntur de multis, aut paucis cibis, seu, vt sequentia illa verba, Et per partes, quæ dicta sunt in declarationem, ostendunt, de cibationibus pluribus, aut paucioribus. Itaq; consultandum est, quum ægrotanti victū instituimus, an dari debeat cibus semel in die, an bis, an pluries. In qua consultatione maximæ indicationes sunt morbi, & facultatis: aliæ non contemnendæ, consuetudinis, temporis, regionis, & ætatis. Facultas potest esse debilis, aut robusta, aut mediocris: affectio cū abundantia alimenti, aut cum defectu. Defectus verò fit bifariam, aut ob penuriam omnium succorum: aut ob penuriē bonorum, & qui nutrire possint, cum abundantia malorum. Quum facultas est debilis, & penuria alimenti, siue ob corruptionē, siue ob vacuitatē sanguinis fiat, dandum est parū & crebrò: si cū penuria facultas est fortis, multum & crebrò. Facultati forti accidere potest sanguinis vacuitas, post recentē euacuationem. Corruptione verò tantam vt alimentū in-

venis desit, non puto posse cum viriom robore coniungi: quod si qua ratione coniungeretur, dandú esset multom, & sępe. Vtcunq; tameo sit tanta sanguiois corruptio, vtendom est euacuatione per epicrasim, id est, attemperatiooem, quod fit paulatim, & alteruatim factis refectionibus, & euacoationib. Si abundautia alimeoti est, siue facultas sit debilis, siue fortis, dandum est per morbos parum, & raró: sed per facultatem debilem exiguitas raritatẽ debet superare: per fortem, raritas debet esse maior quàm exiguitas. Fortis enim facultas nó potest bene coquere cibum omnioo exiguũ. Vsq; adeó, vt per bonam valetudinem si quispiam robusta virtute sit cũ plethorico affectu, accipere debeat multũ, & valde raró: multũ, ne malè coqoat: valde raró, ne plùs etiã repleatur. Hæ sunt præcipuæ indicationes. Consuetudini daodum est omnib. in rebus quàm multum per morbos, quare & io modo dandi cibó. Quod Hippocr. docet. 2. de Rat. vict. io mor. acut. referens noxas, quæ mutata vtcunq; consuetudine eueoient: siue qui semel coosueuit accipere, accipiat bis, siue qui bis, accipiat semel. Idq́oe docet his verbis: Qui prandere non consueuerunt, & prandent, statim ęgrè habent: toto corpore graues redduotur, & parùm valentes, & desides. Quod si supercœoauerint, acidũ eructant: alios verò alui lauitas exercet. Nempe ventriculus præter consuetudinem grauatur, supersiccescere consuetus, nó bis tumescere, neq; bis cibos coquere. Præterea, qui bis die cibuio sumere consueuerũt, ij oisi pransi fuerint, ægrè habent, parùm valent, timidiq́; ad quoduis opus fiunt, & cardialgia laborant. Ærati eriam (vt de hac priùs dicã) dandum est in hac cõsultatione multũ. Pueri enim accipere dabeot multũ, & crebrò, quia quæ crescũt corpora, multis cibis indigent. Decrepiti parũ, & sępe, dicta priùs causa. Senes raró, & parũ, quia facilimè ferunt ieiunium. Iuoenes multũ, & raró: multo enim cibo indigent, quũ sint calidissimi: sed nó crebrò, quum sint iam firmiores, neq; exoluto faciles. Quod de tempore, & regione dicitur, aphor. sequẽti declarabitur. Indicationẽ aliam præter dictas accipit Galenus in Arte medicinali ad hanc consultationem, à formatione hominis. Nam is qui exiguũ habet ventriculum præ aliis partibus, parum & sæpe debet accipere: contrà qui magnum, multum & raró. Quando eoim est qood prohibeat tantum accipere, quanto corpus indigeat, crebritate: quó est quod cogat, plus quàm pro corporis indigentia accipere, raritate pensaodum est.

APHORISMVS XIIX.

Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον.

Aestate, & autumno cibos difficillimè ferũt, hyeme facillimè, vere secundo loco.

Difficilè ferre cibos, est oó posse eos coquere, sed graoari, obruiq́; ab illis. Quod accidit, cùm oaturalis facultas, & calidum iunatum languorem habẽt: vt per æstatem ob temporis iotemperiem maximã, & iuterni calidi ab externo calora dissipatiouẽ: per aotumnũ, & qoia succedit æstati, & quia per se est tempestas inæqoalis, & aduersa omnibus facultatibus. Meritò ergo homines difficilimè ferunt cibos per hæc tempora: hyeme facilimè, quia ventres hyeme calidissimi sunt naturâ: vere, secũdò ab hyeme, quia est tempestas temperata. Sed non est idem, difficillimè ferre cibos, & paucis indigere. Imò verò corpora per æstatem, etsi ferunt eos difficilimè, indigeut tamen multis, gratia maximæ dissipationis substantiæ, quæ eo tempore agitur. Proinde æstate dandum est parum, & sæpe: ita enim vtriq; indicationi satisfit. Hyeme opus est multis, quia multum est calidi ionati, & hac ipsa causa facilimè feront: ergo dandum est multum, & sæpe. Vere facilè ferũt, & non indigent tam moltis: nam neq; taota dissipatio agitur, quaota æstate, neq; tantũ calidi in visceribus est, quantum hyeme: daodum ergo est multum, & raró. Autumno facultas est languida, & corpora paocos succos eosq; vitiatos habẽt, causa prioria æstatia: ergo dandum est, vt in æstate, pauca, & crebrò. Ita explicatur particula illa proximi aphorismi, dandum aliqoid tempori. Regionis eadem ratio est, quæ tamporis: nam in calida, agẽdum est, vt in æstate: in frigida, vt in hyeme: in temperata, vt in vere. Ex dictis apertè constat, quàm sapienter, vt alia omnia, illud qooq; ab Ecclesia statutũ sit, vt longum ieiuninm, & esus piscium ac legumioum & olerũ, vere medio potiùs quàm alio tẽpore singolis annis rapetar. Eo enim tempore quàm minimũ officit valetudioi: imó verò quàm moltis etiam est saoitatis caosa. Qoid enim aliud agimus ieiunantes, quàm quod multum & raró cibó capimus? quod indicatiooe ab ipso tempore accepta, agendum esse Hippocratis præceptis confirmauimos. Iam verò quod vsos pisciũ, & leguminum, & fructuom, eo tempore mioùs quàm alio obsit, coostat: quũ illa omoia cum multa copia notriaut exiguũ. Atq; opos sit eo tempore cibis vti, quorum maior copia iugeratur, vt magno calori satisfiat, & uutritio nó magna proueniat: quia eo tempore periclitantur corpora præ multitudine. Malignè itaq; Leonardos Fuchsius contẽdit, cap. 17. sui Compendioli, coutra veterum Medicorũ præcepta illud institutum esse. Sed de re tam seria noo erat iudicium ferendũ Medico grammatico, & ignaro omnia philosophiæ.

APHORISMVS XIX.

Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

Iis, qui per circuitus habent accessiones, nihil dare, neq; cogere, verũ adiectioni detrahere ante iudicationem.

Indicationes à tempore particulari (accessione inquam) & vnioersali coniuugens, dicit modò, iis, qui accessiooes habent per circuitus, id est, quibusdam interuallis, nihil dandũ cibi in ipsis accessionibos, oeq; cogendum vt accipiaot: quaudoquidẽ, vt dictum priùs est, in accessionibus abstinare oportet. Et ante iodicarionem totios morbi, detrahendom esse cibum, qoi dabatur: quia crises agũtur in summis vigoribos, in quibos summè teuuissimo victu vteodom est. Hacteous de ratione victus.

APHORISMVS XX.

Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾶν.

Quæ iudicantur, & quæ iudicata sunt integrè,

grè, neq; mouere, neq; nouare, neque pharmacis, neq; aliis irritamentis, sed sinere.

Ad rem longè aliam transgresſionem facit Hippocrates, ad medicamentorum vſum. Videtur hîc monendum, quod ſæpe dicere ſoleo, non minoris artis eſſe, imò verò multò maioris, ſcire quo tempore nihil agendũ circa ęgrotantes ſit, q̃ quo tempore agendum. Quod Hippocrates verbis illis 6. Epid. inſinuauit: Ex adhibitione contraria adhibere, & quieſcere. Docet ergo Hippocrates modò quandã temporis occaſionẽ, qua nihil eſt agendum, ſed totum eſt permittendũ naturæ: videlicet quũ fit iudicium, aut factum eſt integrè: neq; verò ſolũ hoc verum eſt, ſed & quũ iudiciũ inſtat, abſtinendũ eſt ab omni medica opera. Itaq; neq; quum iudicium imminet, neq; quum fit, neq; quum factum eſt, tentandum eſt quicquam agere. Niſi iudicium agatur, aut actum ſit imperfectè: tunc enim quod natura deliquit, ſuppleri debet arte. Cur quum iudiciũ imminet, nõ ſit agendum quicquã, dicetur Cõment. 29. 2. part. Quum iudicatur integrè, quia aut impedies euacuationẽ, aut facies nimiam. Cùm iudicatũ iam integrè eſt, quia nõ eſt opus medicis auxiliis: abſtinendum verò ab eis ſemper eſt, cùm neceſsitas iis nõ cogit vti. Nam nullũ eſt medicũ auxilium quantumuis vtile, quod nõ aliquo modo facultatem lædat: cùm ergo auxilio nõ eſt opus, fruſtra læſionem afferemus. Integrũ iudiciũ eſt, quo morbos ſoluitur perfectè, ac tutò: vt ſcilicet, neq; quicquã illius reſtet, neq; repetat. Agnoſcitur iudicium perfectũ, dum agitur, his ſignis: ſit die decretorio cum ſignis concoctionis, iudicatum, per regionem conuenientem, & cum bona tolerantia. Cùm verò iam actum eſt, multò meliùs agnoſcitur, & illis ipſis ſignis, & q; ſedata omnino videatur febris, & nihil interius maneat. Aliquid interiùs manere agnoſcimus, vt Hippocrates docet 6 Epid. ex ſiti intus relicta, oris ſiccitate, inſuauitate, faſtidio, & ſimilibus ſymptomatis, quæ manere ſolent, ſi non eſt corpus plenè purgatum. Ergo ſi nihil tale manet, nihil intus manere agnoſcimus, ſed eſſe morbum integrè iudicatum. Quorſum ergo agat Medicus quicquam?

Aphorismvs XXI.

Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκη ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

Quæ educere oportet, quò maximè natura vergit, eò ducere, per conferentia loca.

Quę euacuare oporteat, & quæ minùs, aliis locis docet Hippocrates. Hîc illud vnum: quum euacuare oportat, ea via euacuandũ eſſe, in quã ſuccus ipſe naturâ cœpit inclinare. Nam ſi natura in partem quampiã inclinat, & tu in aliam vocas, natura nihil proficiet, quia tu ei obſiſtes: neq; tu, quia natura nõ adminiculabitur. Quare morbo nihil imminuto, facultas debilitabitur. Debet ergo Medicus curare agnoſcere ſignis, quò verſus cœperint impetum ſucci: deinde cogitare, an in regionẽ conuenientẽ inclinent, atq; vbi id agnouerit, eò ducere, ſi tamẽ ducere oportet. Oportebit verò, ſi multa alia quę aliis locis ſcribũtur ab Hippocrate, adſint, & natura nõ videatur ſatis magnũ cepiſſe impetum ad expurgandum per ſeſe totum ſuccum. Nam ſi hunc cepit, dictum prius eſt, quæ iudicantur, aut iudicari parant, aut iudicata ſunt integrè, nõ eſſe à Medico mouenda. Si verò videatur inclinare ſuccus in regionẽ nõ conuenientẽ, non oportet impetũ iuuare, ſed reuellere, auocareq;. Vt idẽ Hippoc. 6. Epid. dicit, his verbis: Reuellere, ſi quò nõ oportet, vergat: ſi autẽ quò oportet, aperire, vt ſingula vergũt. Quod hîc vocat conuenientẽ regionẽ, illic, quò oportet. Quò inclinet ſuccus, agnoſcimus, quũ iam imminet criſis, ex ſymptomatis criticis: vt lachrymæ inuoluntariæ, & ſuffuſio, & pruritus naſi, fluxũ ſanguinis de narib: anxietas ventriculi, & tremor labij vomitũ indicãt. Sed cùm hęc ſigna apparẽt, rarò eſt mouendũ quicquam, ſed expectandũ quid facultas poſsit: & ſi languidè videatur incipere, prouoca vſq; dũ incipiat: poſtquã cœperit, ſi languidè tunc quoq; procedit, iuuabis naturæ motũ, ea ipſa via, cui natura inſiſtit. Sed & ante hæc tempora, toto morbi decurſu ſolemus agnoſcere, quò vergant ſucci, & ex iis quæ adſunt, & ex iis quæ nõ adſunt. Vt ſi diebus contẽplatione dignis, quib. ſolẽt morbi mutationes inſignes facere, & aliis etiam diebus, videtur natura aggredi deiectionẽ, aut ſudorẽ, & interim alię euacuationes ſupprimuntur, apertè intelligimus, quò vergat malum. Vt ſi ſentit ægrotus crebras irritationes inteſtinorum, & vrina ſupprimitur, neq; exudat, aut aliã via euacuatur quicquã, in imũ ventrẽ vergit. Itaque nõ eſt admodũ obſcura ratio cognoſcẽdi, quò repat malũ. Regio conueniens eſſe poteſt, ſimpliciter, aut ad morbũ. Sunt enim regiones quædã naturâ aliis magis idoneę: & quędã regiones quibuſdã morbis, magis q̃ morbis aliis conuenientes. Semper aſt melius, euacuationẽ extra corpus agi, q̃ abſceſſum ad partẽ quampiã. Sed & ipſorum abſceſſuum, qui ad partes inferas fiũt, q̃ qui ad ſuperas: & qui ad externas, q̃ qui ad internas: & qui ad ignobiles, q̃ qui ad nobiles partes, minus mali ſunt. Quare ſi abſceſſus fiat ad partes inferas, & ſedenoſas, non eſt tentandũ repellere, ſed vocare quò natura vergit: nam nõ eſt illa abſceſſui incommoda pars. Si verò videtur ſuccus in principem, aut internam partẽ irruere, reuellendus, auocanduſq; eſt. Euacuationib. idoneæ viæ ſunt, quæ à natura deſtinatæ ſunt eis, vt venter ſuperior, aut inferior, vterus, veſica, & cutis: aut per quas ſæpe ſolẽt morbi non inutiliter iudicari, vt naſus fluxui ſanguinis eſt via conueniẽs. Ad morbum eſt conueniẽs euacuatio, quæ tales morbos ſolet iudicare vtiliter. Non enim omnes euacuationes morbis omnib. æquè ſunt vtiles, ſed cuiq; ſuæ propriæ. Naſcitur commoditas euacuationis ad morbũ, ex vicinia vię, per quã euacuatio fit, cum parte malè affecta: & ex rectitudine partis cum parte, & ex natura ſucci, à quo morbus pendet. Omnes enim morbi iudicantur meliùs per partes vicinas, & habẽtes rectitudinem, q̃ per longinquas, aut euerſas: & morbi omnes pendẽtes ex tenuibus ſuccis, hac ratione iudicantur meliùs exudatione, q̃ alij. Quare ſi per febrem ardentem videris ſuccum ad cutem inclinare, nec tamẽ ſatis magno impetu, prouocabis ſudorem, quia eſt regio ſimpliciter, & ad morbum cõueniens. Si inflammata gibba hepatis parte, in veſicã inclinat, tantundem ages: ſi verò inflammato liene, veſica videatur irritari ad mictum, haud multùm laborabis iuuare, nõ enim habet veſica cum liene cõmunes vias. Mitto referre exempla omnia, quia alibi locum hunc clariſsimè pertractaui.

APHORISMVS XXII.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

Cocta medicare oportet & mouere, non cruda, nec in principiis, nisi turgeant: plerunq; tamen non turgent.

De vsu medicamenti expurgantis disputat: atq; verbû illud medicari, Græcè φαρμακεύειν de sola expurgatione intelligitur. Docet ergo Hippocr. nunquam esse vtendum medicamento expurganti, antequàm succus expurgandus concoctus sit, nisi fortè turgeat. Turgere est de parte in partem agi, nullaq; in parte hærere. Huius sententiæ causas aliis locis reddidit Hippocr. 4 de Rat. vict. in morb. acut. cont. 44. ita inquit: Ventrē ab initio clystere duces, sed medicamenta purgantia non adbibabis. Nam si ventrem moueris, vrina nō maturabitur, febrisq; citra sudorem, & iudicationē in longum protrahetur. His verbis docet, expurgationem succis nō concoctis facere longiores morbos, & maiorem cruditatem, & impedire iudicationes. Causa, qua hæc mala eueniunt, est, quá ipse Hippocr. reddidit satis disertè eodem libro cont. 22. ita dicens: Quicunq; ea, quæ inflammata sunt, morborum inter initia medicamento soluere conantur, ij non solùm ab intēta, inflammataq; parte nihil adimunt, cùm non cedat affectio cruda, verùm & quę morbo aduersa, & sana sunt, absumunt, contabefaciuntq;: ductoq; ad imbecillitatem corpore, morbus superior euadit, qui vbi corpus vicerit, remedium non habet. Hæc illo loco Hippocr. Causa, qua affectio cruda non cedit, est: quòd tempore cruditatis intenta est natura retentioni, quare qui expurgat, contrarium motum molitur ei, quem amat natura. Cùm succi turgent, nō est ratio eadem: turgent enim, quia nulla in parte retinentur, sed omnium membrorū natura conspirat ad illos expellendum: cōspirabit ergo etiam cū pharmaco, quare expurgatio optimè cedet. Sed quod modò dicimus, satis cōstat intelligi de expurgatione succorum, quorum expectari potest concoctio: nam si non potest, frustra expectetur. Non potest expectari, neq; debet concoctio succorum sero similium: quia hi, vt alio loco monstratum est, non possunt coqui: neq; eorum, qui etsi coqui possint, sed in hac affectione non possunt, vt bilis in morbo regio qui est sine febre, aut melancholia in nigro ictero. Nam cùm in his morbis non putrescant hi succi, non coquentur: quare in his malis solùm expectabitur præparatio viarum ad expurgandum. Sed & succorum, qui sunt aut in primis venis, aut viis ductus, vt ventriculo, & intestinis, licet expurgationem aggredi non expectata cōcoctione, quia commoditas loci facit educi facilè etiam cruda. Sed talium succorum causa, non est opus forti medicamento vti, sed aut expurgante primi ordinis, aut leniente solùm. Succorum autem, qui in penitiorib. venis sunt nō turgentes, reuulsionis gratia licet nōnunquam expurgationem agere in morborū principiis. Quod Hippocrates ipse, quarto de Ratione vict. in morb. acut. cont. 64. docet his verbis: Hos si ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito. Verùm euacuationis gratia nunquam debet agi expurgatio ante concoctionē. Nisi fortè aliquando, quum nullatenus videtur facultas posse durare, donec morbus concoquatur, aut ob multitudinem succorum, aut ineptitudinem ad coquendum. Sed tunc quoq; est dubium admodùm, & periculo plenum experimentum, quodque ego nunquam tentarem, nisi aliunde certa mors mihi videretur obiecta.

APHORISMVS XXIII.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρῃ εὐφόρως: καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

Quæ prodeunt, non sunt æstimanda multitudine, sed vt prodeant qualia oportet, & ferat facilè. Et quum expedit vsq; ad animi deliquium ducere, hoc quoq; faciendum, si possit ferre æger.

Monet Hippocr. ad probandum aut vituperandum euacuationem, non esse curandū (id quod solùm vulgus curat) quantum euacuatū sit, sed quale, & quantacunq; tolerantia: hęc enim est artificiosa consideratio. Nec tamen hoc ita dicit Hippocr. quasi velit omnino non esse quantitatem considerandam, sed quasi minùs considerāda sit, quàm reliqua. Oportet enim quò euacuatio habeatur optima, vt sit satis copiosa pro magnitudine morbi, & vt euacuentur talia, qualia oportet, & vt æger facilè ferat, vt explicatum est aphor 2. huius part. Verùm non tam refert, copiam euacuationis respondere magnitudini morbi, quàm duo alia adesse. Nā euacuetur quantumlibet, si non est quod erat noxium, aut non adest bona tolerantia, euacuatio certè lædit. Verùm si euacuatur succus, qui est morbi causa, cum bona tolerantia, certè non lædit: siue parum, siue multum videatur euacuatum. Nam si minus euacuatum est, prodest minùs, prodest tamen: si plus, certè dum exit quale oportet cum bona tolerantia, nondum est nimium. Neque terreri debet multitudine Medicus, quin potiùs cùm expedit affectus gratia, & æger ferre potest, vel vsque ad deliquium animi ducere oportet euacuationem. Hæc continet hic aphorismus. Qui vt apertior euadat, illud monendum in primis duco: quod Hippoc. pręcipit, de ratione distinguendi bonas euacuationes à malis, de omnibus euacuationibus intelligi, de expurgatione inquam, & emissione sanguinis, & sudore, & aliis, siue sponte, siue arte fiant: nam iudicij in his omnibus eadem ratio est. De spōte factis scripsit Hippocr. 2. aphorismo dicens: In perturbationibus ventris & vomitibus sponte factis, si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & facilè ferunt. De factis arte, eodem aphor. hoc idem dixit, statim subiungens: Ita & vasorum inanitio, si talis fiat qualis fieri debet, confert, & facilè ferunt. Verùm videtur ille aphor. de euacuationibus è ventre esse solùm: constat tamen & quum sanguis è naso sponte fluit, oportere vt talis exeat, qualis erat morbum afferens: in causo tenuis, & flauus: in quartana crassus, & niger. Cùm secta vena sanguinem alicui mittimus, dicimus meritò malè actam esse scissionem, quum per putridam febrem integer, ac optimus sanguis eductus est: bene, quum putris, & qualem esse coniectamus eum, à quo febris pendet. Iam verò in omni euacuatione desiderari bonā tolerantiā, notius est q̃ vt probari debeat. Sudor quoque,

que, quem promouemus, aut sponte fluit, optamus vt sit quale morbus exigit, vt flauus per regiũ morbum, & vt sit cum bona tolerãtia. Itaq; quod in prima aphorismi parte dicitur, de omni euacuationis genere intelligi debet. Quod verò dicitur de euacuatione vsq; ad animi deliquium, de sanguinis missione solùm intelligi debet: nam solam hanc euacuationem possumus sistere cùm lubet. In aliis verò in quibus nõ possumus, nõ carebit multo periculo vsque ad deliquium animi ducere. Itaq; missionẽ sanguinis solùm tentandum est ducere vsq; ad animi deliquium, id scilicet, quod leue est, & facile, quod lipothymiã Græci vocant: nõ graue, quod syncopẽ. Atq; dicimus ducere euacuationẽ vsq; ad id animi deliquium, quod euacuatione fit. Nam ad deliquia aliis causis facta, vt metu, non solùm ducere, sed linquente animo euacuare ampliùs licet. Atq; quum quispiam præ euacuatione animi deliquiũ pati cœpit, desistendum statim ab euacuatione est. Eos autem, qui aliis causis deliquium patiuntur, vacuare licet, vt apoplecticos & comprehẽsos. Affectiones, quæ sanguinis missionẽ vsq; ad animi deliquiũ expetunt, sunt febres ardentissimæ, quacunq; ex causa sint ardentissimę: & grauissimi dolores, qui ex calida recẽti, ac magna fluxione pendent. Nam febriũ ardentissimarum causa, intra venas & arterias feruet: quare scissione venæ euacuari potest: & dolores quales dicti sunt, maxima ac celerrima reuulsione calidorũ succorum indigẽt. Iam verò animi deliquium affert toti corpori refrigerationẽ, & sensum tollit. quare recreat facultates membrorum per febres ardẽtes, vt aquæ frigidę potus & tollit dolorẽ, vt stupefaciẽtia medicamẽta solẽt. Itaq; animi deliquium confert per se, & vt refrigerans, & vt stupefaciens. Quòd si quis nobis obtrudat tertium aphor. huius sect. quo dicitur, Euacuationes ad summum ductas periculosas esse, atq; proinde à tali sanguinis missione cunctãdũ ac abstinendum: respõdebimus, cũ facultas in temperie membrorũ solidorũ seruatur, atq; est robusta, non esse hanc euacuationem adeò extremã, vt nunquam tentanda sit, sed esse earum quæ tentandæ sunt, extremam. Debentur tamẽ extremis morbis extrema remedia, vt alio aphor. dicitur. Sed quoniam de hac re disputatum diffusè est. 7 lib Cont. liceat modò breui præterire.

Aphorismvs XXIV.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι. καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

In acutis passionibus rarò, & inter initia medicamentis expurgantib. vtendum atq; hoc cum præmeditatione faciendum.

Passiones vocat morbos. Videtur plerisque hic aphor. eandem sententiam continere, quã ille, Cocta medicari & mouere, nõ cruda, nisi turgeant. Plerunq; verò nõ turgent. Quoniã enim turgentia in solis acutis fit, & in iis rarò, cùm plerunq; nõ turgeant: dicunt colligi, in acutis passionib. raró inter initia expurgandum atq; id cum præmeditatione, an turgeãt succi an nõ, faciendum. Mihi tamẽ in lõgẽ aliam sententiam videtur Hippocr. modò ferri: eamq; quantum ego censeo, verissimam, & cuius ignorantiã grauissimè peccant hoc tempore medici. Nimirum, in morbis acutis raró esse vtendũ medicamentis expurgãtibus, quia talium medicamentorũ vsus febribus perpetuis, & magnis (has .n. vocat modò acutos morbos) est aduersissimus. Hippocr. ipse lib. de Expurgãtibus medicamẽtis, ita reliquit scriptum: Quicunq; igitur à febribus fortib. corripiuntur, his medicamenta purgãtia dare non oportet, donec remiserit febris. Sin minùs, saltem non intra quatuordecim dies. Carnes enim ipsorũ, & ventres, cùm calidi sint, medicamẽtum assumũt, & nihil expurgantur, & febris maior fit, & color euertitur, & morbi regij speciem præseferunt. Commota enim bile, & non purgata, non vult sorbẽre ęger, neq; bibere, sed omnia abominatur, & plerunq; perit. His verbis apertè docet Hippoc. in magnis febribus dari non debere medicamenta, antequã febris soluta sit (tũc enim si quid intus manet, expurgandum est, ne fiat recidiua) aut saltem antequã inclinare cœperit (Hoc enim innuit dicens, non intra 14. dies: acutos quippe morbus intra 14. dies habere summum vigorem alio aphor. docet) quia cùm calor sit tractionis causa, & per tales febres ardeant membra, trahunt ad sese medicamẽta, impediturq; expurgatio: quare febris fit maior, quia medicamẽta expurgãtia omnia, quæ verè expurgãtia sunt, calida sunt, & sicca: augebũt ergo febrem per corpus diducta. Dixi, quæ verè expurgãtia sunt. quia sunt quædam quæ citra calorem videntur expurgare, vt serum lactis, rosa, & viola, & casia ac mãna, & tamarindi, & quædã alia: quæ tamen non sunt tam verè expurgãtia, quãm lenientia aut extergentia, aut sine nutrimento acria, atq; his de causis deiectionem facientia. De quibus Hippocr. in initio citati libelli ita scripsit: Nam & cibus non alentes, medicamenta esse putandum est, verùm, minùs quàm illa. Homines enim qui his rectè in cibos vtuntur, sani sunt: qui non rectè, ægrotãt: qui verò modum excedũt, purgãtur quidem, velut à synceris medicamẽtis, verùm minùs, & tardiùs. Hæc in initio libelli, docens non omnia quæ expurgãt, esse expurgãtia propriẽ. Verùm redeo ad priora verba. Colorem quoq; verti in speciem morbi regij dicit, dato pharmaco in febre ardente. Causa huius est, medicamentum diductum, quod in bilem transiens eam auget. Prætereà fastidium quoq; cibi & potus dicit accidere (hoc enim est quod his verbis dicit, Non vult sorbẽre æger, neq; bibere: forbitione enim nutriebat febricitantes acutis febribus Hippocr.) quia medicamentum, etsi non expurget, commouet tamen bilem, quæ commota fastidium affert. Atque his de causis inquit Hippoc. qui in febre magna expurgãtur, plerunq; pereunt. Neq; certè Hippoc. mihi videtur mala omnia retulisse, quæ in ardentib. febribus medicamenta solẽt afferre: omisit enim dicere, quòd plerique desiccari, exustiq; nimis, in marasmodem febrẽ delabuntur. Detestandus ergo est medicamentorũ expurgantium vsus in magnis febribus. Neq; profectò immeritò: quanta enim obsecro temeritas est, tam multa mala, quæ pharmacũ per se affert, experiri, causa vtilitatis cuiusdam quam ex accidenti euenturam imaginaris? Per febres longas nõ est tantum periculi in expurgatione. Quia in eis non ardent carnes, & membra vsq; adeò. Quid ergo agendum in acutis febribus, si euacuatione per vẽtrem videtur esse opus? Certè quod Hippocr. monet in eodem libello his verbis. Verùm si alicui opus fuerit, infusum per clysterem adhibere potes, quoties

cunq; volueris: hoc enim minoris periculi est. Eadē ratione, qua Hippocr. permittit infusum per clysterem, potes tu vti medicamentis mitissimè purgantibus, quæ non esse verè expurgantia dixi. Verùm quanquam hæc ita habeant vt diximus, non omnino nunquam est expurgandum in acutis febribus, sed raró. Sunt enim occasiones quædam in eis expurgandi, etsi perpaucæ. Illæ verò sunt, aut elapso summo vigore, vt dicebat Hippocr. libello citato, aut in initio, quod hoc loco dicit, In acutis raró, & inter initia: & 4. de Ratione vict. in acutis, his verbis: Hos si ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito. Nam licet expurgare solùm, vt suprà dictum est, aut reuulsionis gratia, aut quia succi turgent. Horum autem vtrunq; fit in principio, quo nondum succi firmati sunt in parte quapiam, sed mouentur adhuc. Constat igitur & ex iis quæ modó dicimus, & ex iis quæ priùs dicta sunt, duobus modis differre hac in parte inter morbos acutos, & longos: & quòd rariùs multò vtendum est expurgatione in acutis, quàm in longis (indicatum enim est, plus in eis periculi habere) & quòd occasiones expurgandi in acutis, initiis accidunt, non incrementis, aut vigoribus. In longis verò cùm liceat expurgare crebriùs, tamen in initiis cauēdum quàm maximè est. Nam aut rarissimè, aut omnino nunquam turgent eorum succi: & est eo tempore summa cruditas. Ambos hos modos, quibus morbi differunt, sermone hoc attigit Hippocr. dicens, In acutis passionibus raró, & inter initia, expurgandum. In longis enim crebriùs, sed minimè inter initia. Addidit verò, Atq; hoc cum præmeditatione faciendum: quò rursum declararet, quantum reformidet expurgantium vsum in acutis. Itaq; si in acutis expurgandum est, inter initia certè est agēdum, atq; tunc quidem cum diligenti præmeditatione, an succi turgeant an non, an sint expurgationi idonei an non, an sit robur quod possit sustinere an non, an sit corpus fluxum, an non: & an sit affectus aliquis, qui expurgationem fieri prohibeat, vt inflāmatio in hypochondriis, an nullus talis sit. Nam cùm res sit adeó periculosa, diligēti præmeditatione est opus.

APHORISMVS XXV.

Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δ᾽ ἐναντία, δυσχερῶς.

Si qualia oportet purgari, purgentur, cōfert, & facilè ferunt: sin minus, difficulter.

Hoc quod de qualitate eorum quæ euacuantur, & facili tolerantia, & conferentia dicitur, sæpe repetit Hippocrates: hac ratione indicans, quanti faciat.

MAGNI HIPPOCRATIS COI APHORISMORVM SECTIO SECVNDA.

APHORISMVS I.

Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

IN quo morbo somnus laborem facit, mortale: si autem somnus iuuerit, non mortale.

NON in quocūq; morbo haberi debet lethale, somnum lædere: neq; in omni tempore. Quędam enim morborū genera sunt, in quibus semper lædit, vt in lethargo, & aliis soporosis affectionibus: & in coryza, & aliis fluxionibus, nisi satis parcus somnus sit. Sunt etiam quædā tempora, in quibus semper somnus lædit, etsi morbus nihil videatur habere periculi, vt in accessionū initiis. Incidunt etiam nonnullæ causæ, quibus somnus lædit sine morbi periculo: vt si quis à magno intempestiuoq; potu frigidæ, statim dormire incipiat: aut statim ab ingesto cibo, cùm nondum eum vētriculus prehenderit. Verùm hæc omnia præscindi debent ab hoc aphorismo prognostico. Itaq; somnum laborem facere, nisi id in natura morbi, aut temporis sit, aut ex causa manifesta, lethale signum est. Nec tñ lethalis est, his etiā exceptis, quæuis ex somno læsio. Non enim si cui ex somno febris videtur facta maior, aut caput dolere cœpit, aut aucta est amaritudo oris, aut sitis, lethale est statim. (Quanquā hæc partim significāt copiā crassorū, partim biliosorum succorum, partim magnitudinē febris, quorū quiduis malū est, nullum tñ per se iam est lethale) Sed cùm læsio magna fit ex somno, vt magnū deliriū, aut ex delirio maiori furor, aut conuulsio, aut pulsus concidentia, aut intermissio, aut extremus languor, aut frigus extremorum, & anhelitus, cum exultione viscerum, lethale est. Nullum enim horum fit nisi in malignorum succorum abundantia, & magna inflammatione interna, aut summa innati calidi ad succos debilitate, aut quum iam iam instat conuulsio ex febre ardente. Hi autem omnes sunt lethales affectus. Itaque læsiones ex somno, exceptis iis quę in principio excepimus, omnes sunt malæ: si léues sunt læsiones, malæ solùm: si graues, etiam lethales. Videtur tamen mihi Hippocr. illis verbis πόνον ποιέει, id est, laborem facit, vsus: vt significaret graues læsiones facere. Intelligo enim hac phrasi idem significari quod in prognostico dicit, Perturbationem affert. Significatur verò vtraque phrasi læsio magna, & vt videatur homo in periculo positus: tunc enim & ille dicitur in labore positus, & tam ipsum quàm circunstantes conturbatio arripit. Hoc itaque est, quod dicitur: In quo morbo somnus laborem facit, id est grauiter lædit, lethale. Non tamen si hoc est lethale, somnū iuuare est salutare admodū. Nam si somnus lædit, vt explicuimus, meritó coniectamus hominē laborare lethali morbo: non tamen si somnus iuuat, quum solet iuuare, coniectare possimus hominem salutari morbo affectū esse. Nam etsi hoc signum non sit malum, imò verò etsi sit bonū, potest morbus habere alia signa lethalia.

Non

Non enim vni signo bono fidendum est, sed omnia consideranda. Hoc vt innueret Hippocrates, dixit Si verò iuuat, non lethale. Potuit certè dicere, bonum: nam iuuari à somno, non est omnino ambiguum signum, sed bonum. Quod Hippocrates statim indicat vno exemplo, dicens: Vbi somnus delirium sedauerit, bonum. Verùm quia non potuit verum contrarium dictioni lethale obiicere dicēs salutare admodum, dixit negatione nō lethale. Atque quò non esse omnino ambiguum (etsi cum negatione esset dictum) intelligeres, scripsit statim exemplum, dixitque bonum.

Aphorismvs II.

Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν.

Vbi somnus delirium sedauerit, bonum.

Exemplum enim est hoc prioris sententiæ. Quod vnum scripsit Hippocrates, vt intelligantur omnia similia, & contraria. Vt si somnus febrem sedauerit, aut dolorem, aut sitim, aut anxietates, bonum. Contrà si delirium auget somnus, aut febrem, aut dolorem, aut sitim, aut anxietates, malum.

Aphorismvs III.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

Somnus, vigilia, vtraque supra mediocritatem fieri, malum.

Somnus & vigilia, vtrunque horum potest esse naturale, aut præter naturam. Somnus naturalis propriè dicitur Græcis ὕπνος, Latinis somnus: estque requies facultatis animalis, quæ fit obstructo leuiter, humectatoque cerebro à vaporibus suauibus boni moderatique cibi. Somnus præter naturam dicitur Græcis κῶμα, Latinis sopor. Est nō tam somnus, & facultatis requies, quàm impotentia vigilandi, grauis, ac difficilè excitabilis, facta aut ab obstructione magna, aut refrigeratione cerebri, aut extrema dissolutione spirituum animalium. Vigilia naturalis dicitur Græcis ἐγρήγορσις, Latinis vigilia: est exercitatio, aut conspicuus motus animalis facultatis, qui deobstructo cerebro suo tempore fit. Vigilia præter naturam, Græcis dicitur ἀγρυπνία, Latinis peruigilium: est impotentia dormiendi. Fit ex acribus fuliginibus, atque mordacibus, aut ex intemperie calida & sicca cerebri. Hippocrates hoc loco vtitur his nominibus, ὕπνος & ἀγρυπνίη. Quo factum est, vt quidam refutantes hanc sententiam dixerint, somnum non posse esse nimium. Siquidem cùm nimius est, iam non somnus, sed sopor est. Neque vigiliam posse esse moderatam, siquidem ἀγρυπνίη id est peruigilium, semper est præter naturam: quod verò præter naturam est, immoderatum est. Galenus his respondet: somnum etsi qualitate naturalis sit, posse tamen longitudine fieri noxium, & aduersum naturæ: vigiliam verò dici moderatam, vt febris dicitur moderata, ad aliam scilicet deteriorem. Itaque concedit vigiliam per se semper esse nimiam. Ego verò ἀγρυπνίην non accipi pro peruigilio, sed pro vigilia existimo, atque ita non esse per se immoderatam omnem vigiliam, sed tunc solùm, cùm producitur multò plus quàm solet. Tunc enim immoderatam fieri, ac noxiam affirmo: vt & somnum, cùm plus satis producitur. Ambo enim hæc suscepta mediocriter, vtilia sunt hominibus: somnus ad coquendum, & reparandum vires animales, & euacuandum insensibiliter: vigilia ad distributionē ciborum, & euacuationes, quæ operâ facultatis animalis indigent, & ad exercitationem animalium membrorum, & ad munia vitæ necessaria obeundum. Cùm verò modum excedunt, producunturque nimiùm, ambo sunt mala, & vt causæ, & vt signa. Nam & multa mala afferunt, & prauæ affectionis sunt indicia. Noxas, quas faciunt, complecti voluit Hippocrates sententia vlt. 2. de Rat. vict. in mor. acut. his verbis: Fortis vigilia cibos crudos, & incoctos reddit: ea verò quę in contrariam fit mutatio, membrorum laxitatem, excoctionem, & capitis grauitatem facit. Nec tamē his verbis complexus est omnes noxas, quas facere solent. Vigilia enim præter dicta, etiam debilitat facultatem animalem, & extenuat corpora, & desiccat cerebrum, & deliria aut affert, aut auget. Somnus longus pręter dicta, etiam facit extinctionem innati calidi, & multas fluxiones, & memoriā minuit: & multa alia facit. Vt signa quoque, mala sunt. Nam vtrunque, significat malè affectum esse cerebrū: somnus obstructionibus, & fluxionibus, aut repletione multorum vaporum crassorum, & frigidorum: vigilia, calore, & siccitate, aut inanitione, aut fluxione biliosa, aut acrium fuliginū redundantia. Quæ omnia mala sunt per se, maximè in membro omnium nobilissimo.

Aphorismvs IV.

Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ᾽ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

Non satietas, non fames, neque aliud quicquam bonū est, quod plus est quàm pro natura.

Alio exemplo satietatis & famis, docet modò, quod nuper exemplo somni & vigiliæ, videlicet omne nimium esse naturæ aduersum. Proinde dixit, non satietas, non fames: addidit, neque aliud quicquam, quod plus est quàm pro natura, bonum est. Neque, vt nuper dixit, somnus, aut vigilia supra mediocritatem: eadem ratione, neque motus, neque quies, neque venus, neque abstinentia à venere, neque denique aliud quicquam debet esse immoderatum: sed vt Hippocrates dixit, labor, cibus, somnus, venus, omnia mediocria. Nomen hoc fames, Græcè λιμὸς, tria significare solet. Primùm caritatem annonæ: ita enim dicitur 2 Epidem. In oppido Aeno iis qui ob famem leguminibus vescebantur, crura debilitata sunt. Significat etiam ciborum appetentiam, vt illo aphorismo, Famem meri potio soluit. Significat quoque inanitionem, aut indigentiam cibi, vt illo aphorismo, Vbi fames, laborandum non est. Satietas Latinis tot modis dicitur, quot fames, significatque contraria. Abundantiam alimentorum, fastidium, & plenitudinem repletionemque inanitioni contrariam. Primo significato, dixit Sallustius: Ex frumenti grani inopia, satietas facta. Secundo significato Cicero: Studiorum omnium satietas facit vitæ satietatem. Tertio significato, Medicis solùm consuetum id nomē est. Verùm Græcis non est vnum nomen, quo propriè tria hæc significentur: sed abundantia dicitur περιουσία, fastidium ἄση, repletio πλησμονή. Vsus est hîc Hippocr. his nominibus, πλησμονὴ & λιμὸς: quare videtur sententia intelligi de satietate in tertio si-

gnificato solùm. Atq; de fame in tertio etiam signi- A ficato: quia etsi nomeo λιμὸς possit significare tria, tamé obiicitur vt contrarium satietati. Proinde Galenos ita explicat, neque satietatem, id est abundantiam plnris cibi, quàm facultas ferre possit, neque contrarium bonum esse: quandoquidem vt dicatur aphorismo alio huius particulæ, vbi cibus plusquá pro natura ingestus est, morbum facit: & rursum alio aphorismo, morbos ex repletione sanat inanitio, & ex inanitione repletio. Quare si vtrunq; eorum morbos affert, vtrunque eorum malum est. I- B taque hic sermo erit de causis morborum. Sed videtur mihi aphorismus posse ad partem tuendæ valetudinis & ad partem prognosticam referri, seruata sententiæ integritate, ac veritate: ad illam, si ita intelligatur, neque bonum est ad tuendum valetudinem cibos accipere vsque ad satietatem, neq; semper esurire, sed mediocriter cibis vti: ad hanc, si ita, neque fastidium magnum, neque magna cibi appetentia per morbos bonum signum est, sed vtrunq; si multò plùs solito est, malum signum est. Nam et- C si dictum est, oomè πλησμονὴ propriè significare plenitudinem, tamen quia plenitudo fastidium facit, potuit id nomen vsurpari pro fastidio: ita enim significat Laonis satietas fastidium, ab effectu scilicet. Itaque dictio potest vtrunque sensum ferre. Atqui est vterq; sensus verissimus. Mala, quæ multos cibos multoties accipere, & quæ paucos ac raro, facit, docet Hippocrates 4. de Rat. vict. in mor. acut. Qui plura accipit, quàm debet, congerit multa excrementa, patiturque cruditates: qui paucio- D ra, fluxiones ventriculi & morsus, ac cardialgias, & vertigines: maximè, si superna ventriculi parte sint picrocholi: & extenuantur toto corpore, fiuntque debiles, & ad omnes actiones timidi. Itaq; ad tuendam valetudinem, mediocriter oportet cibis vti, satietatem & famem deuitando. Videbitur fortasse contrarium docere Celsus cap. 1. lib. 1. vbi instituens victum bene valenti, ita dicit: Modò plns iusto assumere (paucis interpositis) & semper quàm plurimum, dummodo hoc concoquat. Tamen non do- E cet. Nam cùm dicit, modò plus iusto assumere, non instituit quantitatem cibi bene valenti, sed præcipit, ne consuetudini cuipiam se nimis religiosè astringat. Intellige, qui perfectè sanus est: eritque id quod docet, verissimum, quia omnis consuetudo affert imbecillitatem, impotentiamque agendi contrarium. Itaque illic de re alia loquebatur Celsus, à victo legitimo. Cùm dicit, Semper plurimum, bene addidit, Modò hunc concoquat: quod non est præcipere satietatem, sed interdicere famem. Nam F accipere quantum possis coquere, non est ad satietatem, sed ad mediocritatē. Sed quod sit optimum præceptū mediocritatis capiendi cibum? Respondent quidam, manere semper eum reliquiis famis: alij, nihil accipere vltra id quod appetitur. Sed vtrique falluntur. Nam si pituitosus accipit quátum appetit, accipiet nimium: biliosus non accipiet satis, nisi accipiat plus quàm appetit. Melius ergo est, vt temperati solùm accipiant, quantum appetunt: reliqui quantum possint coquere: quod ex natura G & consuetudine hominis agnoscatur. Constat ex his, nó omnino exactè definiuisse victum salubrem Hippocratem (si modò autor Hippocrates est) sexto Epidem. 5. vbi ita scripsit: Salubris exercitatio, nó saturari cibis, & esse impigrū ad labores. Quandoquidem docuit victum plerisque hominibus vtilem, solis enim illis, qui biliosi admodùm sunt, possit ille victus non esse vtilis. Sed de his satis. Tertius quoque huius sententiæ sensus verus est, puta, fastidium & famem per morbos esse mala signa. Nam fastidium magnum, significat prauorū succorum abundantiam, aut sensus in ore ventriculi corruptionem: appetentia nimia significat redundantiam frigidorum succorum, aut nimiam corporis dissipationem.

APHORISMVS V.

Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

Lassitudines sponte natæ prænunciāt morbos.

Lassitudinum simpliciū triplex est genus: quædam quæ sensum facit punctionis, diciturq; proinde vlcerosa: alia qua habeat membra omnia sensum tentionis, ac proinde dicitur tensiua: alia, qua musculi omnes patiuntur quiddam phlegmoni simile, tumorem scilicet, tentionem, & punctionem, atque ideò phlegmonodes dicitur. Componi possunt hi affectus quatuor modis. Nascuntur affectus hi nonnunquam ex manifestis causis, vt vlcerosa ex longa mora in Sole, aut intempestiuis exercitatione, aut esu potuve acrium, vt potu vini meracioris, esu allij, porri, cepæ, aut condimenti ex pipere, & aliis aromatis. Tensiua, ex exercitatione nimia, quę tensionem membrorum effecit. phlegmonodes ex vtrisque. Nonnunquam fiunt sine causa aliqua manifesta, sed sua sponte, quas proinde sponte factas vocat Hippocrates, quas constat nasci ex causis similibus illis, quas manifestæ causæ solent corporibus afferre. Vt vlcerosa sponte facta, significat redundantiam succorum biliosorum, aut erudorum: tensiua, multitudinē distendentem vasa: phlegmonodes vtrunque. Meritò ergò lassitudines sponte factæ, dicuntur prænnnciare morbos. Nam sunt dispositiones neutræ: quæ verò tales sunt, morborum sunt initia. Accedit, nasci has lassitudines ex cacochymia, aut plethora, aut vtrisque, quas constat maximæ morborum partis causas esse. Sed hic aphorismus non exigit plura. De lassitudinibus multa sunt à me disputata lib. 6 Cont.

APHORISMVS VI.

Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσεῖ.

Quicunque laborātes parte aliqua corporis, plurimos laborum nō sentiunt, iis mens ægrotat.

Laborat Galenus, quem sequuti multi alij sunt, ostendere, nomen laboris nonnunquam vsurpari ab Hippocrate, non pro dolore ipso, sed pro affectione, quę dolorem facit, atque ita modò vsurpari. Nam aliter pugnantia diceret, dolentes dolorem non sentient. Quandoquidem qui non sentit, non dolet. Nam ipse dolor sensus tristis est. Ergo inquit intelligi, Qui habentes parte aliqua affectiones dolorificas, tamen non dolent, ij mente laborant, delirantq;. Producit Galenus locum Hippocratis ex 6. Epidem. quo probet doloris nomen de causa doloris dici solere. Habet locus hoc modo, ἐν Κρανῶνι οἱ μὲν παλαιοὶ πόνοι ψυχροί, οἱ δὲ νεαροὶ θερμοί: id est, in Cranône antiqui dolores frigidi, recentes verò calidi,

Hoc

Hoc loco, inquit, doloris nomen de causa dolendi dicitur, non de dolore ipso: nam dolor non potest esse calidus, aut frigidus. Verùm Galenus videtur mihi frustrà laborare. Nam Hippocrates hîc non vtitur nomine ὀδύνη, quo vtitur 6. Epid. quodq; significat dolorem: sed hoc nomine πόνος, quod significat nō tam dolorem, quàm laborem. Quod palàm faciunt verba illa Hippocratis in Prognostico, ὑπό γὰρ τῆς ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνεῖ: id est, à dolore enim & laboribus peruigilium. Nō enim Hippocrates cùm dixisset ὑπὸ ὀδύνης, addidisset καὶ πόνων, si eadem res esset ὀδύνη & πόνος. Proinde ego transtuli, non vt alij, Dolentes parte aliqua corporis, dolorem non sentiunt: sed, Laborantes parte aliqua plurimos laborum non sentiunt. Nam ita nullum nomen accipit impropriè: labor enim significat propriè affectum, qui dolorẽ afferre potest. Accedit, quòd malè Hippocrates diceret, vtereturque in primis impropriè nomine, deinde vteretur vulgari phrasi, dicens, dolorem non sentiunt. Nam dolor non est sensibilis, sed est ipse sensus. Atq; fortasse barbarorum multi decepti hoc aphorismo, statuerũt dolorem esse accidens sensibile, alij commune, alij tangibile. Vsq; adeò non rarò falsa dogmata nasci solent ex malis autorum versionibus: ego proinde in hac bonam laboris partem mihi reponẽdam semper existimaui. Accedit dictis, Galenum falsò dicere 6 Epid loco citato, laboris nomen nō dici de dolore, quia frigidus dicitur. Nam nomen illic de vero dolore dicitur: attributum illud calidus, aut frigidus, non propriè, sed à causa. Certè Grammatici docent, sæpe per figuram attributa causarum, effectis tribui. Itaq; perinde est, ac si Hippoc dixisset, in Cranône dolores antiqui nascebãtur à frigore, recentes à calore. Tamen in hac dictione nomẽ doloris propriè dicitur de dolore: itaq; videtur hîc incautè nomina explicuisse Galenus. Nos nihil aliud docet Hippocrates, quàm phrenitidẽ significari, si cùm quis laboret parte aliqua (id est patiatur affectiones, quę dolorem facere & solent, & possunt) tamen maximam partem illius laboris non sentit. Constat ex his: si qui magnam partem laboris non sentit, delirat, multò magis delirare eum, qui omnino nihil laboris sentit. Non tamen proinde rectè censet Philotheus illud τὰ πολλὰ id est, maxima ex parte, accipi pro πάντως, id est omnino. Nam præterquã quòd nomina hæc multum dissident significationibus, res ipsa indicat dicendum esse magna ex parte, aut plurimos laborum. Siquidem non solùm is delirat, qui omnino nihil dolet ex affectione, quæ multum corrumpit naturam, sed etiam qui minùs dolet, q̃ pro affectionis magnitudine. Nam etsi hic minùs, tamen hic quoque habet mentis alienationem, quę facit quòminus labor sentiatur. Causam, qua hoc accidit, facilè intelligat, qui legerit cap. vlt 4 Cont. quo monstratum à me est, sensus omnes etiam singulares agi posse cum animaduersione, aut cum auersione animi. Ergo qui delirant, conuertunt animum, quò eos sua deliria rapiunt: & ab iis quæ patiuntur, auertunt. Quo fit, vt quæ patiuntur, non sentiant, aut multò remissiùs.

APHORISMVS VII.

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπαναθρέφειν δεῖ· τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, lentè reficere oportet. quæ verò breui, breuiter.

Morbi breues etsi magni sint, dispositiones sunt, & morbi fientes, factique habentes quàm minimum: qui verò multùm producuntur, nō possunt non comparare aliquid facti, atq; eò plùs, quo plùs producuntur. Nam omnis dispositio, diuturnitate in habitum transit. Intemperies quæ adhuc fiunt, si magnæ sint, vitiant actiones: quare extenuare possunt, non minùs quàm longæ, tamen debilitatem in essentia facultatibus non afferunt. Quia facultatum essentia in temperamento, quod radicale vocant, est, quod per morbus fientes tantùm integrum manet. Ergo morbus breuis etsi extenuationem magnam attulerit, tamen debilitatem in essentia facultatibus naturalibus solidorũ non magnam attulit. Longus vt extenuationẽ attulit, ita temperamentum partium radicitus euertit. Ergo qui ex longo tempore extenuatus est non potest refici celeriter. Non enim potest frui nisi exiguo cibo, sensim aucto: reficit verò, non quod ingeritur, sed quo corpus fruitur. Quare si quis extenuatũ longo tempore tentet reficere breui plus dabit, q̃ coquere ille possit: grauabit ergo, atque hac causa extenuabit plus. Nam vt dicetur aphorismo sequenti, qui multum cibi capiunt, non corroborantur. Verùm qui breui erit extenuatus, poterit copiosiori cibo frui, quare & celeriter refici, id verò bonum est: quare cùm fieri potest, fieri debet. Neq; tamen quæ diximus ita intellige, quasi nulla breuis intẽperies possit facta esse, & in habitu (monstratum enim alicubi est, posse vel à principio oriri hecticã) sed quòd semper ferè breues fientes sint, & longæ habeant aliquid facti. Constat tamen non in hoc rerũm genere solùm, sed in alio quouis posse, etsi id rarò, vnicam dispositionem habitum facere. Si igitur ex morbo breui videbitur tibi membrorũ temperies radicitùs euersa, aut omnino, aut partim: vt si ex ardente febre supersit hectica, lentè refice, vt conualescentes ex longis morbis. Nam quorum ratio est par, idem est præceptum.

APHORISMVS VIII.

Ἢν ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρῆται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίνηται, χρὴ εἰδέναι, ὅτι κενώσιος δεῖται.

Si à morbo cibum accipiens quis, nō corroboratur, significat, plure cibo corpus vti: si cibum non capienti hoc accidat, scire oportet, indigere euacuatione.

Cibum accipere dicitur, qui appetit cibũs, & accipit non parum. Non accipere, nō quicunque non accipit quacunq; causa, sed quia nō appetit. Ergo si quis appetẽs cibos accipiensq;, non corroboratur, potest esse in causa morbus, nam multi per morbos appetunt: sed si à morbo, id est soluto iam morbo, etsi accipit, non corroboratur, constat eum non posse coquere. Nam si acciperet, & coqueret, morbo potissimùm finito, cur nō corroboraretur? Accipit ergo plus quàm potest coquere: debet ergo Medicus cibi quãtitati detrahere. Verùm hoc intelligi velim, nisi malis cibis vtatur. Na si quis à morbo

appeteret, vtereturque multa beta, aut brassica, aut multis cucumeribus, nihil mirum, si non corroboraretur: neque causa esset tunc temporis in quantitate, sed potiùs in qualitate ciborum. Ergo intelligendum est, si quis à morbo appetens fatis, accipiensq; cibos non prauos, sed nutrire idoneos, non corroboratur, eum pluri cibo vti, quàm opus sit. Si verò soluto iam morbo, fastidio laborat homo, opus est expurgatione: quia, vt dicitur 6. Epid. sitis & fastidiū intus manere causam morbi significant, itaque corpus manet impurum: quare opus est expurgare statim. Quia si neq; purgas, neque nutris, nunquam reficies: si missa purgatione nutris, magis lædes, quia vt dicitur sequenti aphorismo, non pura corpora quantò plùs nutries, tantò magis lædes. Nimirum quæ ingeruntur, ab excremētis quæ interiùs sunt, corrupta, augent malum. Quid ergò agendum? Certè expurgādum priùs, nutriendum deinde.

APHORISMVS IX.

Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

Non pura corpora, quantò plùs nutrineris, tantò plùs lædes.

Dictum priùs est, cibum ingestum augere cacochymiam. Quid ergo, an quę impura sunt corpora, nullo cibo vti debent? Certè cacochymiæ causa nihil datur, sed virtutis: quæ nos aliquando cogit cacochymiæ curam adeò deponere, vt iis, q omnium succorum corruptione laborant, cibos sæpe offeramus, vt in Comment. 17. primæ part. docuimus.

APHORISMVS X.

Τὰ σώματα χρὴ, ἤν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

Corpora vbi quispiam purgare voluerit, oportet fluxa facere.

Qui non facta priùs præparatione, corpus purgare aggreditur, multorū malorum causa fit. Nam aut leui pharmaco vtens, mouet, & nihil euacuat: aut vtens vehementi, extorquet cum magnā noxā corporis, & symptomatis grauissimis. Ergo quò cū mediocri pharmaco expurgatio bene cedat, expedit magna præparatione vti. Perpetuum enim est in rebus omnibus: nō minùs facere dispositionem eius quod accipit, quàm potētiam efficientis. Semper ergo vtendum præparatione est ante expurgationem. Nisi expurgationis necessitas adeò instet, vt non expectet præparationis tempus, vt in quibusdam succorum, qui turgent. Præparatio duplex est necessaria, altera corporis, altera succorū. Quod ad corporis præparationem attinat, quacunq; via euacuatio agēda sit, opus est meatus aperire. Quod 6 Epid. part. 2. docet his verbis: Transitus aperiri, vt nares, & alia quibus opus est, & vt conuenit, & qualia, & vbi, & quando, & quantum oportet, vt sudores, & alia planè omnia. Siue expurgatio agenda sit per superna, siue p inferna, oportet aperire vias, & laxare, tollereque obstructiones: tum eas, quæ per vniuersum corpus sunt, tum vel maximè eas, quæ in hypochondriis, quia per hæc eorū quæ expurganda sunt, via est. Expedit etiam ad omnē expurgationem corpus esse humidum, maximè verò ad eam, quæ p superna agenda est. Nimirum arido corpori expurgatio adfert desiccationis extremæ periculum: vomitio præter hoc, affert periculum dirumpendi vas aliquod circa thoracem Nam quæ humida, ac mollia, laxaq; sunt, minùs dirumpi solent, q̄ quæ sicca, aut tenta. Hæc ergo oportet agi circa corpus expurgandū. Aguntur quiete, cibo, & balneo. Quietis, & cibi mantionem facit Hippoc. 4. part. aphor. dicens: Ad hellaboros qui nō facilè suprà purgantur, eorum corpora pluri cibo & quiete humectanda sunt. Balnei meminit 6. Epidem. 5. dicens: Veratrum epotum, si celeriùs purgara vis, lauare, aut sumere cibum oportet. Nomine cibi, hic nō cibus quiuis intelligendus venit, sed medicinalis, cuiusmodi sunt serapia, quibus vtimur. Nam falsum est prorsum, expedire eum, qui expurgandus est, vti multis cibis. Quî enim laxentur viæ, & tollantur obstructiones? Quanquā ai, qui vomiturus est, licèt lautiùs vti cibis, q̄ ei qui per imum expurgandus. Sed vtandum est multo potu humectāte, & vim habente agendi reliqua, quæ diximus. Multorum serapiorum potum hac de causa ego amo, vt acrium pharmacorum magnas doses reformido. Continēdus etiam est homo ante expurgationem in quiete, & quia humectat quies, & quia iuuat ad concoctionē, & eo tempora exercitatio faceret distributionem crudorum, augeretq; obstructiones. Lauandum etiam est, id est, vtendū embrochis vocatis, & irrigationibus ex olais, aut decoctis humectantibus simul, & incidētibus, aperientibusq;. Maximè ad hypochondria, cùm in illis obstructiones sentiuntur, aut scirrhi. Idq; agendū, euacuata, vt solet, bona parte multitudinis, sanguinis missione, aut inedia, & clysteribus, aut alia ratione. Hæc est ratio præparandi corpus. Præparationē succorum debere esse semper incisionem ad expurgandum p veutram, monstratum est à me lib. 7. Cont.

APHORISMVS XI.

Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ, ἢ σιτίου.

Facilius est repleri potu, quàm cibo.

Verbum replari non dicitur hîc de repletione, qua fit distentio vasorum, sed da refectione. Neque nomen potus dicitur de eo, qui est tantùm potus. Nam qui talis est, non nutrit, tantùm abest vt faciliùs nutriat, quèm cibus. Sed dicitur da eo, qui est simul cibus, & potus. Hoc est, de succo aut de cibo, qui forma potui apta accipitur. Talem potum inquit, faciliùs nutrire, quàm cibum, quàm cibum sit licet solidum. Itaque tota sententia sic intelligenda venit, cibus potui aptus faciliùs nutrit, quàm solidus, & qui sui est aptus: atque idem cibus liquatus faciliùs nutrit, quàm si ingeratur solidus. Faciliùs nutrire multò aliud est, quàm meliùs, aut quā plùs nutrire. Plùs enim nutrit, quod plus nutrimenti præstat corpori: meliùs, quod melioris est succi: faciliùs, quod citiùs. Constat ergo citiùs præstiturum corpori nutrimentū, quod solutum in iure, aut alia ratione liquatum ingeritur, quàm quod solidum, quia habet ferè iam factum, id quod ventriculus solet cibis præstare. Maxima enim pars eius actionis quę à ventriculo expectatur, est liquatio: facilior ergo concoctu erit liquatus cibus: distribueturque statim, atque minimam commutationem perpessus membra reficiet. In hanc sententiam dictum est ab eodem Hippocrate libro de Alimanto

mento: Quicunque celerrima egent adiectione, liquidum medicamen ad recuperandas vires optimum est. Quę sententia, illo loco est à me enarrata.

Aphorismvs XII.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

Quæ relinquuntur in morbis post indicationem, recidiuas facere consueuerunt.

Hoc etiam aphorismo videtur reddita causa eius, quod paulò antè dixit: Si quis à morbo non appetens cibum, non corroboretur, expurgatione esse opus. Quia scilicet, fastidium indicat, bonam partem causæ morbi interiùs manere. Sed quæ relinquuntur in morbis post iudicationes, hoc est, solutiones, recidiuas facere consueuerunt. Ergo ne recidiua fiat, opus est expurgatione vti. Sed quod in aphorismo dicitur, apertum est: nam si succus, qui morbum faciebat, interiùs manet, neque à natura, vt fit sæpe, paulatim expellitur, neq; à Medico expurgatur, quid aliud facere potest, quàm recidiuam.

Aphorismvs XIII.

Ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δ' ἐπιοῦσα, εὐφορωτέρη, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Quibus iudicium fit, iis nox difficilis, quæ fit ante accessionem. Quæ verò subsequitur, magna ex parte facilior est.

Iudicium est subita mutatio morbi, quæ aut ad salutem aut mortem, & ad melius saltem aut deterius fit. Fit autem, cùm natura congreditur summo certamine cum morbo, nonnunquam morbo, nonnunquam vincente natura, idque aut omnino, aut per partem. Quanquam enim per crisim in totum morbum insurgit natura semper, tamen non semper potest totum pellere, etsi partem possit. Sed videbitur alicui, præter rem facta hîc indicij mentio. Nam non solùm in iis qui iudicantur, sed & in omnibus qui laborant febribus repetentibus per circuitus, nox quæ antecedit accessionem, est difficilior, quàm quæ accessioni succedit. Quia cùm instat accessio, membra in quibus est mali radix, grauata iam sunt excrementis, quæ interualli tempore congesserunt: cùm verò nuper exacta est accessio, nuper sunt expurgata. Quorsum ergo si perpetuum est hoc in omnibus, iis accidere qui iudicantur, monet? Certè Hippocrates in longè aliam sententiam fertur. Hæc est, in iis qui indicantur, tempus quod euacuationem antecedit, esse difficile: quod consequitur, plerunque facilius. Nam quòd noctis meminit, nihil moror. Perinde accidet dies grauis, si noctu futura est accessio: vt nox sit grauis, si accessio est futura diu. Sed illud in phrasi est. Ita dicimus, tertianæ febres repetunt tertio quoque die: intelligitur tamen, aut nocte. Multæ enim habent accessiones noctu. Sed quod dicitur hoc est: Crisis habet duas partes, anxietatem magnam, quæ antecedit, & euacuationem, quæ subsequitur. Causa huius rei est, quia cùm natura paret expellere noxios succos, excernit priùs illos à bonis, nam aliter malos cum bonis membra pellerent. Dum agitur secretio, non possunt non ingrauescere dolores omnes, & angi ægroti. Nam dum secernuntur, mouentur excrementa, & fiunt synceriora: motus facit copiam maiorem vaporum eleuari in caput & cor, & interim excrementa faciunt dolores maiores. Nam cæteris paribus, quod mouetur, maiorem doloré facit, quàm quod quietum est: excrementum etiam quod syncerum, maiorem quàm quod cum bonis succis permistum est. Hoc est itaque, quod Hippocrates dicere vult. Sed quorsum dicit, Nox ante accessionem difficilis: cùm videatur debuisse dicere, nox ante euacuationem? Certè vt hoc quoque obiter insinuet, euacuationes decretorias semper solere incidere in accessiones. Dicitque, ante accessionem, quasi dicat ante euacuationem criticam, quæ in accessione fit. Fit verò vt crisis incidat semper ferè in accessioné, non immeritò. Nam cùm crisis & accessio sint motus similes (vtraque enim fit natura conante expellere, accessio partem succi, crisis totum succum) meritò fit, vt crisis accessionem, aut accessio crisim rapiat, incidantque proinde in idem tempus. Addit Hippocrates, Quæ verò succedit, magna ex parte leuior existit: quia euacuato iam succo corpus meliùs habet. Sed cur nô dicit, semper? Certè quia non omnis crisis bona est: à mala autem deteriùs habent homines. Dixit magna ex parte, quia magna ex parte fiunt bonæ crises. Plures enim liberantur à morbis homines, quàm intereunt. Hoc ergo est, quod dicitur: Quibus crisis fit, iis nox ante accessionem difficilis: quæ verò succedit, magna ex parte facilior est. Cui parti potiùs dari debeat nomen crisis, tempori perturbationis, an euacuationis, dicere mitto, quòd ad doctrinam nihil faciat: satis sit scire, duo hæc accidere iis, qui iudicantur. Neque verò curo, cur talis mutatio vocata sit antiquis crisis: illud constat, inualuisse vsum vt ita appellaretur. Quomodo excretio succorum in nostris corporibus agatur, libro 2. Cont. diximus. Sed maioris claritatis gratia, opus est vt quædam addamus modò. Secretio non potest agi vnico venæ motu: nam vtcunque vena dilatetur, aut contrahatur, secretio non agitur, sed aut pelluntur, aut trahuntur quædam. Quo ergo modo secretio agitur? Num dæmon aliquis per arterias & venas permeans, secernit hæc ab illis sine earum motu? aut anima ipsa hæc agit, sine corporeo instrumento? Certè nullum horum est verisimile: sed quod illo loco diximus, actionum aliarum concursu secretionem agi. Nam omnia excernuntur, aut quia in partes diuersas pelluntur, aut trahuntur, hæc huc, illa illuc: aut quia alia retinentur, aliis illinc tractis, aut pulsis. Nam quo alio modo separentur? in nostris venis non poterit agi secretio sola expulsione. Nam pellés arteria nihil aliud agit, quàm quòd sese contrahit. Contractione verò omnia, quæ in venis sunt, huc aut illuc, aut simul huc & illuc, facit regurgitare, confusa tamen & permista, non secreta. Potest tamen secretio in nostris venis agi, aliis succis detentis, aliis pulsis, aut aliis tractis, aliis pulsis. Atque hoc agi, non est inopinabile. Nam tractrix & retentrix, quæ in venis & arteriis sunt vt simplicibus, sine ipsarum partium motu operantur: sed vt trahit retinetque ferrum magnes, omnino non motus. Quare vena temperamento, & substantiæ modo retinet bonú succum, compressione pellit malum, atq; ita malus secernitur à bono. Sed

dices: Si ita fit secretio, simul agitur cum expulsione: non ergo illam antecedit, vt in aphorismo dicebatur. Sanè secretio, vt monstrátum est, non agitur sine quedam excretione: tamen ante illam, quæ è corpore iam succos egerit, semper ferè fit. Nã cùm vena plena bonis malisq; succis simul, sese contrahit, etsi temperamento retinet bonos, constrictione tamen cogitur illorum aliquid deponere. Sed quia retinet, deponit minus bonorum, quàm malorum. Pellunt verò primùm particulæ in particulas, & aliæ in alias: & quæ expulêre, reuocant rursum bonos succos, quos expulerant, missis malis. Comprimuntque sese rursum, atque ita aliæ in aliis pellentes, & aliæ ab aliis reuocantes, sæpiusque ac veluti circulo quodam agentes, multos motus reciprocos cient, vsq; dum quasi agitarentur in cribro, secernontur excrementa. Secreta irritant denuo, grauiusque: coguntque membra nouum magnumque impetum capere, et extra corpus pellere. Constat ex dictis, meritò tempus excretionis magnam anxietatem afferre.

Aphorismvs XIV.

Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

In ventris profluuiis mutationes excrementorum iuuant, nisi in praua mutatio fiat.

Bonum esse aut malum, dici potest de signo & de causa. Tamen iuuat aut lædit, de causa solum dicitur, non etiam de signo. Itaque hic aphorismus non pertinet ad partem prognosticam, sed ad agnosticam. Continet enim quoddã indicium euacuationis vtilis, nimirum mutationem excrementórum. Atqui quod dicitur, tale est. Cùm venter alicui profluit, siue sponte, siue à medicamento, bonũ est commutari excremẽts: hoc est, deiectiones non semper similes fluere, sed diuersas & modo substantiæ & colore. Nã meliùs perpurgetur corpus cùm euacuantur multiformia, quã omnino similia. Perrarum enim est, aut fortasse omnino fieri non potest, vt quispiam vnius generis solùm exquisiteque congerat excrementum per morbum aliquẽ. Nam si nihil aliud, materiæ cõmunes multæ congeruntur præter propriam morbi. Hinc fit, vt quemadmodum cùm sine euacuatione aut cum exigua soluitur morbus, paulò pòst fit recidiua: ita cùm, etsi facta sit euacuatio satis magna, sed nullatenus diuersa, paulò pòst morbus alius diuersus genere à priori fiat: vt pro tertiana quotidiana, aut pro hac, quartana. Igitur vt corpus perpurgetur, nõ parùm iuuat mutatio excrementorum. Atqui verum est hoc quoq;, siue diuersa excrementa prodeant seorsum, siue simul. Nimirum vtcunque euacuentur multa variisq; excremẽta, facit ad perpurgationem. Tamen interest multùm. Nam si priùs prodeant, gratia exempli, alba, deinde flaua, aut contrà, bonũ est, & confert, siue sponte, siue à pharmaco (intellige quantum agitur in hac mutatione excrementorum: nam euacuationes & spõtaneæ & quæ à pharmaco fiunt, multis aliis causis solent esse noxiæ, sed illæ dicantur suis locis) tamen fieri euacuationes diuersas substantia aut variegatas coloribus toto euacuationis tempore, vt signum malum est: significat enim à multis variisque excrementis pendere mala. Quare si lethales erunt colores, mortem: sin minùs, longitudinem morbi significãt, vt diximus in Prognostico. Atqui hoc quod dicitur de variegatis, multò verius est in sponte factis excretionibus, q̃ à pharmaco: quod dicetur 4. part. aphor. 21. Nam malitia quæ est vt in signo, amittitur, accepto pharmaco: siquidem signa omnia, cùm adsunt manifestæ causæ, amittunt vires. Ergo gaudebit meritò Medicus, videns fieri post iustam succi alicuius euacuationem, mutationem excrementorum (siue euacuatio fit à pharmaco, siue sponte) multò plùs quàm videns semper fluere euacuationes variegatas, quia hoc maioris redundantiæ multorum excremẽtorum signum est, & ad perpurgationem non adeò facit. Quare, vt signum, est deterius, & vt causa, minùs bonum. Sed amabit etiam plùs variegatas excretiones Medicus ab accepto pharmaco, q̃ sponte: quia signi vis languescit, præsentia manifestæ causæ. Sed animaduertendum hîc est, non esse quod dicimus, de omni mutatione excremẽtorum intelligendum, sed nisi in mala mutatio fiat. Mala verò hîc dicit, quæ in prognostico retulit, nigra, liuida, cruenta, opima, & fœtida. Hæc quoque retulit 4. aphoris. 47. Nam cùm euacuatio mutatoria huiusmodi, nihil habet boni: nam vt signum, est lethalis, & vt causa, facit ad morté celeriorem. Nam hoc ferè est, quod faciunt euacuationes omnes per morbos lethales, dissoluendo virtuté. Videtur mihi addendum etiam sententiæ, nisi mutatio excrementorum sit superpurgationis initium. Nam quę dato pharmaco expelluntur, & quæ pharmacum trahit, & quæ natura iuuata à pharmaco insurgit in ea quę sibi molesta sunt, atque ita si potest, perpurgat corpus, mirum in modum prosunt. Verùm fit nonnunquam mutatio excrementorum, non hac ratione, sed per impotentiam naturæ. Quia scilicet vexata plùs satis à pharmaco & irritationem nõ ferens, deponit etiam quæ erant vtilia. Estque hæc non perpurgatio, sed etiam superpurgatio, quam constat non posse iuuare. Neque verò cùm fit hæc, necesse est (si hoc fortè velit quispiam dicere) ad mala fieri mutationem, nisi fortè tũc tandem, cùm res ad extremum venerit. Nam dum euacuabitur vtilis pituita, aut bilis, neque nigra, neque liuida, neque pinguia necesse est euacuentur. Meritò ergo nos adiecimus, nisi sit superpurgatio. Rogabis, quę ergo ratio est dignoscendi mutationem, quæ fit ob superpurgationem? Ex tolerantia & conferentia: hæc enim semper aberit à superpurgatione. Probetur ergo mutatio excrementorum, quæ non fit ad mala, quamq; conferẽtia & tolerãtia prosequũtur.

Aphorismvs XV.

Ὁκόσα φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, τὰς ἐκκρίσιας σκέπτεσθαι χρή. ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει. ἢν δὲ ὅμοιαι τῇσι ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

Cùm fauces ægrotant, aut tubercula in corpore nascuntur, excretiones considerare oportet. Si enim biliosæ fuerint, corpus vnà ægrotat. Sin sanis similes fiant, tutum est corpus nutrire.

Fauces sunt, oris extremæ partes, quæ inter gulam & laryngã iacent. Hæ solent sæpe laborare vlcusculis & inflammatiunculis: quia expositæ sunt

fluxioni-

fluxionibos, & ex capite, & sx ventre, & ex pulmone. Nomen tuberculi hîc accipitur pro omnibus externis tumoribus: atsi aliis locis pro quibusdam solùm, in partibus laxis obortis, accipi soleat. Varùm quod in præsentis sxemplo morborum faucium, & tuberculorum dicitor, ds omnibus cutis morbis intallige, siue sint vlcera, siue pustulæ, siue tumores. Itaqus de omni scabia, & da maculis omnibus, & da exanthematis idsm est præceptum: inspicera scilicet excrementa, vrinas, & alui deiectiones, & sputa: hæc enim declarabunt, an interiùs sit radundantia aliqua, sot cacochymia, an hæc plenè perpurgata ism sint, & in cute solùm sit malum. Si enim illud sit, curs debet baberi totius corporis, instituendusqua ast victus, & suacuandum vt in ægrotantibus. Sin hoc, tutom est corpus nutrire moderatè, & locslibus auxiliis ad solam cutem vti. Biliosæ hoc loco dicuntur excrationes, nō solùm quæ bilis redundantiam significāt, sed quę colosuis succi putredinem. Non enim solùm cura corporis est habenda cùm biliusum est, sed & cùm pituita salsa, aut melancholia radundat. Aliis etiam in locis est Hippocrstes vsus nomine bilis, hoc modo, vt vbi dicit: Si febris non ax bile habeat. Itaqus cùm excrementa malè habere corpus, vtcunque significant, illius cura haberi debet in primis. Errant enim vehementer quicunqua in huiusmodi malis anta totius corporis curā inunctionibus vtuntur. Si anim bæc repercutiendi vim habēt, malam loem in corpus sltum retrudunt: sin extergētia & siccantia sina repercussions, nihil iuuant: taotundem enim aliis particulis suppullulat. Errant quoqus vulgares Medici, qui, cùm exanthemsta cœperunt srumpera, à missions sanguinis suadent abstinere, etsi excrementa multitudinā sut cacochymiam iodicāt. Qus si verò sempsr excernātur decretoriè, sut quasi decrstoriè & perfectè. Quòd si cùm cœperuot apparers axanthemats, non euacuant, ne motū impediant, quem cepit natura, cor euacuabant paulò priùs, etsi exanthemata velle arumpera multis signis cognouissent? Quasi verò minùs cauendum sit, ns impediamus motum, quem natura parat, q̃ quem iam est sxorsa. Varùm monstratum est in Comment. 20. 1 part. nequs quę iudicata sunt, neq; quæ iudicantur integrè, neque quorum iudicium citò fore expectatur, mouenda esse. Itaq; missis horum perditissimis sententiis, agendum est vt Hippocratss hoc loco suadst.

Aphorismvs XVI.

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

Vbi fames, non oportet laborare.

Nomen fames, tris significare priùs monuimos. Hîc significst indigentiam aot psnuriam alimsnti, quacunq; ex causa fiat. Laborare, significat non vtcunq; moueri, aut exerceri solùm msdiocriter, sed vehamentiùs adhuc sxercsri. Quod igitur habet hæc sententia, est, aum qui habst cibi indigentism non debsra laborare. Nam penuria cibi siccat extenuatque corpora, & dissoluit vires: labor agit hoc ipsum: si tergo laboram labori addars. Accidetque ita agenti, vt euidam Prodico, quē vituperat Hippocrates 6 Epidam. qoasi laboribus & inedia conficiantsm ægrotos. In hunc inuehitur Hippoc. his verbis: Prodicus febricitantes interficiebat cursibus, luctis, fomentis calidis. Malum febrila initialeum fami, circuitibus multis, cursibus, frictioni, laborem, labore ipsis. Hęc Hippoc. Itaq; arrabat Prodicus, qoòd fami laboram adderet: cùm tamen si, qui aut febris gratia, aut qui fastidio laborat, à cibo abstinet, otium agendum sit. Ita enim magis citrs noxam famem feret: nimirum otium contraria fami facit. Eadem ratione, si cui est laborandō, ei nō ast vtendum tenui victu, neq; modico, sed multo & crasso, vt multum reponatur, taleque, vt non facilè dissipetur. Messores itaque & fossores, & qui itar agunt, pedites maximè, multum & crebrò crassúmque accipiant, alioqui in ipso opers deficient præ languore, aut animam agent. Nam qua rationa vbi fames, non est laborandum: eàdem, cùm laborandum, non est abstinendum à cibo Nec tamē proinde cibus accipi debet ante quòtidianum lsborem, sum inquam, qui exercitationis gratia suscipitor, quin potiùs hic labor debet cibū antscedera. Sed hic non est nimius, neq; defatigationem facit, vt ille da quo sententiam hác intelligi diximus, sed slacritatem præstat corpori, & sxcremēta snacnari facit.

Aphorismvs XVII.

Ὅκου ἂν τροφὴ πλείων παρὰ φύσιν ἐσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιέει, δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις.

Cùm cibus multus præter naturam ingestus est, morbum facit, indicat autem curatio.

Quidam intelligebát, Hippocratem hoc loco dicsre, cibom multum & malum morbum facare. Atqui malum cibum significari dictione illa, præter naturam: quasi secundùm naturam sit, qui est bonus cibus. Sed mihi videtur, sd faciendum morbum non opus essa multo & malo: alterutrū enim sufficit. Multus snim atsi nō sit mslus, & malus etsi nō sit multus, morbum potest pārsre. Quanquam enarratores quidam affirmabant, cibos qualitate non nocere par se, sed cum quadam quantitate adiuncta. Quandoquidā nihil adeò mslum sit, quod vt lædat, quantitate quadam non indigeat. Sed hi delirant. Nam eodem argumento efficiatur, ignsm non vrers calore per se, quia nō sins quadam quantitate vrere potest. Itaqua qualitas cibi per sa potest morbum facere: id verò non est, quod ab Hippocrate hoc loco dicitur. Sed illud vnum, cibum multum, & præter naturā morbos facers Sed quid sit illud, præter naturam, audi. Qui multo cibo vtitur, in multos morbos solet incidsre. Nam ex multo cibo multi crudi succi, & multa excremsnta colliguntur. At Milo multo cibo vtsbatur, & sanus agabat: athletæ omnas eodem modo. Certè vtebantur hi multo, taman multus cibus non erat præter illorum naturas Quin potiùs illorum naturæ ama bant multum cibum: multum enim coquere poterant, & multo frui. Multum accipere, non est sanitati sduersum, si multū coqui potest. Quin potiùs, vt Celsus docat, salutare. Cùm verò sccipitur plus quàm vt possit coqui, præter naturam ast, & morbum facit. Non omnas homines vti debent eàdem cibi mensura, sed alij maiori, alij minori, pro ratione naturæ hominis. quæ est in temperamanti spacie, & corporis mole, & formatione, & robore virtutis. Itaque quod vni hominum est nimium, alteri ast mediocre. Sad cuiuis facit morbum id, quod prætsr suam naturā est. Intallige tamen, nō quan-

tulumcunque, ſed ita vt uotatu dignũ iam ſit. Paruus enim exceſſus lædet parùm, morbũ faciet qui maior erit. Hoc autem ita habere, curatio indicat. Nam ſi quis ex multa cibi ingeſtione ægrotare cœpit, inedia ſolet optimè curari. Atqui hæc ipſa ratio curationis, vtpote ingeſtioni multi cibi contraria, indicat cauſam morbi fuiſſe multnm cibum. Hæc ſignificatio cauſæ morbi eſt, quam Galeous vocat à iuuantibos & nocentibus: ad quam confugimus, cùm alia omnia nõ ſunt ſatis. Hac arte vſus eſt Hippocrates ipſe 2. de Ratiooe victus in acutis, præcipiens, in dolore lateris fomentis tentare, ao à frigore dolor ſit.

Aphorismvs XIIX.

Τῶν προσφέρων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσιες γίνονται.

Eorum quæ confertim & celeriter alunt, excretiones quoq; celeres fiunt.

Quæ omne alimentum quod præſtare poſſunt ſimul citoq; præſtant, confertim & celeriter alunt. Talia verò, tenuia ſunt, & facilè coquuntur (hac enim cauſa citò alunt) quare & deiectiones è ventre ex huiuſmodi cibis citò fiunt, & ea ſubſtãtia quam præſtant corpori, citò diſsipatur, haud dorans diu. Deiectiones, quia cùm citò coquantur, & citò excrementa ſeparaotur. Diſsipatur ſubſtantia, quia ex tenui cibo teuuis & diſsipatu facilis prouenit. Hæc itaque ambo intelligi puto verbis illis, Excretiones quoque celeres fiunt. Maximè verò diſsipationem facilem. Videtur etiim hæc ſentẽtia eadem eſſe, atque illa quàm libro de Alimento ſcripſit: Cibus qui citò coquitur, citò diſsipatur. Sed & da deiectionibus etiam intelligi poteſt. Neqne vt intelligatur, opus eſt limitatione, qnam adhibet Galenus, dicens: Niſi ſit acrimonia aliqua, aut lentor in cibo, cuius gratia citiùs deſcendat, quàm pro ſua tenuitate. Nam ſi hoc accederet, cibus qui citò deſcenderet, non citò coqueretur. Noo tameo qui citò coqueretur, tardè deſcenderet. Quod ſolum eſſet huic ſententiæ aduerſum. In qua nihil eſt iam difficile. Illnd velim ſtudioſos hoc loco animaduertere, quãtùm interſit, cibum dare multum aot paucũ, bonum aut malum, ſolidum aut fluxile præbens alimentum, atque celeritar aut tardè. Etſi qui cibus celeriter præſtat, fluxile præſtat: q tardè, ſolidum. Multum autem aut paucum, bonum aut malum, & quod citò, & quod tardiùs, præſtare poteſt.

Aphorismvs XIX.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προαγορεύσιες· οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε ὑγιείης.

Acutorum morborum nõ omnino tuta ſunt prædictiones, neq; ſalutis, neq; mortis.

Quanquam in acutis morbis ſæpiùs prædictione vtimur, quàm In longis, & faciliùs, vt in Prognoſtico ipſe docet: tamen prædictiones non ſunt tam certæ. Nam ſigns concoctionis aut contraria, quæ certiſsima eſſe ſolent, in bis morbis poſſunt oos decipere magis, quàm in longis. Nam cùm pendeant ex ſuccis maximè mobilibus (ex calidis anim & tenuibns) fieri poſsit, vt qui coqui cœperant, tamen In principem partem faciẽtes impetom, hominem interimant. Et uonnullis accidiſſe ſcimos, vt qui cœperant maligne potreſcere, præter Medici expectationem, huc & illuc agitati, in viam exitus incumbentes, liberent. Quod accidiſſe Metoni dicũt. In lnngis non eſt hæc præſagij incertitudo, cùm ex craſsis ac difficilè mobilibus ſuccis pendeãt. Quare & cùm lethales ſunt, habent minus ſpei, & cùm ſalutares, minus ambiguitatis.

Aphorismvs. XX.

Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισιν ὑγραίνονται.

Quibus iuuenibus adhuc ventres humidi ſunt, his ſeneſcentibus ſiccantur: quibus verò iuuenibus adhuc ventres ſicci ſunt, hi ſeneſcentibus humectantur.

Nnn omnis ars prædicendi verſatur circa ægrotatites, ſed quædam etiam prænotio eſt, quæ ſpectat ad ſanos, cuiuſmodi eſt quod modò Hippocrates docet. Si enim alicui adſtricta eſt aluus per iuuentutem, poſſumus laxitatem vantris ad ſenectutem polliceri: Atqoe meliorem ſpem præbere homini, qui p iuuentutem deteriùs degit. Nam quòd hîc dicit hnmidos ventres, nihil eſt aliud, quàm laxa fluxaque aluus: contrà, ſicci ventres, eſt adſtricta aluus. Hæc ſententia habet duas partes, tamen nulla earum eſt perpetuò, ſed magna ex parte vera. Nimirum plerunque aluus laxa iuuentutis, adſtringitur in ſenectute: & adſtricta laxatur. Neutrum tamen perpetuò fit. Quia cùm ſint multæ cauſæ adſtrictionis alui & laxitatis, ex pleriſqoe fit commutatio, ooti tamen ex omnibus. Id quod perpetidenti cauſas omnes vtriuſque mali, apertum fiet. Quas ego quàm potero breui ac diſtinctè percurram: interim ſententiæ præſentis caoſas reddens. Laxa aluos eſſe ſolet, aut quia plus accipitur cibi, quàm pro iodigentia, aut quia non diſtribuitur, aut ob redundantiam bilis, aut ob debilitatem retentricis facultatis. Atque cauſæ quæ frequentiſsimè laxam aluum faciunt in iuuenibus, ſunt eſus nimius (ſolent enim eſſe iuuenes voraces) & reduodautia bilis: biliosa enim eſt iouenilis ætas. Non rarò etiam fit ob debilitatem retentricis, rariſsimè ob defectum diſtributionis. Nam debilitas reteutricis, ſemper ferè fit ob humidum temperamentom inteſtinorum: defectus diſtributionis ob frigus hepatis: maxima enim diſtributio à ventre fit in bepar. Tractio verò agitur calore, vt retentio ſiccitate moderata, & expulſio moderata humiditate. Conſtat verò vt rarius ſit aliquantò, hepar iuuenum frigidum admodùm eſſe, niſi fortè per morbum, quàm Inteſtina homida. Harum cauſarum pleræque, & quæ crèberrimæ ſunt, commutantur ad ſenectutem. Nam qui per iuuentotem voraces ſunt, deinceps minus appetunt. Vigor enim innati calidi voraces facit, ſeneſcentibos autem decreſcit. Bilis copia ſemper ſeneſcentibus minuitur. Inteſtinorum humida intemperies corrigitur ſeneſcente corpore, ſiccantor eoim omnia. Tamen ſi ob frigus hepatis agitur minor diſtributio, non emendatur, imò creſcit noxa: hanc autem diximus rariſsimam eſſe huius laxitatis per iouentutem extra morbos cauſam. Secunda pars aphoriſticæ ſeoteotiæ, ſimilem habet

habet monſtrationem. Adſtrictio ventris contrariis de cauſis fit frequentiſsimè in iuuenibus, quia minus accipitur cibi quàm pro indigentia, aut quia nimia diſtributio agitur. Nam calor oris ventriculi inappetentiam facit, picrocholis maximè, & calor hepatis facit nimiam diſtributioné. Hæc verò ſunt ſæpe in iuuenibus, rariùs ob debilitatem expoltricis, rariſsimè ob defectum bilis: hæc enim iuuenibus niſi per morbos nunquam deſit, aut rariſsimè. Conſtat verò duas cauſas priores, quas creberrimas etiam eſſe diximus, ad ſenectutem commutari. Nam cùm refrigeſcat totum corpus, ardor ventriculi & hepatis extinguitur. Reliquæ tamen cauſæ non ſemper commutantur, imò penuria bilis nunquá commutatur: nam quî fiat vt bilis creſcat homine eunte ad ſenectutem? Debilitas expultricis rariſsimè commutatur. Nam debilitas expultricis fit ab immodica ſiccitate: amat enim expultrix humiditatem mediocrem. Siccitas verò ſemper creſcit ſeneſcentibus. Verum eſt quod à Galeno dicitur: tantùm poſſe creſcere ſiccitatem, vt etiam debilitet retentricem. Quia omnis immodica intemperies deiicit actum cuiuſq; facultatis. Tamen hoc non fiet, niſi cùm ſumma iam eſt ſiccitas, cùiuſmodi in extremo ſenio, & in vicinis morti. Igitur monſtratum iam eſt, vtramq; ſententiæ partem eſſe plerunque veram, perpetuò tamé neutram. At magna ex parte, ſe quoque intelligere, Hippocrates ipſa declarabit aphoriſmo penultimo huius particulæ. Galenus addit neſcio quæ, ad obſcuritatem facientia (quátum intelligo) magis quàm ad doctrinam. Nam quod dicit, aluos nonnunquam eſſe laxas ob robur expultricis, non omnino probo. Conſentaneum enim magis eſt, illud ſemper in debilitatem retentricis relici. Sed dicta ſufficiunt de hac re.

APHORISMVS XXI.

Λιμὸν θώρηξις λύει.

Famem vini potio ſoluit.

Hic aphoriſmos, & qui proximè huic ſuccedit, ad partem curatiuam ſpectant. Dicitur hîc famis nomen, de appetitu cibi non mediocri, ſed vocato canino. Quo qui laborant, torquentur fame, & non ſatiantur cibis: quin potiùs eſu videtur illorum fames plerunque creſcere. Naſcitur ex duplici cauſa, aut diſsipatione nimia, aut frigida intemperie oris ventriculi cum ſucco frigido & craſſo, acido potiſsimùm. Nam hic corrugans os ventris, ſimilem paſsionem facit ei, quæ per naturalem famem accidit. Medemur his, datis oleo & aliis rebus pinguibus, gratia ſymptomatis, hoc eſt ad ſedandum illum appetitum nimium: hebetatur enim huiuſmodi rebus: & laxatur os ventriculi, tolluntúrque rugæ. Atqui hæc curatio communis eſt omnibus his, ſiue ex diſsipatione, ſiue ex frigidis ſuccis contraxerint malum. Reliqua tamé curatio euariat. Nam qui diſsipatione laborant, nutritione copioſa, & cibis diſsipatu difficilibus egent. Qui verò ſuccorum frigidorum abundantia, gratia cauſæ indigent extergentibus, & euacuantibus tales ſuccos é ventriculo: & intemperiei cauſa, indigent calfactu, qui fit medicamentis calidis, & vino mero & antiquo. Igitur neque de omni fame canina intelligi poteſt quod hîc dicitur, ſed de ea ſolùm, quæ fit à frigidis ſuccis: nam iis qui diſsipatione laborant, non poſſet ſine magno periculo merum dari. Fame tamen frigida laborantes, bonum eſt mero vti: aqua enim hos plurimùm læderet. Quia vt dicit Hippocrates ipſe 6. Epid. aqua vorax. Scilicet refrigerat os ventriculi: frigida verò intemperies ſitim tollit, & facit famem. Calida contrà facit ſitim, famem tollens. Quare meri potio calfactu, fami nimiæ ex frigore medetur. Quamquam θώρηξις nomen, non puto ſignificare vini meri potum, vt Galenus affirmat, ſed ſolùm vini potum. Id enim ex eodem loco, quem Galenus producit in confirmationem ſuæ ſententiæ, ex 2. de Natura hominis, apertè conſtat. Eſt enim illic ita ſcriptum: φανερὸν γὰρ δὴ, ὅτι τὰ διαιτήματα ἑκάστου ἡμῶν, οὐκ αἴτιά ἐστιν· ὅτε ἅπτεται πάντων ὁ νόσος ἑξῆς, καὶ τῶν νεωτέρων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γυναικῶν, καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως, καὶ τῶν θωρησσομένων, καὶ τῶν ὑδροποτεόντων. id eſt, Manifeſtum enim iam, victum cuiuſque noſtrûm non eſſe cauſam. Quandoquidem morbus apprehendit omnes ſimul, tam iuuenes quàm ſenes, tá fœminas quàm viros, & tam vini potores (θωρησσομένους inquit) quàm aquæ potores. Conſtat in hac dictione, θωρησσομένους, vocari eos, qui nó ſunt ὑδροποτέοντες, id eſt, abſtemii. At verò non ſtatim ac non eſt aliquis abſtemius, eſt potor vini meri: nam neque qui dilutum vinum bibunt, ſunt abſtemij. Igitur nomen θώρηξις, apúd Hippocratem ſolùm ſignificat vini potum. Merum tamen magis curabit famem, quàm dilutum vinum, ſi modò à ventriculo vinci poteſt.

APHORISMVS XXII.

Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γίνηται, κένωσις ἰῆται· καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή· καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

Quoſcunq; morbos, qui ex repletione fiunt, euacuatio curat: & qui ex euacuatione, repletio & aliorum contrarietas.

Hæc ipſa ſententia ſcripta eſt in initio 2. de Natura humana. Videtur ſcripta aduerſus opinioné vulgi: cui fauent etiam vulgares Medici, putantes per omnes morbos vtendum eſſe tenui victu, atq; tantò meliùs ægrotantes omnes curari, quantò in tenuiori victu continentur. Cùm tamen multi ſint ægrotátium, quorú ſumma curatio eſt refectio: illi ſcilicet, qui ex euacuatione cœperunt ægrotare. Facit enim pleraq; mala repletio, ſed facit etiam multa euacuatio. Nam vt Hippocrates ipſe dicit, ſi menſtrua multa fiant, accidunt morbi: & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt. Itaque & inanitio & repletio ſolet conuulſionem facere, & retentio euacuationis conſuetę, & euacuatio nimia ſolet hydropem facere, vt aliis locis ab eodem dicitur: & vt paulò antè dixi, famem caninam nonnunquam inanitio, & fames ſolet febres facere, vt alibi monſtrauimos. Horum omnium curatio agi debet, non tam euacuatione, quàm refectione. Nam omnibus malis occurrendum obiectu contrariorum: cauſis primùm, deinde ipſis morbis per ſe, nonnunquam etiam ſymptomatis. Verùm curatio legitima à ſublatione cauſæ incipit: quare cauſæ in primis ſunt danda contraria, vt euacuationi refectio, & ſatietati aut repletioni (ambo enim ſignificat hæc dictio πλησμονή) euacuatio. Conſtat verò in hoc aphoriſmo nomen illud repletio, cùm bis ſcriptum ſit, non accipi eodem modo vtrobique: ſed primo lo-

co pro nimia repletione: secundo, pro refectione. Nam nimia repletio ad nullos morbos curandos est vtilis.

Aphorismvs XXIII.

Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος, ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη. αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος. θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη. αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

Septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Contemplabilis autem vndecimus: ipse enim est quartus alterius septimanæ. Contemplabilis rursus & decimus septimus: ipse enim est quartus à quatuordecimo, septimus verò ab vndecimo.

Refert hic Hippocrates dies decretorios. Dicuntur decretorij, qui crebrò & tutò solent iudicare. Horum vis maxima est intra vigesimũ diem. Quia hic est terminus acutorum, qui solent iudicari: longi enim lentè soluuntur. Talium dierum non est dignitas par. Sed primi ordinis iudicātium sunt 7. & 14. & 20. Secundi, 4. 11. & 17. Tertij, qui inter hos sunt impares. Vltimi, qui paras. Nam plùs aut minùs omnes sunt decretorij, quia nullo die non possunt homines benè & malè iudicari: etsi his quàm illis rariùs, ac minùs tutò. Sunt in his diebus alij aliorum indices: bona enim crisis semper iudicatur aliquantò priùs quàm fiat. Videtur verò Hippocrates hic indices aliorum dierum vocare contemplabiles, hoc est, contemplatione dignos, neque sine animaduersione prætereundos. Quare constat ex hac sententia verissimum esse, ac sententiæ Hippocratis consentaneum, quod libro tu. Contr. docuimus: intra vigesimum diem, proximos quaternarios sequētium quaternariorum esse indices. Nam si quartus indicat septimum, & decimus septimus vigesimum, vndecimus indicat quatuordecimum, & quatuordecimus decimumseptimum, & septimus vndecimum. Hæc obseruatione multorum Medicorum ex multis seculis constát. Ratio tamen est dictu difficillima: de qua non agam modò multis, quia aliis locis scriptum satis est à me. Illud tamen non præteribo, videri hic Hippocratem Pythagoricorum doctrinam, de numerorum virtute respexisse. Nam faciebant illi magni quaternarium & septenarium numerũ. Quaternarium, quia est primus numerus perfectus & æquilater. Nam binarius cùm sit principiũ diuisionis, habetur omnium imperfectissimus: quē proinde Plato contulit materię. Ternarius est primus perfectorum, tamen est linearis: non enim constat numeris, sed vnitatibus. Quartus est perfectus & æquiláter: constat enim ex bis duob⁹. Septenarij perfectio illa habetur maxima, quòd constet duobus primis perfectis, ternario & quaternario. Itaque bis de causis quaternarius & septenarius habentur perfectissimi. Hippocrates verò huic numerorum perfectioni videtur dierũ decretoriorum vim tribuere. Siquidem cùm dixisset, Contemplabilis autem vndecimus: quasi causam reddens, dicit: Ipse enim est quartus alterius septimanæ. Atque mox, Contemplabilis rursum & decimus septimus, quia (inquit) est quartus à quatuordecimo, & septimus ab vndecimo. Sed indicauimus nos in Comment. Prognostici, nō idcircò mutationes morborũ incidere in quartos & septimos dies, quòd quarti & septimi sint, sed quòd aspectus quidam Lunę in quartos & septimos dies incidant. Quo loco multa alia, quæ ad hunc aphorismum etiam spectant, declarauimus. Sed illud vnum oportet vt dicatur modò. Si secundæ septimanæ octauus est principium, & septimus finis primæ, videtur fieri vt quatuordecimus sit finis secundæ septimanæ, & decimus quintus principium tertiæ. Quare decimus septimus non erit quartus à quatuordecimo. Aut si hic est quartus à decimoquarto, numerato ipso quartuordecimo, vndecimus erit quintus à septimo, numerato scilicet ipso septimo. Verùm Hippocr. attentè admodùm monuit, octauum esse principium alterius septimanæ: quia secunda septimana cum prima nullo die communicat, cum tertia communicat die quatuordecimo, qui est vltimus secūdæ & primus tertiæ. Non quidem quòd non sint reuerà quatuor septimanæ quatuor partes æquales mensis, distinctæ quatuor aspectibus Lunę, qui quatuor æqualibus spatiis distincti sunt, quartis nempe circuli: sed quia aspectus tetragonus incidit in primam partem vigesimi primi: atq; astra antequā in aspectus ipsius punctum veniant, solēt comparare vires. Quò fit, vt crisis illa semper ferè soleat partē vigesimam & vigesimi primi occupare. Fuit verò magis consentaneum, criticum appellare diē à quo incipit, q̃ quo finitur. Atq; cùm vigesimus appellandus esset decretorius, & finis tertiæ septimanæ per dies integros, non potuit aliter cōputatio fieri, q̃ bis capto quatuordecimo. Sed in horum quæ modò dicimus plenam intelligentiam, legantur quæ dicto loco scripsimus.

Aphorismvs XXIV.

Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Acuti morbi iudicantur quatuordecim diebus.

Morbi acuti coniunctam habent semper breuitatem. Medicis igitur nō dicuntur exactè acuti, qui quatuordecimum diem superant, etsi non exactè acuti etiam dicātur, qui attingunt vigesimum. Sed intra quatuordecimũ sunt alij aliis acutiores. Nam & vndecimo & nono, & septimo & quinto, quarto ac tertio finiri multi morbi acuti possunt.

Aphorismvs XXV.

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες, οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ, μακροί. καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

Aestiuæ quartanæ plerunque fiunt breues, autumnales verò longæ, maximeq; quæ hyemem attingunt.

Morbi omnes calidis temporib⁹ breuiores sunt, q̃ frigidis, vt in Comm. aphor. 11. part. 1. docuimus. Quod Hippoc. docet modò, exēplo quartanæ, morbi natura sua longissimi. Vt, si hunc calida tempestas potest breuem facere, alium quemuis intelligatur posse breuem facere. Itaq; quicunq; morbus

calido

calido tempore factus, breuior est q̃ factus tempore frigido. Tamen hoc non est perpetuum, sed magna ex parte verum. Nam fieri potest, vt aliquando prehendat hominem quartana longa æstatis tempore, & per hyemẽ breuis: si hæc fortè fortuna ab exigua succi copia, illa à multa principium accepit. Fiet tamen hæc assertio vera perpetuò, si addas, cæteris paribus quod attinet ad naturam, & ætatem hominis, & regionem, & victum, & copiam succi. Nam ita quò calidius erit anni tempus, eò morbus quiuis à succis factos breuior erit.

Aphorismvs XXVI.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

Febrem post conuulsionem fieri melius est, quàm conuulsionem post febrem.

Conuulsio post febrem censetur esse ex insnitione, quæ incurabilis affectio est. Quòd si quãdo fiat post febrem ex repletione, tamen nullatenus prodest, sed umni ratione noxia est. Tamen conuulsio, cui febris succedit, ex repletione censetur esse: quæ q̃ ex inanitione, minus periculi habet. Et huic succedere solet febris non inutilis, sed quæ, vt dicitur aphor. 57. 4. part. conuulsionem soluit. Non tamẽ pruinde exciiari debere febrem operâ Medici per conuulsionẽ & paralysim, & huiusnodi humidos affectus 8. lib. Cont. diximus, vbi de hac re disputatum est.

Aphorismvs XXVII.

Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν, οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν.

Iis quæ nõ secundùm rationẽ subleuant, non oportet fidere: neq; terreri multùm ob mala, quæ præter rationẽ fiunt. Pleraq; enim horũ sunt infirma, neq; diu manere atq; durare consueuerũt.

Plerisque, cùm vicini admodum sunt morti, solet accidere fallax quædam morbi remissio, videturq; eis facta maior quædã tranquillitas, & promptitudo ad actiones. Et plerisque eorum, qui iam iam sunt per crisim à morbo liberandi, accidit anxietas quædam noua, & difficilia symptomata, vt aphor. 12 diximus. Ergo qui more vulgarium quibusuis signis bonis fidet, & quibusuis malis terrebitur, parùm curans an secundùm rationem fiant, plerisque morientium prębebit salutis spem, & plerisque eorum qui bene iudicantur, prædicet mortem. Oportet ergo neque malis terreri, neq; bonis incauté fidere, sed vtrisque tunc solùm permoueri, cùm secundùm rationem fiunt: quod ex aliis signis cognoscetur, quæ indicando salutẽ & mortẽ sunt firmissima, cuiusmodi vrina, & pulsus, & respiratio, & quædã alia: quę omnia in Prognost. pecurrimus.

Aphorismvs XXIIX.

Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν, καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ μῆκος νόσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

Febricitantium nõ omnino leuiter, manere, & nihil comminui corpus, aut extenuari plus q̃ pro ratione, prauũ. Alterum enim longitudinem morbi significat, alterum autem imbecillitatem.

Plus aut minùs quàm pro ratione extenuatum esse corpus dicimus, cùm considerata ea crassitie, quę erat homini naturalis, plus amisit crassitiei, aut minus, q̃ pro causa extenuationis. Est causa extenuationis, morbi magnitudo, & temporis, quo hominem afflixit longitudo, & omnes externæ causę. Si his omnibus consideratis, videbitur homo plus naturalis crassitiei amisisse, quàm pro causarũ magnitudine, multùm esse extenuatum, & plùs etiam quàm pro ratione dicemus: sin minùs, parùm. Si extenuationis modus videtur causarum vehementiæ respondere, mediocriter atq; secundùm rationem dicemus extenuatum. Vtrumq; autem dictorum malum signum est. Nam minus extenuari q̃ ratio postulet, longum fore morbum significat: extenuari plùs, significat imbecillitatem. Nam tunc temporis, plus satis perseuerat moles corporis, cũ cutis est densa, & corpus crassis ac difsipatu difficilimis fuccis est refertum: quæ longitudinis morbi & difficilis iudicationis causę sont. Labascit verò nimis carnium moles, cùm facultatas, quibus nostræ partes seruantur, & innatum calidum debilitatem habent. Quod dicitur, plus q̃ pro ratione, nõ opus est bis resumi, vt putat Gal. vt ita dicatur, Manere non comminutum, plùs quàm ratio postulet, aut extenuari plùs quàm ratio postulet. Nam ita frustrà diceret, Febricitantium non omnino leuiter. Quorsum enim? Certè si illud febricitãtium non omnino leuiter, ferretur in duo reliqua, ineptè esset dictum. Nam ineptum est dicere, febricitãtium non omnino leuiter corpus extenuari multùm, malum est. Nam multò deterius esset, extenuari multùm corpora febricitantium omnino leuiter: nam esset magis præter rationem. Si fertur solùm in primum membrũ, frustrà repetetur illud, plùs quàm pro ratione. Nam vt extenuatur corpus plùs quàm pro ratione, cùm non est causa extenuationis, & extenuatur: ita perseuerat plùs quàm pro ratione, cùm est causa extenuationis, & nõ extenuatur. Est verò causa extenuationis in febricitãtibus nõ omnino leuiter: nam si omnino leuiter febricitarent, non esset cur extenuarentur. Igitur perinde est dixisse, febricitantium non omnino leuiter manere corpus, ac si dixisset, præter rationẽ manere. Quare non debet bis repeti.

Aphorismvs XXIX.

Ἀρχομένων τῶν νούσων ἤν τι δοκέῃ κινεῖν, κίνει. ἀκμαζουσῶν δὲ, ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστι.

Cùm morbi incipiunt, si quid videtur mouendum, moue. Cùm verò vigent, quietem agere melius est.

Mouere, est vtcunque aliquid circa ægrotantem moliri. In morbis acutis (nam de his est hæc sententia) duplex occasio est vtendi auxiliis Medicis, inter initia, & cùm iam declinant. De expurgatione dictum est in Comment. 22. 1. part. De aliis omnibus auxiliis hoc idem docet modò: Nã cùm morbi vigent, melius est quietem agere. Siquidem in

ſummis vigoribos & prope illos, acutorum morborum expectanda criſia eſt: in illis autem quibos criſis ioſtat, nihil molieodom eſſe, io ſuperiori particula docuiioua. Exacto verò ſummo vigore, ſi debiliter admodùm natura criſim exequota eſt, arte ſuppleri debet io declinatione: ne quæ relinqountur, recidiuain faciāt. Io initio, quippe in quo nondum ſucci firmati ſunt io particulis, ſad agitaotur, mouere licet aut miſsione ſanguinis, aut expurgatione, aut aliter. Hoc ergo eſt quod dicit: Cùm morbi incipiuot, mooe. Sed quoniam prior conſultatio eſt, ao oporteat aliquid mouere, an non, quàm quo tempore oporteat mouere, dixit, Si quid videtur iooueudum. Quę ſint, ex quibus videri debeat, aut oō debeat mouere, ex aliis locia petendum eſt. Neqoe dicit, circa ioitia ſi qoid videtur, moue: cùm verò conſiſtunt, age quietem: quaſi ioter initia & vigorē nihil interſit (intereſt enim incremētum.) Sed quòd vt cōtraria extremè initium & vigorem nominare velit.

Aphorismvs XXX.

Περὶ δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη, πάντα ἀσθενέστερα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

Circa initia autem & fines, omnia ſunt leuiſsima: circa vigores autem vehementiſsima.

Particula illa, autem, continuatio eſt: quare apertè iodicat aliquid cootineri hac ſeotentia, quod ſit cum ſoperiori coniungendum. Quod dicitur, eſt huiuſmodi: Circa initia & fioes morborū, omnia quæ ſunt præter naturam, ſunt leuiſsima, in vigoribos vehemeotiſsima: oam res oaturales contrario modo habent: in principio enim & fine ſunt firmiores, quàm in vigore. Præter naturam ſunt, caoſæ, intemperies, & ſymptomata. Secondùm naturam, robor facoltatis, & oaturales actiones, & boni ſucci. Io vigore intemperiea maxima eſt, & ſuccus ſummam putredinem comparauit: eſt enim hæc ſumma putreſcentia morbi ſalutaris, qoam & ſummam coococtionem appellamoa, vt aliis locis docuimus. Symptomata etiam propria, maxima ſuot eo tempore: nam hæc cum morbo creſcunt & decreſcunt. Dixi verò propria, ob accidentia quædam communia, quæ iocipientibos morbia ſoleot vexare ægrotos: anxietas ſcilicet quædam, quæ oō tam fit ob ipſum morbum, qoàm ob agitatiooem ſucci oondum firmati: hæc cùm in morbi cremeoto ſedari ſoleat, perturbauit multos Medicos, coegitq́ue multiplicia morborum tempora, quaſi multiplices eiuſdem animalis ætatea, rem monſtro ſimilē excogitare. In principio & declinatione morbi vis minor eſt, & morbus languidior, & temperamentum melius. In priocipio, quia nondom facoltas debilitata eſt, neqoe morbus auctus, neque temperamentuio labefactatum: io declioatione, quia morbus iam minuitur, & facultas ac temperamentum recuperari incipiont. Sed quomodo hæc cum ſuperiori ſententia hærent? Certè ſi in ſommo vigore morbus magnus & facultas debilia eſt, non debet facoltati Medicos eo tempore oegotium faceſſere aoxiliis. Sed ſi quando, circa initia & fines, cùm facultas maior & morbus mioor eſt. Poterit enim tunc moleſtiam aoxiliorum ferre, & illis frui.

Aphorismvs XXXI.

Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτέοντι μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, μοχθηρόν.

Et qui à morbo cibum bene capit, nihil augeri corpus, malum.

Cibum capere, eſt & appetera & accipere, vt 8. aphor. huiua part. declarauimua. Si quis ergo ſoluta iam febre cibum appetit, & accipit, non tamen corroborator ſecundùm rationem, plua accipit, q̃ coquit. Nam ſi bene acciperet, & bene coqueret, corroboraretor. Ergo qui accipir, & non corroboratur, malè coquit. Huios rei doplex ſolùm cauſa eſſe poſsit: aut enim multum accipit, aut relicta eſt ex priori morbo intemperies in ventriculo, quę poteſt concoctionem tollere, nō tamen appetentiam, cuiuſmodi eſt frigida. Quare ſi quis nobis occurrit, qui ſoluta iam febre cibum capiens non corroboretur, detrahere debemua primùm quantitati ciborum: ſin ea detracta, othil proficiat, calorem ventriculo & concoctionem cibis procurare. Ita enim occurritur duabus illis cauſis, quæ cùm ambæ malæ ſint, conſtat & caſum huoc ſemper eſſe malom.

Aphorismvs XXXII.

Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατ᾽ ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντες, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν. οἱ δὲ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

Magna ex parte omnes, qui malè ſe habent, initio cibum capientes, neque quicquam proficientes, in fine rurſus non accipiunt. Qui verò principio vehemēter faſtidiunt cibos, poſteà autem benè appetunt, meliùs euadunt.

Hîc atiam eſt idem cibom capere, quod appetere. Et hæc eſt ſententia proculdubiò de conualeſcentibus. Nam etſi verba illa, Qui malè ſe habent, videntur de ægrotantibus dici: tamen conſtat in morbia aote teiopus conualeſcentiæ nō eſſe curaodum reficere, neque expectandam corporum refectiooem. Quòd verò melior exitus maneat eos, qui in priocipio conualeſcētiæ faſtidientes cibos, deinceps recuperant paulatim appeteotiam, quàm eos, qui appeteotea capieotesq́ in principio, oon corroborantur, conſtat. Nam hi accipiuot plus quàm coquont: quare denuo congerunt excrementa, atque denoo redditis corporibus impuris, & appetētiam amittunt, & recidunt io morbos: illi verò cùm accipiont minus, conficiunt excrementa, expurgántque paulatim ſua corpora, & eoadunt.

Aphorismvs XXXIII.

Ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

In omni morbo firmam eſſe mentem, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum. Contrarium autem, malum.

Firmam eſſe meotem, eſt ſapere. Beoe ſe habere ad ea quę offerútur, eſt mediocriter cibos accipere.

Cootraria

Contraria sunt, delirare, & fastidio laborare. Dicit illa esse bona, & hæc mala. Vt signa, intellige: nam ad prognosticam partem pertinet hic aphor. Nec tameo puto Hippocratem monuisse illa esse bona, quòd cuiquam posset illud esse dubium (Quis enim non videt, melius esse sapere quàm delirare, & cibos capere quàm fastidire?) sed vt doceret, quo gradu essent bona. Quod significauit dictione illa, bonum. Non enim dixit, admodū bonum, aut valde salutare, vt solet: sed, bonum. Quò scilicet intelligas, hæc bona esse: tamen non esse eis fidendum multū, nisi eis attestentur alia, quę firmioris significationis sunt. Contraria, dicit mala. Sed certò scias, omnia signa mala habere plus malitiæ, quàm contraria habent bonitatis: quod in Com. Prognostici probauimus. Illud, bene se habere ad ea quæ offeruntur, de medicamentorū receptione intelligi etiā potest, tametsi Galen. de cibis solùm intelligit. Et quidā alij dicunt fauētes interpretationi Galeni, non esse malum signum abhorrere à serapiis & catapotiis & aliis huiusmodi, quandoquidē pleriq; benevalentium ab eis abhorrent: quare de cibis solùm intelligi aphor. Cæterùm si addas, deteriùs se habere ad oblata quā soleat, aut quā pro hominis propria natura, potest etiam de medicamentis intelligi. Non enim minùs malum signum est. eum qui soleat (cuiusmodi multi sunt) facilè serapia & alia medicamēta vorare, modò neq; olfacere quidem posse: quàm eum qui solet cibos appetere, modò fastidire. Id verò ita intelligi debere vt diximus, & de cibis, manifestum est. Qui enim etiam cùm bene valet, solet quàm minimū appetere: minùs nos terrebit cùm fastidio laborabit. Nimirū bona aut mala signa omnia, ex iis quæ sunt homini familiaria per salutem, agnoscuntur. Igitur bene se habere ad cibos & medicamentā quæ offeruntur, bonum est fastidire tamen magis quàm secundū rationem, malum est. Accedit verò huic bono quod est vt in signo, aliud quod est vt in causa. Nimirū qui facilè accipit quæ illi offerūtur, præstat sese oportunū curationi: q verò auersatur, nō pstat.

APHORISMVS XXXIV.

Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷς ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων.

In morbis minùs periclitātur, quorū naturæ, & habitui, & ætati, & regioni magis congruit, quā quibus secundùm nihil horum congruit.

Morbi congruentes naturę, habitui, ętati, aut regioni dicūtur, qui sunt similes, & in quos homines illius naturæ, habitus & ætatis & regionis faciliùs incidunt: non congruentes, sunt contrarij. Docet ergo Hippoc. in quouis morbo minùs periclitari eū cui is morbus congruat secundū naturam, habitū, ætatem, & regionem, quā eum cui secundū nihil horū congruat. Nam is cui congruit, ex leuiori causa cœpit ęgrotare: quare cùm curationis maxima pars sit in sublatione causæ, faciliùs curabitur. Nec tamen ex hac sentētia fit, vt quiuis morbus non congruēs periculosior sit quouis congruente: sed vt idē morbus habeat plus periculi in eo cui cōgruit, quàm in eo cui non congruit. Vt febris ardens periculosior est in natura frigida, quàm in calida: tamen non est in natura calida periculosior, quàm coryza. Qua ratione ab Hippoc. scriptum est, Naturę, habitui, ætati, & regioni: potes tu supplere, & tempori anni, & victui, & arti, & moribus. Nam vt faciliùs calidus & gracilis & iuuenis ad meridiem, incidet in febrem: quā frigidus, & obesus, & senex ad septentrionem: ita & per æstatem qui iter agens, aut faber ferrarius, & qui irascitur intemperanter, faciliùs: quàm per hyemem, in ocio degens, aut piscator & tēperatissimus homo. Sed animaduertendum est, non solū minùs periculosum esse morbum illi, cuius naturæ, & habitui, & ætati, & regioni congruit, quàm illi cui secundùm nihil horum, vt videtur Hippocr. docere: sed etiam minùs periculosum esse, quibus secundū tria aut duo aut vnum etiam congruit, quàm quib. secundū nihil horū. Proinde videtur debuisse Hippocr. dicere non copulatè, sed deiunctè, quorū naturæ, aut habitui, aut ætati, aut regioni cōgruit. Sed potest ita legi, vt post quamcunq; particulam repetatur illud, quàm quibus secundū nihil horum. Ita, quorum naturę congruit, quàm quibus secundùm nihil horum: & quorū habitui congruit, quàm quibus secundùm nihil horum: & ætati, & regioni, eodem modo. Itaq; quibuscunq; harum rerū aut cuicunq; morbus congruat, minus periculi habet, quā quum secundū nihil congruit. Tamen fit non raròm vt secundùm horum quędam congruat, secundùm alia non congruat: vt febris ardens per hyemem in biliosa natura. Atqui quum ita fit, pensandum est periculum ex dignitate eorum secundùm quæ congruit, & secundùm quæ non congruit. Quæ in hac sententia controuersa sunt, lib. 10. cap. vltim. Cont. diximus: quod oportet te hoc loco legere, ne ego repetā.

APHORISMVS XXXV.

Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι. τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν. ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον, καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

In omnibus morbis, quod circa vmbilicum & infrà est, crassum esse melius est: nam admodùm extenuatum & tabidum, prauum. Minùs autē tutum est hoc, & ad expurgationes infernas.

Totam eam regionem quæ est infra hypochondrium intelligit, dicens, Quod circa vmbilicum & infrà est. Qua in parte crassities aut gracilitas quæ conspicua esse potest, in musculis vētris & in omento est. Nam crassities aut tenuitas renum, aut tunicarum intestini aut vesicę, non sentietur oculis aut manu. Hanc regionem in morbis omnibus crassam esse, melius esse quàm extenuatam nimis, dicit. Nō quidem conferens, quantum ego intelligo, crassitiem nimiam & præter naturā cum nimia extenuatione, sed mediocrem crassitiem. Nam reddens causam, dicit extenuationem illius partis ad expurgationes infernas non esse tutam: verū ad tales expurgationes non est totius, partem esse tumefactā pręter naturam. Est tamē tutum, esse mediocriter crassam: nā musculi meliꝰ sese comprimeot ad euacuandū è ventre. Sed dices. Videtur stultè dictū, Partem illam mediocriter crassam esse melius est, quā admodū extenuatam & tabidam. Nam cui posset hoc esse dubium? Videtur certè perinde esse ac si diceres, melius est hominem benę habere, quàm ex-

tenuatum esse. Sed animaduerte, non eò dictū hoc esse ab Hippocrate, sed commendatam mediocrem partis illius crassitiem, quò te attentum faciat: docens q; magnum momentum habere, mediocrē crassitiem illius partis ad salutem, debereq; semper à Medico cōsiderari: extenuationem verò magnam, noxiam admodū esse, quum ad multa alia, tum ad euacuationes infernas, eas (inquam) quæ aguntur ex vesica & intestino. Nimirum omentum & musculi cum medioeri crassitie iuuant concoctionam vt fomenta, & iuuant strenuè ad dictas euacuationes. Illis verò extenuatis neq; concoctio neq; euacuatio dicta bene agitur. Itaq; optimū est, & quod magni momenti à Medico fieri debet in omni morbo, crassam esse mediocriter illam partē. Sed quando de particulæ euiusdam crassitie hic mentio fit, ad vniuersalem regulam debet redigi: qua dicebatur, neque corpora omnino inauere integra, neque multū extenuari, bonum esse. Ita hic quoq; probari debet, non tumor ventris, neq; omnino nihil extenuatum esse, sed non esse extenuatum multū. At cur Hippocr. modò de hypochondrio dicere omisit? Quoniam, arbitror, musculorum gracilitas ad inanem ventris partem solet esse maximè conspicoa De ipsis visceribus, alijs locis dixit. Cur ad purgationes infernas dixit non esse tutum, inum ventram gracilem esse? An ad purgationes supernas est tutum? Non certè: sed vt musculi ventris ad deiectiones iuuant præcipuè, & ad vomitiones etiam quodammodo: ita eorum vitia deiectiones vitiant præcipuè, nonnihil etiam vomitiones Meritò ita que dixit, ad purgationes infernas non esse tutum, quandoquidem ad has est magis noxium. Quanquam Galen. proinde purgationes infernas dixisse putat, quòd ad supernas malum esse, nemo posset dubitare. Sed nemo, qui quæ dicta sunt intelliget, illius sententiam probabit.

APHORISMVS XXXVI.

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακίῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεώμενοι.

Qui sani sunt corporibus, pharmacis purgati celeriter exoluuntur, & qui prauo vtuntur alimento.

Neque qui sani admodū sont, neque qui prauo vtuotur alimento, expurgati sine ferre possunt. Dixi, admodū sani: nam qui apparatum habent ad morbum, etsi nondum ægrotent, expurgari tamen possunt non inutiliter præcautionis gratia. Si tamen qui talem apparatum non habet, pharmacum expurgans (id præcipuè quod efficax sit & verè expurgās) accipiat, exoluetur: id est, gracilescet & debilitabitur plurimū. Faciet enim pharmacum eoacuari succos bonos, quum mali non sint: & liquefaciet partes, intemperabitq;, & spiritus multos dissoluet Sed quorsum hoc dicit Hippocr. Qui sanus, si mente quoq; sanus est, vtetor expurganti pharmaco? Certè dixit hoc Hippocr. quo nos moneret, ne ineautè vtamur expurgatione præcantoria, neque ob leuem quamuis suspicionem: sed tunc solū, quum manifesta indicia sunt imminentis iam morbi Prauo vti cibo dicuntur hoc aphor. qui tantam habent succorum corruptelam, vt præ succi boni penuria prauo nutriantur eorum membra. Qui varò tales sunt, non aliter exoluuntur quàm qui succorum penuriam habent: habent enim penoriam bonorum. Hac ipsa causa dictum est prima particula, huiusmodi homines non posse tenuem victum ferre. Quid ergo agendum his erit, qui quum impura habeant corpora, neq; tenuem victum, neq; expurgationem ferre possunt? Certè est eis epicrasi vtendum, hoc est, exigua & crebrò repetita expurgatione, interiectis refectione & attemperatione. Hoe aphor. vbi dicitur, Et qui prauo vtuntur cibo, non oportet intelligi de cibo qui externùs ingeritur, quicquid Galenus dicat, sed vt explicui. Nam nisi externi cibi succorum bonorū penuriam iam pepererint, non prohibent expurgationem: si pepererint, cacochymia illa iam est in causa, vt exolutionem sobeat, qui expurgatur, non cibi externi.

APHORISMVS XXXVII.

Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

Eos qui bene se habent corpore, purgare laboriosum.

Nō videtur hic aphor. indigere noua enarratione, neq; confirmatione. Nam si qui sani sunt quum purgantur, celeriter exoluuntur, certè eos purgare laboriosum erit. Videtur tamen dictio illa ἐργώδεες seu laboriosum, significare aliud quiddam, quàm exolutionem. Laborem scilicet, tormina intestinorum, cardialgiam, & capitis dolores, & vertigines: quæ omnia solent accidere iis, qui nulla vrgente necessitate expurgantur.

APHORISMVS XXXIIX.

Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πῶμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

Paulò deterior potus & cibus, suauior tamen, melioribus, insuauioribus tamē, magis expetēdus.

Duplici ratione peccare solent Medici in victu ægrotantium. Alij omnia quæ ægrotantes petunt, concedentes: alij negantes omnia. Vtriq; verò lædunt magnopere. Nam illi ægrotantibus, quibus semper morem gerunt, plerunq; malè prospiciūt: hi ægrotantes quibus nihil indulgent, reddūt curationis impatientes, faciuntq; quominus Medicis obtemperare velint. Hippocr. neutrum horum agi vult, sed suauiorem cibum dari, etsi sit deterior: nō tamen quantumuis deterior, sed paulò deterior. Faciendum esse nonnunquam quod ægrotantib. gratum sit, 6 Epid. his verbis docuit: Laborātibus gratiæ: vt mondè parare poculenta & esculenta, quæ videt molliter, & quæcunq; tangit: aliæ non valdè lædunt, aut noxa non inemendabili. Hæc illo loco: hic verò apertiùs dicit, cibum etsi sit deterior, modò sit suauior, dari debere. Dicitur cibus deterior, qui deterioris succi, aut modo substantiæ & qualitatibus minùs homioeis, cui datur, ventriculo, congruens. Sed hic qua ratione dari debet? An gratia suauitatis detur, quia deteriorem succum patitur, & ægrotantem lædat? At hoc assentatoris magis est, quàm Medici: Medicus non videtur tantam voluptatis quàm vtilitatis rationem habere Verùm animaduerti bne loao debet, quum suauior atsi deterior

rior cibus datur, non suauitatis solùm gratia dari (nam hanc non adeò curat Medicus) sed vtilitatis: quandoquidem qoi deterior per se est, suauitata fit vtilior. Nimirum suauem cibum meliùs amplectitur ventriculus: quem meliùs amplectitnr, meliùs coquit, & msgis emendat. Qoare detarior, emendatione euadet melior. Verùm, quandoquidem non quamcunqne maliriam potest melior amplexus emendare, non quantumuis deterior etsi suauior dari debet, sed panlò deterior: tantò scilieet, vt verisimile sit, fore vt emeodetnr præ bono ventriculi amplexu. Id verò intelligemns perpendentes, qoantò cibus quem æger petit, eo qnem nos offerebamus sit deterior: & rogantes, quantò ei sit futurus suauior. Nam neq; exigua suauitas nos mnltū permouebit: nec malitia exigua mnltū terrebit, ad indulgendum. His ita pensitstis, omnia quæ noo cogit ars denegare, concedemus: ne molestiæ alioqui magnæ, quæ deuitari non potest per cnrationes, quicquam spoote addamus.

Aphorismvs XXXIX.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον. ὅσα δ' ἂν αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γίνηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Senes iuuenibus magna ex parte ægrotant minùs. Quicunque verò morbi iis accidunt diuturni, plerunq. commoriuntur.

Hippocr. ipse lib. da Victus ratione, its scriptum reliquit: Maximè morbosi, qni maximè senes. Quio & experimeoto videtur id confirmatissimum, & rationi msximè consentaoeom, qnum sint debilissimi. Quare videtur qood hoc loco dicitnr, & Hippocrati ipsi & rationi & experimento aduersissimum. Quod Galenos videns, in Com. ad senom prudentism & moderatum victum confugit, hæc ita componens: reuerà & quantum in ipsa ætate agitur, sæpiùs ægrotaturos senes, tsmeo ob illorum prudentiam fieri vt meliori victu vtantur, atq; proinde salubriùs degant. Verùm ego aliquid aliud quod in ipsa ætate sit, oon in victu, dictum hic puto. Nam si meliori vtuntur victu, non senes solùm, sed quamcunq. aliam agentes ætstem, salnbriùs aliis qui vtsntur deteriori, degent. Neq; senes omnes vtuntur meliori victu: neq; multum intererat monere, eos si meliori victu vtuntur, salubriùs degere. Sed quid Hippocr. velit, audi. Iuuenes sanguinis & bilis copia solent crebrò redondare, quorum succorū redundaotia morbos acutos solet crebrò parere. Et præ robore facultaris, vt crebrò in acutos morbos incidunt, ita crabrò liberantur. Quòd enim crebrò incidant, succus calidus quo abnndant, causa est: q crebrò liberentur, facultaōs robur. Quum frigescit iam corpus, calidi succi copia minnitur: quare in acutos morbos non incidunt, vt 14. aphor. 1. psrt. dicebatur. Si quando in acutum morbum cadunt, nō solent ab eo eusdere: qusre ant semel ægrotantes grauiter statim moriuotur, aut sine morbis acutis transigunt: haudquaqoam vt iuuenes crebrò & ægrotant & iudicantur. Hac itaq; ratione, præstat senectus iuuentuti. Qno nihil msgis expertum est, io mulieribos maximè. Hæ enim toto inuentutis tempore multis morbis vexantnr crebrò: qui tunc temporis cessare solent, quum præ senectute illis menstrua deficiunt. Sed alia ratione præstat iouentus senectuti. Nimirum iouenes incidnnt in calidos & acutos morbos, in eosq; crebrò: sed dum valent, valent meliùs. Nam senes, quum acntis morbis non corripisntur, tamen vbi semel frigidis quibusdsm & lentis morbis, vt podagra, & omni fluxionis frigidæ genere, corripi cœperunt (corripiuntur verò illis ob frigida excrementa quæ congerunt) nunqoā liberantur: sed cum illis degunt insalubriter (vigēt enim morbi lentè) toto vitæ tempore. Huc respiciens dixit Hippocr. maximè morbosam senum ætatem: tsmen respiciens crebras & acutas iuuenum ægritudines, senes ęgrotare mioùs, dicit modò. Neque verò hoc dicit semper, sed magna ex psrte. Quidam enim quum essent per iunentutem robustissimi & calidissimi, tantum enscuatione iosensibili valebant, vt sine morbis transigerent: qoi quom senescere incipiuot, qoom tantum retineant caloris vt possint multum sanguinis congerere, non tamē vt possint ism insensibiliter euscuare, incipiunt morbis acutis corripi.

Aphorismvs XL.

Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

Raucedines & grauedines, in valde senibus non coquuntur.

Quod vltima psrte proximi aphoris. dixerat, exemplo raucediois & grauedinis declarat: quæ quū fluxiones sint, cerebro refrigerato & humectato cū succo, non coquuntur in valde senibus: quippe qni congerunt qootidie excrementa pitnitosa, & frigidissimi ac debilissimi snnt. Sed dices, grauedo & raucedo sunt morbi senectuti congruentes: quaro ex nuper dictis fit, vt minùs sint periculosi quàm in iuuenibns: quare, vt & melins coqoantur. Certè congruentia hæc morbi, subleuaret periculum ex grsuedine in quaois alia ætate. Cæterùm extrema senectus, nulla in re cum alia quapiam ætste venit conferenda.

Aphorismvs XLI.

Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς, ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

Qui crebrò & multùm citra manifestam causam exoluuntur, repente moriuntur.

Exolotionem vocat hìc, lipothymism: quæ cùm passio cordis sit, est leoior multò quàm syncope. Cæterùm significat vitalis facultatis debilitstē. Maximè si sit magna & crebra, & sine manifesta causa. Nam exigua admodū, & rara, haud habent magnā vim indicando, quis oon habent magnam csusam: quare non sant magni momenti. Cansam antē manifestam, vim detrahere præsagiis omnibus, sæpe diximus. Meritò ergo timebimus, ne qui moltū & crebrò & sine causa exolountur, aliqusndo correpti syncope repente moriantur. Quare debet Medicus talibus hominib. statim victum edicere, qoo vitali facultate maximè roborentur.

Aphorismvs XLII.

Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

Soluere apoplexiam, fortem quidem impossibile, debilem verò non facile.

Quum cœpisset Hippocr. dicere de iis qui moriuntur repente, dixit superiori aphor. de syncope, in hoc dicit de apoplexia, in sequenti dicet de iis qui strangulantur: tot enim videntur esse modi repentinæ mortis. Facit verò Hippocr. duplicem apoplexiæ speciem, grauissimæ scilicet & leuis. Dignoscuntur hæ duæ, lęsione maiori aut minori respiratus, quandoquidem nullus alius motus per hanc ægritudinem seruatur. Igitur grauissima apoplexia est, quæ omnino priuat respiratu: sed etiam grauis, per quã seruatur difficilis, interruptus, ac deficiens, & cum sterture. Facilis respiratus per nullam apoplexiam seruatur, nam hac ratione à caro differt. Illa verò per quam etsi difficilis, seruatur tamen, non admodũ inęqualis & interruptus, leuis est. Sed hęc etiam est maximi periculi, illa verò omnino curari non potest. Neq; certè obscura causa est tanti periculi in hoc morbo. Indiget enim celerrima dissolutione, quia respiratum prohibet, non tamen potest celeriter dissolui, cùm sit obstructio maxima à crassis succis in angustis locis: auget quàm maximè periculum, partis malè affectæ magna dignitas. Sed ad huius aphor. explanationem, hæc sunt satis. De apoplexia multa alia diximus in Scholiis, quæ in libros de Locis patientibus scripsimus.

Aphorismvs XLIII.

Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, μηδέπω δὲ τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσιν, οἷσι ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

Qui strangulantur & moriuntur, nondum tamen mortui sunt, non redeunt ad vitam, quibus spuma fuerit circa os.

Non quæcunq; spuma in iis qui suspendũtur laqueo, apparens, significat non posse iam hominem viuere, etsi soluantur laqueo. Nam quædam spuma fit multis facilè, & ex ipsis faucib. & palato: sed quæ multa est, referans iam spumam pulmonis. Erumpit enim hæc in os pręferuore maximo thoracis, vt præ ignis ardore erumpit à feruente olla. Quum verò iam hæc ob os apparet, maximam violentiã perpessum est cor & totum pectus, estq; iam tota aspera arteria plena spumante sanguine. Quare nõ possunt iam recreari, etsi soluantur: est enim via spiritus multitudine iam obturata. Neq; verò est similis ratio spumæ, quæ in epilepticis ob os apparet. Hæc enim non tam ex pulmone, quàm ex capite est: neque tam facta feruore thoracis, quàm capitis concussione.

Aphorismvs XLIV.

Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

Admodùm crassi naturâ, celeriùs moriuntur quàm graciles.

Non mediocriter crassi, sed admodùm crassi: neque ex victu tales facti, sed naturâ: cõferuntur cum gracilibus, neq; cum quibusuis gracilibus, sed cum iis qui quum carne sint graciles, habent latas venas & arterias. Suntq; ita cõparatione facta hi viuaciores illis. Nam qui naturâ sunt admodùm crassi, frigidi sunt & humidi, alioqui non congererent multam pinguedinem: si naturâ frigidi, statim sunt strictis venis: non enim potuit exiguus calor multùm dilatare. Habent ergo exiguum calidum, idq; paratissimum ad suffocandum, quum habeant & multum humorem qui obruat, & angustas vias, quibus ventilatio fiat. Graciles carnibus & lati venis contraria habent, calidi scilicet multum, & ventilationem facilem, quare diutiùs durant. Id quod gracilibus, & angustis viis non auenit: sunt enim frigidi & sicci naturâ.

Aphorismvs XLV.

Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν χωρίων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

Pueros comitiali morbo laborantes commutationes ætatis maximè, & locorum, & victus, liberant.

Comitialis morbus pueris sæpe accidit, atq; infantibus sæpiùs quàm grandioribus, ob temperamentum humidum illius ætatis: sed quoniam morbus illorum ætati congruens est, hi ab eo morbo sępe liberantur. Qui verò ingressi iam iuuentutem eo corripiuntur, aut quibus à tenera ætate vsq; ad iuuentutem durat, rarissimè liberantur: sed vt dicetur aphor. 7. part. 5. magna ex parte commoriuntur. Minores natu correpti eo morbo, sola mutatione ætatis liberari solent: viri quum emittere semen incipiunt, mulieres quum eis incipiunt profluere menstrua: nimirum siccescunt tum temporis eorum corpora. Multi tamen nec in hac ætate mutationem accipiunt, nonnulli eorum, quia naturâ humidissimi sunt, vt neq; ætatis mutatio satis sit ad curationem: pleriq; tamẽ, quia prauo vsi sunt victu, perpaucos enim arbitror eorum, qui semper vsi sunt victu bono, mutatione ætatis non liberari. Est boni victus pars magna, electio loci, qui sit ita laborantibus expediens. Nam aere nihil est, quod magis afficiat nostra corpora. afficit enim continenter, cerebrum maximè, in quod semper inspiratus trahitur. Igitur quum puer quispiam epilepsia laborat, expectanda ætatis mutatio est: interim tamen, si locus quo degit, humidi & crassi aeris est, cum alio sicci & tenuis est commutandus: & reliquus victus est instituendus, vt oportet. Nam ita quum ætas mutabitur ad sicciorem, morbus soluetur. Mutationes soli in ægritudinibus longis, Hippocr. vsque adeò commendauit, vt solum etiam patriũ mutare consuluerit. 6. Epid. Qui victus pueris epilepticis expediens sit, Galenus docuit libello cui titulum fecit de Puero epileptico: quem tamen libellum attentè legi consulo, non enim omnino probo. Victus tamen dictis pueris esto siccans, & minimè replens caput.

Aphorismvs XLVI.

Δύο πόνων ἅμα γινομένων, μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

Si duo dolores simul, non in eâdem parte fiūt, vehementior alterum obscurat.

Galenus putat nõ posse duos dolores esse in eadam

dem particula exactè. Quòd si tamen Hippocr. dicit, Si duo dolores non in eadem particula fiant, insinuans posse esse duos dolores in eadem parte: intelligi non exactè, sed vt in eodem brachio aut in eodem crure, non tamen exactè in eadem brachij aut cruris particula: duos dolores non in eadē parte esse (inquit) vt si alter in brachio, alter in crura fit: quod si fiat, à vehementiore alterum obscurari, distractione mentis. Sed si dolor brachij vehementior obscurare potest minorem dolorem cruris, cur dolor huius partis cruris, alterius cruris partis dolorem non obscurabit? An quia non absunt à seipsis longè, dolentes particulæ? At videtur faciliùs posse facultas à vicina particula, quàm à longinqua reuocari. Proindè ego aliter censeo, posse scilicet duos dolores in eadem particula exactè esse. Quid enim prohibet? Si quispiam gladio ignito santientem partem alicui secet, eadem profectò particula vretur & secabitur: atq; vtrunq; sentiet simul, & vtrunq; cum tristitia sensus, vtrunq; enim corrumpit naturam affatim ac repente. Adeò ergo differêt illorum sensus, quàm differunt vstio & sectio: nam diuersorum obiectorum non fit idem sensus. Quarè quum sensus tristis sit ipse dolor, non erit vtriusque illorum idem dolor, sed in eadem particula erunt dolores duo: neq; certè hic alter alternm tollet. Nam quum eadem sit particula vtroque dolore dolens, quiuis illorum vocabit mentem ad dolentem particulam: quare nullus auocabit. Vt, quum duæ particulæ singulis doloribus laborant, accidere solet.

APHORISMVS XLVII.

Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γενομένου.

Cùm pus fit, dolores & febres accidunt magis, quàm eo iam facto.

Vt ignis ardet quum vruntur ligna, extinguitur autem quum iam abierunt in cineres: ita (loquit Galenus) febres & dolores accidunt quum sanguis in pus mutatur, remittunt autem vehementiâ cùm iam mutatus est. Verùm videtur mihi puris generatio nulla ratione similis vstioni lignorum: est enim concoctio quædam. Sed quum inflammatio aliqua abit in pus, computrescunt carnes & fibræ venarum & arteriarum & neruulorum, exedūturq;: quod vomica quæ in parte inflammata fit, apertè declarat. Igitur perinde dolebit particula, & febris crescet, quum pus gignitur, atq; si admoto medicamento caustico vlcus cauum fieret: facto verò iam pure & collecto in vomicam, fiet cessante exesione pro mordaci dolore hebes dolor alieni ponderis. Non enim iam corrumpuntur partes, sed corruptæ sunt: dolores verò fiunt, quum corrumpitur natura.

APHORISMVS XLIIX.

Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν εὐθὺς, ἄκοπον.

In omni motu corporis, quum cœperit laborare, cessare statim, acopum (id est, sine lassitudine) est.

Hic aphor. non ad partem artis curatiuá, vt quidam censent, sed ad partē tuendæ valetudinis pertinet: non enim docet curare lassitudinem, sed præscribit modum exercitationis salutaris. Consulitq;, exercitationem non esse producendam vsq; ad defatigationem, sed cùm primùm laborare incipiunt cessandum. Nam exercitatio ad hanc vsque metam producta, ácopos est, id est, sine lassitudine. Non enim solùm lassitudinem non facit, sed lassitudines si quæ sunt in corpore, tollit, nisi ex multa copia lassitudines prodeant: tunc enim vacuatione erit opus ante exercitationem. Hanc sententiam Galenus in Arte medicinali vsurpauit.

APHORISMVS XLIX.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἂν ὦσιν ἀσθενέες, ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων ἰσχυρῶν τε καὶ νέων ῥᾷον φέρουσι.

Assueti solitos labores ferre, etsi sint debiles aut senes, faciliùs ferunt quā fortes & iuuenes.

Plùs facere ad laborum tolerantiam consuetudinem quàm robur, dicit Hippocr. Quare non tota causa tolerantiæ facilis quæ nascitur à consuetudine, in robur membrorum quod ipsa consuetudo facit, reiici debet, vt Galen[9] statuit: sed vt à me 8. lib. Cont. dictum est, alia quædam est causa. Nimirum fibræ ad eam figuram quam acceperunt sæpe, facilè trahuntur, ad alias difficulter. Quare ad eam figuram, quam per consuetos labores comparât, minori opera & à minori facultate trahuntur. Igitur & à debilioribus assuetis, quàm à robustis insuetis, & à senibus quàm à iuuenibus, mouebuntur illo modo faciliùs. Neq; tamen quaotulacunq; consuetudo facit magis ad laborum tolerantiam, quàm robur quantumcunq;: sed consuetudo magna, quàm robur aliquantò maius. Potest verò in homine aliquo esse consuetudo vtcunq; laborandi maior quá in alio, aut consuetudo hoc vel illo modo laborandi. Vtcunq; hoc fiat, cōsuetudo facit ad labores consuetos magnam promptitudinem, dicta de causa: vt illo loco fusiùs demonstrauimus.

APHORISMVS L.

Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κἂν ᾖ χείρω, τῶν ἀσυνήθων ἧσσον ἐνοχλέειν εἴωθε. δεῖ δὲ καὶ ἐς τὰ ἀσυνήθεα μεταβάλλειν.

Ex multo tempore consueta, etsi deteriora, insuetis minùs molesta esse consueuerunt. Expedit igitur ad insueta permutari.

Hoc quoq; est præceptum seruandi valetudinē. Docet enim, quandoquidē consueta ex multo tempora etsi sint deteriora, minùs molesta esse solent, & insueta atsi sint maiora: nō assuescere victui alicui nimis, sed permutari ad insueta. Quòd quidem consuetudo molestiam tollat, vsqueadeò vt quæ molesta priùs erāt, vsu fiant suauia, res est expertissima. Idq; vsuuenit & in cibis ac potionibus, & in omniū medicamentorum vsu, & in omni laboris genere. Causam reddidimus 8. lib. Cont. percurrentes omnia, in quibus vsu comparatur consuetudo. Modò satis sit, etsi non apponatur demonstratio, experimento affirmare, consueta minus molestiæ facere quàm insueta. Quod de cibis & potionib. 2. de Ra-

tione victus dixit apertissimè ipsemet Hippoc. Neque tamen quæcunq; molestia, quacunq; consuetudine tollitur. Nemo enim merum absinthium aut aloem potest vsu facere suauem: quanquam hæc quoq; faciet minùs molesta, suauia tamen nondum. Itaque quæ parùm molesta sunt per se, possunt vsu omnem molestiam deponere: quæ admodùm molesta, minùs molesta fiunt insuetis, quæ per se minùs molesta sint. Nam quod hic dicitur, deteriora, nihil aliud est quàm per se magis molesta. Opponitur enim vt contrarium contrario, illud, minùs molesta esse consuecerunt. Videbitur fortasse alicui consuetudo cibi & potus molestiā augere, non solùm non minuere: quia solēt homines fastidire cibos, quibus sæpe vsi sunt. Verùm hoc alia ratione contingit, q̃ consuetudinis Nimirum, cùm ventriculus bene omnino valet, nullam ex cibis consuetis molestiam capit: sed cùm congessit ex illorum vsu excremēts, contraria incipit appetere, vt morbi remedia. Accedit dictis, quod cōsuetudo vt in molestiis tollit molestiam, ita in vuluptuosis tollit voluptatem: quia tam voluptas quàm dolor, fit à passione repente facta. Tollit verò consuetudo omnem passionē: quare meritò in molestiis subleuat molestiam, & in iocundis voluptatem. Atqui in aphor. non dicitor, omnia consueta iocundiora esse incōsuetis, sed quæ aliòqui molesta sunt, consuetudine fieri minùs molesta. Vnde colligit Hippocr. oportet ergo ad insueta permutari. Quod de ægrotātibus nullatenus intelligi potest. Nam per morbos seruāda semper consuetudo est, quantum fieri potest, vt ras aliæ omnes quæ secundùm naturam sunt. Sed per bonam valetudinem, nulli victui debent homines assuescere, sed vario semper vti: aut si cui victui assuescere cœperint, permutari ad insueta, tentareq; omne victus genus: ne quid accidat casu quod magnopere lædat, & vt cùm ægritudine correpti fuerint, quiduis pati possint. Neq; tamē hoc omnibus qui sani sunt consuluerim, sed illis tantùm qui firma valetudine sont: tales enim solùm ferre possunt variū victum. Qui debiles sunt, ferant conditionem suæ naturæ, vtentes semper præscripto victu. Neq; illi quidem qui robusti sunt, tam sint à legib. soluti, vt nihil non faciant. Prudenter enim viuere, omnib. mortalibus debet esse antiquum: erit aūt prudentis viri, si robustus est, nullis legibus sese oīmiū astringere, sed neque quicquam qood apertè valdeq; noxium sit, facere. Multi enim iotemparanter viuentes, firmissimas naturas corruperunt.

APHORISMVS LI.

Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, καὶ μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

Omnia secundū rationem facienti, si non succedat secundū rationem, non est transeundū ad aliud, manente eo quod à principio visum est.

Ei qui sina ratione medetur, tentans auxiliis veram morborum casu oblatam curationem inoenire, tentanda sunt molta & varia: atqui quamprimū hac via non succedit, aliā est iosistendum. Ei tamen qui secundū rationem omnia facit, vt oportet peritum medicū, & nihil temere: nō statim ac non videtur secundùm expectationem succedere, mutandū consiliū est, si manet id quod à principio visum est. Id est, dum de affectus essentia, & causę specie & reliqua indicatione, eadem videtur quæ à principio. Nam si aliis argumentis senit, se esse in dignotione morbi & causarū deceptum, non est q̃ proterué insistat in eadem curatione. Nam quiuis mutat sententiam, quō illud videtur aliter habere, quo persuasus in eam sententiam venit. Atqui Medicus vulgaris, qui nō alia cōiectura ductus, q̃ ægrotans ipse aut aliquis familiariū retulit dolorē à frigore nasci, iussit calida apponi: quamprimū ille contrarium refert, iubebit apponi frigida. Sed qui nō leuiter neq; ex sentētia vulgi, sed post diligentē animaduersionem cognito affectu & illius causa, decreuit, perstat constanter in sentētia: quā tuoc solùm mutat, cùm nō manet id qđ à principio visum est: id est, quum morbus ipse aliū sese exhibet, q̃ à principio videretur. Quid ergo? Si non succedit secundū rationem, id est, quod iuuare debuit, nō iuuat, aperto iodicio est, Medicum malè à principio censuisse de affectu & causa. Nam si rectè censuisset, hæc ratio curationis inoaret: sed non iuuat, ergo non rectè censuit. Atq; hoc argumēto, cùm primū non succedet secūdùm rationē, censebit aliter de affectu Medicus, atque aliter censens transibit ad aliud. Pleriq; ita interpretantur illud, nō succedit secundū rationē, id est, nō statim, nō citò, non cùm vellet ipse Medicus. Atqui dicūt, ne trāseat ad aliud, sed expectet vsquedum succedat: nō enim repēte operantur medicamenta, sed iusto tēpore indigēt ad operandū. Vera quidem sentētia, sed nō est præter rationē, medicamentum, etsi bonū sit, non iuoare ante iustū tēpus. Quare nō succedere secundū rationē, est, quod iuuare deberet, nō iuuare, ne iusto quidē tēpore. Sed ne tunc quidē ēst statim mutāda ratio curationis, si manet quod à principio visum est. Possunt enim esse causæ multæ quibus nō succedit, etsi Medicus in agnoscendo morbū deceptus nō sit. Potest interiùs latere aliquid, quod impediat medicamēta aliòqui idonea. Potest etiā ex volūtate Dei morbus pendere, qui vt morbū fecit, ita faciet quominus curatio secundū rationē procedat. Potest etiā fieri, vt quanquam tali medicamēto ad huiusmodi curationem opus sit, quale apponitur, tamē illud quod apponitur, inutile sit, ob naturalē quandā antipathiā, quæ inter hanc hominē & hanc medicamēti substantiā intercedit: aut quia vsu iam hoc naturæ cœpit esse contemptui, quo casu mutandū quidē est medicamentum non mutata curandi ratione. Commutandum scilicet est cum alio, quod substantia sit diuersum & temperamēto tale: itaq; mutāda est substantia, nō qualitas temperamenti. Igitur si id medicamentum, quod à principio censuisti esse expedientissimū, nō videtur iuxta tuā expectationē iuuare, ne statim cōmuta: sed attentiùs tua memoria repete signa omnia, consideraq; quæ denuo adsunt, ne fortè deceptus sis. Magna enim suspicio est, te esse deceptum, cùm nō succedat: maximè si non solùm nō iuuant, sed nocēt etiā quæ iuuare debuerūt. Verùm si diligentissimè re perspecta denuò, idē videtur quod à principio visum est, persiste in eadē curatione, quin etiam vires medicamentorū auge. Atque commuta medicamēta cum aliis similibus, ne aut antipathia quā ignores, aut vsus iam obstet. Cuncta que omni ratione, vt ægrotus reconciliatus Deo, eum placet sacrificiis, ne quid in morbo diuinum sit

fit quod impediat: quoosq; enim hoc feceris, ſæpiſſimè experiere, oihil bene ac ſecundùm rationem io curationibus ſoccedere.

est mediocre. Neq; omnia ſunt eàdem cum feſtinatione in omnibus ægrotantibus ageoda. Vituperat autam Hippoc. non quamcuoq; oiagnitudinem auxilij, neq; quamcuoq; feſtinatiunem, ſed maiorem quàm res exigat. Quam feſtinatiouem res exigat, ex methodo curandi petendum eſt.

Aphorismvs LII.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλές. καὶ ἄλλως ἢν τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

Plurimùm & repente euacuare, aut replere, aut calfacere, aut refrigerare, vel vtcunq; aliter corpus mouere, periculoſum. Et omne nimium, naturæ inimicum. Quod verò paulatim fit, tutum. Præſertim vbi quis ex altero in alterum progreditur.

Nou ſolùm eſt periculoſum, plorimùm & repente euacuare, sut replere, aut alterare, aut aliud qoid uis circa ęgrotantes moliri: ſed quodcunq; illorum eſt ſeorſum periculoſum, plurimùm ſcilicet aliquid facere, aut repente: quanquam meritò habet plos periculi plurimùm & repente. Verùm tam nimia poteſt eſſe euacuatio, vt quantumuis paularim fiat, hominem iuguler: atq; tam repentina poteſt eſſe, vt etſi alioqui non ſit nimia: magnopere lædat. Nam omne nimium eſt adoerſum oaturę: quę in mediocritate principiorum, ex quibus conſtamus, habet eſſeotiam. Et natura non fert repẽtinas paſsiones: atqui qoum omne medicum aoxilium negotium faceſſat naturę, repentious occurſus paſsionem aoget & moleſtiam. Maximè verò quum id ad qood tranſgreſsio fit, eſt inconſuetũ: tunc eoim duæ moleſtiæ cauſæ conueniunt, & repentina alteratio, & inconſueti occurſus. Proinde quod paulatim fit, totum eſt Præſertim verò id obſeruandum eſt, vt paularim fiat, vbi qois sb altero in alterũ progreditor, id eſt, ab inſuetis ad conſueta. Nec tamẽ ſi Hippoc. vetat plorimũ euacuare, nullus debet euacuari vſque ad deliquium animi. Neq; ſi dicit, quod paulatim fit totum eſt, ſemper eſt partiris euacoationibus vtendum. Neq; enim eadem euacuationis menſura, eſt nimia omnibus: ſed quod vni nimium, alteri

Aphorismvs LIII.

Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ἐόντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων. ἐς δὲ τὸ γῆρας, χεῖρον ἀπαλλάσσουσι. ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

Quicunq; aluos humidas habent, dum iuuenes ſunt meliùs degunt, quàm qui habent ſiccas. In ſenectute autem deteriùs degunt: ſiccantur enim magna ex parte ii qui ſeneſcunt.

Aluos humidas habere, meliꝰ eſſe putat Hippoc. ſemper quàm ſiccas. Neq; immeritò: nam plerique morbi naſcuotur ex reteotione excrementorũ, pauci quidam ex nimio effluxu. Ad pleraq; ergo meliùs hsbent, qui ſont aluo humida. Ergo qui aluoa humidas habent, dom ſuot iouenes, meliùs degunt q̃ qui ſiccas. Verùm hi ipſi qui per iuoentutem habebant sluos humidas, io ſenectute deteriùs degunt, quàm qui in iuuentute habebát aluos ſiccas. Qoia magna ex psrte ſiecantur qoom ſeneſcuot iis, qui habebant per iuueotutem humidas. Cauſam reddidimus ſuprà.

Aphorismvs LIV.

Μέγεθος δὲ σώματος ἐνηβῆσαι μὲν ἐλευθέριον, καὶ οὐκ ἀηδές. ἐγγηρᾶσαι δὲ, δύσχρηστον, καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

Proceritas corporis, iuuentuti quidem liberalis, neq; indecens: ſenectuti verò inutilis, deteriorq; quàm breuitas.

Corporis msgnitudo magnopere facit ad ornatum: eſtq; liberalis admodũ ac decens. Sed quũ languefcit per ſenectutem facultas, curuantur grandia corpora, & contrahuot magnum gibbom: eſtq; iam proceritas nulli ornamento, & magno ponderi.

MAGNI HIPPOCRATIS COI APHORISMORVM SECTIO TERTIA.

Aphorismvs I.

Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νουσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος, ἢ θάλψιος, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

MVtationes temporum maximè pariũt morbos. Et ita in ipſis temporib. magnæ mutationes frigoris aut æſtus, & alia ſecundũ rationẽ.

QVIDAM ante Galenũ, mutatiooes temporum dici intelligebát hoc aphor. ſucceſsiones quatuor partium anni. At verò Galen. refutat haoc expoſitiouem, quia adiectum eſt illud, Maximè. Nam, inquit, quãquam motatio temporum facit morbos, non tamẽ id facit maximè. Tam enim facit mutatio temporũ ad ſolutiones multorum morborum, quàm ad gignendõ morbos. Proinde ceoſet mutationes morborum dici, inęqoalitatem temporia quod ád aeris temperamentum attinet, & varias mutationes quę ſolent accidere caſu factæ, oou cooſequentes naturam temporis. Itaq; perinde eſſe, ac ſi dictum eſſet ab Hippocr. varium tempus & inæqualis temperamenti, morbos affert. Sed ſi hoc ſibi vellent illa verba, mutariooes temporum maximè psriunt morbos, non video quomodo non eſſent ſuperflua reliqua omnia aphoriſmi verba. Quid enim oouі con-

tinerent? Accedit, quòd vt successiones temporum anni quosdam morbos faciunt, & quosdam soluũt: ita & mutatio aeris nondũ mutata anni parte, quosdam morbos affert, quosdam soluit. Si enim aer humidior & frigidior fit, qui lethargo laborat, habet deteriùs: qui phrenitide, meliùs. Quare nec si hæc sit aphorismi significatio, videtur adiiciendum illud, maximè Ergo verus atq; genuinꝰ sensus aphorismi hic est: Mutationes temporum, id est, successiones naturales partiũ anni, maximè pariunt morbos. Nam alios morbos affert ver, alios æstas, autumnus alios, alios hyems. Quos quæ tempestas, hac ipsa particula dicet sigillatim. Ergo variæ anni tempestates varios morbos pariunt. Dixit verò Maximè, nõ quòd nihil faciant magis quàm morbos parere, nam soluunt etiam: sed quòd mutatio temporum sit maxima causa morborum. Itaq; perinde est ac si dixisset, inter omnes causas morborum, temporis mutatio maximè illos parit. Id verò est verissimum: nam maxima pars morborum refertur in tempus. Neq; id sine magna causa: nam aer continenter & maximè nostra corpora alterat, non ambiens solùm, sed etiam respiratu & pulsu ea penetrans Soluit etiam mutatio temporis morbos: atq; vtrunq; facit maximè Nam res omnes non naturales, morbos nunc faciunt nunc soluunt, vt accidit. Aer verò est in causis quæ maximè nostra corpora alterant. Itaque prima pars aphor. est, Mutationes temporum anni, maximè inter causas omnes morbos faciunt. Addit, Et in ipsis temporibus, id est, & in quouis illorum temporum, mutationes frigoris aut caloris, humoris aut siccitatis, flatus aut tranquillitatis, & si quæ sunt aliæ, ita faciunt, id est, pariunt morbos. Non enim solùm mutationes temporum anni pariunt morbos, sed etiam mutationes aeris singulis temporibus contingentes. Imò verò hæ multò magis morbos pariunt, quia sunt mutationes non secundùm rationem factæ, sed repente, quas malè fert natura: estque insalubre tempus, quia non tempestiuè tempestiua redduntur, vt sequenti sermone dicetur.

Aphorismvs II.

Τῶν φύσιων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

Naturæ, hæ quidem æstate, hæ autem hyeme, bene aut malè habere nata sunt.

Naturæ sunt, natiua corporum temperamenta. Quæ quum multiplicia sint, non omnia ad quoduis tempus habent eodem modo: sed quædam naturæ ad quædam tempora meliùs, quædam deteriùs. Vt temperata corpora, bene habent in temperatis temporibus: in aliis malè. Intemperata malè habent in temporibus similibus suæ intemperiei, crebrò enim ægrotant: in contrariis bene, quia minùs parata ægrotare. Eadem ratio est & locorum, & totius victus, id est, rerum omnium non naturalium Nam qui malè habent in æstate: & in regione calida, & in exercitatione multa, & in longa vigilia, & in iracundia, & in inedia, siti, aut calido cibo & potu malè habent. Qui in hyeme periclitantur: & in regione frigida, & ocio, & longo somno, & nimia mansuetudine, & multo cibo & potu frigido maximè perinde patiũtur. Vsque adeò verum est, quod Hippoc. lib. de Alimento dixit, nihil esse simpliciter (id est, omnibus hominibus) bonum aut malũ: sed ad aliquid omnia bona & mala.

Aphorismvs III.

Τῶν νόσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας, καὶ χώρας, καὶ διαίτας.

Morbi, alij ad alios bene vel malè habent. Et ætates quædã, ad tempora, & regiones, & victus.

Inordinato loquendi modo vsum esse hoc loco Hippoc. censet Galenus, fuisse enim ita dicendum: Morbi & ætates, alij ad alia tempora, & loca & victus genera, bene vel malè habent. Ego vero si hoc voluit Hippocr. docere quod Galen. intellexit, non solùm inordinato sed inepto etiam sermone vsum esse affirmo Sunt enim illius verba hæc: *Τῶν νόσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι· καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας, καὶ χώρας καὶ διαίτας* Id est, morborum alij ad alios, bene vel malè habent: & ætates quædam ad tempora & loca & victus. Constat vero, hanc orationem ineptissimam esse ad significandum, morbos quosdã ad quædam loca & tempora. Quare in longè alium sensum Hippocratem ferri puto. Scilicet, morborũ quosdam ad alios morbos bene, ad alios malè habere: & ætates omnes, ad quædam tempora & loca & victus genera, habere bene, ad quædam alia malè. Dices: Videntur duæ illæ sententiæ (quas duas aphoris. partes esse facis) longè dissidere, atq; proinde non texendæ simul in eodem aphorismo. Nam quantò aliud est, morbum cum morbo, aut ætatem cum loco & tempore & victu componere? Certè satis diuersæ sententiæ sunt: sed non proinde putandum est, non esse assertas ab Hippocr. quum verba nullum alium sensum ferant. Maximè quum is qui aphorismos scribit, nulli ordini adstrictus sit. Melius ergo fuerit, examinare ambas aphorismi particulas, quid dignum Hippocrate contineant, & quàm veræ sint. Nam quid sibi velit, morbos ad alios morbos bene aut malè habere? Certè est, morbos morbis vtiliter aut inutiliter succedere. Nam fiunt morbi quidam ex aliis quibusdam cum magno malo ægrotantium, alij ex aliis vtiliter. Hoc ergo est quod dicit: Morbi, alij ad alios bene vel malè habent. Bene quidem, quale est illud: qui atra bile vexatur, hæmorrhoidibus superueniẽtibus liberatur: & illud, qui conuulsione tenetur, superueniente febre liberatur. Malè autem, quale est illud: à febre ardente habito tumore non apparente in faucibus, si strangulatio repente superueniat, lethale. Et illud, si à febre habito collum peruertitur & vix potest deuorare sine vllo tumore, lethale. Et illud, ex glandularum tumoribus febres omnes malæ, pręter diarias. Et multa alia huiusmodi, quæ Hippocr. scripsit, cùm in aphorismis tum aliis in locis. Hanc ipsam sententiam insinuauit 6 Epid. parte 6. vltimo cont. his verbis: Pro quibus qui morbi. Atq; Galenus in Comm. locum hunc diserte admodùm pertractauit, vt non sit opus, de hac re plura à me dici modò. Aliud etiam est, quod verba illa possunt significare: *Τῶν νόσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι* Scilicet, morborum alij ad alios bene aut malè nati sunt fieri. Hoc enim meliùs videtur significari verbo illo, *πεφύκασι*. Itaque erit sensus, morborum quidam, quibusdam aliis facilè atque sæpe: quidam difficilè & raro succedunt. Quem locum tractat ipse Hippocr.

multis

multis aliis in locis, maximè tamen lib. de Morbis, non longè à principio. Quo loco ita scriptum est: Transitus autem in his fit, ex pleuritide in causum, ex phrenitide in peripneumoniam. Verum ex peripneumonia febris ardens non fit. Ad dysenteriam tenesmus accedit, & à dysenteria lienteria sequitur: ex lienteria in aquam intercutem transitus fit, & ex leucophlegmatia in aquam intercutem, & ex peripneumonia & pleuritide in pectoris suppurationem. Mala porrò supra mala fieri necesse est, vt si rigor corripuerit, ardor igneus superuenit: & si neruus distentus fuerit, conuulsionem facit. Hęc & alia multa illo loco ad hoc institutum pertinentia scripsit. Multa etiā aliis locis, & in his aphorismis, nunc docens, qui morbi post quos morbos crebrò fiant, nunc qui post quos non fiant. Quale est illud: Quibus febres longæ, iis tubercula, vel dolores in articulis fiunt. Et illud: Lumborum dolor, qui neque medicamēto neq; aliter soluitur, in hydropem siccam firmatur. Et illud: Acidum eructantes, pleuritici non admodùm fiunt. Et alia multa huiusmodi. Quæ omnia, breuissimæ huius sententiolæ parte prima comprehendit, dicens: Morborum alij ad alios bene aut malè nati, aut parati, aut procliues sunt. In secunda parte dicit illud idem de ætatibus, quod de naturis paulò antè dixerat: scilicet, ætates quasdam ad quædam tempora & loca & victus bene, ad quędam malè habere. Verùm quod indistinctè vtrobique dicit Hippocrates, non debet in ætatibus eodem modo distingui, atq; in naturis. Nam de naturis illud vnum diximus, præter temperatā, omnes habere bene ad contrarium victum, malè ad similem. De ætatibus autem non possumus hoc idem dicere. Nam præter adolescentiam quæ temperata est, infantia etiam quæ est calida & humida, gaudet victu simili: lacte scilicet & melle, & frigidum ac siccum non sine periculo posset ferre. Quia etsi temperata non est hæc ætas, tamen illius immoderantia est vtilissima ad corporis incrementum, & ad alia multa. Iuuenilis & senilis ætas, non aliter ac intemperatæ naturæ, gaudent contrariis. Senilis scilicet calidis & humidis, iuuenilis frigidis & humidis per bonam valetudinem. Nam per morbos omnia quæ sunt secundùm naturam, seruanda sunt similium vsu.

APHORISMVS IV.

Ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γίνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νουσήματα προσδέχεσθαι χρή.

In temporibus, quando eodem die modò quidem calor, modò frigus fit, morbos autumnales expectare oportet.

Non mirum est, morbos autumnales fieri in eo tempore, quo autumnalis temperies est. Morbi autumnales sunt, vt dicetur aphor. 9. acutissimi, & exitiosissimi, quin etiam difficilis iudicij. Acutissimi, ob antecedentem æstatem: exitiosissimi, ob debilitatem facultatis, quæ duplici ex causa nascitur, & ex antecedente æstate, & ex inæqualitate caloris. Difficilis iudicij, quia nullis euacuationibus opportunum tēpus est: euacuationes enim omnes quas promouet calor, frigus cohibet. Vnde manifestum fit, morbos qui accident, quum non in ipso autumno, sed alia anni parte casu fiet tempus, quo eadem die modò calor modò frigus fiat, similes fore morbis autumni, difficultate iudicij magis quàm malo more, atq; hoc etiam magis quàm acutie. Nam tūc altera causa adest, inæqualitas scilicet, cui adscribebatur difficultas iudicij maximè, acuties minimè: altera deest, tempestas scilicet antecedens, in quam acuties reiiciebatur maximè; difficultas iudicij minimè.

APHORISMVS V.

Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοί, νωθροί, διαλυτικοί· ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι πάσχουσιν. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραί, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigritiem afferentes, dissoluētes. Quando ita prævaluerit, huiusmodi in morbis patiuntur. Si autem Boreale tempus fit; tusses, fauces, ventres duri, difficultates vrinæ, horrores, dolores laterum & pectoris. Cùm ita prævaluerit, huiusmodi in morbis expectare oportet.

In iis quoq; tempori mutationes magnas afferunt, & Medico maximè considerādas, sunt venti. Quorum differentias tenere nos oportet, non tot, quot agricolæ, aut nautæ considerant. Nam ad nauigationem opus est multas ventorū differentias nosse, ad dirigendum nauigia quoquouersus. Tamen ad medicos vsus, satis est nosse quatuor: Eurum, qui flat ab oriente: Zephyrum, qui ab occidente: Boream, qui à septentrione: Austrū, qui à meridie. Quin & duorum tantum videtur mihi Hippocr. semper meminisse, Austri, & Boreæ. Quia, arbitror, harum naturæ extremæ sunt, Boreas frigidus & siccus, Auster calidus & humidus. Alij duo vt medium loci habent, ita & temperamenti. Horum nomina & loca, quin & Austri & Boreæ temperamenta disertè admodùm explicuit Ouidius illis carminibus:

> *Eurus ad auroram, Nabatæaq; regna recessit,*
> *Vesper, & occiduo quæ littora sole tepescunt,*
> *Proxima sunt Zephyro. Scythiam, septemq; triones,*
> *Horrifer inuasit Boreas. Contraria tellus,*
> *Nubibus assiduis, humidoq; madescit ab Austro.*

Sed causam, qua Boreas est horrifer frigidus & siccus, Auster humidus, non video qui dicat, neq; facile dictu est. Causam tamen esse dico, quòd exhalatio (exhalationem enim & fumum, esse ventorum materiam Aristot. monstrauit) quæ è Septentrionali plaga oritur, occurrit statim magno frigori: quare statim repercussa, humilis prope terrā flat & vehementiùs: quare cum vaporibus, nubium materia, non permiscetur, venitq; proinde siccus. Frigidus verò ipse est subiecto, vt omnis fumus: ignitionem verò omnem deponit perfrigeratus ab aerē quem percurrit. Venit ergo frigidus & siccus, vt extincti cineres, & refrigeratus fumus. In meridionali plaga fumus ascendit à terra, multùm elatus, miscēturq; cum vaporibus, repercutiturq; minùs: quare lentiùs flat, elatior tamen quàm Boreas, & vapore-

fos: calorem verò contrahit per regiones calidas quas percurrit. Meritò ergo Austri auditum hebetant, & caliginem oculorum faciont, & caput granant, & pigritiam afferunt, & quasi dissolutos reddunt homines. Nam hæc omnia contingunt humectatis cerebro & neruis aoditoriis, & alus, ac reliquo corpore. Boreas verò facit tusses, & faucium asperitates, refrigerans siccansq; & exasperans partes has. Facit etiam dolores laterum & pectoris: nimirũ instrumenta respirationis maximè lędit, quia illis maximè occurrit, respiratione tractus. Neq; verò solùm facit falsas pleuritides ex flatu & refrigeratione, sed veras etiã, si corpus multo sanguine abundat. Dolor enim sanguinem conuocat, & frigus cum occurrens effluxum detinet. Facere etiam solet cruentas excreationes, frigus frangens venas. Proinde quum hic ventus flat, oportet thoraci timere. Ventres quoq; duros, & difficultatem reddendi vrinam facit. Quia facultas intestinorum & vesicæ, refrigeratione magnopere læditur: & subeũte multo flatu in ea (penetrat enim multùm Boreas) intenta sunt, neq; possunt sese circa ea quæ cõtinent comprimere. Accedit, q ad ventris siccitatem magnopere facit, habitum corporis siccari, atq; proinde carnes ex ventribus multùm sugere, redditq; ite fæces aridas. Sed quorsum Hippoc. bis repetit, quum hęc tempestas pręualuerit, huiusmodi in morbis expectare oportet? Non certè quò significetur aliquid noui, sed quò nos admoneat, quò tendant hæc. Nimirum eò tandunt, vt ex vento qui flat, disces, quæ debeas in morbis expectare: vt præsentiens præcaueas, & quum euenerint, minùs te deterreant.

Aphorismvs VI.

Ὁ'κόταν θέρος γένηται ἦρι ἐμφερὲς, ἱδρῶτας ἐν τῇσι πυρετοῖσι πολλὰς προσδέχεσθαι χρή.

Quando Æstas fuerit Veri similis, sudores in febribus multos expectare oportet.

Hyems minori calore est quàm vt sudorem promoneat: æstiuus in insensilem halitum abire facit: vernus calor potest ad cutem euocare, & nondum insensibiliter dissoluit. Facit ergo sudores. Neq; tamen toties in ipso vere paulò post hyemem, quàm in æstiuis mensibus, cùm ea temperies perseuerat. Quia multò magis fusi sunt iam & extenuati succi, dissipati tamen nondum.

Aphorismvs VII.

Ἐ'ν τῇσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται. καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

In siccitatibus febres acutæ fiunt. Atq; si quidem magna ex parte annus talis fuerit, qualem constitutionem fecerit, tales etiam morbos oportet expectare magna ex parte.

In temporibus siccis, sicci succi generantur, quales biliosi. Morbi verò qui ab his fiũt, acutiores sunt quàm qui ex humidis succis. Ergo annus siccꝰ acutiores morbos afferet quàm humidus. Atq; si magna ex parte annos fuerit huiusmodi, tales etiã morbos expectare oportet magna ex parte, qualem fecerit constitutionem, id est, quales exigit constitutio. Est constitutio anni nihil aliud, quàm ea temperies quæ per tẽpora anni decurrit, & is modus quo decurrit. Itaque sine siccus siue humidus decurret annus secundùm partem magnam, illi intemperiei respondentes morbos expectare oportet. Sed ne tunc quidem omnes, sed magna ex parte: nam vt dicetur alio aphoris. morbi omnes quouis tempore possunt accidere, fiunt verò quidam in quibusdam plerunque.

Aphorismvs IIX.

Ἐ'ν τῇσι καθεστῶσι καιροῖσιν, ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίνονται. ἐν δὲ τῇσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

In temporibus moderatis, quum tempestiua fiunt tempestiuè, morbi stabiles & boni iudicij accidunt. In immoderatis autem instabiles & mali iudicij.

Moderata tempore vocat, non quæ mediocris temperie, sed quæ talia sont qualia solent, idq; non nimis. Quum annus talis est, non erunt multi morbi (saluberrima enim ast hæc constitutio) atq; illi erunt quouis tempore, quales quoduis tempus solet afferre. Atq; illi omnes erunt stabiles, id est, habentes constitutionem temporum vniuersalium legitimam: sunt quoq; boni iudicij, id est, iudicantur facilè: si quidem ad mortem, sine grauibus symptomatis, si verò ad salutem, sine recidiuis. Contrarij in contrariis.

Aphorismvs IX.

Ἐ'ν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν. ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

In Autumno morbi acutissimi, & exitiosissimi omnino accidunt. Ver autem saluberrimum, & minimè morbis exitiosis obnoxium.

Non omoes autumnales morbi sont acutissimi, sed horum multi, & multi alij acuti. Nam vt dicetur in aphor. autumno multi morbi æstiui fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes. Acuti verò causa antecedentis æstatis autumno accidunt, quæ vsit extenuauitq; succos. Exitiosissimi fiunt ob malum morem: hic verò ob debilitatem facultatis quã æstua antecedens reliquit, & præsentis temporis inæqualitas facit. Ver est saluberrimum, non quidem quòd non soleant eo tempore multi morbi accidere (nam multos refert Hippocr. ipse aphor. 20. tempestate illa accidere solitos) sed quòd veris temperies nullos per se afferat morbos, vtpote mediocris & moderata. Nam morbi illi ex multitudine succorum aut excrementorum quæ hyeme congesta sunt, fusa tamen vere, soluto frigore fieri solent: quì tamen non fient, si præcautionis gratia vtimur euacuatione, quam tamen etsi quis negligat, morbi minimè exitiosi contingunt. Constat enim eo tempore maximè facultas: quæ proinde facilè sese expedit à morbis. Causa itaq; qua vere, tempore aliòqui saluberrimo, multos morbos videmus accidere, est negligentie vtendi eo tempore necessaria præcautione.

Apho-

APHORISMVS X.

Τὸ φθινόπωρον τοῖσι φθίνουσι κακόν.

Autumnus tabidis malus.

Autumnus res omnes trahit ad marcorē: in herbis & fructibus & foliis fruticibusq́; apertè id experimur. Huius causa est, quòd antecedens æstus omnia siccauit, priuauitq́; alimento: reliquitq́; calidū debile in exiguo humido, & corpora indigentia nutritione: quā tamen autumnus non solùm non iuuat, sed etiam multis nominibus prohibet. Siccus enim est, inæqualis: infertq́ue iam frigus hyemale. Siccatio est nutritioni contraria. Inæqualitas cum siccitate debilitat vires, frigus occurrens extinguit calidum innatum, quod aliòqui erat iam modicū. Meritò ergo & hominum corpora quacūq; de causa marcescere cœperint, aduentante autumno periclitantur omnino extingui, antequam hyems horrida venerit.

APHORISMVS XI.

Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἐπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

In anni autem temporibus si Hyems sicca & borealis fuerit, Ver autem pluuiosum & australe, necesse est Aestate febres acutas, & ophthalmias, & dysenterias fieri. Maximè mulieribus, & viris humidis naturis.

Si vt in ea constitutione quæ hîc describitur, ver pluuiosum ponitur & australe, hyems quoq; humida poneretur: certè febres acutæ, ophthalmiæ, & dysenterię nō essent expectādę in ęstate, sed in ipso vere fierent, antequam veniret æstas. Quum verò hyems fuerit sicca, ver humidū: primùm emendat siccitatem quā hyems fecit, deinde ad contraria facit apparatū. Humectat scilicet cùm venas & arterias oēs, tum etiam partes ad ventrē pertinentes, atq; adeò cerebrum, aut hęc omnia in eodē homine, aut horum aliquod, quodcunq; est in homine paratissimum pati. Ergo æstatis calore humori veris succedente, excrementorū copia putrescit, atq; adeò putredine mala, acciduntq́, febres acutæ. Aut succi in cerebro mouētur liquati, influuntq́; crebrò in oculos afferentes ophthalmias: nonnunquā in fauces, aut post aures, aut pulmonem. Quibusdā fit fluxio ad intestina, quæ primùm omniū lienterias, deinde duratione & multorum excrementorum confluxo dysenterias facit. Maximè tamē accidūt hęc mulieribus, & viris humidis, quales sunt pituitosi: atq; vt ipsemet Hippocr. lib de Aere, locis & aquis inquit, pueris etiam. quia cùm humida causa sit horum malorum, humidos naturâ magis lædet quàm siccos. Neq; tamē si hyems fuisset australis & pluuiosa, ver temperatum vt solet, æstas afferret hæc ipsa mala. Nam maxima læsionis causa est, calorē repente succedere recenti humectationi. De huius sententiæ causa, Aristot. quoq;, 1. Prob. 8. scripsit.

APHORISMVS XII.

Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἐπομβρος, καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ἧσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν. αἱ δ' ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῇν ἐόντα. τοῖσι δὲ ἄλλοισι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες.

Si verò hyems australis, & humida, & clemēs fuerit, ver aūt siccum & boreale: mulieres quidem quibus vere partus imminent, ex quacunq; occasione abortiunt. Quæ autem pepererint, imbecilles ac morbosos infantes edēt, vt statim pereant, aut tenues & morbosi supersint. Aliis verò dysenteria, & ophthalmia sicca fiunt. Senioribus autem, fluxiones breui interimentes.

Quidam enarratorum volgarium certant, an legi debeat, Et clemens: an ea dictio expongenda sit. Sed certant de vmbra asini, aut lana caprina. Nam siue legatur siue expungatur, nihil detrahitur sententiæ: est enim illa particula, &, declaratiua. Nam hyems quæ austrina & pluuiosa est, est statim tepida & clemens. Quare non intelligo, quid quorundam animis insederit, putantium, expungendā esse dictionem καὶ εὔδιος, cùm ea in omnibus ferè Græcis codicibus scripta inueniatur. Non in hoc aphor. solùm, sed etiam in lib. de Aere, locis & aquis. Quo loco non solùm scripta hæc ipsa sententia est, sed etiam per eundem auctorem enarrata, & reddita causa: quam Aristot. quoq; lib. 1. Prob. 9. reddit, ex Hippocr. acceptam. Quare ego Hippocratis verba ex illo loco huc transferam: Si verò hyems australis fiat & pluuiosa & clemens, ver aūt boreale & siccum & tempestuosum, primùm quidē mulieres quæ vtero gerūt, quibus partus ad ver instat, abortus facturas esse verisimile est. Quæ verò etiam pepererint, debiles ac morbosos pueros parere: ita vt aut statim pereant, aut tenues & debiles ac morbosi viuāt. Atque hęc quidem mulieribus: reliquis verò dysenterias & lippitudines siccas, & aliquibus defluxiones à capite in pulmonem. Pituitosis igitur dysenterias fieri verisimile est, & mulieribus pituita de cerebro defluente propter naturæ humiditatem: biliosis verò lippitudines siccas, propter carnis calorē ac siccitatem. Valde autem senibus fluxiones propter raritatem ac eliquationem venarum, adeò vt aliqui quidem repente pereant, aliqui verò semisyderati aut dextra aut sinistra parte fiāt. Cùm enim hyems sit australis, & pluuiosa, ac calida, & corpus nō adstringatur, neq; venæ. vere accedente boreali & sicco ac frigido, cerebrū postquā ipsum dissolui ac purgari contigit, à grauedine ac raucedine, tunc simul cum vere stabilitur, ac constringitur. Quare repente accedente æstate & ardore, ac mutatione contingente, hi morbi incidūt, & intestinorum leuitates, & aqua intercus ferè reliquis morbis desinentibus superueniunt, cùm non queant facilè ventricosi à concepta humiditate exiccari. Hæc Hippoc. illo loco. Ex quo Aristot. etiam accipit causam, quam loco citato reddidit. Nimirū cùm per clementiā hyemis mollia, laxa raraq́; corpora sint, repēte occurrēs Boreas penetrat, læditq́; vterū, qui dolore irritatus insurgit ad expellendū intempestiuè fœtus ipse est malè nutritus, quia nō est vt solet per hyemem, innatum calidum intra viscera collectum, sed per cor

poris habitum effusum. Acetabula quoq; sunt rara & fungosa atq; nimia humida: talia verò per se sunt diruptu facilia, tum etiam frigoria occursu concrescunt findooturq; facilè. Quare aut fœtus ante tempoa emittentur mortui, aut morientur paulò post æditũ, aut viueot debiles: debiles enim geuiti sunt, & eorum properatua æditus. Aliis accideut dysenteriæ ab humectato per hyemem cerebro, & frigore per ver compresso vt manibus, excitata fluxione ad intestiua: quæ fluxio etsi pituitosa, Boreę admistione comparauit acrimoniã, qua & aliia excrementis quæ secum verret dysentarias faciet. Aliis fient fluxiones ad oculos: est euim rectitudinis & viciniæ gratia facilia consensua cum cerebro: succus occurreute Borea qui cutem durabit, non exudabit, neq; expurgabitur. Quare accidẽt lippitudines siccæ. Senioribus apoplexiæ: qoia ab omni causa magnæ fluxionia periclitantur, in apoplexiam agi ob naturalem impotẽtiam, & redundantiam exerementorũ. Vocare hîc Hippocratẽ fluxiones breui ioterimentes, non alias q̃ apoplexias, cõstat ex iis quæ scripsimus ex lib. de Aere, locis & aquis. Adeò vt aliqui quidẽ repente pereát, aliqui verò semisyderati aut dextra aut sinistra parte fiant. Nam semisyderatio, hoc est paralysis, est dimidiata apoplexia, quare q̃ causa quibusdam hominum affert paralysim, hęc ipsa affert aliis apoplexiam, & repente intereunt.

Aphorismvs XIII.

Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἐπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται, καὶ βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.

Si æstas sicca & aquilonia fuerit, autumnus verò pluuius admodùm & austrinus, dolores capitis hyeme fiunt, & tusses, raucedines, atq; grauedines, nonnullis etiam tabes.

Ex intemperiebua æstatis & autumni, morbi expectantur nõ ad ipsum autumnum sed ad hyemẽ: quia cùm æstate autecesserit temperiea coutraria ei quę autumno accidit, maior autumni pars vixdom corrigit: cõtrarius lapsus vltima autumni parte aut non ante hyemẽ fit. Sed cur cùm hæ ipsæ intemperies, & hoc ipso ordine hyeme & vere sibi succedentes, descriptæ siut aphor. 11. qualea hîc æstate & autumno: nõ tameu iidem morbi expectantur illic æstate, quales hîc hyeme? An quia illic multo humori succedit calor magnus, hîc frigus magnum? Nam frigus hyemis succos ex autumno congestos coocrescere facit in capite: vnde dolores grauautes capitia oriuntur. Plerisq; etiam frigus comprimendo exprimens tenuem pituitæ partem, fluxiones in palatum, nasum & caput asperę arterię & pulmonem excitat: vude tusses & grauedines. Paratia etiam ad tabẽ, cuiusmodi qui elatis humeris & arcto thorace sunt, tabes fiuut: oam talibos omnis assidua fluxio In pulmonem, tabia est occasio.

Aphorismva XIV.

Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας, καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον. τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραί, καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ πολυχρόνιοι. ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.

Si verò Autumnus borealis & siccus fuerit, iis qui naturâ humidi sunt, & mulieribus confert. Reliquis verò lippitudines siccæ accident, et acutæ febres, et lõga: nõnullis verò et melãcholia.

Vbi dicitur, Et loogæ: legendum est, Et grauedines longæ. Ita enim scriptum est lib. de Aere locis & aquis. Constat ex ipsis verbis, continuatum esse hunc sermonem cum aphoris. proximo, intelligendumq;, si verò non æstas solùm, sed etiam autumnua borealis & siccus fuerit. Cur humidi oaturâ & mulieres iuoentur sicca aeris temperie, non est opua dicere. Sed cur duo tempora ambo sicca non lædunt, transferentia iu contrarium lapsum? Ao quia illis satis obsistitur uatura humida, & successione proximæ hyemis, quæ humida est. Reliquia verò, id est, biliosis, siccatur plus satis bilis: accidũtque proinde lippitudines siccæ. Quia Boreaa mordet oculos: mordacitas illa facit oculorum pruritũ, & fluxionem succi biliosi: duraturq; palpebrarum cutis. Febres etiam acutæ, quia sicci & biliosi succi his temporibus augentur, qui talibua febribua materiam præstant. Coryzæ fiunt, frigore exprimente teuuem succum, quod densata cute capitis tota hyeme durat. Hæc verò coryza non pendebit ex multo succo, sed ex pauco & tenui: durabit autem ob dĩctam cutis densitatem. Iis verò qui nonnihil parati sunt ad melancholiam, hoc tempore accidet, siue melancholia solùm, siue etiam atra bile vexari soleant. Quia Boreas consumit tenuea serosasq; partes, & sanguinis & bilis: quare relinquitur fæx sanguinia aut bilis. Facitq; sanguinis fæx melancholiam: bilia, furorem. Quia bilis atra absumptione ichôris siccata, fit syncerior & acrior, quia sero dulcescebat aliquatenus. Quò mihi videtur Aristot. 1. Prob. respexisse, dicena, dulcem partem bilis & sanguiois tali tempestate absumi.

Aphorismvs XV.

Τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες.

In anni constitutionibus in summa, siccitates imbribus sunt salubriores, & minùs lethales.

Cùm Hippocr. cœpisset docere præsagia ex temporia constitutionibua, & videretur lougissimum, referre omnes cõstitutiones quæ accidere possunt, retulit eas quas distingui ex obseruatione vidit maximè referre. Modò verò vuiuersalia quædam docet, quibus constat methodus cognoscendi quos morbos afferaot constitutioues omnes, illæ etiam quæ non hîc referuntur. Dicit ergo primum, per se quos morbos faciat quæuis iutemperies, deinde quos quæuis tempestaa aoni per se: quò tu coniungens quamuis iutemperiem cum quauis temporis natura, coniecturâ assequaris, quæuis constitutio quos morbos faciat. Neq; verò de omni tẽperie disputat, sed de humida & sicca, & de boreali & de australi (non enim omnes siccitaria & humoria caosæ sunt in Austro & Aquilone, sed & io serenitate & pluuis) quia obseruatione cõpererat, has differẽtias temporũ maximè afferre differentiã morborũ. Ergo inquit siccas cõstitutionea humidis salubriorea esse, id est, pauciores morbos afferẽtes, & minùa lethales. Quia oẽs fere morbi ex abundantia excremẽtorũ pendẽt, q̃ imbres augẽt, siccitates minuũt.

Atq;

Atque hoc, quoois tempore anni, & omni regione: ooo tamen omnibus naturis (nam valde siccis, siccæ coostitotiones morbosiores sunt) sed mediocribos, atque adeò plerisqoe hominibus: omoibus eoim præter valde siccos.

Aphorismvs XVI.

Νουσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, πυρετοί τε μακροί, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τῇσιν αὐχμοῖσι φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι.

Morbi per assiduos imbres, magna ex parte fiunt febres longæ, alui deiectiones, putredines, epilepsiæ, apoplexiæ, & anginæ. Per siccitates autem tabes, lippitudines, articulorum dolores, stillicidia vrinæ, & dysenteriæ.

Longi imbres excrementa pituitosa magnopere augent, hæc verò est longarum febrium materia. Humescunt que inter cætera imbribus alui, & deiectiones, humectatiooeque intestinorum debilitatur retinendi vis. Humor etiam redundans, omne genus putredinis auget, & in venis & arteriis, & in vlceribus & tumoribus præter naturam, & in cutis affectionibus. Epilepsiæ etiam meritò repetent crebriùs, quo tempore excremēta colliguntur citiùs: apoplexiam vero epilepsiæ causa, aucta facit. Anginæ accidunt, exquisitæ quidem, & ex sanguine non nullis, sed iis solùm, quorũ talis est natora. Tamen tumores pituitosos ad partes colli & sub mento multi patieotor, mitteote cerebro. Itaque quæ de imbribus dicit, satis aperta sunt. Sed quæ de siccitatibus, sunt aliquaotò difficiliora: non tamē adeò debuissent Galenum terrere. Qui mihi videtur hoc loco ea quæ Hippocrates scripsit, non satis intelligens, factus consilij inops, ad friuolas enarrationes confugisse. Tabes, inquit, fiunt per siccitates. Non arbitror eas quæ ab vlcere pulmonis, sed quæ aliis occasionibos accidunt extenuationes ariditatesq;. Coostat verò, vt si febris aliqua parata sit in marasmum migrare, per siccitates potiùs sit migratura: nimirum siccitas siccitatem facit & auget. Quare qua ratione autumnus tabidis malus, eadem ratione tempestas sicca. Neque verò ariditates corporis, quæ ex putrescentia pulmonis ortum trahunt, iuuantur per se à siccitate aeris (nam qui possit siccitas siccitatem curare) sed ex accidenti, occurrendo causæ quæ in pulmone est. Itaqoe sicca temperies auget plerasqus ariditates, idque per se, nonnullas curat ex accideoti, tum quoque augens per se ariditatem corporis. Cùm lippitudioes fieri per siccitates dicit, aridas intellige. Nam mordentur oculi à Borea, vt nuper diximus, & exasperantor siccatæ palpebræ, scalpunturq; quia pruriunt, & excitantor fluxiones, nō copiosæ, neque fluentes extrà, sed mordaces. Articulorum dolores nonnunquam accidunt à multa fluxione, nonnunquā exiguo succo penetrante inter ossicula articulorum, distinguuntor tumore partiom. Nam tumēt membra cùm excitatur magna floxio: cùm noo tument, coostat aut nullam aut exiguam omnino fluxionem esse, sed exiguum aliquid quò dixi peoetrare. Quod verò illic conclusum continebitur, quantò siccius, durios & magis asperum erit, tantò maiores dolores afferet. Igitur illi articulorum dolores fient magis per imbres, hi verò per siccitates: nimirum semper est in articulis succi pitoitosi aliqoid motu tractum, & ad ossium mobilitatem vtile. Id per sicca tempora siccescens, dolorum sine tumoribos membrorom occasio fit. De his igitur doloribus hîc Hippocrates scripsit. Stillicidia, vrinæ, & dyseoteriæ, communi quadam ratione fiunt. Sunt enim affectus omoino similes, ille vesicæ, hic intestinorum: fiunt à causa eâdem. Nimirum siccis temporibos sicci socci augescunt, sicci verò statim sunt biliosi, tenues & acres. Hi descendentes cum lotio in vesicam, stillicidiom: io iotestioa cum fæcibus, dysenterias oati sunt facere.

Aphorismvs XVII.

Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειοι τά τε σώματα ξυνιστῶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα, ἤν τι προϋπάρχῃ, μᾶλλον πονέουσιν. αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα, καὶ ὑγραίνουσι, καὶ βαρυηκοΐας, καὶ καρηβαρίας, καὶ ἰλίγγους ποιέουσιν. ἐν δὲ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

Constitutionum quæ quotidie fiunt, Aquilonia quidem corpora cogunt, facilè sese continentia & mouentia, & bene colorata, & bene audientia reddunt. Et aluos siccant, & oculos mordent: & si thoracis dolor aliquis præcedit, magis irritatur. Austrina autem dissoluunt corpora, & humectant, difficilem auditum, capitis grauitatem & vertiginem afferunt. In oculis autem & corporibus, difficilem motum faciunt, & aluos humectant.

Totus hic aphor. enarratus est cū 5. hoius part. præter pauca quædam. Dixit, constitotionum quæ qootidie fiont, innoens se nō de temporũ anni constitutionibos hîc agere. Oculi mordentur à Borea, qa frigidũ tenue maximè mordet vlcera & oculos, vt Hipp ipse aliis locis docet. Atqui oculi & guttur ab iisdē omnino mordentur & irritãtur. Ita oleum dolores oculorũ facit, & tusses. Boreas eodē modo mordicatiões oculorũ, & tusses, & dolores pectoris.

Aphorismvs XIIX.

Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες, καὶ οἱ τούτων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν ἄριστά τε διάγουσι, καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι.

Per tempora verò anni, vere quidem & principio æstatis pueri, & qui eis ætate proximi sunt, optimè degũt, & maximè valent. Æstate verò, & autumno aliquantisper, senes. Reliquũ verò, & hyeme, qui medij inter hos ætatibus sunt.

Hucusque docuit, quas constitutiones temporũ qui morbi sequantur. Modò docere tentat, quiuis homo quo tempore meliùs & quo deteriùs agat:

nam hoc quoque debet Medicus ſcire. Conſtat verò hæc doctrina conſideratis naturis hominum, & temporibus anni, & cuiuſcunque naturæ cum quouis homine facta collatione. Naturæ hominũ ſunt in eorum temperamentis, cùm inſitis, tum aduentitiis ex commutatione ætatum. Hippocrates modò ætatum differentias perſequitur, docẽs, earum quæuis quo tẽpore optimè degat: id eſt, ſalubriùs, & cum minori periculo ægrotandi. Tamen facile fuerit, conſiderata ratione, ſupplere quæ deſunt: ſcilicet quæuis ætas quo tempore deterrimè & quo mediocriter agat: atque hoc idem per temperamenta poſita docendo perſequi. Ætates duæ conſeruatione indigent, pueritia & adoleſcentia: hæc quia temperata eſt, illa quia eius intemperies humida & calida vtiliſsima eſt ad vitæ productionem, vt non ita pridem diximus. Reliquæ corrigi & emendari præcautione quadam debent: reduci enim ætates nequaquam poſſunt. Conſeruatio agitur, ſimilium vſu: hæc emẽdatio, cõtrariorũ. Meritò ergo frigidiſsimi ſenes æſtate media & initio autumni, ea ſcilicet autũni parte, qua nondũ cœpit aer frigeſcere, meliùs habẽt. Meritò etiam iuuenes & conſiſtẽtes, qui nondum manifeſtè ad ſeniũ inclinãt, ad quadrageſimũ ferè annum (hos enim intelligit, dicens, qui medij inter hos ætatibus ſunt) optimè habent, vltima parte autumni & hyeme. Pueri verò & adoleſcentes optimè habent vere & prima parte æſtatis. Adoleſcentes, quia temperati ſunt, ver verò etiam temperatum. Pueri, non quòd ſimilis illorum temperies temperiei veris (nõ enim enim eſt, cùm ver ſit temperatum, & pueritia calida & humida) ſed quòd cùm nulla tempeſtas ſit omnino ſimilis pueritiæ (nulla enim eſt calida & humida) nulla tamen eſt, quæ minùs diſsideat ab ea, quàm temperies veris. Nam mediocre temperamentum minùs diſsidet ab extremis, quàm extrema alia: hac de cauſa pueri vere habent optimè. Non enim profectò probo quod Galenus dicit, fuiſſe ita ſcribendum, vt diſtinctus ſermo euaderet: Vere quidem adoleſcentes, & in principio æſtatis pueri. Quaſi pueri meliùs habeant in principio æſtatis, quàm in vere. Nam eſt hoc apertè falſum. Nihil enim adeò ſeruari in pueris debet, quàm humor, neque à cauſa quapiam deteriùs afficiuntur, quàm à ſicca & calida cauſa: quia ob naturalem mollitiem & raritatem partium, facillimè diſſoluuntur. Quare meliùs habent medio vere, quàm initio æſtatis. Nam etſi hæc æſtatis pars nondum venit ad maximã ſiccitatem & inflammationem, vt æſtas vltima, tamen deflexit iam à mediocritate verſus ſiccum & calidum, quod pueri ferunt moleſtiſsimè. Melius ergo eſt ita legi, vt ſcriptum reperimus: Pueri & adoleſcentes vere & principio æſtatis. Nimirum ſemper prima pars ſequentis tempeſtatis commutat corpora, vt quæ eam antecedit: quia mutationes temporum non aguntur repentè. Sed hic aphoriſmus non indiget pluribus.

APHORISMVS XIX.

Νοσήματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται· μᾶλλον δ᾽ ἔνια κατ᾽ ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται, καὶ παροξύνεται.

Morbi quidem omnes in omnibus temporibus fiunt, præcipuè autem quidam quibuſdam illorum & fiunt, & exacerbantur.

Si, vt dictum eſt in Commen. 1. aphor. huius particulæ, maxima cauſa differentiæ morborum eſt in temporum differentia, non tamen in ea ſolùm, ſed in aliis quibuſdam, vt varia hominum natura, & aliarum rerum nõ naturalium vario vſu, cauſæ eius differentiæ ſunt: fit certè vt quouis tempore ſint quidam morbi plerunque contingentes, ſed nondum ſemper. Erunt enim illi familiares, quippe quos cauſa omnium maxima affert: ſed nõ proprij, cùm ſint aliæ cauſæ, quæ poſsint afferre alios.

APHORISMVS XX.

Τοῦ μὲν ἦρος τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ λέπραι, καὶ βῆχες, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

Vere enim furores, melancholiæ, epilepſiæ, ſanguinis fluxiones, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepra, & tuſſes, & impetigines, & vitiligines, & papulæ vlceroſæ multæ, & tubercula, & vlceroſi morbi.

Qua ratione ver ſit ſaluberrimum, cùm tam multos morbos afferre ſoleat, Comm. 9. explicatũ eſt. Quo loco diximus, quod modò memoria teneri multùm refert, ver per ſe atque ſua temperie nullos morbos afferre, ſed ex ſuccis aliis temporibus genitis, in hominibus paratos morbos omnes fieri ſolere per ver, niſi præcautionibus homines vtantur. Quia ſcilicet quæcunque excrementa in corpore congeſta ſunt, ſoluto hyemis frigore moueri incipiunt, & facultas fortior reddita, expurgare corpus volẽs, mouet. Mota ergo nocent, quæ quieta aut nõ nocerẽt, aut nocerẽt minùs. Hinc fit, vt vere diſsidentes admodùm fieri morbos dicat: ſcilicet in bene temperatis hominibus nulli morbi vere fiunt, quia nullos affert ver per ſe, tamen omnes fieri ſolent, ſinguli in iis hominibus, qui ad eos parati ſunt. Lepræ & impetigines, docente eodem Hippoc. lib. 2. Prædict. in calce libri, ex morbis ab atra bile factis procedunt. Sunt morbi cutis: differunt verò, quòd lepræ tantò grauiores ſunt impetiginibus, & tantò altiùs ſerpunt, quantò elephas quàm lepræ. Elephas enim etiam eſt in hoc morborũ genere. Vitiligines, ſunt maculæ cutis albæ, quæ ex crudis ſuccis fiunt, & empyemati ſuccedere ſolẽt. Papulæ vlceroſæ & multæ, ex ſalſa pituita aut bile fieri conſueuerunt, frequẽtior quædam ſcabies. Neque tamen ſolùm hi morbi ſolent exacerbari vere, ſed multi alij, vt cum epilepſia, hemiplexia quoque, & apoplexia, & hemicrania, & cephalæa Cum raucedine & grauedine etiam catarrhus: cum angina etiam pleuritides & bubones. & continẽtes febres: cum lepra, impetigine & vitiligine, & arthritide, etiã morbus Gallicus. Niſi fortè morbus Gallicus, hi ipſi morbi aut horum aliquis aut duo tréſve illorum ſint, aut horũ aliquis cum alopecia (multis enim modis affectos videmus eos, quos Gallico morbo laborare dicimus) hac vnica re addita, quòd ex putrefacto ſemine ortum malum trahat.

APHORISMVS XXI.

Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τουτέων, καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, καὶ

καὶ διαῤῥοιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἵδρωα.

Aestate autem aliqui horum, & febres continuae, & causi, & tertianae plurimae & quartanae, vomitiones, alui profluuia, lippitudines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines, & sudamina accidunt.

Meritò dicit aliquos eorum qui vere, aestate accidere. Nam furores, & anginę, & fluxiones sanguinis, aestate etiam fiunt: imo verò magis etiam quàm vere. Bilis, quae aestate abundat, facit febres ardentes, & tertianas, & vomitiones crebras, & alui profluuia in biliosis naturis: hoc, tendens ad intestina, illud, tendens ad ventriculum. Lippitudines etiam facit, tendens ad oculos. Caeterùm illae aridae erunt cum mordicatione magis & pruritu & ardore, q̃ succi effluxione. Calor ingens facit reliquas febres continuas, putrefaciens succos: & aurium dolores, inflammato poro auditorio. Oris exulcerationes facit ipsa saliua, quae eo tempore est biliosa aut salsa. Genitalium putredines & sudamina, hoc est, exudationes & excoriationes fiũt, quia tam humidae & excrementosae partes, tam calido tempore paratae sunt putrêre. Quartanae non fiunt plurimae, neque illae longae, sed vt priùs dictum est, breues: fiunt tamen quibus crassus est sanguis, calore enim crassior redditur. Nam sanguis est res pertinens ad aquam & terram, vt Aristoteles etiam docet, crassescitque proinde calore, & crassior redditus, plus habet faecis, quae quartanae solet esse causa.

APHORISMVS XXII.

Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλανῆτες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἀσθματα, καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά.

Autumno verò multi aestiui morbi, & febres quartanae, & erraticae, & splenes, & hydropes, & tabes, & vrinae stillicidia, leuitates & difficultates intestinorum, coxae dolores, anginae, asthmata, ilei, morbi comitiales, furores & melancholiae.

Semper sequentis temporis pars prima, habet morbos prioris temporis. Proinde autumno multi aestiui morbi fiunt: sed id enarratum est aphor. 9. Quartanae, & lienis inflationes, & tumores, melancholiae redundantiam consequuntur, quae eius temporis propria est. Quibus morbis solet succedere hydrops, debilitato hepate. Vt quartanae solent succedere erraticis, quae eo tempore fiunt, ob diuersitatem motuum, quam affert diuersitas temporis. Furores etiam & melancholiae, fiunt ex melancholiae motu: si vstione facta est, furores: sin minùs, melancholiae. Eàdem de causa morbi comitiales, illi nimirũ de quibus dictum est ab eodem Hippocrate 6 Epid. Comitiales plerunq; fiunt melancholici, & melancholici comitiales: nimirum comitiales morbi ex melãcholia. Tabidis esse malum autumnum, 10. etiam aphor. priùs dixerat. Stillicidia vrinae, & dysenteriae fieri possunt hoc tempore, reliquiis biliosorum excrementorum, quae aestas genuit, expurgatis: quae si cum vrina prodeant, stillicidia: si cum faecibus ventris, dysenterias, aut saltem lienterias afferent. Ileos facit multus flatus frigidus & siccus, qui per autumnum totum solet flare (nihil enim magis obseruatum, quàm autumnum flatuosum esse, & borealem) nam Boream faeces aridas reddere, aphor. 17. diximus. Flatuosos etiam facit esse hominũ ventres. Flatus sursum deorsumq; actus, faeces aridas facit impingere in intestina gracilia, idque affert ileum. Hic quoque facit multos dolores coxae, in iis qui eo morbo solent ex flatu laborare: atque nonnullis etiam bilis ex aestate relicta, nouo frigoris occursu in altum acta, eos dolores facit. Qui occursus frigoris in aliis q ad asthmata parati sunt, confluxiones facit ad pulmonem, asthmataque. Anginae quoque hac ipsa causa fient: tamen eas non suspicor esse autumno tam familiares, quàm alios morbos: sed in iis qui sint admodùm parati, contingere.

APHORISMVS XXIII.

Τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, πλευρέων, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

Hyeme autem pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, grauedines, raucitates, tusses, dolores pectoris, laterum, lumborum, & capitis vertigines, & apoplexia.

Dolores pectoris & laterum vocat eos, qui sine partium interna inflammatione fiũt, ex frigore aut flatu, aut crudis succis. Nam eos qui cum inflammatione sunt, vocauerat pleuritides. Nulla autẽ pars est, quae promptiùs laboret ob frigus aeris, quàm thorax, & cerebrum: quia in ambas has partes inspiratus trahitur. Facit ergo primùm dolores laterum: qui si plenum corpus est, conuocantes fluxiones, pleuritides faciunt: quae eò faciliùs fiunt, quòd euacuatio sanguinis per cutem cohibetur ab ipso aeris circumfiti frigore. Pulmonis inflammationes, & lethargi oedematodes ac pituitósae inflammationes sunt: vt & grauedines ac raucitates & tusses ex pituitosa fluxione sunt plerunque: & vertigines & apoplexiae, cerebro pituita repleto. Hoc autem frigidissimo & humidissimo tempori familiare esse, satis constat. Lumborum regio, quam inanem etiam solemus nominare, à frigore laeditur facilè, quia flatum facilè capit, & partium quae sunt inter inguina & alas, est frigidissima, & à calidissimis membris (corde dico & hepate) remotissima.

APHORISMVS XXIV.

Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει. τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

Per aetates haec accidunt: paruis quidem & recèns natis pueris, aphthae, vomitiones, tusses, vigiliae, timores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

Initium vitae ab ortu vsque ad tempus dentitio-

nis describit. Nascuntur iis aphthæ, id est oris vlcera, ob detersionem, quam serum lactis facit, & ob crebram linguæ palati & totius oris confricationem emulsione factam, & ob cutis mollitiem, ac teneritudioem. Hæret qooque semper in iis partibos aliquid casei, qood putrescēs magnopere malitiam vlcusculorum aoget. Vocatur hoc malum vulgò apod nostros Hispanos Oslin. Malum in pueris nō contemnendum: nam si per incuriam nutricis vires cœperit, exesiones solet facere inemendabiles. Meritò euomont recèns nati crebrò, cùm pro amplitudine ventriculi vtantor multo lacte, & qoum veotriculus insolens cibum continere facillimè grauetur, & irritetur. Nam hucusqne per vmbilicum capiebat infantulos alimentum. Tusses non admodùm accidunt his, quia non habent satis firma latera ad extussiendum, sed priùs his accidit ex magna fluxione suffocari. Quare aut suppositiuam puto hanc dictionem, aut non de omnino tenerrimis, sed de vicinis iam dentitioni intelligendam. Vigilias nō tam intelligo hic vocari, vigiliam longam (hi enim semper fere dormiunt) quàm crebram excitationem cum pauore. Nam ob vitiatum oot crudum, aut in grumos versum lac in ventriculo, sulent crebrò cum quodam motu conoulsiuo & quadam concussione repentè exclamantes, more eorum qoi territi sunt, excitari. Neq; enim fortasse verus timor fuerit, sed conuulsio & dolor: nam neqoe ad somniandom videntur satis multas rerum imaginea concepisse. Vmbilicus ob præcisionem nuperrimè factam, periclitatur inflammari: maximè, si obstetrix tutò secandi satis perita non sit. Ab auribus etiam solent his quædam crudis succis similia manare, ob nimiam cerebri humiditatem. Haud satis scio, cur epilepsiam modò Hippocrates miserit. Non enim videtur satis in sequentibus infantię partibos conuulsiones nominare, cùm intra quadraginta dies, & tribus quatuórve primis mensibus, multos hoc malo correptos, & nō paucos extinctos esse experimento didicerimus: cui non minimùm ratio quoq; subscribit. Quin & ante septimum diem multos pueros conuulsione mori solitos, Aristoteles docet 7. de Historia animalium, Vnde, inquit, fluxisse consuetudinem imponendi pueris nomina octauo die, quam etiam scimus fuisse apud Hebræos.

Aphorismvs XXV.

Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν οὔλων ὀδαξισμοί, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάρῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παίδων, καὶ τοῖσι τὰς κοιλίας σκληρὰς ἔχουσι.

Iis qui ad tempus dentitionis accedunt, gingiuarum pruritus, febres, conuulsiones, alui profluuia, maximè cùm edunt dentes caninos, & crassissimis puerorum, & iis qui duras aluos habent.

Vt Aristoteles mooet eo libro, quem nuperrimè citauimus, alia aoimàlia cum dentibus nascuntur, pueris verò post ortum fiunt. Cuius rei causa est, in ossium raritate & mollitie: quæ in hominum nascentiom corporibos tanta est, vt non potoerint in ipsis fieri dentes, & firmari. Nasci incipere septimo mense à puerorum ortu, docet ibidem Aristoteles. Hoc tamen ne vt perpetuum intelligator, sed vt quod plerunque fit: scimus enim multis ne octauo quidem solere incipere. Causam qoa quidam maturiùs, qoidam tardiùs dentire incipiunt, in qoalitate alimēti esse putat illo ipso loco, & 5. de Gener. animal. Nimirum, inquit, eos qui vtuntur calidiori lacte, citiùs: qui frigidiori, tardiùs dentes edere. Verùm bona pars causæ etiam erit in firmitudine facultatis naturalis, & soliditate ossium, puerorum. Pruritus gingiuarum, manifestum est cur fiat, cùm erumpunt dentes. Febres, ob inflammationes gingiuarum. Alui profluuia, quia & accipitur plus alimenti quàm coquitur eo tempore, & succi omnes in puerulis bilescunt, mooentqoe biliosas deiectiones. Accipiunt plus lactis, quàm expedit, quia cùm multùm clament vagiantque præ dolore, compescuntur crebrò mammis & lacte. Bilescunt ob febres & inflammationes: experimur enim ad ignem facillimè amarescere omnia dulcia & tenuia, qoales lactentium succi sunt: febris verò igni non est dissimilis. Conuulsiones quouis tempore corripere solent puerorū corpora, quia humidissima suot, quare repletionibus exposita. Sunt eadem ob mollitiem dissipatu facillima, quare etiam euacuationibus exposita sunt. Nerui verò illorum, cuiuis noxæ patent ob debilitatem. Omnes dentitionis noxæ, qoæ dictæ sunt, tunc lædunt maximè, cùm canini dentes prodeūt, quia hi sunt teretes. Nam molares etsi superna parte sunt lati, inferna tamen qua sont infixi, sunt angustiores, & ex latiori rarioriq; osse prodeuot. Crassi etiam pueri magis expositi sunt dictis malis, quia sunt pleniores succis. Quæ ipsa causa facit, vt qui duras aluos habent, læsiones illas magis accipiant. Nimirum dura aluo cùm cuacuetur minus, repletur magis corpus. Neqoe verò adstrictis succedent solùm alia qoæ diximus, sed & alui profluuia maiora, vbi semel fluere cœperint. Nimirum habent plus quod bilescat, & influens in intestina profluuia moueat.

Aphorismvs XXVI.

Πρεσβυτέροισι δὲ γενομένοισι παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, χοιράδες, καὶ τ' ἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Vbi ætate paulùm processerint, tonsillæ, vertebræ quæ in occipitio est ad anteriora luxationes, asthmata, calculi, lumbrici rotundi, & ascarides, verrucæ pensiles, satyriasmi, strumæ, & alia tubercula, præcipuè verò prædicta.

Hæc est tertia pars pueritiæ. In qua tonsillæ, id est glandulæ, quæ in radicibos linguæ adiacent, inflammantur ob magnum calorem, & multum homorem. Vertebrarum colli ad interna reuolsio facit speciem quandam anginæ, quam grassatam esse quadam tempestate Hippocrates ipse 2. Epid. narrat. Reuulsionem illam vertebrarum facit affectio quædam ligamentorum conuulsioni similis. Quæ, eâdem causa qua reliqoæ conoulsiones in pueris contingunt freqoentiùs, qoàm in adultis. Dicit vertebram, quę in occipitio est, qoam vertebram dicat non explicans: sed in primis duabus colli vertebris

id fit crebrò, in iis quæ sont iofra dentiformem rarò, & eû molto minori pericolo, vt loco citato ipse Hippocrates dicit. Quia duæ primæ maiores sunt sequentibus: quare magis comprimunt euulsæ, & mobiliores sunt. Nam super illis mouetur caput, super prima in anteriorem & posteriorem partem, super secunda in gyrû, quare citiùs euelluntur. Lumbricorum est triplex genus: duo tamen genera nominauit Hippocrates solùm, quia lati vermes rarò fiunt. Horum differentiam & loca quibus gignuntur, alibi diximus. Causa ex qua vt materia fiunt, sont quæ semicocta ex ventriculo cùm veneriut, in intestinis mediocriter potrescunt. Pueri ergo cùm multo crudo succo abundent, ob voracitatam, materiæ habent multum, quæ in corporibus calidis & humidis facilè putrescunt: ea verò putredo non est maligna, quia calidum innatum, quo pueri abundant, nunquã deponit oẽm concoquendi vim. Verrucarum est etiam aliud genus, quod formicam vocant, quæ non minùs in pueris fieri solent, q̃ acrochordones, id est pensiles. Libuit tameo has nominare, vt aliæ etiam intelligerentur. Vtrunque horom genus, & strumæ (ita vocâtur quæ ab aliis scrophulæ, scirrhi quidam in collo) & alia tubarcula crude, ex redundantia crudorum succorum fiunt. Quin & asthmata quoque, pleno pulmone crudis succis. Satyriasmi hoc loco dicûtur tubercula post aures oborta, quæ aliis tuberculis ortum & causam similem habent. Nam id significasse antiqois hoc nomen, autor est Galenus libro de Antiquis oominibus. Elephantem, aut intentionem pudendi, aut emineotiam ossium temporum, aut aliquid aliud eorum quæ id nomen significare solet, non est coosentaoeum hic intelligi. Calculi fiunt pueris in vesica vt adultioribus in renibus. Quia cùm descendant multa cruda & crassa cum vrioa, in reoibos tamen non hærent, quia multus io illis calor, quæ aqoea tantùm sunt liquat, liquataque elabi facit: reliqua non liqoata, sed per molles laxosque ob humorem & calorem renes elabuntur, quę contrariis de causis in senom ranibus hærent. Verùm illa ipsa in vesica, ob maiorem moram qoam io amplo cauo contrahunt, congestione lapides fiunt: atque si quid in iis est terreum, aut partim terreum, partim aqueû, calore & congestiooe concrescunt. In quam sententiam, ab eodem Hippocrate dictum ast: Post mictum concretio in pueris, an quoniam calidiores? Miror cur Hippocrates, referens morbos pueriles, exanthematum oblitus sit, quæ illis ferè solis, iisque ferè omnibus solita sunt euenire: eaque duplicis generis, alia variolę, alia morbilli à Latinis dicootur. Ex reliquiis menstrui sanguiois, ebullitione ad cutem excretis fieri plerunque, probabiliter coniectant quidam: & quia malitiam succi præ se semper ferunt, & quia io pueris plerunque fiunt. Sed quando in adultis etiam nonnunquam fiunt, fient certè nonnunquam non ex dicta caosa, sed ex alia illi analogia quadam respondenti, maligno inquam sanguine. Sed quoniam hæc omisit, & ego alio loco dixi, hactenus modò. In aliquibus codicibus legitur, & stranguriæ. Neque mirum: nam accidit etiam id malum pueris ob debilitatem musculi claudentis os vesicæ.

Aphorismvs XXVII.

Τοῖσι δ' ἔτι πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τουτέων τε τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἱμα[illegible] ῥύσιες.

Grandioribus adhuc, & ad pubem accedentibus, horum quidem multa, & febres chronicæ magis, & ex naribus sanguinis fluxiones.

Noo est intellactu facile, de quibus loquatur hîc Hippocrates. Nam illud oomẽ, ad pubertatem accedeotibus, nõ tam videtor quadrare iis, qui io adolescentia iam sunt, quàm vltimę pueritiæ parti, quę adolesceutiæ est proxima, à septimo ad decimum quartum annum. Tamen saquâti aphorismo oonnulli morbi soluuntur, cùm ad pubartatem accedunt. Quo loco eâdem prorsum dictione vtitur, qua hîc: tamen illud nullateoos de vltima pueritię parte anta pubertatem intelligi potest. Nam morbi, de quibus illic loquitur, non iudicâtur, nisi cùm menstrua iam eruperunt, aut semen viris: id quod intra ipsam adolescentiam est. Atque adeò solui solant quauis adolescentię parte, aliis priùs, posteriùs aliis. Atq; adeò vltimus solutionis termiuꝰ, quémque si morbi excesserint, solent consenescere, est vigesimusquintus annus, vt 7. aphoris. 5. part. idem Hippocrates dicit. Ergo noo de pueris nondum ingressis adolescentiam dicit modò, ad pubem accedentibos, sed de pubescentibus: pubescunt verò adolescentes ipsi in prima adolescentiæ parte. Atq; ita videtur mihi Hippocrates non omisisse adolesceotiæ ætatem, vt Galeous Comment 29. aphorismi affirmat. Nam si hîc agit de vltima pueritia & initio pubescendi, & adolescentiam reliquam omisit, profectò aphor. 29. quo ita dicitur, In iuuenibus sputa sanguinis & tabes & epilepsiæ, est de iooenibus inter vigesimumquintum & trigesimumquintom annum constitutis. Et 30. quo ita dicitur, Iis verò qui hanc ætatem excesserunt, asthmata, pleuritides, peripneumooiæ, lethargi, phrenitides, causi, diarrhœæ longæ, choleræ, dysenteriæ, lienteriæ, & hæmorrhoides: est de consisteotibus ætate qui trigesimumqointum aonum iam excessarût. Sed cur iuuenibus accidant spota sanguinis & tabes? aut cur consistentibus quorum iam corpora frigescût, phrenitides, causi, & choleræ? Certè Galenus ipse adeò hæret in causis horum, vt vel hac solùm re admonitus deberet iotelligere, nõ obseruare hîc Hippocratem commonem illam ætatum partitionem, in poeritiam, adolesceutiam, & iuuentutem, & consisteodi tempus, & senectutem, vt aliis locis ipse idem Hippocrates solet obseruare: sed aliam partitionem, quam iam explico. Couiungit semper Hippocrates in his aphorismis, atque in idem caput redigit, ætatis prioris finem cum initio postarioris: ita; vt à medio prioris ætatis, ad medium posterioris, computationam faciat: haudqoaquam singulas ætatum p sese & integras referat. Vt 24. aphorismus, fit de recêos natis vsque ad septimom mensem, aut paulò plus, tûc enim dentire iocipiunt: vigesimus quintus, de iis qui suot inter mensem septimuio, & quartom circiter annum: vigesimus sextus, ab hoc anno vsque ad vndecimum aot duodecimum. Hic aphorismus est de iis, qui sunt inter vndecimû aut duodecimum, & decimum septimû, aut decimum octauum. Qui hunc sequetur vno interposito, 29. de iis qui sunt inter decimum octauum & vigesimum octauum. Trigesimus, de iis, q mox sequuntur vsque ad finam consistentiæ. Hoc ita babera a-

pertè intelliges, perpendens quàm aptè quadrent A cum hac enarratione quæ Hippocrates docet, & nomina quibus vtitur, & quàm difficilè se explicet Galenus, qui aliam partitionem putauit Hippocratem hic sequutum esse. Vel illud nomen, quo Hippocrates hic vtitur, qui ad pubertatem accedunt; manifestum est dici, non de tota adolescentia. Neque verò de iis, qui nondũ ingressi sunt adolescentiam, sed de dicta ætate: quam quia agunt, multos morbos patiuntur eorum, qui prioribus ætatibus familiares esse dicebantur. Et febres chronicæ magis: sunt B enim primis pueris acutiores & celerioris iudicationis morbi, ob magnã illam euacuationẽ, quam insitam habent, ob mollitiem corporis, & robur expultricis facultatis. Fluxiones etiam solent accidere his ex naribus, eâdem certè ratione, qua fœminis solẽt eo tempore incipere menstruæ fluxiones. Nimirum concoctione multa adhuc durante, cessante verò dissipatione illa magna, fit maior sanguinis congestio, quæ cum robore facultatis fluxionum sanguinis causa sit.

Aphorismvs XXIIX.

Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν.

Plurimi verò morbi pueris iudicantur, alij quidem quadraginta diebus, alij septem mensibus, alij septem annis, alij autem ad pubertatem accedentibus. Qui autem pueris perdurauerint, & non fuerint finiti circa pubescentiam, aut fœminis cùm menstrua erumpunt, diuturni fieri consueuerunt. D

Hieremias intelligit verbum illud, iudicantur, hic non dici, quasi finiuntur, aut soluũtur, sed quasi E dixisset, mutãtur morborum genera. Quandoquidem, inquit, nõ accidunt pueris tam diuturni morbi, vt septimo mense expectanda solutio sit, ac multò minùs septimo anno. Sed lapsum esse illum, apertè indicant verba illa, Alij ad pubertatem accedentibus: qui autem perdurauerint, & non fuerint finiti, diuturni fieri consueuerunt. Nam illud, perdurauerint, & non fuerint finiti, opponitur verbo, iudicantur, vt contrarium cõtrario. Sed illud, non fuerint finiti, idem est ac si dixisset, non fuerint so- F luti. Nam addit, diuturni fiunt: hoc verò est, non solui, sed produci in longum tempus: ergo illud iudicantur, idem est dictu atque soluuntur. Fallitur ergo ille: nam verbum iudicantur, hic vt aliis etiam locis dicitur de solutione morborum. Nec tamen proinde puto significari hic, morbos puerorum durare quadraginta dies & septem menses, & septem annos, & quatuordecim, sed longos morbos qui illis fiunt, his temporibus finiri solere: & eos qui solent crebrò accidere, his ipsis temporib9 solere ces- G sare: ita vt non repetant, quadraginta nempe diebus, aut septem mensibus, aut annis, non à tempore quo morbus incepit, sed à pueri ortu. Non enim minùs expectanda epilepsiæ iudicatio est in adolescentia, siue cœperit tertio aũt quarto ætatis anno, A siue statim ab ipso pueri ortu. Hoc verò est expertissimum, neque sine causa: nam hi temporum articuli, afferunt corporibus insignes mutationes. Quadraginta diebus, vt Hippocrates docet libro de Partu octomestri, soluitur defatigatio ex labore partus. Hinc fit, vt post diem septimum (hic enim omnium primus) quadragesimus arguere soleat fœtus, qui non exeunt vitales. Quicquid ergo mali ex labore exitus contraxerũt, intra dictos dies soluitur, nisi priùs moriantur infantes. Septimo men- B se magna ex parte incipiunt dentire. Septem annis, & dentitio & dentium commutatio perfecta fit. Ineunte adolescẽtia fœminis profluunt menstrua, maribus semen, & ex naribus sanguis, quibusdam per hæmorrhoidas: quæ magnum momentum habere ad morborum iudicationes, apertũ est. Quin & priores mutationes insignes cùm sint, quod prædictis notis ipsa natura declarat, faciunt ad morborum indicationes. Siue ergo paralyses partium aliquarum, siue epilepsiæ à principio, siue multorum C vermium copiosa & frequens generatio, siue strumæ, siue multa & diuturna scabies, siue aliud quippiam tale adsit, hæ mutationes expectandæ sunt. Quæ omnes si nõ suffecerint, exigua salutis hominis spes superest, diuturni enim fieri consueuerũt: quod alibi dicit, commoriuntur, scilicet durare consueuerunt vsque ad mortem.

Aphorismvs XXIX.

Τοῖσι δὲ νεανίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα. D

Iunioribus sanguinis sputiones, tabes, febres acutæ, morbi comitiales, & alij morbi, maximè autem priùs dicti.

Iuniores qui dicantur hic, priùs diximus: ij scilicet qui à decimoseptimo aut octauo sunt, ad vigesimum septimũ, aut octauum, aut circiter hæc (nam E nihil in his potest esse exactum.) Qui merito sputione sanguinis crebrò laborant. Nam cùm hæc ex ruptione aut corrosione, aut laxitate vasis semper fiat, ruptio verò missis manifestis causis à plethora, corrosio à qualitate sanguinis mordaci, laxitas per calorem & humorem: ad omnes has causas est dicta ætas paratissima. Nam à calore & humore partium nondum abest longè. Multitudinem sanguinis habet, cùm sit ipsius adolescentiæ pars: atque bilescere iam incipit, atque mordax fieri, cùm iuuen- F tutis quoque bonam partem accipiat. Itaque tota dicta ætate, sputa sanguinis fient: in prima eius parte, ex multitudine, non perseuerante etiamdum suauitate: In secunda, ex acrimonia, multitudine nondum consumpta. His accedunt vehementes motus huius ætatis, quibus sæpe in thorace rumpuntur vasa: accedunt quoque alia errata, quæ iuuenes minùs solent cauere. Sputo sanguinis statim solent tabes succedere. Febres acutæ, ex sanguine aut bile fieri solent: abundat verò satis vtroque succo ætas G hæc. Sed quod de morbo comitiali scripsit, est longè difficilius: quodque Galenus non tam explicat, quàm reprehendit. Sed quid Hippocrate dignum possit significare, iam dico. Non solùm enumerationem facit Hippocrates, cùm tempora & ætates percurrit morborum, qui iis temporibus aut ætatibus

tibus fiunt, sed eorum qui exacerbantur. Nam ita per propositionem dixit Hippocrates ipse: Morbi quidem omnes omnibus temporibus fiunt, præcipuè autem quidam quibusdam illorum & fiunt, & exacerbantur. Quod ille de temporibus dixit, ego de ætatibus etiam intelligo. Ergo comitiales morbi etsi in iuuentute rarò fiunt, tamen qui à pueritia veniunt, neque mutatione ætatis soluti sunt, per iuuentutem exacerbãtur. Et q in iuuentute fiunt, dum durat iuuentus, acerbiùs vrgent, & crebriùs repetunt, quàm iuuentute iam elapsa. Nam comitiales morbi, qui ex pituitosis solùm excrementis pendent, mutata ætate ad iuuentutem soluuntur. Ergo qui fiunt in iuuentute, aut antè facti iuuentute non curantur, plerunque fiunt ex bile: cuiusmodi accidere solent picrocholis per consensum ventriculi, vt Grammatico cuidam accidisse Galenus refert. Illi verò non solùm non soluentur iuuentute, sed exacerbabuntur, redundante calore & bile: repetet ergo crebriùs Alios etiam morbos fieri in hac ætate, meritò dixit: perpaucos enim eorum qui accidunt, nominauit.

Aphorismvs XXX.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην, ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες.

Iis qui hanc ætatem excesserunt, asthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, causi, diarrhææ diuturnæ, choleræ, dysenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides.

Hic aphorismus apertiùs etiam quàm priores, declarat, Hippocratem hîc sequi eam quã dixi partitionem ætatum, quia singulæ ex duabus partibus conflatæ sunt. Nam referuntur hîc morbi quidam iuuentuti familiarissimi, cuiusmodi phrenitides, causi, & choleræ. hi enim ex magno ardore & multa bile habent ortum. Referuntur alij familiares consistentiæ, vt asthmata, peripneumoniæ, lethargi, diarrhϾ, & lienteriæ, & multò magis hæmorrhoides. Nam ex melancholia nascuntur hæmorrhoides, quæ in consistendi tempore redundat. Quare & melancholia morbus, & quartana, & morbi alij melancholici subaudiri debent. Reliqui dictorum morborum fiunt, quia non minùs appetunt consistentes, quàm iuuenes, & insumũt in nutritionem minùs, quia duriores iam & densiores facti, minùs dissipantur: & hac ipsa de causa, & quia sunt frigidiores, minùs rapiunt, distrahuntque. Ergo multò plus succorum in visceribus illis colligitur: quòd si pulmo paratus est accipere, fit peripneumonia, aut asthma, illud calidioribus, hoc frigidioribus: si cerebrum, lethargus: si nullum horum, humectatur nimis venter, fiuntque diarrhææ aut lienteriæ. Pleuritides videntur vtrique parti huius ætatis familiares, possesque in hanc aut illam partem inclinare. Nimirum frigidioribus naturis fient pleuritides, si quando in ipsa iuuentute: calidioribus in consistendi tempore. Nam talibus neque feruor sanguinis est adeò extinctus, vt nõ possit fluere in eam partem, neque tanta iam dissipatio vt abeat insensibiliter effluxio.

Aphorismvs XXXI.

Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι.

Senibus accidunt difficultates spirandi, destillationes tussim afferẽtes, stillicidia vrinæ, difficultates vrinæ, articulorum dolores, renum mala, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, ventris & oculorum & narium humiditates, hebetudines oculorum, glaucedines, difficiles auditus.

Senibus accidunt difficultates spirandi, ob debilitatem facultatis animalis, qua spiramus, & duritiam instrumentorum, & viarum oppletionem à crassis excremẽtis & pituitosis, quibus redundant. Quæ ipsa redundantia facit destillationes cum tussi, articulorum dolores, renum mala, vertigines, apoplexias, ventris, oculorum & narium humiditates. Iuuantibus ad eorum morborum ortus, singularum partium debilitate, & viarum angustia. Habent senes stillicidia vrinæ, resoluto musculo, qui claudit vesicam: resolutionem enim patiuntur sæpe ob pituitam, quam congerunt. Difficultates vrinæ, quia & fibræ vesicæ & musculi abdominis ob siccitatem iam difficilè flectuntur. Mali habitus eis fiunt, quia malo succo nutriuntur eorum membra, malum enim gignunt. Pruritus fiunt, quia quæcunque in eis aut per putredinem, aut aciditatem mordacia fiunt, retinentur, vtpote cute iam crustæ modo durata. Vigiliæ eis familiares sunt, ob cerebri siccitatem. Quin & cùm ob excrementa pituitosa veternoso malo corripiuntur, somnus eis accidit difficilis & interruptus. Difficultates videndi & audiendi, quin & vtcunque aliter sentiendi eis accidunt, propriis sensuum instrumentis admodùm iam intemperatis. Glaucedines fiunt, exiccato absumptoque humore crystallino, & reliquo etiam oculo patiente iam tabem. Hæcque omnia eò magis eueniunt, quò homo morti propior fit.

MAGNI HIPPOCRATIS COI APHORISMORVM

SECTIO QVARTA.

APHORISMVS I.

ΤΑΣ κυούσας φαρμακεύειν ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβεῖσθαι χρή.

Vtero gerentes medicari, quadrimestres, & vsq; ad septimum mensem, sed has minus. Recentiora verò & antiquiora, cauere oportet.

IN vtero gerentibus non solùm expurgatio, sed etiã quoduis aliud auxilium quod magnum sit, tentatur cum periculo abortus. Nã omne auxilium magnum, debilitat facultatem. Expurgatio tamẽ peculiari quadam ratione nocet: nam debilitat fœtum, qui debilitatus fit vt pondus alienũ, atq; pondere rumpit acetabola. Accedit irritatio vteri & ipsius fœtus: quam duplici ratione facit medicamentum, primùm qualitate deleteria, deinde & extractione succorum. Irritatur enim vis expultrix vteri, vt & aliorũ omnium membrorum, cùm fit eorum quæ retinentur extorsio. Facit etiam medicamentum expurgans aborsum, vt Auerroes dicit, prouocans menstrua: est enim omne expurgans diureticum etiam, atqui quod diureticum est, menstrua ciet, omnia verò mouentia menstrua abortus faciunt. Itaq; multis magnisq; de causis periculosum est expurgare gerentes vtero, quouis fœtationis tempore. Magis tamen primis & vltimis mensibus q̃ mediis, quia facultas retentrix primis mensibus nondum satis firmiter apprehendit, vltimis verò iam incipit expultrici cedere: quare his temporibus minor irritatio faciet vt deponat. Accedit q̧ Galenus dicit, primis mensibus esse acetabula molliora, vltimis aridiora iam q̃ vt satis firma esse possint: primis enim facilè ruptilia, vltimis fragilia sint. Neque verò mediis mensibus permittit Hipp. expurgare vtcunq; habeat morbus, sed si materia turget. Tũc enim faciliùs agitur expurgatio, quare & cum minori corporis commotione, & cum minori violentia. Antiquiora & recentiora dictis de causis caueri vult Hipp. Contendunt enarratores hoc loco de omnibus aphorismi partibus, atq; in singulis in diuersas sententias distributi sunt. Primùm an quarto mense permittat Hippoc. expurgare, an non, sed post quartum. Deinde an septimo, an non, sed ante septimum. Deindè an illud cauere, sit nequaquam expurgare, an cautè & rarò expurgare: nam verbũ videtur vtrunque significare posse. Ego de singulis breui dicam, quod sentio. Hippoc. haud dubiè excipit ab expurgatione tres primos & tres vltimos menses, permitteos eã quarto, quinto & sexto: nam id apertè declarat verba illa, quadrimestres & vsq; ad septimum. Accedit, quòd ratio ipsa iodicat septimum excipiendũ esse: quo enim mense maius abortus periculum sit, q̃ quo sponte & vterus & infans solent tentare partum? Respondent qui aliter putãt, hac causa additũ esse ab Hippoc. sed has minùs, quasi diceret, sed eas q̃ in septimo mense iam sunt, minùs quàm quæ quarto, quinto & sexto. Sed profectò non fuisset satis dixisse, sed has minùs, nisi septimestres omnino excepisset ab expurgatione. Non enim solùm paratiores sunt ad aborsũ septimo q̃ sexto, sed etiam q̃ tertio mense, quem tamen exceperat. Illud ergo, sed has minùs, fortasse dixit de iis quæ in sexto mense sunt, conferẽs cum quarto & quinto. Sed quod de eius dictionis enarratione probatissimũ puto, statim dicam. Quidam tam rigidè intelligunt hanc sententiam Hippocratis, & illi hærent, vt ita statuant; primis & vltimis mensibus nihil expurgãs his esse dandum, sed cùm summa vrget necessitas, casia aut manna esse vtendum. Mediis mensibus, si materia turgat, licere verè expurgantibus vti: sin minùs, ne tunc quidem. Alij dicunt, etiã citra turgentiam tentari aliquando vsum rhabarbari & agarici, & talium, quæ non sint potentissima, sine magno periculo: idq; dicunt se experimento habere exploratũ. Ego de re ita statuo, Hippocratem hic docere, quod priores illi intelligunt, expurgare solùm mediis mensibus, atqui ne illis quidem, nisi turgeãt succi: cæterùm (quod sæpè dicere soleo) præceptum nullum quod practicum sit esse perpetuum, sed doctrinale. Nihil enim tam ex immotabilibus præceptis procedit, q̃ ex prudentia Medici periti & circunspecti: qui cũ omnia facienda cauendaque norit, & quid in singulis vtile, quid noxium sit, & indicationes omnes cõponit, singularum vires animaduertit, operaturq; semper pro ratione potentioris, aliis nõ omnino prætermissis. Ergo ita quoq; hoc præceptũ, cùm practicum sit, obseruari debet. Nimirum rarò in vtero gerẽtibus tentandum est expurgare, atq; adeò rariùs multò primis & vltimis mensibus. Quanquã ne tunc quidem adeò, ac si non gererent vtero: est enim tunc quoq; indicatio fœtationis purgationi aduersa. Atq; hoc est quod dixit, sed has minùs: id est, sed gerentes vtero etiam à quarto vsq; ad septimum & turgente materia, minùs purgabis, q̃ si non gererent vtero eãdem passione laborantes. Non mirum tamen, si summa te adigẽte necessitate mediis mensibus rhabarbarum, aut agaricum, aut aliquid tale des. Nam dicit etiam Gal. ante 14. annum nõ esse mittendum sanguinem: sed quia præceptũ practicum est, intelligi debet vt doctrinale: possis enim vel ante quartum aliquando, Galeno non repugnans venam secare. Quin etiam non mirer neq; vitoperem, si quis perspecto in gerente vtero multo robore, atq; magna vrgente necessitate, aliquantò ante quartũ tale pharmacum propinet: quanquam hoc perrarò tentabit Medicus cordatus, sed cum lenientibus transiget. Itaq; in omnibus practicis præceptis locus magnus relictus est prudentiæ Medici: alioquin non adeò præstaret Medicus prudens imprudenti. Occurrit hoc loco quæstio, si affectio indiget medicamento vehementi, & alioquin non est spes posse id citra aborsum sustineri, quid agendum? Dicunt quidam, dandum esse medicamentum, quia satius est abortum fieri, quàm matrem cum fœtu perire.

Tamen

Tamen à nostris Theologis accepimus, si omnino aperta coniectura sit aborsum fore, abstinendum esse à pharmaco, vtcunque periclitetur prægnans. Non enim agenda sunt mala, vt eueniant bona, neque pro vita hominis tentandum est quiduis, sed quod licet solùm.

Aphorismvs II.

Ἐν τῇσι φαρμακείῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος, ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα· τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα, παύειν.

In expurgationibus talia educere è corpore, qualia si sponte prodirent, vtilia essent. Quæ verò contrà exeunt, cohibere.

Hic aphor. in 2 Aph. 1 part. continetur, estq; illic enarratus. Illud vnum hîc monebo, dixisse Hippocratem, Cum non fluunt qualia oportet, cohibendam esse expurgationem: nõ quòd omnis euacuatio, quę est symptoma, sit cohibenda, sed quòd omnis quæ qualitate est præter naturam, cuiusmodi ea quæ hîc describitur, nocet, estq; mala causa, quare cohibenda est.

Aphorismvs III.

Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δ᾽ ἐναντία, δυσχερῶς.

Si talia purgẽtur, qualia purgari oportet, confert, & facilè ferũt. Contraria autẽ difficulter.

Hic aphor. in fine 1. part. scriptus & enarratus est.

Aphorismvs IV.

Φαρμακεύειν θέρεος μὲν, μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω.

Expurgare æstate superna magis, hyeme inferna.

Quòd quidẽ superna expurgare, vomitu expurgare: inferna, deiectione vocet, ex sequẽtibus aphorismis palàm fit. Sunt enim 6.7.8.9. & 4. in eadem disputatione, in consideratione an p superna, an p inferna expurgare expediat. Atq; hoc 4. aph. ex nõ naturalibus rebus, nominatis tẽporibus anni: in 6. & 7. ex naturalibus, nominato habitu corporis: in reliquis ex rebus præter naturam, nominatis quibusdam affectionibus, id inuestigat. Ergo inquit æstate per superna, hyeme per inferna. Quia scilicet hyeme crassi, & qui deorsum repunt, succi redundant: æstate tenues, & q facilè sursum regurgitant. Expurgationes verò curãdum est vt minima cum violentia, quoad fieri possit, agantur. Ergo neq; hîc quoq; erit hoc perpetuũ, vt æstate omnes purgentur p superna, sed qui abundant bile: nam si quis eo tempore pituitoso morbo laboret, est aliter agendum. Neq; verò huic loco putandũ est contrarium esse aliud, in lib. de Salub. vict. rat. quo ita scriptum est: Sex hybernis mensibus vomere vtile est, nam & pituitæ plus & capitis grauitas subest: in æstate verò clysmatum sit vsus. Nam cõsulit Hippoc. hoc loco æstate per superna, hyeme per inferna expurgare, cùm est animus totius corporis, aut multarũ partium expurgationes moliri: illic tamen monet aliud, quod est longè vtilissimum, nimirum expurgare ipsum ventriculum à pituita per hyemem, & ipsa intestina à bile per æstatem. Quia in ventriculo congeritur pituita multa, & in intestina descendit è sua vesica bilis.

Aphorismvs V.

Ὑπὸ κύνα, καὶ πρὸ κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι.

Sub Cane & ante Canem difficiles sunt expurgationes.

Quidam intelligunt dici hîc ab Hippoc. sub cane & ante canem, id est post canem & ante canem: atq; dicunt eum dixisse, parùm ante & parùm post caniculam difficiles esse expurgationes: quasi his dictis, & ipsum caniculæ tempus intelligeretur. Alij intelligũt, sub cane & ante canem: quasi diceretur, eo tempore quo viget canicula, & tẽpore omnino aduerso, hoc est in media hyeme, difficiles sũt expurgationes. Verùm hæ enarrationes, etsi non ferant præ sese falsas sententias, non satis quadrant cum litera. Nam hæc phrasis sub cane, nihil aliud significat, quàm vigente cane: vt hæc sub Philippo Rege, significat regnante Philippo. Hæc verò, ante canem, significat antequàm canis oriatur: vt ante Philippum Regem, significat antequàm Philippus regnare cœpisset. Nomine canis non omnes videntur vti eodem modo. Nam Gal. eam stellam quam vulgò vocant Caniculam, vocat 1. Epid. Sirium & Procyon: Canem verò non nisi per abusionem appellari posse dicit. Astrologi eam quidem Sirium, à verbo σειριᾶν, hoc est siccare vocãt: Procyon verò, id est Antecanem, non nisi aliam stellam, quam dicunt Canem minorem. Hinc capiunt quidam occasionem altercandi de canis nomine, contenduntq; Astrologos hoc tempore ab vsu antiquorum recessisse. Mihi verò certum est, rem ipsam vt habet enarrare: hæc enim vsum nominum & hunc aphor. declarabit. Est sydus quoddam multis stellis constãs, quod à figura cœperũt homines canem appellare. Hic habet in maxilla insignem quandam stellam, quam & Gal. & Astrologi Sirium vocant: hæc est quã vulgò vocant Caniculam, & Astrologi Canem maiorem. Sunt cani illi in humero tres stellæ insignes, quas Astrologi animaduertũt, Gal. verò non animaduertit. Hanc vocant Astrologi Canem minorem, conferentes cum Sirio, & Procyon, id est ante canem: quod nomen Gal. dedit Sirio, conferens eum cum toto Cane. Sirius seu canis oritur cosmicè, id est simul cum Sole, in media æstate, appellanturque dies illi, quibus ita oritur, Caniculares, qui ferè sunt 40. Oriri incipit neque quauis in regione, neq; quouis tempore eadem die. Nam hîc Compluti incipit hoc seculo apparere cum Sole 19 Iulij, Hispali priùs, Burgis posteriùs. Nam cùm Canicula oriatur vltra Solem, inclinans ad Meridiem, iis q citra æquinoctialem sumus versus Antarcticum polum, tantò tardiùs apparet, quantò ad polum magis accedimus, ob sphæræ obliquitatem maiorem. Eàdem de causa signũ illud trium stellarum, qđ in humero totius Canis est, oritur aliquot dies ante Sirium, omnibus q sunt citra æquinoctialem: quia scilicet vergit id signũ magis ad Septentrionẽ, q̃ Sirius. Qua causa vocatũ est id signũ Procyon, id est, Antecanis: atq; dies ab ortu Antecanis vsq; ad ortum Canem, appellãtur Prodromi, id est, præcurrentes: qui ferè sunt decem, ex quibus & re-

liquis fiunt ferè quinquaginta. Qoò respiciens Hippocrates ipse libro de Medicamentis expurgantibus, ita scripsit: Tempore æstatis à Canis ortu dies quinquaginta vitare oportet, & non dare pharmacum. Hæc illo in loco. Nimirum illis diebus, quibus hęc signa oriontur cosmieè cum Sole, maximè viget calor, ardetque totus aer. Quò fit, vt exporgationes siut difficiles, & quia facultates per tantam temporis intemperiem languēt, & quia epoto pharmaco facilè viscera erysipelas contrahunt: & calor aeris distrahens pharmacum, facit ne exporgatio succedat. Hoc ergo est quod Hippocrates dicit, Expurgationes sunt δυσχερέες, id est, difficiles & laboriosæ, laborem & periculom afferentes ægrotanti: sub Cane, hoc est orto iam Cane: & ante Canem, hoc est in Prodromis, & orto Antecane. Sed constat, si causa omnis in aeris calorem meritò reiiciebatur, perinde intelligi debere atque si esset scriptū, Cùm maximus calor est, difficiles sunt expurgationes. Constat autam Hippocratem id significasse, dicētem sub Cane, qoia Canis oritur com Sole, cùm Sol est in Leone: quo tempore in hac mundi parte viget maximè calor. Atqui fortasse melius fuerit ita dici, Vigēte calore aeris, difficiles sunt expurgationes. Nam cùm, vt parùm antè dictum est, non omnibus seculis oriatur Canicula eisdem diebos (id qood motus proprius octauę & nonæ sphæræ facit) futurum aliquando est, vt Canicula oriatur in medio vere· quod cùm tulerint secola, non erunt sub Cane difficiles expurgationes. Sed apud ma illi dies sunt sub Cane, quo est maximus calor, quocunque die fiat.

Aphorismvs VI.

Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

Graciles, & ad vomendum faciles, per superna purgare, cauendo hyemem.

Qoi gracilis est ex morbo, non debet vomere. Nā ita nulli profectò magis q̃ tabidi deberent, qoos tamen statim dicet nonquam esse docendos ad vomitum. Sed verè à Celso dictum est lib. 1. cap. 3. Vomitus inotilis est gracilibus, ex morbo scilicet. Neque verò vtile est vomere gracilibus omnibus, etiam iis qoi citra morbom extenuati sunt, nisi graciles sint natura sua, & à primo ortu. Nam qoid vetat hominem obesum naturâ, extenoatum esse modò causa aliqua, q tamen nolla ratione erit ad vomendum facilis. Is ergo gracilis qoi à principio talis est: sed neque is omnis, sed qoi non ob siccitatem, aut solam, aot frigori coniunctam, gracilis est. Nam talis melancholicus esse consueoit: melancholicos verò p inferna purgandos, paolò pòst audies. Soperest ergo, eos qui ob calidum & siccum temperamentum sunt graciles naturâ, esse purgādos p superna: non q graciles, sed q biliosi sint. Esse autem biliosos, iudicat gracilitas conioncta cum amplitudine venarum & arteriarum: nam frigidis hæ qooq; graciles sunt. Itaq; intelligitur prima pars aphorismi, graciles naturâ cum amplitudine venarū & arteriarom, p supetna purgabis, quia sunt biliosi, tales verò facilè purgantur p soperna. Sed si hi quia facilè purgantur per soperna, omnes etiam qui aut ob naturam aut consuetudinem facilè vomunt, erunt purgandi per superna. Nimirum facilitas facit tolerantiam, quæ io omni auxilio est maximè expetenda. Addidit, cauendo hyemem: quia, vt nuper dixerat, hyeme per ioferna porgare opottet. Non tamen id dixit, q hyeme nunquam vomendum sit, nisi homo sit gracilis, & ad vomendum facilis, vtcunq; laboret, sed quòd hyems contrà indicet, ac gracilitas & facilitas vomendi. Quare per hyemem aot uon est gracilibus & consuetis vomendum, aut minùs est vomendum q̃ per æstatem: recordātibus nobis semper illius præcepti, Operādum pro ratione potentioris, altero non neglecto. Itaq; cùm gracilitas & hyems contrariæ indicationes sint, dandum est pharmacum qood suprà aut quod infrà expurget, vt hæc illi, aot illa huic præualuerit. Agnoscetur verò, in qua earum indicationum acquiescendum sit magis, quandoquidem ambæ sunt indicationes p accidens, considerando quæ illarum magis affecerit corpus, ea affectione quæ indicat p se. Vt hyems petit deiectionem, non quia est hyems, sed qoia generat multam pituitam: habitus gracilis petit vomitum, non quia talis, sed quia bilem congerit. Videndum verò vtra plus effecerit, gracilitas bilis, an hyems pituitæ: illique primùm faciendom satis, altera indicatione nō neglecta. Quare gracilis in hyeme pitoitoso morbo correptos, p inferna: hic idem hoc ipso tempore morbo bilioso laborans, per superna. Accedit alia eousideratio. Cùm gracilitas & hyems indicent, hæc deiectionem, illa vomitum, p accidens: facilitas ad hanc aut illam, indicat per se: qoare hæc Indicatio magnopere iuuat, eam cui accedit. Gracilis ergo in hyeme & facilis ad vomandum, per superna, cæteris babentibus madiocriter. Quòd si iudicationes omues fingātur omni ex parte æquales, nihil intererit vtrâ parte euacues.

Aphorismvs VII.

Τοὺς δὲ δυσημέας, καὶ μέσως εὐσάρκους, κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

Difficiles verò ad vomēdum, & mediocriter carnosos, per inferna, cauendo æstatem.

Hic non tam est aphorismus, quàm pars prioris aphorismi, atque ex prima parte facilè hæc intelligitur. Quod mediocriter carnosos dicimus, Hippocrates scripsit μέσως εὐσάρκους. Significat verò Græcis nomē hoc εὔσαρκος, bene carnosus, nonc mediocriter carnosum, nunc valde carnosum. Est enim phrasis hæc cōsueta Græcis, & Latinis, & Hispanis. Omnes hi bene tale vocant, & quod mediocriter, & quod valde tale est. Primo modo vsus est hoc nomine Galenus in Comment. aphor. 44. part. 2. Alio modo vtitur eo hic Hippocrates, scilicet pro plùs satis, & vltra mediocritatem carnoso. Nam habitus optimus non expetit expurgationem per inferna, magis qoàm per soperna: sed qoi crassus est. Neque verò omnis crassus, sed qui cum multa carnis & pinguedinis mole, angustis venis, neque pleois admodùm, sunt: tales enim sunt pituitosi. Qui verò non solùm crassi sunt habito, sed pleni sanguine calido, sunt athletæ, qoi nulla expurgatione indigent, sed missione sanguinis. Ne ergo intelligerentur hi, qoi & crassi & pleni sunt, addidit illod mediocriter, dicēs, mediocriter carnosi. Reliqoæ hoius aphor. partes, ex prioris enarratione facilè intelliguntur.

Aphor.

APHORISMVS IIX.

Τοὺς δὲ φθινώδεας ὑποστελλόμενος, ἐπὶ τὰς ἄνω φαρμακείας οὐδέποτ' ἄξεις.

Tabidos verò cauendo, ad supernas purgationes nunquam ducas.

Neq; qui tabe vocata laborant, neq; quorum natura ad tabem vergit, cogendi aliquando ad vomitum sunt. Nam his periculum est ne vas aliquod rumpatur in thorace, & vlcus fiat: illis, ne id vlcus quod habent, amplius fiat. Illud verò considerandum est, Hippoc. non solùm dixisse, cauere tabidos ad superoas purgationes ducere, sed cauendo nunquam ducere. Significauit his verbis, quanti faciat hanc consideratiooem, quæ à tabe procedit. Nimirum non solùm cauendum est crebrò hos homines ad vomitum cogere, sed ita cauendum, vt cogamus nunquam. Nam quæcunq; vomitionis necessitas incidat, tutius erit deiectione, etsi aliquantò deterius, expurgare, quàm dicto piculo homines exponere.

APHORISMVS IX.

Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία προστιθείς.

Melancholicos autem vehementiùs per inferna purgabis, eàdem ratione contraria apponēs.

Melancholicos, tam eos qui naturà sunt melancholici, quàm qui morbo ex melancholia laborant, consulit purgare p inferna, quia succus hic crassus est. Quanquam videbitur fortasse alicui melancholia p superna expurgari debere, quia à liene via ad ventriculum est, non ad intestina. Tamen hîc non est disputatio de peculiari ventriculi aut lienis expurgatione, sed de vniuersali totius corporis. Atqui nec lien quidem expurgetur meliùs per superna: quia ea via quę à liene venit, nō inseritur in os ventriculi, sed nō longè à fundo: & vt paulatim ad fundum venit, ita paulatim versus pylôrum repit, & intestina. Itaq; melancholici per inferna purgandi sont. Vehementiùs inquit: non quasi diceret, vehementiùs per inferna, quàm per superna (nam hic succus per inferna petit expurgationem simpliciter) sed obiter docet Hippocrates ad extrahendum melancholiam semper esse vtendum expurgatione vehementi, quia est contumax, & tractu difficilis. Constat verò hoc idē intelligi debere de succis omnibus crassis: nam tales omnes p inferna grauitatis causa expurgantur, & tarditatis causa vehemētiori expurgatione indigent. Addidit, eàdem ratione contraria apponens: quasi diceret, eàdem methodo, contraria reddens contrariis. Nimirum vt crassi succi per inferna & vehementiùs expurgandi sunt, ita tenues per superna, & leuiùs.

APHORISMVS X.

Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ, αὐθήμερον. χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι κακόν.

Medicari in valde acutis, si est turgentia, eàdem die: cunctari enim in talibus, malum.

Cùm turget materia, nequaquam debet expurgatio differri: cùm quia quę turgent, maximè sunt opportuna euacuationi, cùm nullibi hæreant: tū vel maximè quia est magnū periculum in mora. Quia potest succus huc & illuc pulsus, in partem aliquā incumbere, in qua magnopere lædat. Sed quantò morbus acutior est, tantò plus periculi mora habet: nam tantò succus est agilior & deterior. Proinde in valde acutis, illis scilicet q intra septimum finiuntur, eàdem die purgare consulit Hipp. si turgentia est. Quanquam profectò lib. 4. de Rat. vict. in acut. edisserēs de expurgatione in acutis morbis, ita scripsit: Hos si ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito, vbi venter murmurauerit. Et paulò infrà: Verumtamen medicamentum expurgans quarto die dabis. Sed illo in loco partim disputat de morbo aliquantò longiori quàm hîc, qui s. ad quatuordecimum protrahatur: partim de succo nō turgente, sed qui in particulam vnicam vndecunq; fluit, vt p pleuritidem. Constat verò, non esse tantum periculi in differēda expurgatione cùm succus ita influit, quàm cùm turget. Quare nihil mirum hîc, vbi morbum valde acutum, & succum turgentem ponit, eàdem die expurgationem suadere.

APHORISMVS XI.

Ὁκόσοισι στρόφοι, καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακίης, μήτ' ἄλλως, ἐς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

Quibus tormina, & circa vmbilicū dolores, & lumborum dolor, qui nō soluitur, neq; expurgatione, neq; aliter, in hydrôpem siccā firmatur.

Dolores excitari solent crebrò, & in intestinis, & in lumborum regione, multo flatu ea parte redundante. Qui nonnunquam fiunt, quia pituita crassa illic hæret, materiam flatui præbens: nonnunquam præ intemperie frigida. Pituitam expurgatio clysteribus facta, aut saltem p os ingesto pharmaco solet tollere: intemperiem frigidam, calfactus p fomenta, nisi omnino facta sit intemperies & rebellis, & à nulla causa pendens. Quòd si dolor nullis auxiliis cedit, timendum est: atq; statim hydrôpem siccam, id est tympanitem, timere oportet. Nam flatuosus ille dolor initium tympanitidis est. De speciebus hydrôpis, & quæ earum sit deterior, & an possit hepate non refrigerato oriri, quod hîc disputatur à quibusdam, alio loco diximus.

APHORISMVS XII.

Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω, κακόν.

Quorum alui leuitate intestinorum laborāt, hos hyeme per superna purgare, malum.

Nō omnis lienteria expurgatione curatur. Nam quæ fit ob cicatrices in intestinis ex dysenteria relictas, aut quæ debilitata facultate retinendi p nudam intemperiem, qua ratione expetat expurgationem? Sæpe tamē curatur lienteria expurgatione, eàdem prorsum ratione, qua vomitum vomitu curari Hippoc. ipse docuit. Nimirum cùm, redundante toto in corpore multa pituita, quæ influens in ventrem debilitat retentricē, aut multa bile, quę influens in ventrem irritat intempestiuè expultricem, fit, facta copiosa eius succi euacuatione affatim, curari potest. Nā tametsi hoc videri possit euacuationem augere, est tamen ex accidenti euacuata causa, magis minuere. Vt enim multa aqua affatim & semel in lapidem incidens, illum nulla parte excauat, sed cùm guttatim incidit: ita totus ille suc-

cus vno die extractus nullũ insigne malum effert, aut quod facilè emendari nõ possit: paulatim vero multo tempore influens, magni mali causa fit. Neq; huic sententiæ aduersum est, quod Gal. 1. de Curandi ratione ad Glauc. scripsit, cùm alui fluxus coniungitur cum febre, abstinendum esse ab alia euacuatione: nam illo loco differitur de curatione febris, hîc de curatione ipsius fluxus ventris. Itaque quædam lienteriæ species expurgatione curantur. De illis ergo hic aphor. intelligitur: non de omnibus, cùm non omnes curentur expurgatione. Ergo inquit Hippoc. cùm aliquis lienteria laborans, hyberno tempore indiget expurgatione, nõ debet expurgari per superna, sed per inferna. Non profectò purgari debet per inferna, quia laborat lienteria, idq; hyeme, vt vtraque causa per se iuuet (nam lienteria potiùs videtur expurgationem per superna amare, ne succus trahatur per totum ventrem q malè affectus est, sed reuellatur potiùs, q̃ minimè lædens patientem partem) sed quia etsi laboraret homo lienteria, si tamen hyeme, per inferna purgari debet. Dices, quid si hyeme laboret homo lienteria ob bilem? Galenus respondet in Comment. tũc quoq; debere agi per inferna, quia etsi succus ille amet expurgationem contrariam, hyems tamẽ hanc petit. Verùm ego hoc non possum probare: nam hyems non indicat per se expurgationẽ infernam, sed quia facit congeri pituitam. Si ergo bilis congesta est, cessat indicatio hyemis. Ego proinde concesserim, si quis lienteria ob bilem hyeme laboret, eum esse vomitione expurgandum: sed eò dictum esse, lienteria laborantem in hyeme per inferna, qa in hyeme verisimile est semper aut rarò nõ fieri ex pituita, quæ per inferna expurganda venit. Non enim tunc tanti momẽti est indicatio illa ab affectu intestinorum, vt expurgatio supernè agatur, quanti indicatio ab humore, vt agatur infernè. Nam reuerà passio illa nõ est intestinorum solùm, sed ventriculi quoq;, cùm deiiciantur incommutata paulò pòst ac ingesta sunt. Quare non potest deuitari vtcunque agatur expurgatio, quin trahantur succi ad patientem partem. Sed vt paulò antè monstratum est, non adeò graue est repentè ac semel etiam per patientem partem euacuari: maximè cùm tam lata & expedita via sit, locus ipse laborans.

APHORISMVS XIII.

Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι πρὸ τῆς πόσιος, προϋγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ, καὶ ἀναπαύσει.

Qui accepto helleboro non facilè suprà purgantur, iis ante potionem corpora prahumectare expedit multo cibo & quiete.

Vt aphorismo 10. 2. part disputatum est de præparatione ad omnem expurgationem, ita hîc peculiariter de præparatione ad vomitum disputatur. Nam etsi humectatio corporum ad omnem expurgationem est necessaria, peculiari tamen causa ad vomitionem. Nam vtcunq; siccum corpus expurgetur, periculũ est nimiæ ariditatis, & ex ea singultus ac conuulsionis. Tamen in vomitione præter hoc, est periculum diruptionis, nisi omnia vasa & vincula omnia sint laxa & mollia: laxitatem mollities, mollitiem humectatio facit. Meritò ergo præcipit Hippoc. quos p superna expurgare velis, humectare, idq; multo cibo & quiete. Sexto Epidem. hanc ipsam sententiam proferens, quietem tacuit, dixit lotionem. Ita ambobus locis, multo cibo & quiete & lotione vti iubet. Nimirum cibus semper humectat solidas partes nutritione, quies qa exercitatio siccat, lotio per sese humectat vt balneum. Sed videtur præter artem, ei quem expurgare velis, multum cibi dare: cùm victus tenuis magis conferat ad laxitatem & apertionem venarum. Verùm quod res habet, dicam apertè: prodibitq; inde germanus loci sensus. Multum cibi medicinalis, cuiusmodi serapia scindentia & aperientia sunt, dari debet ante quancunq; expurgationem: neque quicq̃ est quod magis hac in re probari debeat. Quanquam video vulgus Medicorum, qui perdita quadam methodo hodie vtuntur, rarò supra tres serapiorum potiones dare, raroq; in singulis vltra quatuor vncias & semissem. Sed de hac vulgari methodo, aliquãdo fortasse scribam, vt ea detecta moneat omnibus risum, vt cornicula. Interim omnibus suadeo, vt à probatissimorum autorum lectione nunquam desistentes, bonis præceptis assuescant, amethodamque praxim missam faciant. Cibi qui cibus tantùm sint, ante nullam expurgationem debent copiosè dari, ad multam refectionem. Licet tamen eos qui vomitu expurgandi sunt, vomitui aliquot antè diebus assuefacere multa ingestione ciborũ, non qui retineantur, sed qui euomantur: atq; quod eorum manebit interiùs, siccationẽ corporis prohibeat. Itaq; quod de pluri cibo dicitur, ita venit intelligendum. Quod de balneo dicitur 6. Epid. non de totius corporis balneo intelligi velim: nam tale balneum impuro corpori, quale necesse est esse quod expurgatione indiget, noxium est: sed de lotionibus peculiaribus, quales sunt emollientes & aperientes, quibus ad obstructa aut scirrho affecta hypochõdria sæpe vtimur. Qui affectus nisi soluatur, expurgationi magno impedimento est. Ne tamen temerè his irrigationibus vtaris, sed cùm misso sanguine multitudinem minueris. Hæc est præparatio, quam Hippocr. suadet ad expurgandum vomitum. Meminit verò veratri, quia est illi hæc consuetudo docendi in exemplis. Helleborus verò est potentissimum pharmacum, & antiquis consuetum: cuius sunt duo genera, nigrum & album: nigrũ est violentissimum. Non satis constat an hodiernus helleborus sit, quo veteres vtebantur: vtcunq; hoc habeat, nostro helleboro per se nulli vti suadeo, sed aut raphano intra quẽ macerata sit hellebori pars in oxymelite, aut cotoneum assum, cui helleborus inter assandum infixus sit, expuncto tamẽ toto helleboro. Sed hæc sunt alterius loci. Aphorismus nõ indiget pluribus.

APHORISMVS XIV.

Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιας, ἧσσον. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλία, ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει.

Postquam biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum magis aget, ad somnos verò & non motiones minùs. Indicat autem nauigatio, motionem turbare corpora.

Somnus

Somnus euacuationes omnes, quæ opera facultatis animalis aguntur, impedit: quia motum & sensum cessare facit. Motio conturbando totum corpus, vomitiones & deiectiones auget, quod nauigatio indicat: ergo somnus ab epoto pharmaco euacuationem impedit, motio promouet. Quare meritò Hippocr. dicit, ab epoto hellaboro non esse dormiendum sed mouendum (quod de belleboro dixit, de quouis pharmaco intelligi vult.) Neq; tamé Hippoc. dixit omnino non dormiendum, neq; omnino mouendum: sed mouendum magis: dormiendum minùs. Nimirum nonnihil dormire statim ab ingesto pharmaco, cùm & ex substantia & quantitate ipsius pharmaci & viribus hominis Medicus coniectat fore difficilem pharmaci commutationem, non est à ratione alienum: nam somnus vt euacuationes impedit, ita commutationes iuuat. Neq; verò Hippocr. dixit, quauis hora ab epoto pharmaco somno esse indulgédum minùs quá motioni: nam statim ac acceptum est pharmacum, multò inutilius esset mouere corpus, quàm dormire. Siquidem motio faceret incommutati pharmaci vomitionem, quę somnus & quies faciunt retineri & commutari: euacuationes veró nondum impediút, nondum enim euacuationum tempus venit. Quid ergo est quod Hippocr. dicit, ad somnos & non motiones minùs? Id est, ad somnos ita agere, vt hora mouendi nó moueas, minùs debes. Sed quando & quatenus dormire liceat, aut non, lib. 7. Contr. Medic. cap. proprio diximus.

APHORISMVS XV.

Ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα. ἐπὴν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει, καὶ μὴ κίνει.

Cùm volueris magis ducere helleborum, moue corpus: cùm autem sistere, somnum concilia & ne moueas.

Hic quoq; quod de helleboro dicitur, de omni pharmaco dictum puta. Nimirum cùm videtur segniùs succedere expurgatio, quàm expedit, mouere oportet corpus. Aut præcipiendo vt deambulet si potest, sin minùs concutiatur corpus lecto pensili, aut vehatur curru aut lectica. Si verò contrà videtur imminere periculú superpurgationis, sistere oportet, cótinendo corpus in quiete & somno. Causæ horum dictæ priùs sunt.

APHORISMVS XVI.

Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι σάρκας ὑγιέας ἔχουσι. σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

Helleborus iis qui sanas habent carnes, periculosus: conuulsionem enim facit.

Omnis expurgatio quacunq; parte agatur, sano corpori est periculosa: quod generatim dictum est. 36. aphor. 2. quia facit dissolutionem. Hoc idem modò exemplo hellebori docet Hippocr. aliam tamen causam adhibens: nimirum illic dixit, quia dissolutionem facit: hîc, quia conuulsionem facit. Causa huius rei est, quòd cùm quæuis expurgatio possit sano corpori vtrunq; malum afferre, dissolutionem inquam & conuulsionem, tamen expurgatio vomitu facta maiori quadam ac peculiari ratione potest conuulsionem facere: ob læsionem oris ventriculi, cui consentit statim totum neruorum genus. Quoniam ergo helleborus vomitu expurgat, dixit, Helleborus iis qui sanas babét carnes, periculosus, quia conuulsionem facit. Quantum veró periculi sit in illa conuulsione, alio aphoris. dicet: Conuulsio ex hellsboro lethalis.

APHORISMVS XVII.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Si cui sine febre fastidium, & morsus oris ventriculi, & vertigo sit, & os amarum, purgatione per superna indigere significant.

Multis per febrem accidit fastidium, & morsus ventriculi, & vertigo, & oris amaritudo, qui tamen nulla expurgatione indigent. Vt si biliosus quispiá ex ira corripiatur simplici febre, nihil mirum si hæc patiatur: qui tamen nulla re minùs indiget quàm expurgatione. Qui verò citra febrem hæc habet, semper indiget expurgatione. Nam si est fastidiú, est passio oris ventriculi, & ea quidem calida: atqui si simul est morsus oris ventriculi, cú humoris redundantia est ea passio, non nuda. Atqui is succus qui mordet, non sit frigidus: sitim enim potiùs tolleret & famem excitaret, quàm contrà: est ergo succus calidus & mordens in ventriculi os vergens. His accedens vertigo, magnopere hanc coniecturá iuuat: quanquam per se sola non admodùm faceret, siquidem ex multis aliis causis nasci potest. Nascitur verò & ex hac sæpe, ascendente fumo copioso ex ventriculo in caput. Amaritudo etiam oris hanc coniecturam confirmat. Nam is sapor qui sentitur in lingua, prodit apertè succum qui in toto corpore redúdat, ob insitum gustandi sensum: maximè verò eos qui sunt in ventriculo, ob viciniam & rectitudinem & continuitatem membranæ internæ. Itaque quatuor hæc significant bilem redundare, & ad os ventriculi decumbere, maximè cùm sine febre accidunt. Nam cum febre multo minor causa suffecerit, vt fiant. Proinde dixit, si sine febre accidunt hæc, opus est expurgatione per superna: quia si febris non adest, semper agnoscitur redundare multa bilis decúbereq; ad os ventriculi, quare semper est opus illa expurgatione. Non tamé proinde si febris accedit, non est expurgandum: sed nó semper cùm febris illis accedit, est expurgandum: quanquam semper si nulla febris cum illis est, est expurgandum. Quædam aliæ huius aphor. enarrationes circunferuntur, quæ mihi omnino displicét.

APHORISMVS XIIX.

Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ἀλγήματα, ὁκόσα καθάρσιος δέονται, ἄνω φαρμακεύειν σημαίνει δεῖσθαι. ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

Dolores supra septum transuersum, qui purgatione egent, medicamento quod per superiora purgat, opus esse significant: qui verò infra, per inferiora.

Quia non omnes dolores purgatione curantur, sed multi aliter, dixit, dolores qui purgatione egét. Tales igitur, si supra septum transuersum sunt, purgatione per superna curari debét: si infra, per infer-

na. Quia in euacuationibus quæ per morbos fiunt, à parte societatem membrorum habente & vicina fieri debet: quia faciliùs deriuantur succi per viciná partem, quàm reuelluntur per contrariam. Societas autem & rectitudo est superiorum cum superioribus, inferiorũ cum inferioribus. Sed videtur nullatenus hoc præceptum obseruari posse, aut debere. Nam laborante capite sæpe infunduntur clysteres, & dantur quæ aluum subducant vtiliter: & in morbo renum & coli, vtiliter dantur vomitoria: scilicet hac ratione reuellitur humor, auocaturq́ue à parte laborante. Contrà si laborante capite prouocetur vomitus, multis de causis læsio fiet: & quia humores capiunt impetum versus laborantem partē, & quia caput inter vomendum maximè concutitur. Iam verò si thoracis pars aliqua est quæ dolet, multò minùs videtur vomitus mouēdus, cùm thorax vomitu lancinari soleat. Quare cùm thorax & caput solùm sint supra septum trāsuersum, nullius partis supra septum dolor videtur vomitionē amare. His argumentis coacti, quantùm intelligo, quidam ita enarrant hunc aphor. Dolores qui supra septum transuersum, id est in ore ventriculi sunt, per superna: qui infra, id est, in fundo ventris, per inferna purgari oportet. Nimirum dolor oris ventriculi, significat succũ cò vergere: dolor fundi, eò quoque: quare eò ducere oportet. Certè sensus hic verus est, sed verbis aphorismi non satis congruit. Nā generatim atq; de omni parte esse prolata, indicat aphoris. 20. qui est veluti exemplum quoddam huius sententiæ. Proinde ego aliter enarro. Videlicet, dolores supra septũ transuersum qui expurgatione indigent, indicatione sumpta à parte, expurgationem quæ curationis propriè vocatæ gratia suscipitur, non reuulsionis solùm, per superna petere: eos verò qui infra, p inferna. Dixi, indicatione sumpta à parte: nam si quis doleat collo aut humero ob pituitam, & ad vomendum difficilis sit, meliùs expurgabitur per inferna, ob humorem scilicet & peculiarē naturam, non ob partem. Tamē si hæc absint, & dolor supra septum transuersum fit, vt in capite si placet, antecedentibus clysteribus & deiectionibus, q̃ reuulsionis & præcautionis gratia agũtur, & vt præeat cura totius corporis vt oportet, curationis propriæ gratia ad deriuationem vomitu factam veniendũ est: ac deinde ad errhina & sternutatoria & masticatoria. Præeuacuato enim corpore, sine omni periculo cedit his euacuationibus, humor impactus in parte. Nam succum qui in ipso capite est, clystere, aut qui in renibus ipsis, vomitu euacuare nemo speraoerit.

APHORISMVS XIX.

Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσιν μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, οὐ παύονται, πρὶν ἢ διψήσωσιν.

Qui in pharmacorum potionibus purgati nō sitiunt, non cessant, antequàm sitiant.

Quidam legunt, non cessent: sed nihil refert, cessant aut cessent, dicere. Nam nihil euariat sententiam, siue dicas, qui post epotum medicamentum nō sitiunt, non cessant: id est, non cessant expurgari, q̃a nondum sunt perfectè expurgati, vsq; dum sitiunt: siue dicas, ne cessent ab expurgatione, sed aut ducatur magis expurgatio, aut repetatur, quia nondum sunt perfectè expurgati. Nimirum expurgatio perfectè, non potest non siccare os ventriculi & corpus vniuersum, atq; ita sitim facere. Si enim tantum humoris intus manet, vt sitim tollat, nondum est plenè facta expurgatio. si verò magnopere ventriculus siccatus est, nulla potest esse tanta sensus hebetudo, cum qua non sentiatur sitis. Itaq; si is qui expurgatur nondũ sitit, nundum satis expurgatus est. Non tamen si ab epoto pharmaco iam sitit, satis iam expurgatus est: potest enim vel ob acrimoniam pharmaci, vel ob confluxũ bilis, vel causam aliam his similem, nondum plenè purgatus, sitire.

APHORISMVS XX.

Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ἢν γίνηται στρόφος, καὶ γονάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Si tormina fiunt iis qui febre carēt, & genuū grauitas, & lumborum dolor, per inferna purgatione indigere significant.

Hic aphor. videtur esse pars 17. quo ita dicebatur: Si sine febre fastidiũ, & morsus oris vētriculi, & vertigo sit, & os amarum, purgatione per superna indigere significat. Nam vt illic scripsit signa multæ bilis vergentis ad os ventriculi, ita hic scripsit signa crassorum humorum decumbentiũ ad infernas partes. Nam dolores oēs significant, succos oēs vergere ad inferna: grauitas significat, succos esse crassos & graues. Dixit, iis qui febre carent, non q; si cum febre hæc sint, nō sit expurgandũ: sed q; non semper si adest febris, est expurgandũ. Nā accedente febre, multò minor causa potest symptomata hæc facere, quàm sine febre. Quare non si causa quæ sine febre hæc facit, semper expetit expurgationem, & causa quæ facit cum febre, expetet.

APHORISMVS XXI.

Ὑποχωρήματα μέλανα οἷον αἷμα μέλαν ἀπὸ αὐτομάτου ἰόντα, καὶ ξὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ, κάκιστα. καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα πλείω πονηρότερα ᾖ, μᾶλλον κακόν. σὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον, καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα, οὐ πονηρά.

Deiectiones nigra, qualis sanguis niger, sponte procedentes, & cum febre & sine febre pessima: & quò plures colores deteriores fuerint, magis malum. Cum medicamento autē melius, & quò plures fuerint colores non mali.

Non vituperat hic Hippoc. deiectionem sanguinis nigri, sed deiectiōes similes sanguini nigro, quæ sunt melancholicæ. Nam deiici per inferna sanguinem, paulò pòst dicet esse bonũ. Potest verò nigrescere sanguis in ipsa via exiēs ab hepate, quod nihil mali habet: deiectiones tamē quæ non sunt reuerà sanguinis, sed atræ bilis aut melancholiæ, sanguini nigro similes, pessimæ sunt. Distinguuntur melancholicæ exeretiones à sanguine, concretione: nimirum sanguis statim concrescit in grumos, melācholia aut bilis atra non ita. Deiectiones nigras esse in pessimis 2. Prognostici docet idem Hippocr. his verbis: Exitiosior verò est si nigra, aut liuida, aut æruginosa, aut opima, aut fœtida est. Nimirum nigræ deiectiones, aut vstione aut extinctione caloris fiunt, & per magnum prouentũ melancholiæ aut atræ bilis,

lia, quorum succorum redundantia non potest nó esse corpori periculosa. Quare tales & cum febre & sine febre pessimæ sunt, vt signa scilicet, quia à pessimis causis nascuntur. Quo fit, vt multò deteriores sint cùm sponte fiunt, quàm cùm fiunt cum medicamento: quia signa omnia sunt certiora cùm abest omnis causa manifesta, q̃ cùm aliqua adest. Nec tamen omnes excretiones nigræ, vtcunq; & quouis tempore appareant, pessimæ sunt: sed cùm procedunt, id est, durant, si sine febre exeunt, aut à principio morbi longève à summo vigore apparentes, procedunt cum morbo, si cum febre exeunt. Nam sine febre vnica ingestio nigri cibi aut potus, potest nigram excretioné facere sine omni malo, sed ea non procedet. Et febre iam cósistente, exactis signis concoctionis, potest excretio nigra decretoriè fieri, etiá cum bono magno ita ægrotátis. Sed alio aphor. huius sectionis dicet ipsemet Hippoc. ipsas etiá excretiones quæ pessimæ sunt, cùm bene exeunt, esse bonas. Dicuntur bene exire, cùm post signa cócoctionis euacuátur qualia oportet. Itaq; meritò hîc dicitur, nigras procedentes, sponte factas, & cum febre & sine ea esse pessimas. Addit, & quò plures colores deteriores fuerint, magis malum. Id est, quò plures colores deiectioná fuerint, si oés sint pessimi, eò est magis malum signum, si sponte procedunt: vt deterius est fieri deiectiones partim nigras, partim liuidas, partim virides, & opimas, q̃ totas nigras. Quod 2. etiam Prognostici dicitur, his verbis: Si verò varicolor est, diuturnior quidem, sed nihilominùs exitialis est. Nimirum deterius est, multas easq; pessimas affectiones esse in visceribus, q̃ vnam pessimá. Addit, cum medicamento aût melius. Hoc est, cum medicamento aût minùs malum, nigras aut varicolores deiectiones prodire, q̃ spôte. Bonum enim vt signum non est, talia exire, etsi cum pharmaco exeant, adhuc enim significant prauos in corpore succos contineri: sed est vt causa bonum, expurgatur enim bene corpus: vt signum minùs malum q̃ si talia sponte prodirent. In vltima parte aphor. legitur in quibusdam codicibus, & quò plures fuerint colores, nó malum: in aliis, nó mali. Potestq; vtraq; lectio ferre sensum satis idoneum. Nimirû si legitur non malû, est sensus, etsi plures colores deiectionû sint, modò cum medicamento fiant, nó est malum. Si legitur nó mali, est sensus, quò plures colores fuerint in deiectione, modò colores non sint mali, eô melius est q̃ esse nigras. Nam deterius est vnicam, sed eam pessimam, esse excrementorum corruptionem, quàm multas sed mediocres.

APHORISMVS XXII

Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα, ἢ ἄνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον.

Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis suprà aut infrà exierit, lethale.

Atra bilis est succus acer, niger, vstione genitus, aut ex sanguine, aut ex melácholia naturali, aut ex flaua bile. Euacuatio nigra si non per bonam iudicationé excernatur, lethalis est: bene aût decernentia nó possunt mox apparère, vt dicitur. 2. Epid. par. 3. Ergo si atra bilis incipiéte morbo, aut non post signa cócoctionis, exierit, lethale est. Quæ decretoriè excernûtur, potentiá facultatis indicát: ita quę symptomaticè, significát impotentiam & debilitatem.

APHORISMVS XXIII.

Ὁκόσοισιν ἐκ νοσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως πῶς λελεπτυσμένοισι χολὴ μέλαινα, ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ὑπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

Quibuscunq; ex morbis acutis, aut ex diuturnis, aut ex vlceribus, aut alio quouis modo extenuatis, bilis nigra aut qualis sanguis niger effluxerit, postridie moriuntur.

Atræ bilis aut succi sanguini nigro similis deiectiones, magnum malum significare dicit. Magna extenuatio, siue ex acuto siue diuturno morbo siue vlcere siue vtcunq; aliter (præter causas procatarcticas intelligo) magnam debilitaté indicat. Magnitudinem morbi cum magna debilitate, significare mortem, & eam quidem citò futuram, haud est intellectu difficile. Nam omnis motus celeritas, nascitur à proportione vincentis ad id quod vincitur: ac tantò citiùs finitur in quencunq; finem ferat, quantò ea proportio est maior. Ergo constat eum quem Hippoc. describit, moriturum citò: postridie moriturú, hac ratione persuasus, & proprio experimento cognouit.

APHORISMVS XXIV.

Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

Dysenteria si ab atra bile inceperit, lethale.

Cùm dysenteria sit intestinorum exulceratio, si ab atra bile exulcerari cœperunt, sint profectò vlcera, cancri vlcerati: qui in intestinis non possint non esse lethales. Nam omnia vlcera intestinorum, nisi sint minima & simplicissima, sunt difficilima curatu: nedum vlcera ex atra bile, quæ in carnosis etiam partibus solent ferro & igne indigere. Verùm hoc ita intelligatur, nisi atra bilis aliunde influat, succedatq; dysenteria permutatione alterius morbi melancholici. Nam ita fieri possit salubriter, vt aphor. 5. part. 7. declarabitur.

APHORISMVS XXV.

Αἷμα ἄνωθεν μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν, κάτω δὲ ἀγαθόν, καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα, κακόν.

Sanguis quidem suprà, qualiscunq; fuerit, malum: infrà verò, bonû & nigra subeuntia, malû.

Galenus aliam lectionem sequitur, sed ego hanc magis probo. In quibusdam codicibus habetur, *κάτω δὲ ἀγαθὸν τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα*: id est, infrà verò bonum, nigra subeuntia. Quam lectionem Galen. sequitur, atq; ita interpretatur, nigra verò infrà subiré bonum. Sed cùm paulò antè dictum sit, deiectiones nigras & cum febre & sine febre pessimas, nó satis videtur verus hic sensus: etsi intelligatur vt intelligit Galen. bonum, id est, minùs malum. Quorsum enim boni nomine abuteretur modô de ea re, q̃ pessimá nuper appellauerat. Proinde ego magis probaui eam lectioné, quæ in antiquissimis codicibus est, hác scilicet, *κάτω δὲ ἀγαθόν· καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα, κακόν*. i. infrà aût, bonum: & nigra subeuntia, malû. Vocat modò *ὑποχωρέοντα*, q̃ nuper *ὑποχωρήματα*, i. deiectiones.

Itaq; inquit, deiectiones nigras fieri, malum: sanguinem verò infrà exire, bonum. Nam sanguis per imũ ventrem vtiliter excernitur, neq; ea excretio malæ admodùm affectionis signũ est: si verè sanguis sit, ac non potiùs fæx sanguinis, aut atra bilis. Significat enim interiùs esse redundantiam sanguinis, succi omnium optimi ac mitissimi. Itaq; sensus aphor. est, Sanguinem suprà ac per os emitti, malum, qualiscunq; sit sanguis, siue ruber siue niger: infrà verò & per anum, bonum: & deiectiones nigræ, malum. Id est, infrà verò emitti sanguinem, bonum est: nisi sint deiectiones nigræ, quæ vt nuper dictũ est, sunt malæ. Quidam, quin & Galenus ipse, feruntur in alium sensum, declarantes per sanguinẽ infrà exeuntem, hæmorrhoidas. Sed mihi videtur, si illud suprà, intelligitur quasi dicatur per os: & illud infrà intelligi, quasi dicatur per anum. Atq; si infrà intelligitur de quacunq; via inferna, & illud suprà, intelligi debere de quacunq; superna. At verò constat, non omnem sanguinis excretionem per supernam viam, esse deteriorem quacunque per infernã facta: nam melior est fluxus sanguinis è naribus, quàm è ventre. Ergo illud suprà, significat per os: & illud infrà, per infernum ventrem, vt in omnibus ferè aphorismis huius part. significarunt. Prçtereà quum ita dicatur, sanguis suprà qualiscunq;, malum, infrà vero, bonum: intelligitur profectò, infrà verò qualiscunq;, bonum. Et illud, nigra subeuntia malum, est vt exceptio: quasi dicatur, infrà qualiscunq; bonus, nisi sit nigra deiectio. Tamen non esset per hæmorrhoidas qualiscunq; bonus: nam purum tenuemq; sanguinem per hæmorrhoidas fluere, non est bonũ. Atq; falsum etiam sit dictu, Per hæmorrhoidas qualemcunq; sanguinem exire bonum, nisi sit niger; imò verò nigrum per hæmorrhoidas exire, est melius. Ineptum etiam dictu sit, Per hæmorrhoidas autem exire qualemcunq; sanguinem, nisi sint deiectiones nigræ, bonum. Itaq; multò facilior ac magis idoneus sensus hic est, Sanguinem qualemcunq; per os emitti, malum est: nam ruptoram, aut erosionem, aut laxitatem venarum significat, in thorace aut ventriculo. Per ventrem autem infernum, sanguinem exire, nisi sint nigræ deiectiones, quas malas esse monstrauimus, bonum est. Nam si est in hepate & vena caua multum sanguinis, meliꝰ est id in imum ventrem mitti (vtpota partem vilissimam, & ad sordes excipiendas naturà comparatam) quàm in ventriculum regurgitare, vbi in grumos conuersus ac putrescens, deliquia animi afferat, & concoctionem vitiet. Neq; tamen malus sit sanguis, si denigratus in via sit, sed illæ solùm excretiones, quas nigras Hippocratem nuper appellasse diximus, malæ sunt.

Aphorismvs XXVI.

Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ, ὁκοῖαι αἱ σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

A dysenteria habito, si veluti carnes deiiciantur, lethale.

Cùm ramenta ex dysenteria tantæ magnitudinis & corpolentię deiiciuntur, vt videantur esse carnes, apertum est magna esse iam vlcera: vlcera verò nisi exigua sint, in intestinis insanabilia esse, priùs etiam diximus. Atqui verbũ illud, *ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένου*, id est, à dysenteria habito, significat ab antiqua firmataq; dysenteria.

Aphorismvs XXVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγίαι πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι, τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo, quacunq; ex parte, in refectionibus, his ventres humectantur.

Tertio Prorrh. ita scripsit Hippocr. ipse: Quibus sanguinis eruptio multa fuerit, procedente tempore aluus malè afficitur, si vrina concocta non fuerit. Quæ sententia, ipse hic aphorismus est, prę̈terquã quòd illic non dicitur in febribus: & quod dicitur hìc in refectionibus, illic procedente tempore: & quod hìc ventres humectantur, illic aluus malè afficitur: additurq; illic nisi vrina concocta fuerit, quod hìc deest. Est verò vtriusq; loci sensus, nimium sanguinis fluxum, solere facere tempore refectionis laxitatem ventris. Nimirum per nimiam sanguinis effusionem, minuitor naturalis calor, & languescit facultas naturalis coquendi, & inaniuntur magnoperè venæ. Quo fit, vt accipiant homines plus cibi, cũ refici iam parant, quàm coquere possint: ea verò est promptissima causa diarrhœæ. Neq; verò hoc solũ accidere solet ex multa sanguinis effusiõe, sed multa alia mala. Quare merito cùm hìc vnicam tantòm noxam earum, quas solet id effluuium facere, retulerit, illic scripsit, Aluus malè afficitur: intelligens scilicet multa mala, vt laxitatem ventris, flatum, ructus acidos, & cruditates. Quin etiã alia multa mala corpori nata sunt accidere, quæ ex malis ventris initium capiunt, vt hydrôpis omnis species. Refrigeratur enim in primis hepar, & malus totius corporis habitus fit, & multæ obstructiones. Nam distribuuntur multa cruda, aut etiam vitiata in concoctionis officina: constat verò hęc non fieri quia hinc aut illinc euacuatur, sed quia vndecunque euacuetur, multus sanguis fluxit. Meritò ergo Hippocr. dixit, quacunq; ex parte, nam nihil interest, ex naribus, an ex ore, an ex ano, an ex vtero fluxerit, sed si nimiꝰ fluxit. Neq; verò interest, an sponte fluxerit, an arte medica extractus sit: quid enim interest ex naribus, an ex brachio fluxerit, si nimius fluxit? Quare hæc oportet medicos omnes perpendere hoc loco, ne plus quàm expedit, incauteq; sanguinem mittant: fiet enim vt diarrhœam faciant, & apepsiam, & hydrôpem fortasse, aut cachexiam, nisi tamẽ breui fuerit æger iugulatus. Quanquam nollem hoc in loco plurimùm morari, quia video hoc seculo multò plores Medicorum esse hęmophobos, quàm prę̈cipites in hoc auxilij genus: monendum tamen illud semper est, Ne quid nimis. Neq; certè ea mala fieri nata sunt, tunc solùm cùm febricitat is cui effluxit sanguis, sed etsi nõ febricitet: extinguitor enim nihilominus naturalis calor. Dixit tamen hìc, in febribus: non alia causa, quàm quòd indicationes in febribus fieri solent. Cùm hìc monstratum sit, hæc mala nata esse ex nimio fluxu sanguinis fieri, cõstat non quantulumcunq; supra indigentiam euacuatum sit aut effluxerit, mala omnia euentura, neque æqualia omnibus. Sed alius plùs, alius minùs lædetur, vt plùs aut minùs euacuãdo à mediocritate excesserit. Atq; alius fortasse, etsi plùs iusto nonnihil

vacuatus

vacuatus sit, non læderetur manifestè: alius læderetur, sed quod recuperari posit: alius lędetur, ita vt nunquam recuperetur, sed reliquum vitę miserè viuat. An magnopere læsus sit, an non adeò, an nihil, manifestè ex vrina cognosces: hæc enim apertè indicat, quatenus debilitatus sit naturalis calor, & an non sit debilitatus. Proinde Hippoc. loco citato addidit, nisi vrina concocta sit.

APHORISMVS XXIIX.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γενομένης παύεται· καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γενομένων παύεται.

Quibus biliosæ deiectiones, facta surditate cessant: & quibus surditas, biliosis deiectionibus factis cessat.

A biliosis deiectionibus, & in biliosis febribus, surditas facta, signum imminentis phrenitidis est, nam apertè indicat raptum bilis in caput, vt Hippocr. ipse lib. de Iudicatione morborum scripsit his verbis: Quibus in febribus aures surdescunt, ij necessariò febre non discussa delirant. Sed si ei cui bilis per ventrem fluit, fit raptus in caput, nihil mirũ deiectiones biliosas cessare: vt solet scilicet fieri vrina alba delirantibus, rapta in caput bile: & eâdem ratione quibus surditas talis est, id est, ex bile, superuenientibus deiectionibus biliosis cessat surditas, & periculum phrenitidis quod ex bile in capite imminebat. Atqui ea euacuatio est maximè probãda, nam est euacuatio simul & reuulsio facta à natura. Sed non semper hæc solutio solet huic malo succedere, sed nõnunquam fluxus sanguinis de naribus solet à surditate & phrenitide simul liberare, quę euacuatio cum deriuatione est. Aliquando fit sine euacuatione permutatio: quæ probanda tamen est, quia est maioris mali cum minori permutatio, vt cũ cessat surditas superueniente dolore coxæ aut genuũ. Quas omnes surditatis iudicationes Hippocr. ipse loco citato recensuit. Neq; tamen biliosæ deiectiones quamcũq; surditatem solent tollere, sed biliosam: biliosa surditas esse agnoscitur ex bilis signis, in quibus in primis est febris biliosa. Proinde in hoc aphor (enarrante ipso Hippoc. loco illo quẽ citaui, ex lib. de Iudicatione morborum) subaudiri velim, in febribus: atq; ita dici, quibus verò in febribus surditas, biliosis deiectionib. factis cessat. Agnoscetur etiam postmodùm ex bile fuisse surditas, quæ fluentibus deiectionib. biliosis tolli ea incipiat. Sed de aphorismo hæc sunt satis.

APHORISMVS XXIX.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνονται, δύσκριτα.

Quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile habent iudicium.

In febribus non intermittentibus intellige: nam in intermittentibus fit rigor vt initium accessionis, estq; in figura propria febrium, quare nihil significat. In ardentibus autem febribus, speciem quandã crisis esse rigorem, dicetur aphor 58 huius part qui ita habet: A causo habito, superueniente rigore solutio. Quare accidit rigori, quod aliis iudicationum generibus: scilicet diebus decretoriis vtiliter; diebus non decretoriis inutiliter fieri. Atq; dies decretorij crebriùs & tutiùs iudicant, scilicet, crebriùs iudicant, atque crebriùs liberant, & sine recidiuis: atque si quando tollunt homines, mitiùs tamen id faciunt. Contrà non decretorij dies rariùs iudicant, pauciores liberant, eosq; non tutò, sed cum multis recidiuis: reliquos cum magnis cruciatibus interimunt. Idque euenit in vtrisq; quacunq; iudicationis specie iudicent, siue fluxu aliquo sanguinis, siue sudore, siue vomitione, siue rigore, siue aliter. Nam quod modò dicimus, non est in crisis genere, sed in diei natura. Dierum omnium decretoriorum vilissimus atque pernitiosissimus, est 6. dies, vt ex innumeris Hippocratis locis, cùm in Epidemiis, tum etiam in Aphor. & aliis operibus constat. Meritò ergo in febribus, 6. die rigores significabunt difficile iudicium: mortem scilicet, aut solutionem non tutam, sed cum multis recidiuis. Nam quouis alio die non iudicatorio, fiunt iudicationes difficiles, nedũ hoc die qui est vilissimus. Sed cùm hoc non tam sit in rigore ipso (nam rigorem satis bonam iudicationem esse solere in febribus ardentibus, aphor. citato dicetur) quàm in diei natura, constat non rigorẽ solùm in hoc die afferre iudicium difficile, sed eàdẽ ratione & sudorem, & regium morbum, & iudicationem aliam quamcunq;.

APHORISMVS XXX.

Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

Quibus accessiones fiunt, quacunq; hora dimiserit febris, si sequenti die eadem hora inuaserit, difficilis iudicationis est malum.

Videtur prima facie hic aphoris. significare, malũ esse difficilis iudicij, si cras inuaserit febris eâdẽ hora qua hodie dimisit. Tamen hoc omni ratione caret, neq; experimento confirmatum esse puto. Sed quod dicitur tale est, Febres eas esse rebelles & solutu difficiles (hoc enim est quod verbum, difficilis iudicij, hoc loco significat) quarum paroxysmi eâdem semper hora repetunt, idque quacunque hora dimittant. Quod non ideo additur, quòd nihil intersit qua hora dimittat febris, sed morbi longitudinem aut breuitatem: sed quòd hæc ipsa repetitio statuta, atq; ordine confirmata, qua à sua hora paroxysmus nihil deerrat, vtcũq; habeant reliqua, per se significat difficilem solutionem. Quia ordo in rebus omnibus significat fixionem causarum, quare & difficilem solutionem. Constat verò ex his, non solùm significare hanc difficultatem, si eâdem hora semper accidit paroxysmus, sed etiam si paribus semper horis, eademq; proportione anticipet, aut tardet: vt si hodie hora prima, sequenti die, secunda, tertio die, tertia, quarto quarta, atque ita deinceps inuadat. Nam in his non est minor ordo quàm in illis, neque paroxysmi aberrant magis à sua horã. Interualla enim habent omnino æqualia, repetuntque totidem horis hodie, quot heri, & nudius tertius.

APHORISMVS XXXI.

Τοῖς κοπιώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα, καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα, ἀποστάσιες γίνονται.

In febribus cũ laſsitudine, in articulos & circa buccas maximè abſceſſus fiunt.

A Leſsitudo cum febre coniuncta, abſceſſum expectere iubet. Nam rarò quibus tanta ad vires multitudo ſuccorum eſt, vt per totam febrem ſentiant notatu dignam laſsitudinem, liberari poſſont ſine ebſceſsibus. Quòd in articulis fient, agnoſcimus ex partis netura. Nam vt dictum eſt ab eodem Hippocrate innumeris in locis, maximè in Prognoſtico & 2. Epid & io multis sphoriſmis, in quibus ſunt B 44. & 45 & 74. articuli paratiſsimi ſunt ad recipiendos abſceſſus: cauſa eſt in oſsium laxitate, & motu. Fore circa buccas, hoc eſt, eut in buccis ipſis, aut in partibus colli, aut poſt aures circa buccas, intelligimos ex morbi natura. Nam ſermo eſt de febribus perpetuis, quæ ſemper ferè habent affectam ſedem in capite, thorace, aut hypochondriis: quibus ſedibus, cum partib. circa buccas eſt magna rectitudo.

C APHORISMVS XXXII.

Ὁκόσοισιν ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων τι πονέσῃ, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται.

Quibus conualeſcentibus ex morbis aliquid laborauerit, illic abſceſſus fiunt.

Nondum ex dictis indiciis eſt ſatis eperta coniectura, in quam partem incumbet abſceſſus, niſi peculiaria ſigna ſint in ipſa parte, quæ eſt acceptura. Vt ſi quis per totum morbum, quem veriſimile ſit D ex aliis ſignis, iudicaodom per abſceſſum, parte alique doluit, is illa ipſa parte cùm cõualeſcet ex morbo, hebebit ebſceſſum. Dolor enim ille apertè iam ſignificabat, & partem eſſe debilem, & in illam ſuccos decumbere. Nec verò dolor ſolos poteſt ſignificare abſceſſum in parte eliqua futurum, ſed & quodcunq; particulare ſignum eorum, quæ ſignificare poſſunt debilitetem aot morbum partis: vt ſi psrs aliqua pecoliari laborabat iotemperie per totum morbum, aut ſudabat ſola. Quin etiam citra E hæc omnia, ſi aliunde intellexeris homini eſſe partem aliquam debilem præ cæteris, in illam fore abſceſſum expectabis: vt ſi quis eſt claodus, in crus: ſi quis ſolet coxa laborare, io illam: ſi cui ex vlcere quod accepit brachium debilitatum eſt, aut etism pars alia, hac aut ſimili alia occaſione, quæ poſsit partem debilem reddere, in partem debilem. Itaq; intelligendum eſt, nõ quibus laborauerit para cùm conueleſcunt, ſed cùm conualeſcũt, fiuot ea io parte abſceſſus, qua laboraueruot per morbos.

F APHORISMVS XXXIII.

Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

Sed et ſi quid ante morbum doluerit, illic morbus firmatur.

Vt cùm per morbom dolet pars aliqua, in ee parte debet expectari abſceſſus: ita cùm ante morbum G doluit aliqua pars, timeri debet ue morbus in ea firmetur. Vt ſi homini cui multis antè diebus doluit caput, febris ſuperuenit, ſtatim debet timeri phrenitis: ſi doluit latus, pleuritis: ſi reoes doloerunt, eorum inflammetio.

A APHORISMVS XXXIV.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ οἰδήματος μὴ ἐόντος, ἐν τῇ φάρυγγι πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, θανάσιμον.

Si ei quem febris habet, tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente euenerit, lethale.

Quod vertimus, tumore uon exiſteote, Hippoc. B dicit οἰδήματος μὴ ἐόντος. Conſtet tamen œdematis nomine hîc, vt pleriſq; iu locis apud hunc auctorẽ, tumorem intelligi: uon eum tantùm, qui à pituita fit, ſed generatim. Dictum etiã priùs eſt, hanc phraſim, ei quem febris habet, aut à febre habito, maius quiddam ſignificare quàm ſi ſimpliciter diceretur, febricitanti: ſignificat nimirum, ei qui magna febre laborat. Itaq; affirmat, ſi cui laborenti magna febre, nollo tumore appareote iu faucibus, repente ſuperoenerit ſtrangulatio, lethale malum eſſe. Conſtat C verò ſyudromen hanc ſignorum, ſignificare acerbiſsimem anginæ ſpeciem, quam Græcorum multi ab alüs ſpeciebus ſeparantes appellabant cynancheu: ea vero eſt inflammatio aſperæ arteriæ. De qua & io Prognoſtico idem ferè quod hoc loco, ſcriptum eſt his verbis: Angina periculoſiſsime eſt, & celeriter enecat, vbi neq; iu faucibus neq; io ceruice qoicqoam apparet, doloresq; vehemeutes fuerint, & ſpiritus non oiſi recta ceruice trahitur. Hæc enim eodem die ſtraugulat, & interdom ſecuudo, D aut tertio, aut quarto. Quod iu hoc aphoriſmo dicitur, tumore uon exiſtente iu faucibus, dicitur in Prognoſtico, oeq; in faucibus neq; in ceruice: qđ hîc quoq; ſuppleri debet. Nam ſi tumor epparens in faocibus, hoc eſt, iu interna oris perte quę eſt inter gulam & caput aſperæ arteriæ, anginæ periculũ ſubleuat, multò profectò magis ſubleuabit tumor in ceruicis apparens externa psrte. Quod io Prognoſtico dicitur, & ſpiritus nou niſi recta ceruice trahitur, dicitur hîc, ſtrangolatio repente ſuperue- E nerit: multò profectò ſignificantiùs. Nam nomen hoc ſtrangulatio, nõ de omni reſpirationis difficoltate dicitur, etſi ea magna ſit, ſed de ea ſolùm qua iugulum videtur compreſſum. Si quis enim eſthma patitur, aut ob debilitstem facultatis ſublime reſpirat, dicitur diſpnœá psti, ſed uõ ſtrangulari. Strangulatio verò repente facta, inflammatiouem in gutture ſignificat. Nem ſi aut ob incideotẽ fluxionem, aut tale quippiam ſtrangulatio fieret, uon fieret repeote: aut ſi repente finges reſolutos eſſe muſculos F aperieutes laryngẽ, omnino non fiet ſtrangulerio cum magna febre. Igitur magna febris cum ſtrangulatioue repente facta, inflammatiouem ſignificat io alique earum partium, quæ poſſunt ſtrangulere: quòd ſi uullus tumor apparet iu faucibus, neq; omuino in tota ceruice, iu interno gutture erit proculdubio inflammatio. In Prognoſtico vt huius ipſius morbi deſcriptiouem faceret, quia ſtrangulationis non memioit, ſed rectæ ſpiratiouis quæ remiſsiùs ſignificet, dolorum vehementium in ceruicis par- G tibus meminit. Itaq; non omnioo eodem modo, bene autem vtrobiq;, atq; omnino idem affectus ſignificatur, hîc & loco citato iu Proguoſtico. Quẽ morbum tam periculoſum eſſe Hippocr. cenſet, vt nonnunquam eodem die, aut ſecundo, atq; ſemper ferè intra quartum oecare dicat. Maxima periculi cauſa eſt,

est, quòd non expectat curatiooem. Nam affectus, gratiâ febris & feruoris maximi, expetit multũ aeris frigidi: & inflãmatio oou permittit subire in thoracem, nisi minimum, & eum quidem calidum.

APHORISMVS XXXV.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ, καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον.

Si ei quem febris tenet, ceruix repente peruertitur, & vix potest deglutire, tumore non existente, lethale.

Peruersio ceruicis, vertebrarum luxationes significat, de quibus lib. 3. com. 26. loquuti sumus. Illæ peruersiones si ad aoteriora fiunt, deglutionem impediunt: nam spinæ à parte interna gula affixa est. Neq; verò illam solùm, sed & respiraoonẽ: nam vt gula spinæ, ita gulæ aspera arteria hæret. Igitur peruersio colli, cum tam impedita deglutione, apertè significat euersas vertebras versus anteriora: q verò id repente factum est, significat inflammationem aliquam factam esse in musculis ceruicis: atq; multò magis id significatur, sccedẽte magna febre. Quo tumore non existeote, id est, oon apparente, aut uoo existente io loco conspicuo, cõstat esse internam inflammationem cum strangulatione: qui casus eâdem prorsus causa qua prior, erit lethalis.

APHORISMVS XXXVI.

Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μιῇ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριακοστῇ πρώτῃ, καὶ τριακοστῇ τετάρτῃ. οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμούς.

Sudores febricitãtibus si euenerint, boni sunt tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & decimoquarto, & decimoseptimo, & vigesimoprimo, & vigesimoseptimo, & trigesimoprimo, & trigesimoquarto. Nam hi sudores morbum iudicant. Qui verò non ita fiunt, laborem significant, & longitudinem morbi, & recidiuas.

Quod in Prognostico dixit, Sodores optimi sunt in omnib. morbis acutis, quicunq; in diebus iudicatoriis fiuot: hoc idem dicit modò, per enumerationem dierum decretoriorũ. Itaq; enarratore Hippocrate ipso, hic nomine febricitantiũ intelliguntur, qui laborãt febribos acutis: tales enim sunt quę solent iudicari. Euenit itaq; sudoribus, quod & aliis omoib. iudicationum generibus, scilicet diebus decretoriis bene fieri, aliis diebus (quantum agitur in diei natura) malè. Hæc enim est vis dierum decretoriorum, vt bene, perfectè & tutò iudicet, hoc est, ad salutem plerunq;, integrè & sine recidiua. Sudores ergo diebos decretoriis prouenientes, ita faciunt. Qui verò nõ ita fiunt, id est, qui diebus nõ decretoriis fiunt, significant laborẽ & longitudinem morbi, id est magnum & longũ morbum: si scilicet morbum nõ tollũt. Nam vt Hippoc. ipse paulò infrà dicet, febricitanti sudor superueniẽs febre nõ deficiẽte, malum: prorogatur enim morbus, humiditatẽq; multam significat. Si tollũt febres, significãt recidiuas. In quã sententiã dicet rursum, nisi dieb⁹ imparibus febris reliquerit, solet redire. In ea enumeratione dierũ quã facit, sunt quædã notatu digna. Primum cur tacuerit quartũ, cùm sit iudicatorius ferè inter primos. An quia etsi quantũ agitur in diei natura quartus est decretorius, tamẽ iudicat rarò admodùm, quia accessio diei tertij aut quinti surripit crisim? Sed cur nõ etiam 13 & 15. surripiũt quatuordecimo? aut si surripiũt, cur quatuordecimũ nominauit, tacẽs quartũ? An quia quò acutior est morb⁹, tantò accessio quæ imparibus diebus fit, maiorem vim habet: atq; proinde accessiones eorũ qui quatuordecimũ possunt attingere, minùs violentæ cùm sint, non tam crebrò arripiunt crisim, quàm eorum qui quintum diem nõ excedunt? In quibusdã codicibus legitur, vigesimo & trigesimo. Tamen in plerisq;, & in eorũ optimis legitur, vigesimoprimo, & trigesimoprimo. Me hoc nihil mouet: nam etsi vigesimus dies haberi soleat iudicatorius, explicuimus nos in com. 12. aphor. 2. par. crisim vigesimi semper produci ad bonã partem vigesimiprimi. Quare nõ mirũ, imò verò admodũ consentaneũ est, Hippocr. nunc vigesimũ, nunc vigesimumprimũ vt decretorium nominare. Post trigesimumquartũ, trigesimũ septimum & quadragesimum posset Hippoc. adiicere: nam nisi quadragesimum diem superent morbi, nondum habentur simpliciter diuturni. Sed fortasse omisit, vt rariùs iudicantes quàm priores.

APHORISMVS XXXVII.

Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες σὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον σημαίνουσι. ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νούσου.

Frigidi sudores cum acuta febre facti, mortem significant: cum mitiori, longitudinem morbi.

Hæc quoq; sententia in Prognostico scripta est his verbis: Pessimi autem frigidi sudores, & solùm circa caput facti, & faciem, & collum: hi enim cum acuta quidem febre, mortem prænonciant: cũ mitiori autem, morbi longitudinẽ. Et qui toto corpore similiter, ac qui circa caput fiunt. In enarratione illius loci, reddidimus causas frigidi sudoris, & cur ita contingat vt ab Hippocr. dicitur. Modò illud vnum lubet dicere, sudorem frigidum, vt cum febre quæ plurimùm vrget (hęc enim vocatur hîc acuta) mortem, ita & cum debili facultate, qualiscunq; febris sit, significare: & vt cum febre quæ non adeò vrget, longitudinem, ita & cum facultate forti. Itaque sudor frigidus (nam & causæ cuicunq; magnitudinem morbi & multitudinẽ causæ significanti, id vsu venit) cum forti facultate, longitudinẽ: cum debili, mortẽ significat. Nam vt febris quæ vrget, non expectat, donec contumax succus coquatur, ita neque debilis facultas. Et vt febris mitior expectat, ita & virtus fortis. Succus verò q exudat frigidus, non nisi longo tempore coqui potest.

APHORISMVS XXXIIX.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον.

Qua parte corporis sudor est, ibi morbum indicat.

Sodor nō semel neq; ex manifesta causa, sed semper fluens sine manifesta caosa, peculiarem in parte redundantiā significat, si ex parte: vt in toto corpore, si ex toto fluit.

Aphorismva XXXIX.

Καὶ ὅκου ἐνὶ τοῦ σώματος ψυχρὸν ἢ θερμόν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

Et qua parte corporis calor aut frigus est, ibi morbus est.

Nam calor aut frigus morbus est, si scilicet non leuiter, sed insigniter & com perseuerantia, & non ob manifestam causam fit.

Aphorismvs XL.

Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαί, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νόσου σημαίνει.

Et vbi in vniuerso corpore mutationes, & nunc corpus refrigeratur, nunc incalescit, aut color alter ex altero fit, longitudinem morbi significant.

Dvæ hæ mutationes, scilicet corpus alternatim & refrigerari & incalescere, & colorem alterum ex altero fieri, significant multos variosq; soccos: qui non possunt nisi longo tempore coqui. Quare talia signa, constante facultate, longitudinem morbi significant (nam si non constiterit, significabūt mortem, citam aut tardam, vt facultas plùs minúsve do rare poterit) quod 1. Epid. par. 2. exemplo satis indicatum est. Describit Hippoc. tempestaté, qua grassabantur continuæ febres, quibus cùm nunquā intermitterent, rigores nordinati & errantes fiebāt. Itaqoe fiebat illis modò calor, modò frigus: de quibus ita inquit, Octogesimo quum breuissimè iudicabantur.

Aphorismvs XLI.

Ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ τινὸς αἰτίης ἑτέρης γενόμενος, τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

Sudor multus à somno, sine causa alia factus, corpus copiosiore cibo vti significat: si verò cibū non capienti hæc passio accidat, significat euacuationē esse opus.

In quibusdam codicibus legitur, ἄνευ φανερῆς αἰτίης, id est, sine causa manifesta: in aliis, ἄνευ τινὸς αἰτίης ἑτέρης, id est, sine caosa aliqoa alia. Quam lectioné magis probaoi, quia cibus etiam est manifesta causa. Quare non satis aptus videtur sermo esse, si sodor multus à somno sine caosa manifesta fit, à cibo fit. Melius est dicere, si sine alia causa fit, à cibo fit: q; si sine cibo etiā, significat euacuatione esse opus. Atqui poterat ita dici: esset quidem omnino sermo, Si sine causa manifesta sudor multus à somno fit, euacuatione esse opus significat. Nam nomine causæ manifestæ, excluditur etiam cibus. libuit tamé Hippocrati cibum seorsum excipere, quis frequentissimè solet esse talis sudoris causa, atq; vt te id moneret. Nomine cibi, constat intelligi debere etiam potum: oam copiosus potus noo minùs, imò magis etiam quàm cibos, potest esse causa multi sudoris à somno. Itaq; inquit, si sine alia causa, manifesta scilicet (qualis esse posset decubitus io luco calido, aut epotum medicamentum quod sudorem prouocaret) sudor multus à somno fit, corpus pluri qoàm opus sit cibo vti significatur: hæc enim solet esse creberrima causa. Si verò neq; hæc causa sit vt homo sudet, constat eum laborare redundantia: quare cū contrariorum siot contraria remedia, euacuatione erit opus. An expurgatione, an missione sanguinis, an solū tenui victu, & frictione, ex aliis discito. Sed obiicies, docere Hippocratem in Prognostico, sudorem fieri aot ob igneam inflammationem, vt in colliquantibus febribus, aut ob corporom dissolutionem, vt in virtutis deliquiis: ex quibus causis (earū autem nulla habetur in manifestis) si quis sudet, nihil posit esse magis pernitiósum, quàm euacuatione vti. Ceterùm proinde puto ego, Hippocratem dixisse nō simpliciter, sudor sine causa manifesta, sed sudor multus ex somno factus. Nimirum sudor fieri potest ex debilitate facultatis cōtentricis, aut ex corporis colliquatione ab igneo calore: tamen ille neque copiosos & abundè ex toto corpore fluens (huncenim intelligo magnum vocari) neque post somnum magis fiet. Imo verò qui præ debilitate fit, non multus, sed raris guttulis, granis milij similibus prodit: qui per colliquationem, non copiosus & floens, sed crassus, pinguis, non adeò multus. Vterq; somno magis sistitur, qoàm promouetur: somnus enim facultates naturales roborat, & membra reficit. Igitur qui multus & ex somno, sine multo cibo aut potu, aot alia manifesta causa fit, oon potest nō nasci à multitodine, atq; indigere euacuatione.

Aphorismvs XLII.

Ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς αἰεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

Sudor multus frigidus aut calidus, semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem significat morbum.

Vtcunq; sudor multus fluat, semper per totum morbum, aut sæpe repetat, significat morbum, id est, significat multam morbi causam, estq; proinde malum signum. Frigidus verò & semper flueos, maiorem morbum significat, estque deterius signum qoàm calidos semper fluens. Nam qoom vterque significet multitudinem succorum, frigidus valde contomaces ad coquendum, aut debilitatem innati calidi significat. Itaq; hic quoqoe, quom scilicet multus sudor & semper fluēs maximè frigidus est, timor imminet, ne non possit durare facoltas, donec morbos coquatur.

Aphorismvs XLIII.

Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυνοι· ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνουσιν ὅτι ἀκίνδυνοι.

Quæcunq; febres non intermittētes, tertio die fortiores fiunt, periculosæ. Quæcunq; autem modo intermiserint, significant periculum abesse.

Febrium

Febrium perpetuarum, quæ tertio quoq; die ingrauescunt, duplex est genus: alterum simplex, cuiusmodi tertiana continua, quam causum exquisitum esse alio loco monstrauimus: alterum compositum, cuiusmodi est semitertiana, q̄ concursu quotidianæ & tertianæ, cùm ambæ aut altera continua est, cõflatur. Vtrunq; genus morbi est lethale. Nam de semitertianis.1. Epid. part.3. ita scripsit idem Hippocrates: In febre quam semitertianam vocãt, cùm morbi eueniunt acuti, tum præter cæteras hæc est lethalis. Ardentes febres periculosas esse, magis cõstat quàm vt monstratione opus sit. Constat ergo, futilem esse quæstionem inter quosdam enarratorum, de quibus febrib⁹ sit hic aphorismus, an de semitertianis, an de ardentib. Nam si vtręq; sunt non intermittentes, & tertio die ingrauescentes, & vtręque sunt periculosæ, de vtrisque profectò intelligetur. Maximè cùm vniuersim ab Hippocrate scriptũ sit, quæcunq; febres non intermittentes, tertio die fortiores fiunt, periculosæ. Atqui quanquam tertio die ingrauescentes, sunt præ cæteris periculosæ, tamen febres nullæ earum quæ nunquam intermittunt, sunt omnino sine periculo. Nam ab ipso Hippocr.1. Epid. par.3. ita scriptum est: Sunt autem acutissimi, maximi, grauissimi morbi, ac præ cæteris omnibus lethales, in continua febre. Quo loco nullá continuæ febris speciem nominauit, sed de continuis generatim dixit, eas esse periculosas. Qđ hîc de omnibus non dixit apertè, sed de tertianis continuis apertè in prima parte aphorismi: de aliis febribus per insinuationem in secunda, dicens, Quæ veró quocunq; modo intermittunt, periculo carent: quasi quæ nullo modo intermittunt, non careát periculo. Nam iis quæ quouis modo intermittũt, contrariæ sunt quæ nullo modo intermittunt: hæ sunt continuæ. Quare non valde probo enarrationem Galeni, putantis hanc etiam secundam partẽ aphorismi esse de solis tertianis, atque perinde esse atque si ita diceretur: Quæ verò tertianæ intermittunt, quouis modo intermittant, id est, siue multis siue paucis horis intermittant, periculo carent. Nam etsi tertianæ intermittentes sunt tutæ, non tamen illæ solùm sed & aliæ omnes intermittentes, vtcunq; intermittant: sina inquam singulis diebus, siue vno, siue duobus interiectis. Quare illud, quæ verò quocunque modo intermittit, de febribus generatim intelligitur, non de tertianis solùm. Nam præter dicta, ratio securitatis quã Galenus reddit, non est propria tertianis, sed cõmunis omnibus intermittentibus: nimirum in omnibus perpetuis facultas perpetuo affligitur labore, nunquam remittente, & putredo contingit in venis & arteriis magnis. In intermittentibus autem putrescunt succi extra vasa, & facultas potest in intermissionibus febris recreari. Igitur cùm ratio sit omnibus communis, de omnibus quæ intermittunt debet intelligi hic sermo. Quod Galenus etiam intellexit (etsi hic sentit aliter) vt constat ex comm. 5. tertiæ part. 1. Epid. quo ita scriptum reliquit: Febrium veró ad integritatem venientium, lethalem esse nullam, in aphorismis clarè docuit his verbis: Febres quæ non intermittentes, tertio die ingrauescunt, sunt periculosę: quocunq; autem modo intermiserint, periculũ abesse significatur. Igitur quod tota hæc sentẽtia continet, est, febres omnes intermittentes esse sine periculo: quę nullo modo intermittunt, nunquam sine periculo esse: in eis verò maximè periculosas esse, quæ tertio die ingrauescunt, siue causi, siue semitertianæ sint. Neq; certè cõtrariũ huic enarrationi est, q̄ Hippocr. quintanã pessimã vocet. Nõ enim eam simpliciter dixit perimere, sed cũ tabescẽtibus, aut iam tabidis superuenit. Hoc verò non est febrẽ esse per se lethalem, sed aliis intermittentib. deteriorẽ.

APHORISMVS XLIV.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι γίνονται.

Quibus febres diuturnæ, iis vel tubercula vel dolores in articulos fiunt.

Ex diuturnis febribus crebriùs fiunt abscessus, q̄ ex acutis. Atq; ex iis, quæ quamuis à principio fierent acutæ, prorogãtur, saluè affecto homine, vt in Prognostico dicitur, abscessus fiunt. Fieri verò abscessus in articulos sæpissimè, probatum priùs est. Hi abscessus faciunt dolores in articulis, aut obortis simul tuberculis circa illos, aut sine tuberculis: vel faciunt tubercula sine articulorum doloribus. Tot enim modis potest abscedere humor in articulos, aut in partes circa articulos.

APHORISMVS XLV.

Ὁκόσοισι φύματα, ἢ πόνοι ἐς τὰ ἄρθρα ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

Quibus tubercula, vel dolores in articulos fiunt, hi multis cibis vtuntur.

In quibusdam codicibus legitur ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίνονται: id est, ex longis febribus, aut post longas febres fiunt: in aliis legitur solùm, ἐκ πυρετῶν, id est, ex febribus, aut post febres. Multò verò magis probaui hanc lectionem, qua nihil tale habetur: quia reuerà sunt verba illa ineptè hìc interiecta. Nam q̄ febres longæ antecesserint, non solùm non auget suspicionem, ex multis cibis tubercula esse, sed etiam minuit. Nam si post febres longas tubercula fiunt, non est quòd suspiceris cibum multum esse in causa, cùm febres diuturnæ soleant tubercula afferre. Quin potiùs si ita diceretur, Si post febres non diuturnas tubercula fiunt, cibus est in causa, meliùs diceretur: malè ergo dicitur, ex diuturnis febrib⁹. Ferre meliùs possem vt diceretur, solùm post febres: sed consentaneum esse magis puto, vt illa verba excludantur. Docet enim Hippoc. modò, nihil aliud, quàm multis, quibus febres quæ pręcesserũt perfectè indicatæ sunt, vt nullos abscessus afferrent, fieri tamẽ abscessus ob cibos multos. Cognosces tubercula non sequi iudicationem morbi, sed malum victum: non vt Galenus innuit in cõmentario, si conualescentibus iam ex febribus fiunt (nam aphor. 32. dixit ipsemet Hippocr. Conualescentib. fiũt abscessus etiam sine errato veniẽtes) sed si febre perfectè indicata, aut declinãte iam optimè, & elapso tẽpore quo solent ex febribus abscessus fieri, vtẽtibus præcipuè multo cibo, fiunt. Quare si hoc accidat, detrahemus quantitati ciborũ, iam hinc scientes, eos esse abscessuũ causam: atq; curabimus semper, ne in declinationibus febriũ multo cibo vtãtur cõualescentes, ne abscessus fiant. Quòd verò fieri soleãt abscessus ex multis cibis, nõ est quòd mirêre, cùm & recidiuas facere soleat nimia cibi copia.

Aphorismvs XLVI.

Ἢν ῥῖγος ἐπιπίπτῃ πυρετοῦ μὴ διαλείποντος, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

Si rigor superuenit febre non deficiente, ægro iam debili, lethale.

Ego vellem snbaudiri, vbi dicitnr febre non deficiente, ant magnnpere sableuata. Nnn enim si in ardente febre rigor fit succeditq; sudor, qui febrẽ multùm remittere fecit, quia non extinxit penitùs, lethale iam est. Sed si rigor naq; tollit neq; subleuat febrem, magoitudioem morbi, taotam vt non pnssit à facultate sustioeri, indicat: quod cum forti virtute, difficile iudicium & longitudinẽ significaret: sed debili iam ægro, mnrtem significat.

Aphorismvs XLVII.

Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί. ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί, καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

Excreationes in febribus non intermittentibus, liuide, cruentæ, fætide, & biliosæ omnes ma le. Si verò bene excernuntur, bonæ, & per deiectiones, & per vrinam. Si autem non euacuatur aliquid conferentium ex his locis, malum.

Mentiooe facta trium euacuatinoum, excreationis, & deiectionis, & vrinæ, docet (quod de omni euacuationis genere intelligeodnm venit) enacuationes quæ per se snleot esse malæ, fieri taineo cùm bene exeunt in febribus oon intermittentibus, bonas. Enumarationem etiam fecit liuidæ, croëtæ, fœtidæ, & biliosę excreationis. Qnę omoia genera excreationis mala esse, io Prognnstico docuit (intelligit eoim cruentam & biliosam synceras, & fœtidã admodùm, vt iniecta in carbnoes grauiter nleat) quin & in deiectionibos suot hæ lethales, liuidę inquam, croeotæ, fœtidæ, biliosæ. Neq; hæ solùm, sed etiam quæ bis ipsis coloribus variegatæ sunt, & npimæ. Variegatæ cum his iotelliguntur. Opimæ oon possunt bene exire: nam bene exire oihil aliud est quàm decretoriè excerni, post signa concoctinnis satis copiosè, & cum bona tolerantia: eritq; hoc idẽ melios multò, si in die decretorio fiat. Pinguedioẽ verò constat nonquã exire decretoriè. Hac de causa dixit Hippncr. in febribus oon iotermitteotibus, quia scilicet in his expectantur iudicatiooes. Dicit ãn secunda parte apborismi, Si antem noo euacuetur aliquid confereotium ex his locis, malum. Id est, si autem non euacuatur quod euacuari confert, malum: qood dixit, vt opponęns contrarium ei qđ dixerat, si bene exeernuotur. Sed cor non dixit, si verò malè ęxcernatnr? Vt intelligeremus, si ante signa concoctionis, & in dia oõ decretorio, sioe conferenotia & tnlerantia, ac deniq; non qualia enacuari oportet. Siquidem contraria his iotelligebamus diei, si bene excernuntur: sed satis fuit hoc vnum diei, si non quod oportet euacuetur. Non enim si omnia illa oportet accidere, vt bona excretio sit: omnia etiam abesse opnrtet, vt sit mala. Qoia bonnm quæcunq; in re, fit ex perfecta causa, malum ex imperfecta. Satia est ergo, qoò mala euacuatio sit, si aliqnid illorũ absit: maximè, si non euacuetur quale oportet. Monstratum enim à me alibi est, euacuationem qualitate præter natoram, vtcunq; habeat in reliquis, esse malam. Galenns dicit, io quibusdã codicibus legi, Si aliqnid eorum quæ iuuant, id est, vtilia snnt homini, excernatnr, malnm. Ille putat lectionem primam esse melinrem, ego pntn oihil interesse. Nam si non excernitur aliquid eorum quæ oportet euacuari, & omninn enacuatin aliqua fit, aertè excernitur aliquid eorum quæ nportuit retineri.

Aphorismvs XLIIX.

Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

In febribus non intermittentibus, si externa frigida fuerint, interna verò vrantur, & sitim habeant, lethale.

In Prngnnsticn, In hanc ipsam sententiã ita scripsit: Si caput, manus, ac pedes frigidi sint, ventre costisq; calentibus, malnm est. Qnn loco apertè dicit Hippoc. quæ vocet hîc externa, & qnæ interna: externa scilicet, caput, maous, ac pedes: interna, ventrem, & costas. Atq; qood illic dixit aliquãtò remissiùs, calentibns: hîc dicit, vrantur & sitim habeant: Qui casus nnn pntest in febribos perpetuis oõ esse lethalis. Dixit, in febribus perpetois, quia in intermittentibus per ioitia accessinnũ fit sine magnn periculn. Sed in perpetuis est qnnddam genus, qood lypiria febris nuncupatur, cui hoc accidens est pathognomonicũ, qnia babet cũ maligna pntredine inflammatinneio lnternam, eamq; magnam. Pręter hanc nulli est prnprium: fit tamen quibusdam acutarum febrium superueniens mortis signũ, ob innati calidi extinctionem, cùm vicini iam morti snnt. Vtroq; mndn exteroum frigoa est signum lethale. Nam cùm est snperueniẽs, significat mnrtem: cùm pathognnmonicum, significat lethalem pasionẽ: nam lypiria lethalis morbns est.

Aphorismvs XLIX.

Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅ τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

Si in febre non intermittente, labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus peruertatur, si non videat, aut non audiat, iam debili corpore: quodcunq; horum factum fuerit, propè est mors.

Hæc etiam sentẽtia scripta est ab Hippoc. in Prognostico, his verbis: Si aũt peruersa fiat, ant lioida, aut pallida palpebra, vel labrum, vel nasus cum aliqno aliorum signorum, scire oportet morti prnximum esse. Qund hîc dicit, Si nñ videat aut oon audiat iam debili corpore, dixit in Prngnostico, Cum aliqnn aliorum sigoorum. Nam hæc magnopere augent fidem priorum, illis addita. Nam peruersio labri, snpercilij, ant ocnli, aut palpebræ, aut deoique partis alterius euinspiam, conuulsionem significat. Quòd quidem io febribus perpetuis fiat, ex inani-

tione

tione esse indicat: quòd io facie fit, quæ cerebro vicina est, læsionem iam cerebri ostendit. Maximè si simul cum peruersione non videt, aut nó audit. Igitur quodcunq; illorum factũ fuerit, id est, quæcũq; dictarum partium peruertatur, simul non vidente aut audiente homine, lethale est, quare debili iam ægro vicinam mortem indicabit.

APHORISMVS L.

Ὅκου ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γίνηται, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

Quando in febre non intermittente, difficultas spirandi fit & delirium, lethale.

De delirio perpetuo eum loqui intelligo: nã etsi vtcunq; delirare malũ est, quia mente constare bonum, non tamen statim lethale, si delirium perpetuum non est. Sed neq; perpetuum sine febre perpetua, quale per melancholiam aut maniã accidit, est lethale. Perpetuũ verò cũ febre perpetua phrenitis est: quæ respirationem habet, aut magnam & raram, estq; exquisitè nuncupata phrenitis: aut paruam & crebram, atq; inæqualem, estq; ex inflammatione septi transuersi: atq; vtraq; harum affectionũ lethalis est. Nunquam ergo eum febre perpetua & difficultate respirationis fit delirium perpetuum, sine mortis periculo.

APHORISMVS LI.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νόσου σημαίνει.

In febribus abscessus, in primis iudicationibus non soluentes, longitudinem morbi significant.

Galen. tam putat esse facilem hunc aphor. vt neque commentatione illum velit prosequi: mihi verò videtur prioribus esse nihilo facilior. Nam difficile est intellectu, quas vocet primas iudicationes. Deinde, an iudicationes intelligat abscessuum ipsorum, an febrium. Præterea, vbi legimus non soluentia, Græcè habetur μὴ λυόμενα: quod verbum potest significare, aut quæ non soluunt, aut quæ non soluuntur. Vtrum verò magis congruat, non est facile. Ego missis controuersiis, quid hoc aphor. sibi velit Hippoc. breui dicam: Si febris abscessum facit, is verò abscessus in prima iudicatione, hoc est quũ primùm erumpit (nam ipsa abscessus eruptio est quædam febris iudicatio) non soluit febrem, longitudinem morbi significat. Vbi Hippocr. dicit, non soluunt, ego semper velim suppleri, aut magnopere sedat. Itaq; si per febrem abscessus fit, febre neq; soluta neq; magnopere sedata, manifestum fit morbum fore longum. Quod experimento est Medicis omnibus compertissimũ: & est perspicua causa. Nam abscessum fieri ardore perseuerante, quid aliud est, quàm facultatem nõ posse ferre multitudinem excrementorum, nihil proficere tamen?

APHORISMVS LII.

Ὁκόσοι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀρρωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

Qui in febribus, aut in aliis infirmitatibus volentes illachrymant, nihil absurdum: qui verò non volentes, magis absurdum.

A Quòd eùm in prima parte dixisset, nihil absurdum, in secunda quasi comparatione facta dixit magis absurdum, nihil curo. Nam ita solamus loqui, nisi cùm ad nimis exactum volumus sermonem ducere. Sed quod ad sententiam attinet, hoc idem est scriptum in Prognostico ab Hippocr. & à me ibidẽ in commentariis enarratum. Lachrymę voluntarię nihil mali indicãt, quia ex causa manifesta illachrymant: quare neq; si quis ex fumo, aut vento, aut acri aliquo vapore illachrymat, quicquam mali est. Sed B si sine omni procatarctica causa fit, magis absurdũ. Sed hic quoq; Galen. intelligi vult, nisi ex peculiari oculorũ malo, aut ophthalmia, aut vlcere fiat: ego intelligi etiam velim, nisi sint decretoria signa, talia enim si signa concoctionis antecesserunt, nihil mali indicant. Sed præter hæc, contentricis in mẽbris debilitatẽ significãt tales lachrymę, suntq; lethales.

APHORISMVS LIII.

Ὁκόσοισιν ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι C περὶ γλίσχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

Quibus circa dentes in febribus lentores nascuntur, vehementiores fiunt febres.

Ex vaporibus qui à ventre & thorace ascẽdũt, & iis quæ de capite destillant, & succis qui naturã in ore congerũtur, ardore siccatis, fiunt lenta quædam circa dentes. Itaq; hæc ingentem febrem significant. Quare meritò Medici per febres contẽplantur ęgrotantium ora: multa enim febris signa illinc D capiuntur, vt linguæ ariditas, asperitas, color, & sitis, & lentores circa dentes.

APHORISMVS LIV.

Ὁκόσοισιν ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ βραχέα ἐρεθίζουσαι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ διψώδεές εἰσιν.

Quibus diu in febribus ardentibus tusses sicca leuiter irritantes, non valde siticulosi sunt.

E Hippocr. ipse 6. Epid. par. 2. apertè explicuit hãc sententiam: quare satius fuerit illius verba referre, quàm enarrationem quærere aliunde. Tusses (inquit) aridæ parũ irritantes, in febribus ardentibus, non secundũ rationem siticulosæ, neq; linguæ valde torrefactæ, non à maligno, sed ab aere. Constat autem: quando enim loquuntur, aut os hiat, tunc tussiunt: quando non loquuntur, neq; hiant, non tussiunt. Hæc illo loco. Ex quibus satis constat, qđ F hic dicitur, non valde siticulosæ, idem esse quod nõ secundùm proportionem. Quasi diceret, qui in febribus ardentibus habent tussim aridam leuiter irritantem, minùs sitiunt quàm pro magnitudine febris, etsi sitiant nonnihil: non enim possunt omnino non sitire, nisi casu quodam lethali, qui ardente febre laborant. Constat quoq; Hippoc. hĩc non loqui de tussi omni arida & leuiter irritante: nam si fit à destillatione biliosa & tenoi (hæc enim potest esse etiam arida) non est cur tollat sitim, neque si ab G inflammatione in initio consistente fit, vt à pleuritide. Loquitur tamen Hippocr. de ea quæ non fit à maligno, id est, à malo succo aut inflammatiõe, sed à vento, hoc est, ab intemperie frigida sine succo, quę haustu frigido vẽto excitari solet. Cuius signũ est, quòd cùm loquuntur aut os aperiunt, tussiunt:

aliter non tussiunt. Si hæc tussis cum febre coniuncta est, multò minor tussis fit, quàm per febres ardentes solet: quia intemperies ipsa quæ tussim affert, sitim sedat & tussis ipsa leuiter irritans: idq; si diu durat, humorem conuocat ad linguam. Tussis verò quæ multùm irritat, desiccat & exasperat magis: quæ parùm durat, vtcunq; irritet, non potest sitim ardentis febris tollere.

APHORISMVS LV.

Οἱ ἐπὶ βυβῶσι πυρετοὶ, πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

Febres in adenũ tumoribus omnes malæ, præter diarias.

Diariæ febres fieri solent ex bubonibus, quæ nihil grauius significant, quàm bubones ipsi, eorum enim accidentia sunt. Tamen putridæ febres fieri possunt cum bubonibus trifariam, aut bubone ante febrem orto, aut orta febre ante bubonẽ, aut his simul ortis. Vtcunq; hoc fiat, timeri debet ea febris, quæ cùm non sit diaria, cum bubone vexat. Nam bubones fiunt natura expurgante viscera, emittenteq; sua excremẽta ad partes laxas, eas maximè quę visceri qđ expurgatur vicinæ sunt: vt ex hypochondriis ad inguina, ex thorace ad alas, ex capite ad collum. Si igitur facta per bubonem expurgatio, non potuit impedire quominus febris putrida superueniret, argumento est magnæ in visceribus redundantiæ excrementorum. Quòd si iam febricitante homine fit bubo, febre neq; cessante neq; magnopere sedata, aut simul cum bubone febris oritur non diaria, euidenter constat praua & multa esse in principibus membris excrementa. Quare tales febres haberi debent malignæ.

APHORISMVS LVI.

Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

Febricitanti sudor superueniens, si febris non soluitur, malum: prorogatur enim morbus, & multum humorem significat.

Semper vbi ab Hippoc. dicitur, non soluitur, ego aut nõ magnopere sedatur intelligo. Nam & sudorem qui febrẽ mitigat, cõmendauit Hippoc. in Prognostico. Sed qui neutrũ facit, multo succo refertũ esse corpus significat: quia nõ tam fit natura volente expellere, quàm non potente retinere. Ergo si facultas interim non deficit, morbus erit longus.

APHORISMVS LVII.

Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ, πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει νόσημα.

Si ei qui à conuulsione aut distentione tenetur, febris superuenit, morbum soluit.

Non quamcunq; conuulsionẽ potest febris tollere, sed eam quæ à repletione fit. Hìc conuulsionis nomine intelligere voluit Hippocrates eas conuulsionum species, quibus membra trahuntur præter naturam extra figuram naturalem, vt per contractionem & detractionem, quas Græci ἐμπροσθότονον & ὀπισθότονον: Distentionem verò, quam τέτανον vocant, voluit nominare seorsum, atq; proprio nomine: quia cùm non mutet naturalem figuram, est obscurior quædam conuulsionis forma. Sed hic aphor. enarratus iam est cum.26. secundæ.

APHORISMVS LIIX.

Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις.

Ei qui à febre tenetur, superueniente rigore, solutio

Dictum priùs est, si rigor superuenit febri nõ deficienti. Non ergo omnis rigor superueniens febri perpetuę (nam de hac est sermo) eam soluit: sed qui fit concocto iam morbo, & indicata priùs crisi, & in die decretorio. Nam priùs etiam dictum est, quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile est iudicium. Sed cùm illa omnia quæ dixi, adsunt, rigor pfectè iudicat: quare superueniente sudore, aut vomitu, aut deiectione, morbum soluit.

APHORISMVS LIX.

Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον.

Tertiana exquisita iudicatur septem periodis, cùm tardissimè.

Galenus finiens exquisitam tertianã, inquit: Exquisita tertiana erit, quæ naturam suam puram synceramq; seruat. Seruat autem, vbi flauam bilem habet redundantem, & motam, & præthereà tempus æstiuum, & locum tempori similem, calidum videlicet ac siccum, & hominis ętatem & temperiem similem. Ego verò nollem in definitione exquisitæ tertianæ mentionẽ fieri temporis, aut regionis, aut temperamenti, sed solùm symptomatum: quæ vt cùm non sunt exquisita, morbum non exquisitum, ita cùm exquisita, exquisitum significant. Nimirũ tertiana febris est, quæ repetit tertio quoq; die: hæc solet incipere à rigore, solet finiri breui, venireq; ad summum feruorem: tuncq; maximos, celerrimos creberrimosq; habere solet pulsus prę aliis febrib9, minùs tamen inæquales quàm illę. Solent etiam finiri ad puriorem intermissionem quàm aliæ. Quibus hæc accident exquisitè, erunt exquisitæ tertianæ: quæ scilicet à rigore magno incipiẽtes, citò plurimum comparabunt ardoris, neq; vltra duodecim horas prorogabuntur, finienturq; perfectiùs quàm alię etiam eiusdẽ generis. Hæ ex syncera bile erunt, accidentq; plerunq; iuuenib. biliosis per æstatem. Possunt tamen fieri & per alia tẽpora, & in aliis naturis, & locis. Frustrà enim Hippocr. monuisset, in morbis minùs periclitari, quorum naturę, ętati aut tempori morbus congruit, quàm quibus secundũ nihil horum, si non possent fieri morbi non congruentes: falsoq; dixisset priùs, morbos omnes omnib9 temporibus fieri posse. Certè videmus nonnunquã non tertianas solùm, sed causos etiã exquisitos extra æstatẽ: miramurq; tunc multò magis, & deteriorem esse morbũ putamus. Tertiana itaq; febris est, quã dixi: quã non vltra septem periodos (periodus est tempus quod cõstat vnico paroxysmo & interuallo) prorogari, quanquã tribus aut quatuor aut quinq; finiatur sæpe, experimento cognouit Hippoc. ac post illum alij omnes. Rationi tamen nõ est aduersum, esse eã breuissimã, cùm ex succo calidissimo & tenuissimo procedat. Quẽ morbũ, celeritate acutũ esse dico, etsi simpliciter nõ sit, quia vacat periculo.

culo. Manifestũ etiã est, eum qui septẽ periodis integrè soluitur, quarto aut quinto habere summum vigorem. Ita enim Hippoc. ipse 1. Epid. const. 2. describens tertianas exquisitas, dicit: Bono ordine omnibus his à prima prehensione quatuor periodos, in septem autem perfectè iudicabantur.

APHORISMVS LX.

Ὁκόσοισιν αὖ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα.

Quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, morbum soluit.

Hic aphoris. cum 28. huius particulæ explicatus est. Nam quod illic dixit, biliosas deiectiones, hîc dicit aluum turbatam. Sanguinis è naribus illic non meminit, tamen meminit lib. de Morb. iudic. loco quodam, quem ego illic produxi, & explicui.

APHORISMVS LXI.

Πυρέσσοντα ἢν μὴ ἐν περισσῇσι ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν.

Febricitantem nisi diebus imparibus reliquerit febris, reuerti solet.

Fides dierum decretoriorum hæc est, quòd timorem tollit recidiuæ. Quanquam multò certius est, nisi iudicatorio die febris reliquerit hominem, fore recidiuam, quàm si die iudicatorio reliquerit, non fore. Etsi enim hoc quoque pollicetur diei natura, tamẽ multa alia possunt facere, vt quanquam die decretorio febris soluta sit, repetat. Cautè ergo satis dixit Hippocrates, nisi diebus decretoriis (hos enim intelligit nomine imparium) febris reliquerit, solet reuerti. Illud, solet reuerti, non significat non posse non reuerti, sed reuerti plerunq;. Sed cur decretorios intelligens, impares nominauerit, lib. 10. Contr. cap. 3. explicuimus.

APHORISMVS LXII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν.

Quibus in febribus morbi regij fiunt ante septem dies, malum.

APHORISMVS LXIV.

Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ ἐνδεκάτῃ, ἢ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ. ἢν δὲ μὴ, οὐκ ἀγαθόν.

Quibus in febribus septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quatuordecimo morbi regij fiunt, bonum: nisi dextrum hypochondrium durum fuerit: si autem non, non bonum.

Censui coniungendos hos duos aphorismos, quia eadem est amborum sententia. Multi, quod Hippocrates dicit hoc loco malum, nescio qua ratione ita acceperunt, ac si dixisset mortale, aut valde mortale. Atque proinde factum est, vt multi tentauerint hac in parte contradicere Hippocrati, dicẽtes, multos coruio, quibus hoc signũ affuerit, non esse mortuos. Quasi verò nõ dicat Hippocrates ipse 1. Epid. partic. 2. multos eorum, qui cùm febribus ardentibus laborarẽt, morbos regios sexta die habuerunt, sudore aut vrina, aut deiectiõe liberatos esse. Quid ergo est quod modò dicit? Certè quod explicuimus 10. Contr. cap. 9. morbum regium, qui fit ante diem iudicatorium morbi, quocunque die iudicandus sit, esse malum: cùm verò qui fit die iudicatorio morbi, bonum esse. Id verò non est regio morbo proprium, sed commune etiam cum omnibus abscessibus. Nominauit verò septimum loco exempli, vt decretoriorum præstantissimum, quò illius nomine intelligeretur dies decrerorius. Itaque si in morbo exactè acutissimo, die quinto fieret morbus regius, non esset hac causa malus. Addit, Quibus septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quatuordecimo (hæc quoque sunt exempla dierum decretoriorum) id est, quibus verò in die decretorio morbi fiunt, bonum. Nisi, inquit, dextrum hypochondrium durum fuerit. Si enim aliquo tali die fit morbus regius, coniectamus eum esse decretorium: cui coniecturæ detrahit durities dextri hypochondrij, quia ea durities significat subesse obstructionẽ hepatis. Obstructo tamen hepate, sine omni iudicatione fieri possit bilis distributio. Addit, si autẽ non (id est, si autem non fit septimo, nono, vndecimo, aut decimoquarto) non bonum: non enim censetur esse ex iudicatione, sed ex malo. Alia quę ad horum enarrationem faciunt, loco citato ex Controuersiarum libro inuenies.

APHORISMVS LXIII.

Ὁκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνηται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

Rigoris nomẽ, procul dubiò hîc dicitur latiusculè, de rigore scilicet, horrore, & frigore: non enim omnes intermittẽtes febres à rigore incipiunt, sed quædam ab horrore, aliæ à frigore solùm. Atque vt dicitur, Quibus in febribus rigores fiunt, quotidie febres soluuntur, ita intelligi debet: quibus tertio, aut quarto quoq; fiunt, tertio aut quarto quoque die soluuntur. Denique illæ, quibus ex quibusuis interuallis ordine quodam, qui morbi motum proprium sequitur (hoc dico ob rigores quosdam inordinatos, qui in quibusdam etiam febrium continuarum fieri solent) rigores fiunt, intermittentes sunt, intermittuntque toties, quoties rigores fiunt: quare si quotidie fiunt, quotidie intermittunt. Quanquam non necesse est, eodem die quo à rigore incipit, febrem intermittere: fieri enim potest, vt adeò producãtur paroxysmi singuli, vt quæ hodie incepit, cras soluatur. Soluetur tamen quotidie: hodie, quæ incepit heri: cras, quæ hodie: nudiustertius, quæ eras. Neque verò proinde opus est, vt quotidie fiat homo sine febre. Nam fieri potest, vt febris quotidiana sit in genere earum, quæ subintrantes appellantur: id est, adeò pductæ sint, vt secunda ingruat, anteq̃ prima finita sit. Potest etiam febris intermittẽs cũ alia perpetua esse complicata, vt in hemitritęo vsuuenit. Atq; vtrumuis horũ fiat, homo nunq̃ sine febre fiet, etsi ex quibusdam interuallis rigore corripiatur. Sed soluetur nihilominùs, quotics rigor fiet, ea febris, quæ cum rigore

prænendit, etsi maneat alia cum qua erat compli- cata, aut quæ anticipauit apprehendere. Itaq; hinc cognosces, febrem intermittentem esse naturâ, etsi homo nunquam sine febre sit, quòd scilicet cum rigore, aut horrore, aut frigore ex quibusdam interuallis redit. De causis quibus fiunt intermittentes febres, & cur hæ ex his, illæ ex illis interuallis fiant, lib. 5. Contr. diffusè satis scripsi.

APHORISMVS LXV.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν, καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

In febribus circa ventrem vstio fortis, & morsus oris ventriculi, malum.

Quanquam morsus oris ventriculi in eo qui febre vacat, cum inappetentia & oris amaritudine & vertigine, maiorem copiam bilis consuêtis ad ventriculum significet, quàm per febres, vt dictum est Comment. 17. huius particulæ: tamen cum forti vstione circa ventrem nó potest nisi in febribus non intermittentibus fieri, significatq; multam bilem, eamque acerrimam circa ventriculum, & interni erysipelatis aut erysipelatôdis phlegmônis metum facit: proinde malum est. Potest in acutis febribus fieri morsus oris ventriculi, signum decretorium: significabitq; vomitum instantem, non periculum aut mortem, vt dicitur in Prognostico. Tamen tûc non aderit illi vstio fortis, sed dolor capitis & suffusio, idque per febrem non exitiosam, id est antecedentibus signis concoctionis. Ergo cû accidit morsus oris ventriculi cum forti vstione, timeri debet morbi exitus. Videturque illud, in febribus, p pleonasmum dictum, quia non potest is casus nisi in febribus fieri.

APHORISMVS LXVI.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὀξέσι οἱ σπασμοὶ, καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.

In febribus acutis conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum.

Accidere possunt febricitãtibus febre perpetua, conuulsio, & dolor viscerum, aut alterutrum seorsum, aut ambo simul. Alterutrum fiat, est malum, quin & valde malum: ambo multò magis. Nam conuulsionem talem esse in febre, diximus in Commentario illius sententiæ, Melius est febrem in conuulsione fieri, quàm conuulsionem in febre. Dolor viscerum, aut ob ingentes in illis inflammationes fiet, aut ob solam intemperiem. Intemperies quæ citra tumores possit dolores, eosque fortes facere, & in visceribus quæ non sunt magno sensu prædita (viscera enim sunt internæ partes, cuiusmodi cor, pulmo, hepar, lien, & renes) non potest nó esse maxima. De inflammationibus viscerum in Prognostico scripsit, in hypochondriis tumores duros & dolentes esse pessimos. Verissimè ergo dictum est ab Hippocrate hoc loco, in febribus acutis conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum portendere. Sed non video cur Galenus de solis febribus, quæ febres morbi sunt, neque cum inflammationibus sunt, intelligi velit hanc sententiam. Nónne & in phrenitide est malum, conuulsiones fieri, & in omni alia inflammatione? Non (inquit Galenus) antiqui vocabât febres eas, quę cum inflammationibus sunt. Cur ergo Galenus ipse 7. aphorismo, Comment. 42. inter febres ab antiquis vocatas refert lypiriam, quam constat esse cum interna inflammatione? Sed non oportet hîc hærere. Explicuimus aphorismum.

APHORISMVS LXVII.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι, ἢ σπασμοὶ, κακόν.

In febribus ex somnis timores, aut conuulsiones, malum.

Dictum priùs est, vbi somnus laborem facit, lethale. Constat verò, vt timores & conuulsiones facere, quædam eorum quæ in illa sententia intelliguntur sint: non tamen proinde dicit hic Hippocr. malum esse in febribus ex somnis terreri, & à conuulsione tentari, quòd deterius sit quàm hæc eadem sine somno pati. Hoc enim multò grauius esset: quandoquidem motus is, quem fucci & vapores capiunt ad interna, facit vt terreatur mens, & nerui rententur. Quare nihil mirum, si is apparatus ad conuulsionem, qui per vigiliam non appareat, appareat p somnum. Nam & citra febres, multi eorum, qui iusto plus cibi ingesserunt, pueri maximè, terrentur, & conuelluntur per somnum. Sed dixit hæc esse mala in somno, quò te moneret, vt hæc in eo obseruares: arguitur enim summo apparatus ad conuulsiones, qui per vigiliam nondum apparet. Neque verò hoc in omnibus febris tempo ribus par periculum affert: sed in febris exacerbatione, minus: cùm ea est maximè sedata, maius.

APHORISMVS LXIIX.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν. σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

In febribus spiritus offendẽs, malum: conuulsionem enim significat.

Nam si neque lugenti, neq; cogitabundo (nam hæc solent id facere) spiritus offendens fit, non aliter fit, quàm musculis thoraris patiẽtibus motum conuulsiuum, qui via est ad conuulsionem.

APHORISMVS LXIX.

Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν ὠφελέει. μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται, οἷσιν ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Quibus vrina crassa, grumosa, pauca, non sine febre, multitudo veniens ex his tenuis iuuat. Maximè autem tales veniunt, quibus à principio aut celeriter sedimentum habent.

Crassæ vrinæ sunt, quæ extremè sunt tales: has semper esse perturbatas, alibi diximus. Grumosæ sunt, quæ multos continent grumos. Tales vrinæ fiunt incipientibus febribus pituitosis: nam crassities ex multitudine crassorum succorum cum lotio descendentium fit. Grumi fiunt, frustulis quibusdam pituitæ, calore febris siccatis: hæ tunc temporis paucæ fiunt, quia natura eo tempore est conuersa ad retinẽdum. Cùm verò iam coctus est succus.

cus, vrina appatet facta tenuior, cessante videlicet perturbatione. Proditque iam multa, natura conuersa ad euacuandum: innatque tantò plùs, quantò copiosiùs prodit: id quod in aliis omnibus criticis euacuationibus vsuuenit. Itaq; hoc loco tenuis vrina dicitur, non quæ reuerà talis est, ea enim non iuuat, sed quæ conturbationem concoctione depo suit. Hæc maximè fiunt in pituitosis febribus: in quibus etiã solent vrinæ in principio (id est, primo etiam die) aut celeriter (id est, paulò pòst, sed intra principium vniuersale) habere sedimentum quod- B dam fallax, quod non fit concoctione, sed descendentibus succis crudis. Hoc sedimentum imponere solet tyronibus & imperitis Medicis: dignoscitur verò modo substantiæ, & ordine quo generatur, & ex aliis accidentibus: scilicet bonũ sedimentum est leuius, & magis vnitum, compactumque, & pendens: fallax illud, asperum, dissolutũ, hærens matulæ, ac residens. Fit etiam bonum, quia à natura, ordine quodam, ac suo tempore, scilicet post appendiculum, vt hoc post nubeculam, hæcq; emeu- C data aliquatenus ipsa vrinæ fusura, secundùm substantiam & colorem. Atque cùm tale sedimentum fit, reliqua omnia signa indicant morbum ad summum vigorem peruenisse. Quare si sedimẽtum apparet, citiùs quàm vt possit morbus ad summum vigorem peruenisse, sed antequàm nubes aut appendiculum, nullatenusque emendata fusura, denique aliis omnibus signis indicantibus morbum adhuc in principio esse, constat id sedimentum esse fallax. Hoc loco mirè se exercent Antonius Musa, D & Leonhartus Fuchsius, in diluenda quadam obiectione. Videtur enim (dicunt) Hippocrates contrarium prorsum iis, quæ modò dicuntur, scripsisse libro de Iudiciis, vbi hæc scripsit: ἐν τοῖσι παχέσιν ἀπὸ λεπτῶν γίνεσθαι οὖρα, δύσκριτα καὶ ἀσίνεα τὰ νοσήματα. id est, si ex crassis omnino tenues fiant vrinæ, difficilis & inconstantis sunt iudicij. Vituperat itaque (dicunt) Hippocrates tenues vrinas post crassas: quas hic dicit iuuare. Quærunt deinceps multas dilutiones, certantque de dilutionibus. Mihi verò illud vnum dicendũ modò est, Illos certare de vmbra asini. Nam E Hippocrates nihil tale dicit, quale illi referunt: sed ipsi ei imponunt, detrahentes verba. Hic enim est totus Hippocratis locus: ἢν ἀρχόμενα οὖρα μὴ ἴσα ἢ, ἀλλὰ γίνεται παχέα ἐκ λεπτῶν, καὶ παντελῶς λεπτὰ, δύσκριτα: id est, si incipientes vrinę non æquales sint, sed fiant crassæ ex tenuibus, aut omnino tenues, difficilis iudicij. Vides, quàm longè alia, & aliorsum scripta sint hæc, ac illi referunt: vtque illi de nulla re contendant, sed de contradictione fictitia. F

APHORISMVS LXX.

Οκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

Quibus in febribus vrina perturbata vt subiugalium, iis dolores capitis aut adsunt, aut aderunt.

Quò valdè perturbatas vrinas significet, dicit, G perturbatas vt subiugalium. Hæ multis in febribus solent fieri per vniuersale principium, suntque notæ concoctionis cœptę fieri, nondum tamen manifestæ. Verùm cùm nimiùm prorogatur perturbatio, magis, inquam, quàm vt principij vniuersalis

A sit signum, aut cùm finito iam principio intempestiuè apparet, aut aliquot diebus antequàm febricitet homo perturbata prodit, non iam principij, sed passionis nota fit: doloris, inquam, capitis, quæ aut iam adest, aut aderit: flatu nimirũ, qui vrinam perturbat, tentante caput. Sed hinc iam constat satis, etsi hæc causa dolorem capitis semper ferè afferre soleat, non tamen dolorem capitis ab ea semper nasci. Sunt enim aliæ multæ causæ illius doloris, aut proprij in capite, aut per consensum cum alio B membro, quæ non perturbant vrinas. Quare si talis vrina, vt diximus, fiat, timere debes dolorem capitis, nisi iam adsit. Non tamen si adsit dolor, possis sine temeritate affirmare talem fore vrinam: neque si alius quiuis capitis morbus adsit, vt lethargus, vertigo, aut epilepsia.

APHORISMVS LXXI.

Οκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινεφέλον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τ' ἄλλα C κατὰ λόγον.

Quibus septimo die iudicium fit, iis nubeculam habet vrina quarto die rubeam, & alia ex ratione.

Non si quarto die fiũt in vrina signa concoctionis, necesse est iudicationem fieri in septimo: nam potest aut nono aut vndecimo fieri, aut etiam decimoquarto. Siquidem potest multis modis fieri motus illegitimus. Tamen si legitimus est, indicatum D à me est alibi, tantum superesse ab eo die, quo primùm apparent signa manifestæ concoctionis, vsq; ad diem indicationis, quantũ à primo die ad illum vsq; transactum est. Cùm ergo à primo vsq; ad quartum diem tres transacti sint, si in quarto signa concoctionis primùm appareant, tres erunt à quarto transigendi vsq; ad tempus indicationis, quare septimo indicatio fiet. Scripsit verò nubeculam rubeam, non quòd in omni febre incipiant signa concoctionis ab ea nubecula, sed quòd sæpe ab ea inci- E piant. Sed meritò Hippocrates cùm dixerat, nubeculam habet quarto die rubeam, addidit, & alia ex ratione. Quia scilicet, etsi signa concoctionis quarto apparuerint, nisi reliqua euenerint ex ratione, id est, secundùm eam celeritatem, qua morbus incepit, fiet motus diuersus, & constitutio illegitima, tardabitque fortassè multò plus indicatio.

APHORISMVS LXXII.

Οκόσοισιν οὖρα διαφανέα, λευκὰ, πονηρά. μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἢν ἐπιφαίνηται.

Quibus vrina perspicua & alba sunt, malæ: maximè in phreniticis si apparuerint.

Albæ & perspicuæ, aqueæ sunt, & valde tenues: nam quæ cum crassitie albæ sunt, vt lactis aut puris similes, nõ sunt perspicuæ. Hæ Iudicant nullam accipere interiùs succos commutationẽ (nam obstructionem solam non facere veram tenuitatem, alibi monstratũ est) id quod fit aqua statim ac epota est, G mista, vt per diabeten: aut non ita, sed satis multò post potum. Vtrunq; censet Gal. 12. cap. 1. de Crisibus, significare cruditatem: illud verò esse grauius, quandoquidem simul cùm noxa commutantis facultatis, eius etiam quæ retinet, debilitatẽ indicat: Alij verò aliter censent: grauius enim esse putant,

post retentionẽ satis longam emitti incocta, quàm eùm facta non est retentio. Nam quæ non retinentur, non possunt coqui, ne si facultas commutans habeat bene. Qui certè, vt alibi memini me scripsisse, apertè probent, vrinam quæ sine læsione retentionis mingitur tenuis, grauius signum esse, quàm si non retenta talis prodiret. Nisi tamen hęc post illam fiat, nam ita mutationem in deterius significaret: vt si q sine diabete emittebat albam & perspicuam, incipiat modò talem cum diabete emittere, certè grauiùs iam habet. Nam eousq; processit debilitas, vt supra concoctionem retentio etiam læsa sit. Itaq; Galenus vrinam statim mictam, aquosam, grauiorem esse quàm si non statim mingeretur, falsò dixit: aut tunc solùm intellexit, cùm aquosa statim micta, aquosæ non statim mictæ succedit. Vtcunque albæ & perspicuæ, malæ sunt: deteriores autem in pueris, quàm in adultis, vt in Comment. Prognostici docuimus. Quod ad morbos attinet, maximè malæ sunt in phreniticis, cùm in iis apparent: nam significant magnum raptum bilis ad caput. In aliis codicibus legitur, maximè in phreniticis apparent. Perperam tamen: nam magis apparet in hydrope, & diabete, & omnibus valde eruditis morbis, quàm in phrenitide. Sed est vrina alba & perspicua, nota non phrenitidis, sed magnitudinis morbi, si in phrenitide fit.

Aphorismvs LXXIII.

Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορίζοντα, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγινομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγέωσιν, ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ. ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

Quibus hypochondria elata murmurant, dolore lumborum succedente, alui his humectantur: nisi flatus erumpant, aut vrina multitudo procedat. In febribus autem hæc.

Cùm regio hypochondriorum intumescit, murmuratque, constat succum cum flatu eò loci redundare: qui, si dolor lumborum succedit, deorsum repit. Ergo aut erumpet per ventrem succus cum flatu, fientque deiectiones humidæ: aut flatus erumpet per vantrem, humorque descendet per vias vrinæ, fietque multitudo vrinæ, & crepitus ventris: id quod in febribus fieri solet maximè. Quis febris succos crassos liquat & extenuat, flatusque dissoluit, & ita soluit dolorem omnem hypocbondriorum citra inflammationem, vt aphoris 40. sect. 6. dicetur.

Aphorismvs LXXIV.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γενόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχέως λύεται.

Quibus spes est ad articulos abscessum fore, liberat ab abscessu vrina multa, & crassa, & alba facta: vt in febribus cum lassitudine quarto die incipit quibusdam fieri. Si autem & ex naribus sanguis profluat, & admodùm citò soluitur.

In aliquibus codicibus legitur, λευκὰ παχὺ, id est valde crassa: in aliis, καὶ παχὺ, id est, & crassa. Sed nihil refert: nam vtcunque legatur sermo hic, intelligi debet nõ de crassa mediocriter, sed de valde crassa. Quibus in febribus expectari debeat abscessus ad articulos, dictum est ab Hippocrate aphorismis 39. & 44. huius particulæ, sed nunc quoque repetetur. Febres diuturnæ, & febres cum lassitudino etsi acutissimæ sint, solent abscessus facere: qui hæ nascuntur ex multis & crassis succis, quales solent facere abscessus. Febres habere possunt cõiunctam lassitudinem, aut sponte factam, aut factam nimia exercitatione. Vtcunque lassitudo adsit febri, expectari debet abscessus: atque vtcunque debeat expectari, si nulla alia partis indicatio adsit, expectari debet ad articulos. Maximè tamen cùm labor antecessit lassitudinis sensum: quia articuli laborauerunt. Ergo, inquit, in iis febribus, in quibus spes est fore abscessum (nam quod addit, ad articulos, non eo dicit, quòd vrina crassa liberet ab abscessu ad articulos facto magis, quàm ad alias partes: sed quòd abscessus ad articulos fieri soleant) vrina multa & crassa (aut valde crassa) & alba facta, liberat ab abscessu: id est, soluit morbũ sine abscessu. Nam crassa & alba fit à succis crassis: tales verò sunt qui pariũt abscessus. Multa autem: quia omnis critica euacuatio, quò imperfecta non sit, multa esse debet. Tales vrinæ in diuturnis febribus, exacto principio, prorogatæque febre fiunt: tamen in febribus cum lassitudine, ex multo & crasso sanguine (hoc genus so let esse continẽtium) quarto die nonnunquam fieri incipiunt, tolluntque ita quoque abscessus. Si tamen in his simul fluat de naribus sanguis, citò admodùm perfecteque malum soluitur, atq; sine omni abscessu. Quia scilicet vrinã euacuantur succi, & cum sanguine permisti illum reddebant crassum & grauem, vt lassitudinem pareret: per nares euacuatur sanguinis copia. Hinc apertè constat, non intel ligi hoc loco alterum horum, vrinam, in quam, crassam, aut fluxum sanguinis liberare ab abscessu: sed ambo hæc perfectè liberare: quod in febribus acutis eum lassitudine, desideratur: nam in diuturnis parùm refert sanguinem fluere è naribus. Locum hunc declarat alius ex 6 Epidem. part. 4. quo ita est scriptum: Vrina crassa alba, qualis Amphigenis, in laboriosis, quarto die est cùm incipit, & liberat ab abscessu. Si verò & supra hæc fluat sanguis è naribus, manifestè, & valde. Quidam transferunt quartanis, enarrantque Hippocratem dicere, hæc in quartanis febribus fieri. Tamen illud verbum, incipit, quo in aphor. vtitur, declarat eum non de quartanis, sed de quarto die dicere. Quorsum enim diceret, vt in quibusdam febribus quartanis cũ lassitudine incipit fieri? se non potiùs, fit? illud enim incipit, de quodam tempore dicitur.

Aphorismvs LXXV.

Ἢν αἷμα ἢ πύον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

Si sanguinem aut pus mingat, renum aut vesica exulcerationem significat.

Non est simpliciter necesse, si sanguis aut pus mingitur, renum aut vesicæ exulceratioñẽ esse, sed quibusdam exceptionibus adhibitis. Neque hoc eò dicit Hippocrates, quòd nõ possint hæc aliter mingi, sed

gi, sed quòd prima coniectura ab exeuntibus sem-per sett ad partem ipsam vnde exeunt: te varò oporte tet necessarias distinctiones supplere. Potest sanguis mingi nulla parte exulcerata, sed aut ob laxitatem viarum, aut debilitatē retentricis in renibus, aut ob redundantiam sanguinis toto corpore, aut ob vlcus in ipso cole. His exceptis, reuum aut vesicæ aut vreterum (nam has intelligi etiam censeo) significatur exulceratio. Cognoscitur redundantia propriis notis, & insuper si retenta est euacuatio alia coosueta, vt menstrua, aut hæmorrhoides. Laxitas vanæ ab vlcere separatur, indolētia: vlcus enim semper comitatur dolor: quare vlcus in ipso cole, dolor etiam loci illius indicat. Pus prodire potest aut ex vlcere colis, aut ex abscessu aliquo supra renes rupto, vt in gibba hepatis, aut pulmone: his exceptis, ex vlcere renum aut vesicæ prodit. Vlcus in cole, ex dolore eius loci apparêre dixi: quin & ex modo quo pus exit, exit enim purum, ac per se ante vrinam. Abscessos in hepate aut pulmone ruptus, non potest latere: nam suppurationam antecedit inflammatio, inflammationum in illis visceribus, sunt propriæ notæ. Exceptis ergo iis quæ diximus, sanguinis, vel puris mictus, significat renum aut vesicæ vlcus. An renum, an vesicæ vlcus sit, locus dolens significabit, & modus permistionis: nam quò ex altiori loco prodit, eò magis miscetur vrinæ pus aut sanguis.

APHORISMVS LXXVI.

Ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Quibus in vrina crassa paruæ carunculæ, & quædam vt capilli exeunt, his ex renibus excernuntur.

In Græcis codicibus legitur, paruæ carunculæ vt capilli: tamen meritò Galenus non probat eam lectionem, quia caronculæ nullæ sunt capillis similes. Sed de duplici contentorum in vrinis genere hic loquitur Hippocrates, quorum aliud frustulis quibusdam rubris caruncularum simile est, aliud capillis. Fieri possunt carunculis similia, aut exesione præcisis carunculis è renibus, aut vstione sanguinis genitis grumis, carúculis similibus, descendentibusque cum vrinis. Ea sanguinis vstio, aut in totis venis & arteriis fieri potest, aut in renibus. Verùm ita dignoscetur, an ex peculiari renum, an totius corporis affectu procedant: si vrina cocta bene est, corpus totum bene valat: quare si cum tali vrina hæc exeunt, malum peculiare renum est. Proinde ergo dixit Hippocrates, quibus in vrina crassa hæc exeunt, ex renibus exire. Intelligit nimirū nomine crassæ, coctam: hæc enim est Hippocratica phrasis. Non tamē si quæ cum vrina crassa exeunt, à renibus exeunt, statim quæ cum vrina tenui exeunt, non exeunt à renibus. Nam potest tenuis flaua vrina, corrodens carnes renum, id facere. Neque verò est quod mireris, hāc corruptionem renes pati: sunt enim glandulæ, quæ inter primum & secundum ventriculum renum sunt, admodum expositæ corrosioni. Contigit mihi videre canis cuiusdā, quam dissecari feci, renem adeò corruptum, vt loco renis sola ea tunica quæ illum ambit, plena nigra quadam sanie, in qua tota caro resoluta erat, inueniretur: cùm tamen nihil notatu dignum canis pati priùs videretur. Qood Galen. in Com. huius sententiæ, negat se eum renum affectum vidisse, nihil miror, nam 2. de Locis patient. fieri posse concedit. Capilli ex lento succo, quem calor facit concrescere, nascuntur. Hos Galenus hoc loco in renibus generari docet: quanquam 6. de Locis panent. in renibus generari posse negat, sed in venis. Sed ego ita intelligo. Lentos hos succos in solis renibus eam figuram comparare posse, ipsa illorum figura negat: tamen gigni possunt aut in venis aliis, aut in iis quę veniunt à caua ad renes, quas cum instrumentis vrinæ numeramus. Atque hi, qui à viis vrinæ figuram trahunt, possunt vstione concrescere in renibus. Ergo hîc quoque, si cocta vrina est, peculiare malum est renum aut viarū vrinæ (hæc enim omnia intelligi vellem nomina renum.) Si cocta non est, sine omni renum malo posit id fieri, ob totius corporis malum.

APHORISMVS LXXVII.

Ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Quibus in vrina crassa furfuracea simul minguntur, his vesica laborat scabie.

Furfuris similia si ex toto corpore prodeunt, cariei, quæ iam repit in partes solidas, indicium est: sed cùm citra id corporis malum prodeunt, sunt ex vesica, quæ affectum simile intestinorum dysenteriæ patitur. Sed satis constat, si ex toto corpora sit absumens calor, nō posse vrinam esse coctam: si ergo cocta est, ex vesica sunt fursores De hoc contentū genere in Comment. Prognost. latiùs disputaui.

APHORISMVS LXXIIX.

Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

Quicunque sponte mingunt sanguinem, his in renibus venulæ ruptionem significat.

Cùm nuper dixerit Hipp. si quis sanguinē mingat, renū aut vesicę exulcerationē significari, modò distinguit vlcus renum & vesicæ. Quanquam id non satis exactè videbitur fortasse facere: nam ex vesica etiam videtur sanguis posse spōte fluere, rupta vena. ἀπὸ ταὐτομάτου enim apud Hipp. id est sponte, idem solet significare quod sine causa manifesta. Sed rectè cēset hic Gal. intelligi hoc debere de copioso fluxu repente facto: etsi id nomine αὐτομάτου significari, nō est quod dicat. Ego etiā intelligo, oomioe causæ manifestæ hic intelligi non externas solùm, vt casum, ictum, aut saltū, aut potū cantharidom, sed etiā suppressionem euacuationis consuetæ & necessariæ, atque crisim, si quādo hæc sanguinis mictu fiat. Quibus positis, constat, si mingitur sanguis, aut in renibus, aut vesica, aut aliis vrinæ instrumentis esse vlcus, aut laxitatē. Verùm nisi in renibus sit, nulla harum causa facere posit copiosum repentinumque mictum sanguinis: vesicæ enim venæ paulò plus quàm capillares sunt. Sed neque in renibus laxitas sola, nisi ob suppressam aliam euacuationem aut crisim, faciet sanguinis euacuationē confertam. Non enim retentrix facultas adeò laxari feret, nisi expultrix

vehementiùs moueatur. Igitur si repentè affatim-qoe & spoote vt explisuimus, sanguis mingitur, ruptio est in renibus.

Aphorismvs LXXIX.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

Quibus in vrina arenosa subsistunt, his vesica laborat calculo.

Arenæ calculum iudicant: nam ex eadem materia sunt arenæ & calculi. Non tamẽ uecesse est adesse calculom, mingentibus arenas: sed aut est calculi periculum, aot est iam calculus, aur fuit ooper, estque io areoam dissolutus. Sed calcolus uou in vesica solùm, vt Hippocrates hic videtur inouere, sed in renibus etiam potest generari Proiode oportet te, cùm arenulæ spparent, sdhibere alias distioctiones, qaò intelligas vbi calculus sit, in reoibus snin vesica (oam sliis in locis aut oon potest lapis gigni, aut non mingentur arenæ ab eo decisæ.) Inter alias illa quoque erit oon minima, quam Hippocrates innuit, si arenulę per totum diffusæ non statim subsidẽtes exeunt, in renibus est: si verò statim excernuntur crassę, multę & subsistentes, io vesica.

Aphorismvs LXXX.

Ἢν αἷμα οὐρέῃ, καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον, καὶ ἐς τὸν κτένα, καὶ τὸν περίναιον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖ.

Si sanguinem mingit, & grumos, & stranguriam habeat, & dolor incidat in hypogastrium, & in pubem, & interfœmineum, ea quæ circa vesicam sunt, laborant.

Iu quibosdsm codicibos legitur, non περίναιον, id est interfœmioeom, sed περιτόναιον, desideraturque nomen illud κτένα, id est pobem. Tamen sont corrupti: nam nomen pobis nõ inotiliter additur. Peritonæum verò nominator præter rem: non enim magis coutiuet vesicam quàm hypochondria. Hypogastrium est regio inter vmbilicum & pubem. Ioterfœmineum est inter podicẽ & membrum venereum. Vesica est sita in hypogastrio. Ad pobem oritor illios collom, quod tortuosum procedit per interfœmineum. Igitur si quis vesica aut eius collo vlceratus est, dolorem senriet in hypogastrio, aut pene, aot interfœmiueo. Si vlcus in ipsa vesica est, tn hypogastrio: si in ceruicis exortu, in pube: si io Ipsa ceruicis productione, in interfœmineo. Si per totam vesicá & ceruicem veluti excoriatio est protensa, in his omnibus locis. Itaque Hippocraıes hîc dicens, quæ circa vesicsm sunt, vesicá ipsam & eius ceruicem intelligit. Non tamen vt Galenus intelligit, renes etism & vriuarios meatus: oon enim possunt hæc omoia quæ præseuti aphorismo dicũtur, significare vlcera renum, sed vesicæ solios. Atqoi etsi verbo illo, laboraot, vsus est, quod umne genus mali significat, tamẽ vlcerationem intelligit, vt ipsa signa indicant. Nsm si qois miogit sanguinem, renum aut vesicæ exulceratiooem habere, priùs dixit, Grumi tamen, iique magni (oam grumulos caranculis similes prodire ex reuib⁹, priùs diximos) ex vesica msgis fiunt: siquidem ex vicino loco prodeunt, non dissoluti, ueque permisti. Sed etsi ssoguis & grumi etiam ex reoibus fieri possunt, tamen stranguris vesicæ malum est, quod accedens aliis vlceris signis, vlcerationi vesicæ imputaudum est. Nimirum exulcerata vesica mordetur adeò, vt non posit eopiam vriuæ expectare, qusre guttarim demittit. Id verò multò clariùs significat, dolor si accedat dictis in locis: renum enim dolor, in loimborum posteriori parte magis sentitur: vreterum, in ilibus obliquè. Itaque docet hic Hippocrates agnoscere patientem locum & morbum, ab exeuntibus, sanguine & grumis· à proprio accidẽte, strangoria scilicet: à dolore: à situ, hypegastrio, pube, & interfœmineo.

Aphorismvs LXXXI.

Ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ, καὶ λεπίδας, καὶ ὀσμὴ βαρέη ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

Si sanguinem & pus minxerit, & squamulas, & grauis odor sit, vesica vlcus significat.

Hîc quoqoe scribit signa vlceris vesicæ, & sordidi etiam vlceris. Sanguinis & puris mictui squamulæ & grauis odor accedẽtes (præterquàm quód & ex modo exeundi cognoscitor) aut eorom alterum, sigoificat vlcus vesicę. Sqoamolæ, ex substantiæ proprietate: sunt nempe partes vesicæ ipsius. Odor grauis cum pure, significst vlcus esse sordidum. Fœtet verò multò magis pus, ex sordido vlcere vesicæ, quàm aliorum iostrumentorum vrinę: quia vrins soapte nstura abundat semper sordidis excrementis, estque vicins recto intestino.

Aphorismvs LXXXII.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα γίνεται, τουτέοισι διαπυηθέντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις.

Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur, his suppuratione et excretione facta, solutio.

Tuberculi nomen hic non de crudo tuberculo solùm dicitur, sed generatim de tumore omni, qui posit suppurari. Neq; verò putandom est hic Hippocratem dicere, solui tomorem in fistula vrinaria, si suppuret & excernatur pus: nsm id clarius est q̃ vt dici deberet. Neque solùm, si suppuret tumor, excernatorq́ue pus, soloi stranguriam, aut ischoriam, si hanc facit: nam boc quoque est spertum. Quid ergo? Monet Chirurgum, vt quàm citissimè tuberculi eo loci oborti coret suppurationem, & ruptionem, ne per lougiorẽ discussionem periclitetur homo ab vrinæ suppressione. Accedit humiditas loci, quæ ad putrescentiam puris est accommodatior, qoàm sd disipstionem. Nec tamen contrariom est huic seoteotiæ, quod ab Hippocrate ipso dicitur nono capite Prognostici, his verbis: Oedemata io ventre minùs faciunt abscessus, quàm quæ in hypochondriis, minimè verò quæ iofra vmbilicum. Nam eo loco explicuimus, non eò dici minimè sopporari, quód crebriùs resoluantur: sed quód crebriùs quàm supra vmbilicum, soleant indissoloti manere tumores. Cùm ergo io hac fistula properè curandum sit tumorem dissoluere, præproperè erit incumbendum suppurationi.

Apho-

APHORISMVS LXXXIII.

Οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γινομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει.

Vrina noctu multa facta, exiguã deiectionem significat.

Multa vrina, multum humoris traxisse hepar ab intestinis indicat: quod cùm fit, exiguum relictum est in intestinis: durescet ergo aluus. Id verò noctu fieri solet: quia per somnum ventre neque sentiente, neque ad deiectionem irritato, hepar trahere potest multum succi, aresacereque. Eâdem ratione multa deiectio facit exiguam vrinam.

MAGNI HIPPOCRATIS
COI APHORISMORVM
SECTIO QVINTA.

APHORISMVS I.

Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον.

Conuulsio ex helleboro, lethalis.

EX epoto pharmaco (non enim hoc de solo helleboro dicitur) non solùm ea conuulsio fieri solet, quæ ex repletione aut inanitione fit (quamque propriè conuulsionem appellari alibi diximus) sed etiam atque adeò multò magis, ea quæ ex irritatione. Irritatis videlicet neruis, à fumis acribus medicamenti aut succorum, patientibusq; per consensum cum ore ventriculi. Ex repletione, non est verisimile conuulsionem fieri post pharmacum. Si ex inanitione fit, casus est lethalis. Si ex irritatione solùm, certè non fit lethalis, nisi maxima prorsum sit: ex qua veram iam conuulsionem timebimus. Nam si degustato pipere, solent qui acri sensu sunt, singultire, & epoto vino meraciori, conuulsione tentari, quæ paulò pòst soluitur sine magno malo: certè neque mirum est, neque lethale, à pharmaco instigatum ventriculum singultire, neque à fumis irritatos neruos alioqui excarnes & acris sensus, conuulsiuè moueri. Quanquam possit ab irritatione incipere conuulsio, esseque lethalis, quòd pharmacum nõ irritet leuiter, sed siccans simul, producaturque noxa plurimùm. Nimirum, vt quod à causa procatarctica fit, nunquã solet graue esse, nisi ea causa ob apparatum, quem inuenit, grauem aliquem fecerit affectum (nam ita nihil mirum est, procatarcticã causam lethalem morbum peperisse) ita conuulsio à pharmaco non fit lethalis, nisi pharmacum magnam prorsum læsionem in neruorum genere fecerit. Quod agnosces, vt Hippocrates ipse in Prognostico de talibus causis disputans dicit, ita scribens: Iudicantur verò talia per diem & noctem, si ob has causas euenerint. Itaque si conuulsio illa, qua tentatur, qui pharmacum accepit, ob irritationem solùm fiat, atq; pharmacum interim nihil aliud grauius effecerit, intra diem & noctem cessabit conuulsio, conquiescẽte expurgatione. Si verò conuulsio magna fiat, maximè si expurgatio magna facta sit, & dicto tempore non conquiescat, neq; conquiescere incipiat, proculdubiò est lethalis passio.

APHORISMVS II.

Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγινόμενος, θανάσιμον.

Ex vlcere conuulsio superueniens, lethale.

Duplici de causa potest conuulsio succedere vlceri (etsi Gal. vnicam dixit.) Altera, cùm fit oborto phlegmône circa vlcus, cùm in neruum incidit: statim enim ac neruus inflammatur, ob acrimoniam sensus, totus neruus ad radicem vsq; inflammationem contrahit, & conuellitur. Quare timendum statim est, ne cerebrũ trahatur ad compassionem, moriaturq; homo conuulsus. Altera, cùm fit conuulsio aut nullo tumore circa vlcus orto, aut eo q ortus erat, euanescente. Atqui plerique eorum, qui post vlcus conuelluntur, hac causa id patiuntur. Nam vt 65. aphor. dicetur, quibus tumores in vlceribus apparent, raró conuelluntur. Nihilominus etsi raro conuelluntur, conuelluntur tamen lethaliter etiam cum tumore, cùm is in neruum decumbit: sed sine tumore crebriùs, aut euanescente tumore, ac maiori cum periculo, succis scilicet ad interna recurrentibus: qui cùm in neruorum radices impingũt, conuulsionis, & mortis causa fiunt. Qua ratione Hippocrates ipse hoc libro dicit: Si in vulneribus prauis & magnis tumores non apparent, ingens est malum. Nimirum si à tergo sunt, conuulsiones accidunt: si in anterioribus, maniæ, aut dolores acuti lateris. Itaque conuulsio vtcunque ex vlcere fiat, siue tumore apparente, siue non, lethalis est. Quare Hippocrates ipse lib. de Vulnerib. capitis, in signis eorum qui morituri sunt, refert conuulsiones, quæ contrario in latere fiunt: si dextra pars capitis vulnerata est, sinistra corporis conuellitur: si sinistra, dextra. Quod de ea conuulsione intelligo, quæ euanescente è vulnere tumore, commeanteque succo in contrarium latus fit. Nam si præ inflammatione neruorum prope vlcus fiet, profectò vulneratum latus conuelletur. Sed hoc illius loci est: ad præsentem illud vnum satis sit, quacunq; ex causa fiat conuulsio post vulnus, minari magnum mortis periculum. Quare satis indoctè quidã ignorantes dictas causas, quibus conuulsio vulneri succedens lethalis fit, dicunt intelligi de vulnere à quo tantum sanguinis funditur, vt conuulsio ex inanitione fiat. Nã præter dicta, de fluxu sanguinis seorsum edisserit sequenti aphoris. quo ita est scriptum.

APHORISMVS III.

Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος, σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

Sanguine multo fluente, conuulsio aut singultus superueniens, malum.

Siue sanguis sponte profluat, siue ex vulnere, verum est, conuulsionem aut singultũ succedentem

esse malum. Nam tametsi causa procatartica ad curationem nihil facit, tamen ad dignotionē affectus facit: vt si multus sanguinis fluxus conuulsionem fecit, agnoscimus conuulsionem ex inanitione esse, quæ nunquam sine periculo magno est. Singultus & conuulsio, vt alio aphor. ab ipso Hippoc. dicetur, similes passiones sunt, atq; à similibus causis fiunt: nam eodem modo mouetur ventriculus per singultum, quo nerui motus & musculi per conuulsionem. Atque hac sola causa singultus non est conuulsio, quòd nō est instrumenti voluntarij motus: sed quod ad causas attinet, nihil differt.

APHORISMVS IV.

Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς, ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

Ex superpurgatione conuulsio aut singultus succedens, malum.

Hic duplex iam causa fit, qua conuulsio fiat, & irritatio quam facit pharmacum, & superpurgatio. Quare multò clarius iam est, eam conuulsionē fieri non ex irritatione solùm, sed etiam ex inanitione: quare grauissima erit. Superpurgatio est expurgatio prufusa, qua non solùm succi familiares pharmaco euacuantur, sed alij etiam, depositi à facultate ob nimiam irritationem.

APHORISMVS V.

Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν, καθ' ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

Si ebrius quispia repentè fiat mutus, conuulsus moritur, nisi eum febris corripiat, aut ad eam horā veniens, qua solēt solui crapulæ, loquatur.

Non video cur Gal. hîc intelligat, mutos appellari solùm eos, qui fiunt apoplectici: neq; cur alij intelligāt catochos, alij vtrosq;. Nam etsi his morbis, & epilepsiæ, & caro, & syncopi, & præfocationi vteri commune symptoma est obmutescentia, atq; hos significans morbos dixit Hippoc. 4 de Rat. vict. in morb. acut. fieri sine voce repentè, venarum interceptionem significat, tamē hîc de re longè alia disserit. Quod vel ipsa autoris verba palàm faciunt: nam illic dicit, si sine alia magna causa fiat, excludens causas manifestas: hîc verò de obmutescentia ex ebrietate loquitur. Itaque mihi videtur ad huius sententiæ enarrationē, ne nominari quidem debere illas passiones: sed nosse, vinum magnopere solere tentare neruos, quia fumi illius tenues & acres, & irritant, & penetrāt neruos. Nonnunquam vapores irritant solùm, nequaquā penetrantes, aut etsi penetrent, sunt tamen tenues, quiq; facilè discutiuntur, faciuntq; tunc solùm motus tremulos, & conuulsiuos: nonnunq̄ multi penetrant, iiq; crassi, qui cùm discuti non possint, veras conuulsiones faciant. In neruis, qui citissimè noxam quam à vino accipiunt, produnt, sunt, qui motum linguæ deferunt, quia ex ipsa cerebri substantia procedūt cum septimo pari: ac proinde mouentium nulli sunt, q cum tanta mollitie habeant tam conspicuum motum (oculorū enim motus nō est tam conspicuus) atq; ita fit, vt ebrij semper quidem balbutiant, nunquam verò eousq; procedat balbuties, vt ne loqui quidem iam possint: nō quidem solùm facti apoplectici, sed etiam videntes audientesq; & mouentes corpora. His si ex vaporibus solùm, iisq; nō crassissimis obmutescētia pendet, vox redibit, qua hora solet solui crapula: si non redit, constat maiorem noxam esse, atq; aut crassissimos vapores, aut ipsum etiam vinum in neruos assumi: quare conuulsione facta morientur Nisi tamē febris fiat: nam dictum est priùs ab ipso Hippocr. à conuulsione aut distentione habito, febris succedēs soluit morbum. Neq; verò hoc dictum intellige, q succedens febris semper à conuulsione liberet, sed q possit liberare.

APHORISMVS VI.

Ὁκόσοι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τέσσαρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

Quicunq; à distentione capiuntur, quatuor diebus pereunt: si verò hos effugerint, sani fiunt.

Non omnis distentio, tetanus vocata Græcis, videtur mihi esse acuta, & periculosa: multæ enim producuntur in plures dies, atq; salubriter finiuntur. Sed distentiones quæ aut febri ardenti succedunt, (hæ enim, vt aliæ oēs conuulsiones, lethales sunt) aut prorsus sunt maximæ, vt cerebrū etiam metus sit ne statim afficiant (huiusmodi sunt, quibus non ceruix sola, sed tota spina riget, estq; inflexilis) aut quæ cum magnis inflammationibus musculorum omnium adducētium & abducentiū caput. Tunc enim & respiratio fit difficilior, & multò maior illius vsus: vt per anginam. Igitur si distentio violentissima est, intra quatuor dies iugulabit, aut declinare incipiet: si non declinans non iugulat, lentior est, ac minimè lethalis. Qualis ex catarrhis fieri solet, & causis aliis non lethalibus.

APHORISMVS VII.

Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει. ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τὰ πλεῖστα συναποθνήσκει.

Epilepsia, quibus ante pubertatem fiunt, mutationē accipiunt. Quibus autē vigesimoquinto anno fiunt, his magna ex parte commoriuntur.

Epilepsiæ ante pubertatem fiunt creberrimè, ob humiditatem cerebri: elapsa iuuentute rarò fiunt, & periculosiores sunt, quia cum ætate minùs congruunt. Quare quæ ante pubertatem fiunt, mutatione ætatis sua sponte soluuntur, aliis citiùs, aliis tardiùs: omnibus tamen qui nō vtuntur prauo victu, per adolescentiam, quæ à decimoquarto incipiens, vsque ad vigesimumquintum producitur. Si verò aut priùs facta epilepsia intra vigesimum quintum nō soluitur, aut post vigesimumquintum fit, durat cum homine vsque ad mortem: illa, quia tanta est, vt mutatione ætatis solui non potuerit: hæc, quia ætati est minimè congruens. Nec tamen hoc semper fit, sed magna ex parte. Nam quædam epilepsiæ sunt, quæ in iuuentute accedentes, inclinante ætate sedari possunt: vt quæ picrocholis ex bile, consentiente cerebro cum ventriculo fit, vt 3. sect. Comment. 29. dixi.

APHO-

Aphorismvs IIX.

Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίσταται.

Quicunq; pleuritici facti, in quatuordecim diebus non suprà purgantur, iis in suppurationem mutatio fit.

Illud verbum, suprà purgantur, nõ significat hîc vomitionem, vt in superioribus sententiis, sed excreationem: nam excreatione purgantur thoracis partes. Pleuritidis exquisitæ constitutio est 14. dierum, vt & aliorum morborum acutorum simpliciter. Cùm ergo morbi omnes qui prorogãtur, id est, vltra terminum suæ constitutionis producuntur, saluè affecto homine, vt alibi ab ipso Hippocrate dicitur, abscessus statim expectandus est: ita si inflammatio suo tempore non soluitur cum resolutione, neq; tamen hominem interimit, suppuratio expectanda. Quare à pleuritide nõ suo tempore perpurgata, expectanda est ea, q̃ antonomaticè à Medicis suppuratio vocatur: per quam scilicet effunditur pus in thoracem. Hæc itaque est aphoristicę sententiæ ratio. Non tamen perpetuò pleuritis est 14. dierum: est enim non rarò 7. atque nonnunquam 20. crebriùs tamen 14. Anaxion profectò cùm pleuritide laboraret, decimoseptimo cœpit pauca & concocta expuere, tamen liberatus est trigesimoquarto sine suppuratione. Sed rariùs adeo producitur pleuritis: quod fortasse illi cõtigit, quia vt signa indicabant, pituitosa tenebatur pleuritide.

Aphorismvs IX.

Φθίσιες γίνονται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

Tabes fit maximè his ætatibus, à decimo octauo vsq; ad trigesimum quintum.

Dictum est ab eodẽ Hipp priùs, iunioribus sanguinis spuitiones & tabes. Quo loco nos indicauimus, eum iuniorũ nomine intelligere adolescẽtes, q secundam illius ætatis partem agunt, & iuuenes. Quod hoc loco fit multò apertiùs, cũ numerum finiens autor ipse dicat, tabes fiunt à 18. ad 35. Cùm enim iuuentus à 25. incipiat, cõstat inter 18. & 25. iuuentutẽ & bonã adolescentiæ partẽ contineri. Atqui meritò hæ ætates patiuntur tabes, eas scilicet q̃ ex pulmonis vlcere fiunt: adolescentes enim præ plethora sæpe patiuntur rupturam vasis in thorace: iuuenes præ bilis copia, biliosas destillationes, & corrosionem. Igitur vtriq; patiuntur crebrò tabes, adolescentes ex ruptura, iuuenes ex corrosione. Neq; tamẽ omnes tabis causę his maximè fiunt, sed quæ dictæ sunt modò. Nam tabes ex suppuratione, illis fient maximè, quibus maximè fiunt suppurationes: iis scilicet, qui trigesimum quintũ annum supergressi iam sunt. Nam Hippoc. in Prognostico ita dicit: Magis autem oportet expectare fluxum sanguinis in iunioribus, q̃ triginta quinque annorum: in senioribus autem suppurationem.

Aphorismvs X.

Ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσιν, ἐς τὸν πλεύμονα τουτέοισι τρέπεται, καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται.

Quicunq; anginam effugiunt, his in pulmonem vertitur, & septem diebus moriuntur. Si verò hos effugiant, suppurati fiunt.

Quod dicitur, anginam effugiunt, ne intelligẽ de iis qui liberantur: sed de iis, quibus, vt alio loco dicitur, euanescũnt abscessus, & retrocedunt, sputo non excreato. Quibus ita accidit, anginam præter rationem euanescere, alium in locum constat raptum esse succum: quo ex loco etsi possit aliò rapi, tamen crebriùs rapitur in pulmonem ob rectitudinem & viciniam, quam cum gutture habet pulmo. Rapto succo in pulmonem fit peripneumonia, quę breuioris constitutionis est, quàm pleuritis: quia etsi à frigidiori succo plerunque fit, in loco tamen valde calidiori, & cordi propiori, & per arterias & venas magnas continuato. Proinde, vt nuper dixerat, pleuriticum qui quatuordecim diebus nõ perpurgatur, in suppurationem verti: ita modò dicit, peripneumonicum, nisi septem diebus intereat, fieri suppuratum. Nimirum peripneumonia duplo acutior est, quàm pleuritis. Sed, quia vt est acutior, ita est periculosior, & magis lethalis: illic dixit, si quatuordecim diebus non purgantur suprà: hîc, si non moriuntur. Insinuans videlicet, pleuriticos plures liberari, quàm perire: peripneumonicos contrà perire plures, & eos quidem qui liberantur, per suppurationem liberari. Etsi possit nonnunquam, perrarò tamen, fieri, vt peripneumonicus breui, ac sine suppuratione liberetur.

Aphorismvs XI.

Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλουμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι, βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τῶν ἀνθράκων ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανατῶδες.

Iis qui à tabe infestantur, si sputum quod extussiũt, grauiter oleat, in carbones iniectum, & capilli à capite defluant, lethale.

Quòd iniectum in carbones oleat grauiter, pessimi fœtoris indicium est: nam mediocrem fœtorem ignis soles extinguere. Pessimus fœtor sputi in tabe, malignam putredinem carnis pulmonis indicat. Quòd si vlcus malignum in externa parte, non aliter quàm ferro & igni curatur, quî possit curari in pulmone, parte adeò humida, & parata ad putrescendum, & adeò interna, vt vix aliquid medicamenti fractis viribus, possit in illam peruenire? Capilli à capite defluunt, aut facta nimia pororum amplitudine præ penuria alimenti, aut putrescentibus radicibus. Vtrunq; horum in phthisi est lethale: alterũ enim summam iam extenuationem, alterum putredinẽ malignam significat, quæ in totum corpus iam serpit.

Aphorismvs XII.

Ὁκόσοισι φθισιῶσιν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, οὗτοι διαῤῥοίης ἐπιγενομένης, ἀποθνήσκουσιν.

Quibus phthisicis capilli à capite defluunt, diarrhœa superueniente, moriuntur.

Dixit nuper, fœtorem sputi & defluuium capillorum fieri, lethale: modò verò dicit, defluuium ca-

pillorum superueniente diarrhœa, non quidem lethale, sed moriuntur. Insinuans videlicet, profluuium ventris in his, non solùm significare, sed facere etiam mortem. Significat, quia ex debilitate nascitur: facit, quia debilitatem eousq; auget, vt eum profluuio moriantur. Atqui reliqua signa, sunt futuræ mortis: profluuium verò ventris post reliqua, imminentis iam iam.

APHORISMVS XIII.

Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπλύουσι, τουτέοισιν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται.

Quicunq; spumosum sanguinem spuunt, his ex pulmone ea ipsa eductio fit.

Spuma plenus est semper pulmo, quia humidus est, & ingrediente ac egrediente aere semper agitatur. Sanguis quoque quo abundat, est spumosus: quin & ipse pulmo velut ex spumoso sanguine concrescente factus. Meritò ergo cùm spuitur sanguis spumosus, ducto argumento ab exeuntibus, coniectamus pulmonem malè affectum esse. Atque cùm sint alia signa, quibus dignoscimus cruentum sputum, an è capite, an è pulmone, an è ventriculo veniat, nullum est hoc præstantius. Neque certè aliud, quod per pleuritidem, aut morbum alium talem, maiorem metum mali serpentis in pulmonem faciat.

APHORISMVS XIV.

Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγινομένη, θανατῶδες.

A tabe habito, diarrhœa superueniens, lethale.

Non tam breui imminentem mortem significat diarrhœa, nisi profluuiũ capitis præcesserit. Proinde paulò antè dixit, moriũtur: modò dicit, lethale.

APHORISMVS XV.

Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ᾽ ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται, παύονται. ἢν δὲ μὴ, εἰς φθίσιν μεθίστανται.

Quicunque ex pleuritide suppurati fiunt, si suprà purgentur in quadraginta diebus, à qua ruptio fit, cessant: sin minùs, in tabem mutãtur.

Dictum priùs est, Pleuritidem nisi quadraginta diebus soluatur, suppurari: modò dicit, Rupta vomica, & effuso pure, nisi quadraginta diebus expurgetur, fieri tabem. Est verò expectandum tempus ruptionis, à tempore incipiẽtis suppurationis. Neque id tempus est in omnibus inflammationibus æquale: nam quibusdam (vt ipsemet in Prognostico docet) rumpuntur vigesimo, quibusdam trigesimo, quibusdam quadragesimo, quibusdam etiam sexagesimo. Quòd citiùs aut tardiùs rumpantur, duplex causa est, acuties maior, & locus. Acuties, vt pleuritis in quibusdam citiùs, in quibusdã tardiùs, resoluitur, suppuratur, rumpitur, & expurgatur: locus, vt plerunque pleuritis tardiùs quàm pulmonia has mutationes recipit. Nam dictum priùs est, pleuritidẽ quatuordecim, pulmoniam septem diebus, ad suppurationem mutationis initium capere. Ita meritò in pleuritide ruptio expectabitur quadraginta, in pulmonia viginti diebus. Nam ipsa eadem temperies pulmonis, quæ facit ad celeriorem resolutionem, faciet ad celerioré suppurationem. Atqui si quadraginta diebus à facta ruptione potest siue tabe pleuritis expurgari, pulmonia solis viginti possit: non quòd effuso iam pure temperies illa faciat ad celeriorem expurgationem, sed quòd prior exulceratio, quæ ex vomica superfuit, faciat ad celeriorem putrescẽtiam pulmonis. Hinc satis constat, centum ferè dies posse pleuriticum transigere sine tabe: si post quatuordecim incipit suppurari, & post quadraginta à die quo cœpit suppurari, rumpitur, & post alios quadraginta, à die quo ruptio fit, expurgatur sine tabe. Initium suppurationis, & dies ruptionis quibus signis agnoscantur, docuit Hippoc. & ego explicui in Prognostico.

APHORISMVS XVI.

Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα τοῖσι πλεονάκις χρεομένοισι, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκρατείαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίας. ταῦτα οἷσι θάνατος.

Calidum hæc mala affert iis, qui nimis eo vtuntur, carnium effœminationem, neruorũ debilitatem, mentis stuporem, fluxiones sanguinis, deliquia animi: hæc, quibus mors.

Calidi nomen hoc loco non de quouis calido dici, neq; quatenus calidum, cõstat: quandoquidem ignis contraria mala facit, non hæc. Sed Hippocrates ipse enarrator est, qui libello de Vsu humidorũ, de aqua calida hæc dici declarauit. Itaq; docet, balnei calidi nimium vsum facere carnium effœminationem, hoc est, debilitatem, laxitaté, & mollitiem, (tales enim sunt mulierum carnes) & neruorũ imbecillitatem, & stuporem mentis. Hæc omnia facit laxando, dissoluendo, & humectando carnes, neruos, & ipsum cerebrũ. Nam scimus adstrictionem omnibus membris præstare robur: quare laxatio omnibus præstat debilitatem. Durities quædam est ad firmitudinem motus, neruis mouẽtibus necessaria: ergo mollities facit impotentiam mouendi. Cerebri intemperies humida fatuitatem facit: igitur balneum calidum, si quis eo nimis vtatur, facit carnes molles, neruos debiles, sensus stupiditatem: atqui his crescentibus, paralysim. Sed præter hæc, facit fluxiones profusas sanguinis: facit enim laxitatem osculorum in venis, ac fortasse fusa fuccia, rupturam quoque, aut in vaso, aut palato, aut thorace, aut renibus, aut alibi. Animi deliquia potest balneum facere, aut per fluxiones nimias sanguinis, aut etiam sine his, dissipatis spiritibus, & laxato corpore. Quod dicitur, qui eo nimis vtuntur, bifariam videtur posse intelligi: aut cùm balneum nimis calidum est, aut cùm in balneo moderato nimiùm morantur, aut illud sæpiùs repetunt. Vtrouis horum modorum, faciet balneũ dictas noxas. Etsi videtur Galen. huic enarrationi repugnare, ac docere, aquam nimis calidam non laxare, neq; humectare, sed vrere. Siquidem 1. de Tuenda valetudine, ita scripsit de calidæ perfusionibus: Quòd si iustò calidiores fiant, calida quidem via, sed non perinde humida: quippe horrere & densari eorum meatus cogunt, ita vt neque madescere ab humore extrà

a xtrà accedente posit. Cæterùm si Galenus intalligit, nó humectare aquam feruentissimam, eá quæ continet, sibi ipsi repugnat, qui aquam vim resfrigerandi posse deponere, homectandi non posse, & elixa humida fieri, t.de Simpl.med.facult. affirmat. Si quid enim infuoditur in ferűentem aquam, elixatur: non ergo vritur, aut siccescit, sed humescit, & laxum fit. Neq; verò est qoòd dicat Galen. calorem anteuertere actionem humoris, ae proinde aquam feruentem, etsi homida sit, ex accidenti tamen siccare vtendo: nam ea pasio quam aqua facit, elixatio est, non assatio, aut frixio, ant vstio. Neque certè aqua potest vrendi vim cuncipere, vt oleom: aliter frigerentur res in aqua, vt in oleo, essetq; pasio similis, siue res in aqua feruente, siue in oleo versarentur: nó est tamen. Igitur aqua etsi feruentissima sit, neque vstionem, neq; adstrictionem facete potest: nisi medicaméntosa aliqua aqua sit, vt lixiuiom, aut aluminosa, aut salsa. Neq; tamen tam æqnaliter laxat & humectat feruentissima aqua, q̃ quæ mitiùs feruet. Non quòd aqoa ipsa in seipsa vim igneam concipiat (id enim olei est) sed qoòd exhalatio aliqua ignea per aquam perineet, partes quasdam vrens. Hinc fit, vt aqua, quæ lento igne calet, meliùs æqualiusq; elixet, q̃ quę vehementi: cæterùm vtraque elixat. Quare omne balneum calidum, oisi moderatè eo vtaris, si iam vtat præ calote, elixabit, sed inæqualiùs. Verùm nullos in tam feruenté aquam descendit, vt iam vtat. Quòd si violenter immitteretur, elixatus moraretur. Non est itaque quod hîc ioterpteteris, calidum, id est tepidom.

Aphorismvs XVII.

Τὸ δὲ ψυχρὸν σπασμὺς, τετάνυς, μελασμὺς, καὶ ῥίγεα πυρετώδεα.

Frigidum conuulsiones, distentiones, denigrationes, & rigores febriles.

Frigidum conoulsiooes facit: non oudum frigus, sed vt explicatű est, frigidæ insusio: hæc enim replet frigidis succis, prohibetque dissipari, contrà ac calida Frigos nudum cnocretiones facit, conunlsiones ex accidenti, prohibens excrementa pituitosa dissolui. Distentiones conuulsiones atiá sunt: referontur aotem per se, dicta priùs caosa. Denigrationes facit frigidum, extinguens partium naturalem calorem. Rigores facit frigus, mordens externas partes, & fugans calidum ad internas. Vocat hos rigores febriles, nó quòd semper fiant post eos rigures febres, sed quòd tales sint, quales solent fieri per initia febrium. Nam nonnunquam post rigorem, q̃ ex frigido balneo fit, succedit febris, cùm scilicet erat apparatus in corpore: nonnunqoam sine febre soluitur rigor. Non enim ego puto vt Galenus, latuisse Hippocratem fieri posse rigorem, cui nulla febris succedat.

Aphorismvs XIIX.

Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ· τὸ δὲ θερμὸν, ὠφέλιμον.

Frigidum inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medulla: calidum autem vtile.

Membris omnibus exanguibus & frigidis, docet frigidum esse inimicum, & calidnm amicum. Videtor tamen contrà habere: nam si de conseruatione sanitatis vis intelligi hanc sententiam, cùm conseruatio similibus agatur, frigidum frigidis amicű esse videtur, nó adnersum. Si de curatione morborum, cùm calidiora calidioribus, & frigidiora frigidioribus remediis indigere in Arte medicinali Galenus doceat, videntur exangnia membra amare medicamenta frigida. Quòd si qua ratione dicas, frigidum inimicum esse his membris, tamé videtur calidnm nulla ratione esse vtile & amicum. Nam si memoria repetas mala quæ à frigido, & quæ à calido fieri dixit aphor. 16. & 17. vix posis iudicare vtra siot grauiora. Videtur itaque sententia hæc aphoristica habere probabiles obiectiones: tamen ita intelligitur. Membra hæc cùm frigida sint, familiares habent frigidos murbos: quare à frigidis causis plerunque lædentur, & à calidis plerunque curabuntur: frigidis enim morbis pleruoque ægrotát, calidis raró. Hinc fit, vt cùm bene valent hæc membra, à frigidis q̃ à calidis causis citiùs ægrotare incipiát: atq; cùm iam ægrotant, si quis in frigidorum vsu eum modum, quem natura partis & morbus exigit, excedat, citiùs transferátur ad contrarium lapsum, q̃ si in vsu calidorum perinde peccet. Tot ergo modis, frigidis membria frigida inimica sunt, & calida amica. Etsi profectò si ad æqualem frigoris gradum præter naturam, horum aliqood, & pars sangoinea peruenisset, minùs calido ad eam medicamento, vtpote naturâ frigidiorem vteremur. His accedit, φ quia horum pleraq; prædita sunt acri senso, nó possunt ferre primum occursom actu frigidorum, vtpote mordacem: quare etsi affectns exigat medicamenta frigida, actn tamen oe frigida admoueantur. Videbitur fortasse cùm dixerit ossa, frustrà dentes repetisse: ossa enim sunt dentes. Tamen non fecit frustrà: dentes enim peculiates uoxas accipiont à frigido, stuporem scilicet, & dolorem. Qoia soli dentes inter omnia ossa sentinot, ob neruulos, quos cum venulis & arteriola per radices accipiuot, iostar vnguium. Nerui nomen hîc, de omni neruo & ligamento, & exangui membrana dicitur, etsi multò plùs, iosigniterque lædatur neruus sensua.

Aphorismvs XIX.

Ὁκόσα κατέψυκται, ἐκθερμαίνειν δεῖ, πλὴν ὁκόσα αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει.

Quæ refrigerata sunt, calfacere oportet: præter ea ex quibus sangis fluit, aut est fluxurus.

Cùm qnispiam simplici pasione molestatur, ai sunt offerenda contraria: tamen si duplici, ac diuersa, ei quæ magis vrget sobuaniendnm primò est, quamuis interim ab alia parte aliquam læsioné fieri patiamnr. Velut si cuipiam ex refrigerata parte fluit sanguis multos, sanguinis fluxio magis vrgere solet. Quare etsi refrigeratis solùm partibus calida admouenda sunt, tamé si fluxio sanguinis accedit, quia vt aphor. 23. dicetur, frigidis sistitnr, frigidis vtendum erit, vsque dom sistatur, etsi interim particulę intemperies crescat. Neq; solùm cùm fluit iam, sed cùm fluxus instat: nam quę curationis facimns, præcautionis etiam gratia facere licet.

Aphorismvs XX.

Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα πε-

ἐλκοσκληρῶδες, ἀδώδυνον ἀνεκπύητον ποιέει, μελαίνει, ῥίγεα πυρετώδεα ποιέει, σπασμοὺς καὶ τετάνους.

Vlceribus frigidum mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, denigrat, rigores febriles facit, conuulsiones, & distentiones.

Occursus refrigerantis aeris, aut aquæ, aut medicamenti, mordax est: quia frigidum constriogendo per partes, mordicùs diuellit. Atq; vt frigus maximo in sanas etiam partes mordet, ita quod moderatius, mordet exulceratas: hæ enim mordentur facilius ob acriorē sensum, & nudatos neruulos. Acrimoniam atq; mordacitatem medicamentorum, argui citissimè in exulceratis particulis, docuit ipsemet Hippoc. lib. de Alimento, his verbis: Dulce nō dulce: dulce ad potentiam, velut aqua: dulce ad gustum, velut mel. Signa vtrorumque, vlcera, oculi, & gustus. Itaq; vlceribus non sunt imponenda medicamenta valde frigida actu, quia mordēt. Frigidum etiam cutem duram facit, & dolorem facit insuppurabilem: id est, affectum qui dolorem facit, siue sit inflammatio, siue vlcus (non enim dolor ipse suppurabilis, aut insuppurabilis est) facit crudiorem, duriorem, & scirrhutum, atq; ineptum suppurari. Nam cùm suppuratio & resolutio calore agantur, meritò frigus facit contrarium. Hinc fit, vt omnio vsu repercutientium medicamentorum, nisi quis tempestiuè se transferat ad resoluentia aut suppurantia, ex inflammatione scirrhus fiat, & ex erysipelate maculæ indelebiles in cute fiant. Nam denigrat etiam refrigeratio partes, extinčto earum calo re, aut concrescente sanguine. Rigores etiam facit vsus frigidi febriles: id est, similes eis qui solent ante febres fieri, vt nuper erat dictum: maximè autem fiūt, cùm in vlcera infunditur. Conuulsiones quoque ac distentiones facere, priùs est dictum.

APHORISMVS XXI.

Ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται.

Est cùm in distentione sine vlcere, in iuuene bene carnoso, in æstate media, frigida infusio reuocationem caloris facit: calor autem hæc sanat.

Nihil magis aduersum per se est conuulsioni ex repletione (nam de hac disserit) q̃ frigidæ infusio: est enim ea passio frigida. Tamē est nonnunquam, cùm eam sanat ex accidenti: non aliter q̃ frigus hyemis facit, cōcoctiones in ventre copiosiores vt sint, etsi frigus concoctionem impedit per se. Cæterùm causa, quæ per accidens aliquid facit, semper refertur ad alias causas per se: vt frigus aeris, effluuium calidi vaporis cohibens, calidum copiosius esse interiùs facit. Ita infusio frigidæ, facit vt calidum refugiens interna petat quod deinceps passiones frigidas, quæ interiùs sunt, sanat, idq; per se. Vnde manifestum fit, nō satis firmam esse semper rationē illam agnoscendi speciem morbi & causam, à iuuantibus & nocentibus. nisi quia sciat distinguere actiones per accidens, ab actionibus per se: nam fit nonnunquā, vt morbus frigidus ab auxilio frigido, & calidus à calido tollatur, aut subleuetur. Quo pacto distinguantur, docet Galen. lib. de Simpl. med. facult. Sed nos explicemus aphorismum. Non potest infusio frigidæ conuulsionem sanare, quæ cum vlcere fit: nam cùm vlcera mordeat, faciet rigores, & augebit motus conuulsiuos. Neque verò in sene aut puero: nam senex frigidior, puer humidior & mollior est, q̃ vt possit aquę infusionē sine noxa sustinere. Neq; in gracilibus admodum, neq; in obesis: nam gracilium neruis occurrit citò ipsa aqua, obesorum corpora sunt frigida. Igitur si quando infusio frigidæ conuulsionē soluet, id certè erit in distentione sine vlcere, in iuuene bene carnoso, id est, mediocris moles: neq; in hoc quidem, quouis in tempore tentandum est, sed in calidissimo, vt ęstate media. Nā cùm tunc temporis multo calore æstuet corpus, potest impetum frigidi sustinere: aliis temporibus nō potest sine periculo suffocationis, aut extinctionis.

APHORISMVS XXII.

Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην, δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον, ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν. τὴν δὲ ἐν κεφαλῇ καρηβαρίην λύει. πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι, μάλιστα δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι. τουτέων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι, καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύχεος θνήσκει, ἢ ἑλκοῦται. καὶ ἕρπησιν ἐσθιομένοισιν, ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστει, τουτέοισι τὸ θερμὸν φίλιον, καὶ κρῖνον. τὸ δὲ ψυχρὸν, πολέμιον, καὶ κτεῖνον.

Calidum suppurationem faciens, nō in omni vlcere, maximum signum est ad securitatem, cutem emollit, extenuat, dolorem mitigat: rigores, conuulsiones, distentiones sedat: eorum autē quæ in capite, grauitatem soluit. Plurimùm autē confert ossium fracturis, maximè iis, quæ nudata sunt: horum verò maximè habentibus vlcera in capite: & quæcūq; à frigore moriuntur, aut exulcerantur: & herpetibus exedentibus, sedi, pudendo, vtero, vesica. His calidum amicum, & iudicans: frigidum verò inimicum, & interimens.

Calida aqua suppurandi vim habet, quæ scilicet modicè est calida: habet enim cum calore modico coniunctam humiditatem: atqui post infusionē aquæ moueri bonum, magnū in vlceribus est signū securitatis. Nam vbi ea quæ suppurari oportet, suppurantur celeriter ac benè, nihil malè succedere potest. Non tamen id in omni vlcera tentari debet, aut probari: sed in illis solùm quæ oportet suppurare, cuiusmodi quæ contusa, aut diuulsa, dissecta ve sunt, ac veluti comminuta. Nam vt in his est curandum, vt quàm citissimè suppurent: ita in vlceribus simplicibus, & quæ sine contusione, aut tumore apto suppurati sunt, abstinendum est à suppurantibus, vtendumque extergentibus, & siccantibus. Atqui suppurationem cùm celerrimè vis facere, & sordidem minùs times, oleo: cùm aut non tam celeriter, aut sorditie simul times, aqua tepida, aut mulsa facies. Aqua calida cutem etiam sanam emollit, & extenuat: cùm laxet, humectet, & dissoluat, si quid durum aut concretō est. His ipsis de causis, & quia calidum est nostræ naturæ suauius, est aquæ infusio anodyna, & dolorem mitigans. Rigores & conuulsiones sedat, præmissa cura totios corporis. Soluit capitis grauitates, in caput infusa: nisi

nisi in corpore sit moltitudo excremensorum, quæ tracta poßint replere, aut aliter malè capnt afficere: sed & præter suppurationem, ad abluendũ sordes & grumos sanguinis, & si quid tale in vlceribus hæsit, confert. Vlcera quæ in carnosis partib⁹ sunt, vino: tamen quæ in capite, aut articulis, aut fracturis ossium detectorũ sunt, aqua tepida sunt abluenda. Nam in his vinum rigores facit, & cõuulsiones: aqua contrà ab omni dolore & mordicatione liberat. In hanc sententiam Hippocr. lib. de Vlcerib. ita scripsit: Vlcera vniuersa nisi vino humectanda nõ sunt, si non in articulo fuerit vlcus. Ita hìc dicis: Aqua calida plurimum confert ossium fracturis, maximè iis quæ nudata sunt: horum verò maximè habentibus vlcera in capite. Itaque ex ambobus locis colliges, in articulis & capite & omni osse nudato, abstinendũ à vino esse, atq; abluendũ aqoa (nisi tamen vulneratus neruus sit, in his enim aquę calidę infusionem meritò timet Galen.) deinde si res ipsa cogat, suppurationẽ moliri: sin minùs, siccare mulsum & sine mordacitate. Partibus etiam quæ à frigore denigratæ aut exulceratę sunt, conducit aqua calida: quare ad perniones aut fissuras à frigore factas, nulla commodior curatio est. Herpetibus etiã exedentibus confert fotus aquæ, quia ex bile syncera habent ortum, ac proinde dulcedinẽ afferente lauacro indigent. Sedi prætereà, vtero, & pudendo, ac vesicæ frigidum est inimicum, calidum amicũ: nam & omnibus membris exanguibus. Quare indicatione sumpta à parte, etsi his membris frigidũ quodpiam medicamentum admoueri debeat, actu verò frigidum ne admoueatur.

APHORISMVS XXIII.

Ἐν τουτέοισι δὲ δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν αἱμορραγίη, ἢ μέλλει, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ, ὁκόθεν ἐπιρρεῖ. καὶ ὁκόσαι φλεγμοναὶ, ἢ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν, καὶ ὕφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι ἐπὶ ταῦτα· ἐπεὶ τάγε παλαιὰ μελαίνει· καὶ ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἑλκούμενον, ἐπεὶ τάγε ἑλκούμενα βλάπτει.

In iis frigido vti oportet, vnde sanguis fluit, aut fluxurus sit: non tamen super ipsa, sed circa ipsa vnde fluit: & omnes inflammationes, aut ardores, ad rubrum aut subcruentum tendentes ex recenti sanguine, super has: nam super antiquas, nigrities facit: & erysipelas non vlceratum, nam super vlceratum, ledit.

Frigidæ inspersio, fluxum sanguinis restinguit: quia repercutit, & tardioris motus facit sanguinẽ. Non tamen debet inspergi in partem ipsam vnde fluit, maximè si exulcerata sit, sed circa illam: vt si ex naribus fluit, in fronte & sub mento: si ex vtero, non quidẽ super ipsũ vtero (nam si id fiat, periculum præfocationis vteri imminet) sed prope inguina, & in cruribus. Confert etiam aqua frigida alia ratione; faciens scilicet rigorẽ aut horrorẽ quendam. Quare refugit innatum calidum, quod est spiritus & sanguis, ad viscera: atq; ita sistitur fluxus sanguinis vndecunq; fluat. Quo fit, vt immißis crurib⁹ & brachiis repente in frigidã, fluxus è naribus sistatur: atq; proinde repẽte atq; ignaro eo qui laborat, inspersa aqua, ad sisteodũ sanguioẽ multùm facit.

Atq; frigida super inflãmationes, & ardores rubros, hoc est, erysipelata, infusa iuuat, dum adhuc ex recenti sanguine sunt: hoc est, inter initia, id enim est tẽpus vtendi repercutientib⁹. Nam super antiquas inflãmationes aut erysipelata, hæc medicamẽta lędunt. Nam qui nimius est in vsu repercutientium, neq; tẽpestiuè ab illis desistit, inflãmationes reddit insuppurabiles, & ex erysipelate nigrities, & indelebiles maculas facit. Atqui qđ de erysipelate refrigerãdo aquâ dicimus, de nõ vlcerato intelligatur: nã vlceratũ frigida læditor, qua parte exulceratũ est.

APHORISMVS XXIV.

Τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν, καὶ κρύσταλλος, τῷ στήθει πολέμια, βηχέων κινητικὰ, αἱμορραγικὰ, καὶ καταρροϊκά.

Frigida velut nix & glacies, pectori inimica; tusses mouentia, sanguinem fluere facientia, & destillationes afferentia.

Vsus potionis nimis frigidæ, aut balnei, aut medicamentorũ, cùm multa alia mala afferat (nã ventriculo, vtero, vesicæ, & partib. aliis exanguibus nocet) pectori tamen insigniter aduersus est. Tusses facit inanes, intemperie frigida lęsa via spiritus. Nonnunquã etiã facit hæmoptoicã paßionẽ, hoc est cruentum sputum: nam vt alio aphorismo dicetur, frigidum frangit venas. Destillationes etiam è capite commouet, crudis succis pleno cerebro, & crebra tußi destillationem conuocante. Hinc palàm fit, q̃ stultè faciant, qui niue aut glacie curant semper refrigerandum potũ, aut nitro, aut aliter: qui, nisi consuetudo inueterata ipsis auxilio esset, non possent has & noxas alias innumeras effugere.

APHORISMVS XXV.

Τὰ δὲ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος, καὶ ποδαγρικὰ, καὶ σπάσματα, τουτέων τὰ πλεῖστα ψυχρὸν πολὺ καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει, καὶ ὀδύνην λύει· νάρκη δὲ μετρίη ὀδύνης λυτική.

Tumores articulorum, & dolores sine vlcere, & podagricos dolores, & cõuulsiones, horum plurima frigida multa suffusa leuat & minuit, & dolorem soluit: stupor autem mediocris dolorem soluit.

Quòd quidẽ nõ loquator de curatione legitima, sed de eo quod aliquando ob vrgentiã fit, vt nuper aphor. at. loquut⁹ est, palàm faciũt illa vltima aphorismi verba: Stupor aũt mediocris dolorẽ soluit. Videlicet non vtitur aqua hìc per se ad refrigerãdum (omnes enim enumeratę paßiones sunt plerũq; frigidæ, etsi nonnunquã calidæ esse poßint) sed vt refrigeratione stuporem afferat, atq; stupore indolentiam. Id quod nunquã tentandũ esse, nisi cùm facultas nõ videtur posse doloris vehemẽtiã ferre, vsquedum ea curatione legitima soluitur, ne tunc quidẽ vehementißimè sed moderatè stupefaciendũ esse, apertè declarauit dicens: Stupor mediocris dolorẽ soluit. Quorsum enim dicit, mediocris? nónne maximus stupor maiorẽ indolentiã facit? Facit certè, sed vt significet, nunquam nisi moderato esse vtendum. Proinde ego philonio vti censeo, qđ cum mediocri stupore scio esse frigoris moderati. Nam si fri

gida passio est quę dolorem affert, proculdubio refrigeratione læditur: ea verò læsio nõ nisi cùm deuitari nõ potest, ferenda est. Maximus stupor nihil aliud facit, q̃ pro acerba plenaq; doloris, affert blandam ac sine dolore mortẽ. Igitur si passiones hæ à dolore nascentur, atq; cum maximo dolore, citiùs, audaciusq́; accedemus ad stupefaciẽtia: si verò à frigore vt plerunq; solent, tunc quoq; aliquando accedemus, quum dolor ipse & cruciatus videbitur per sese vires dissoluere. Perinde facies in colico, aut cœliaco dolore, aut renum, aut deniq; alio quocunq; acerbissimo. Tumores ergo dixit articulorũ, & dolores, & podagricos dolores: quia dolores arthritici nonnunquam cum tumore, nonnunquam sine tumore fiunt. Cur dicat sine vlcere, scis, nisi oblitus es morderi vlcera à frigido.

Aphorismvs XXVI.

Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, κουφότατον.

Aqua quæ citò calescit, & citò frigescit, leuissima est.

Aqua quę citò calescit, & calfacta citò frigescit, leuissima etiam est, & minimum habet põderis. Atqui hæc tenuissima est: nam quia est tenuium partium, citò commutatur: atq; tenuium partiũ est, quia minimum habet terreæ naturę admistum: quare fit vt etiã sit leuissima, quæ tenuissima. Hæc minùs moratur in hypochõdriis, minùs grauat, celeriùs enim distribuitur, abitq́; per sudorem, aut vrinam. Neq; verò si tenuissima, statim optima, nisi accedãt alia, vt scilicet omnis odoris & saporis sit expers. Qua causa puto aquam pluuialem non ad omnia esse optimam, sed ad quædam: nam etsi tenuissima plerunq; est, nam ex vaporibus recèns concreta, tamẽ admistione exhalationum quarundam, & quia ex marina maxima ex parte ortum trahit, habet nonnihil admistum vis salsæ, & extergentis. Ad quædã ergo erit optima, non tamen ad quotidianũ vsum, cùm sit medicamentosa.

Aphorismvs XXVII.

Ὁκόσοισι δὲ πιεῖν ὀρέξιες νύκτωρ, τούτοισι πάνυ διψῶσιν, ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

Quos noctu bibere appetunt, iis admodùm sitientibus, si superdormierint, bonum.

Somnus humectando viscera, sitim tollit. Si tamen ea omnino sit maxima, neq; dormire sinit, neque aliter quàm potu frigidæ sedari potest. Quare quod dicit admodùm sitientibus, intellige ac si dixisset, non omnino leuiter sitientibus.

Aphorismvs XXIIX.

Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη. πολλαχῇ δὲ καὶ ἐς ἄλλα χρησίμη ἂν ἦν, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίεε.

Suffitus aromatum, muliebria ducit: ad multa aut vtilis esset, nisi grauitatem capitis faceret.

Suffitus aromatum muliebrem fluxum commouet, cùm ob obstructionem osculorum, aut succorum crassitiem cohibitus est. Sed cõsideratione dignum est, Cur si suffitus mouet menstrua, cũ quippiam odoriferum supponitur, tamẽ naribus occurrens suauis odor, eas quæ præfocatione vteri laborant, suffocat magis? atq; cur si grat⁹ odor suffocat, ingratus suffocationẽ tollit? An vterus sensu quodam odorũ præditus est, quo potest iocundos prosequi, & iniocũdos auersari, vt videtur Platonis sententiæ consentaneum? An odor suppositus desubter, liquando, soluit vteri retractionem: desuper verò liquans ad inferna maiorem fluxionem commouet? An præ voluptate, tollit cerebro & neruis contentionem: vt contrà odor ingratus irritat cerebrũ, quod concutiens neruos, excutit à ventre semẽ aut sanguinem, aut quicquid hæret, atq; causam præfocationis dissoluit? Certè quęcũq; causa sit, suppressis mẽstruis supponi debet aromata effumãtia, non vtcũq; admoueri. Neq; ad hoc solùm, sed ad multa alia suffitu vteremur (quicq̃d enim oporteret aperire, secare, & siccare) nisi grauitas capitis q̃ statim facit, q̃a multa fumorũ copia intra cerebrũ inspiratione tracta, illud replet, nos ab illi⁹ vsu deterreret.

Aphorismvs XXIX.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν· ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι.

Vtero gerentes expurgare, si turget quarto mense & vsq; ad septimum: minùs verò has. Iuniora verò & seniora, cauere oportet.

Nescio an casu, an consilio hic aphor. repetatur, cùm sit scriptus primus in quarta particula: sed vtcunq; id habeat, non censeo iterum enarrandum.

Aphorismvs XXX.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον.

Mulieri grauidæ, à morbo aliquo acuto corripi, lethale.

Proximo aphorismo dictum est, non posse gerenti vtero sine magno periculo expurgationem fieri: dicetur sequenti, neq; missionẽ sanguinis. Ex quib. apertè fit, non posse eam acuto morbo sine mortis magno periculo laborare: nullus enim acutus morbus aliter, quàm his auxiliis curari potest.

Aphorismvs XXXI.

Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον, εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

Mulier grauida, sanguine misso ex vena, abortit: & magis, si fœtus sit maior.

Abortit mulier misso sanguine, quia fœtus priuatur alimẽto: cõstat verò tãtò magis priuatũ iri, quãtò erit maior, nã eò indigebit pluri. Itaq; nullo tempore nõ debem⁹ vereri mittere sanguinẽ gerentib⁹ vtero: sed tãtò magis, quãtò erit maior fœtus. Verũ hinc cõstat, Hippocr. non hoc ita dicere, quasi omnino nunquam sit prægnãti mittendus sanguis, sed quasi à missione sanguinis, causa prægnationis cauendũ sit. Nam si omnino nunquã esset mittendus sanguis, nunquã esset plùs aut minùs cauendũ, sed semper omnino. At verò si magis facit abortũ, cùm fœtus est maior, magis est abstinendum à missione sanguinis, cùm fœtus est maior: ergo minùs, cũ fœtus est minor. Nõ ergo semper omnino. Sed vt hũc aphor. apertiùs intelligas, lege cap. 7. lib. 7. Cont.

Aphorismvs XXXII.

Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις.

Mulieri sanguinem euomenti, menstruis erumpentibus solutio.

Plerunq; fit mulierib. sanguinis vomitus, ob suppressas menstroas eoacuationes: qoare meritó profloentibos menstruis soluitur. Sed & qoacunq; ex causa fit vomitos concitatus, est admodú expediés reoulsio, & qua optima rectitudo seruatur, atq; per regionem maximè conuenientem.

Aphorismvs XXXIII.

Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.

Mulieri, deficientibus menstruis, sanguinem à naribus fluere, bonum.

Mulieri cùm soppressa sunt menstrua, vodecunque fluere copiosè saoguinem, bonũ est: nam præseruat ab ĳs malis, quæ ex suppresſione impendebaot. Tamen ago mallem, ex hæmorrboidibus fluere aut ventre: nam hæ euacuatiooes, declinanre aut deriuato ad latera sanguine fiunt, illa retracto iam in partem contrariam. Nihilomioùs sanguinẽ à naribus fluere, ob periculum præsens bonum est, quo elapso licebit Medico vti idoneis auxiliis, vt sequenti mense meliùs profluaot. Meminitq́;, vt arbitror, Hippoc. fluxos sanguinis è naribus hac in parte, nõ vt optimi, sed vt maximè consueti florentibus ætate: nam de his est sermo. In iis enim quibos senect⁹ iam vicioa menstrua abstulit, neq; est qoód moliaris, neq; qoòd expectes aliam euacuationem.

Aphorismvs XXXIV.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

Mulieri grauida, si aluus nimiùm profluat, periculum abortus est.

Vtcunq; mulier grauida euacuetur nimiùm, siue hàc, siue illac, siue arte, siue sponte, prioatur alimeoto fœtus, estq́; periculum abortos.

Aphorismva XXXV.

Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκούσῃ, πταρμὸς ἐπιγενόμενος, ἀγαθόν.

Mulieri quæ hystericis tenetur, aut difficulter parit, superueniens sternutamẽtum, bonum.

Antooomaticè dicuntur hystericæ, quæ laborát vteri præsocatione: quæ mulieres, oon aliter ac difficulter parientes, siue mortuum iam sœtú, aut imbecillem non posſint emittere, siue secuodioas, iuuaotur magnopere sternuramentis: quæ si veniaot sponte, bona signa & caosæ suor: si arte, bonæ causæ. Coocutitur eoim vterus cum cerebro, & cócussiooa excutit fœtum, ac secundinas, aut semen, aut saoguioem cohibitum, aut discutit flatum. Eodem modo & oausea ventricoli, ad præsocationẽ, & partum difficilem iooant, & sternutatio tollit singultum. Nimirùm cerebrum, vẽtriculus, & vterus, colligantiam magnam habent, coocutiunturq́; simul: quæ colligãtia est maximè in sexto pari nerugrum cerebri. Cerebri cum ventriculo, omnibua nota est: colligátiam cerebri cum vasia semioariis, atq; adeò vtero, Andreas Vesalius nuper indicauit.

Aphorismvs XXXVI.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἄχροα, καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γινόμενα, καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

Mulieri menses decolores, neq; eodem tempore semp venièẽtes, purgatione indigere significat.

Robrum oportet esse, vt alium etiam saoguinẽ, ita & eum qui singulis meosibus fluit mulieribus. In quo duplex iodicium est, quo agnoscimus purgatione esse opos: primũ, si decolores menses sunt, nam talia in corpore excremeota redundare intelligimus qualis color illorum est: alterum, si non eodem tempore fluunt, nam hoc variam irritationẽ, quæ à variis excrementis fit, indicat. Neq; tamẽ vteoo q; erret à cõsuero tempore ea eoacuatio, expugaodom est, sed cùm ob excrementorũ reduodantiam, ac prauos succos accidit: id quod agnosces, si simul vt non eodem tempore, ita decolures fiunt. Itaq; coniuoctim legi hæc signa censeo. Nam si ob obstructiones à tempore deerreot, mitteodom erit sanguinem & aperiendum, expurgandum autem minimè.

Aphorismvs XXXVII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἐξαίφνης οἱ μασθοὶ ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.

Mulieri grauidæ, si repente mammæ graciles fiunt, abortit.

Vterum & mammas communi sangulne vti ad nutritionem, iodicat anatome. Ergo gracilescentes sine causa mammæ, significant sœtũ prioari alimento. Quare faciet abortũ mulier, eâdem ratione, qua misso sanguine.

Aphorismvs XXXVIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μασθὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει· καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν· ἢν δὲ ὁ ἀριστερός, τὸ θῆλυ.

Mulieri grauidæ geminos habenti, si altera mamma gracilis fit, alterũ abortit: atq; si quidẽ dextra extenuatur, marem: si sinistra, fœminã.

Partes eiusdem lateris, omnes habent inuicẽ magnam rectitudinem, vt alio loco docuimus: ergo & dextra mamma cum dextra vteri parte, sinistra cũ sinistra. Generaotur verò, vt alio aphorismo dicetor, mares plerunque io dextra, fœminæ in sinistra parte. Igitur si mulier geminos ferr marem & fœminam, & mãma dextra extenuaror, mari: si sioistra, fœminæ alimentũ deesse significatur. Sed qua causa quædam horum fiant, sequentibus commẽtariis explicabitur.

Aphorismvs XXXIX.

Ἢν γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

Si mulier neq; prægnans neq; enixa lac habet, huic menstrua defecerunt.

Lac fit in mammis ex sanguine: nam reuerà est

nutrimentum proprium mammarum: ergo quum alimentum in mammis redundat, lac colligitur vt emulgeri posit. Proinde in lactantibus, quia suctu puer trahit multum sanguinis, & in prægnantibus iam aliquot menses, quia ex suppressionibus menstruorum collectus est multus sanguis, lac fit. Si ergo ob redundantiã sanguinis in mammis prægnantes lac habẽt, & cùm sine grauitate vteri sanguis ad mammas regurgitauerit, vt cùm aliis occasionibus menstrua supprimũtur, lac fiet: neq; his solùm, sed & viris nonnunquam crassioribus & plenioribus solet fieri.

APHORISMVS XL.

Γυναιξὶν ὁκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, μανίην σημαίνει.

Mulieribus quibus in mammis sanguis colligitur, furorem indicat.

Si mammę intumescunt mulieri, & pro lacte sanguis emulgetur, furor timeri debet: nisi fortè (nam hoc addi vellem) intemperies quæpiam vim naturalem ipsarum mammarum debilitauerit. Nam si vis commutandi in mammis debilis non est, tamen ex multo sanguine lac non fit, constat ineptum esse sanguinem ad commutãdum, & vt lac fiat. Maximè verò incommutabilis est, qui atrabiliarius est: hic enim habet crassam, terream, & nigram substãtiam, substantiæ lactis longè cõtrariam. Nam pituitosus non adeò ineptus est: biliosus tenue & biliosum lac facit, non tamen incommutatum sanguinem. Ex raptu bilis atræ versùs caput, meritò timetur furor.

APHORISMVS XLI.

Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν μέλλῃ καθεύδειν, ἄδειπνος ἐοῦσα, μελίκρητον διδου πιεῖν. καὶ ἢν μὲν στρόφος αὐτὴν ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει. ἢν δὲ μή, οὐ κύει.

Si velis scire an conceperit mulier, cùm dormitura est, non incœnis mulsam bibendam da. At si tormina illam corripuerint circa ventrẽ, concepit: si autem non, non concepit.

Mulsam crudam intelligi, meritò monet Galen. nam cocta non est flatuosa. Et causa qua tormina his mulieribus fiunt, sunt flatus, qui fiunt ex mulsa, cruda maximè: cùm ex cœna plenus venter est, neque dissipatur, quia ab omni motu abstinet mulier cùm in lecto iacet, neq; erumpit paulatim ob compressionem recti intestini, quam facit vteri tumor. Nam etsi recens fœtus est, tamen vterus secundùm os compressus, aliis partibus, vicina membra comprimit. Verùm ego nõ censeo tam firmum esse hoc indicium, si quis affirmando argumentetur, quàm si negando. Non enim (arbitror) si mulier post cœnam cùm cubitum tendit, cruda mulsa ingesta, tormina sentit, statim gerit vtero (nam multis etiam viris satis fit mulsa cruda ita pota ad tormina, maximè si alioqui solent lumborum aut intestinorũ dolore laborare, aut aliter imbecilles sunt) sed si mulier quę crudam mulsam hoc modo bibit, nulla sentit tormina, non concepit. Quæ enim mulier posset pleno vtero, ex hoc potu, flatus non sentire?

APHORISMVS XLII.

Γυνὴ ἔγκυος, ἢν μὲν ἄρρεν κύῃ, εὔχροός ἐστιν. ἢν δὲ θῆλυ, δύσχροος.

Mulier quæ concepit, si marem concepit, bono colore est: si autem fœminam, malo.

Verisimile est eam quæ marem concepit, minùs excrementosam & calidiorem membris genitalibus esse, aliòqui fœminam concepisset. Ergo minùs maculata erit, & viuido colore, cùm facie, tum oculis.

APHORISMVS XLIII.

Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

Si mulieri grauidæ in vtero erysipelas fiat, lethale.

Si monstratum priùs est, omnem morbum acutum esse in grauidis lethalem, profectò multò magis lethalis sit morbus vteri acutus, cuiusmodi est erysipelas.

APHORISMVS XLIV.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα, πρὶν ἢ παχυνθῆναι.

Quæcunq; præter naturam tenues cùm sint, in vtero habent, abortiunt secundo mense, priùs quàm crassescant.

Quæ nimis tenues concipiunt, vix possunt retinere duos menses fœtum, neq; retinentes possunt crassescere: quare priùs abortiunt. Nimirum minus alimenti habent, quàm vt posit illis & fœtui sufficere. Illarum ergo membra id sanguinis quod est, quoad possunt, retinentia, faciunt ne fœtus gignatur commodè: & fœtus trahens, ne mulieris membra crassescant.

APHORISMVS XLV.

Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσιν αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσι, καὶ οὐ δύνανται κρατεῖν ὑπὸ τοῦ βάρεος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀπορρήγνυνται.

Quæcunq; mediocriter corpore habentes, secundo aut tertio mense abortiunt sine manifesta causa, his accetabula plena mucoris sunt, neque possunt præ pondere fœtum continere, sed rumpuntur.

Quæ vltimis mensibus abortiunt, à siccitate acetabulorum solent periclitari, tam lõgè abest vt præ illorum mollitie abortiant: mediis mensibus acetabula sunt firmissima. Ergo eæ solùm quæ primis mensibus abortiunt, possunt id ob eam mollitiẽ pati. Quam causam esse censeo, nisi tamen gracilis nimis aut obesa sit mulier: nam vterq; habitus posset id facere (de gracili modò dixerat, de obeso dicet statim) aut causa aliqua manifesta fecerit, vt casus, saltus, aut pharmacum, aut vehemẽs animi motus.

APHORISMVS XLVI.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσι

βαίνουσιν ἐν γαστρί, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι, οὐ κύουσιν.

Quæcunq; præter naturam crassæ, non concipiunt in vtero, his omẽtum os vteri comprimit: & priùs quàm extenuentur, non concipiunt.

Libello de Sterilibus, multas causas sterilitatis refert Hippoc. inter quas hanc quoq;, quòd scilicet nimis omenti crassities comprimit os vteri. Oportet vt extenuentur, quò concipiant.

Aphorismvs XLVII.

Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπυήσῃ, ἀνάγκη ἔμμοτον γίνεσθαι.

Si vterus qua parte coxa adiacet, suppuratur, necesse est linamentum fieri.

Vterus noononquam supporationem patitur, quæ extrorsum rumpitur ad coxam, illi enim adiacet atq; est ligatus. Vlcus ergo quod ex suppuratione eo loci superierit, medicamento quod excerpto lino excipiatur, curari debet. Hoc etenim ad vlcera caua est idoneum, vt cauum filis repleatur: maximè in loco decliui, vt ita minùs decidat medicamẽtũ. Docet hoc ipsum Hippocr. lib. de Medicatr. & Chirurgi omnes vsu exploratum habeot.

Aphorismvs XLIIX.

Ἔμβρυα, τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον.

Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in sinistris magis.

Latus dextrum sinistro calidius est, in locis supra septum transuersum: quia arteria quæ in dextrum latus ex aorta secatur, duplo latior est, quàm quæ in sinistrum. In locis infra septum, quia hepar est in hypochõdrio dextro, & ren dexter calidior sinistro, quia altior & hepati vicinior. Testiculus quoq; dexter est calidior, quia minùs serosum sanguinem trahit vas seminarium dextrum, quod ex vena ipsa caua nascitur, quàm sinistrum quod ex vretere. Ergo & dextra vteri pars, sinistrâ calidior est: meritò ergo in ea mares coocipiuntur.

Aphorismvs XLIX.

Ὑστέρων ἐκπλώσιας, πταρμικὸν ἐπιθεὶς, ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας, καὶ τὸ στόμα.

Vt secundæ procidant, sternutatoriũ naribus apponens, nares & os apprehendere.

Explicatum priùs est, qua causa, concusso cerebro vterus excutiat quod continet.

Aphorismvs L.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε.

Si mulieri menstrua sistere volueris, cucurbitulam maximam sub mammis defige.

Nulla ex parte fieri potest reuulsio secundũ maiorem rectitudinem, quàm ex msmmis, ne in vterũ iofluat. Qoare ego non vnam eamq; maximam solùm cucurbitulam affigi facio, sed duas etiam sub duabus mammis. Sed si quid impedit sub mammis affigi, hypochondriis sffigo, nam hæc habẽt parem cum infernis & supernis rectitudinem.

Aphorismvs LI.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν.

Quæ in vtero habent, his os vteri constrictum est.

Facultas retinendi constringit os vteri, post conceptum. Atqui hęc est apertissiina nota conceptus: cuius cognoscendæ oportet obstetricem esse peritissimam.

Aphorismvs LII.

Γυναικὶ ἢν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει. ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μαζοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

Si mulieri in vtero habenti lac multum ex mammis fluat, debilem esse fœtum significat: si verò solida mammæ fuerint, magis sanum esse significat.

Si plus lactis effluit è mammis, quàm pro affectu & natura mulieris, constat debilem esse fœtum, ac languidè trahere. Nam aliter non adeò redundaret in mammis alimentum.

Aphorismvs LIII.

Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένωνται, ὀδύνη ἔσται, ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἢ ἐν τοῖσι γούνασιν, ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, καὶ οὐ διαφθείρουσιν.

Quæcunq; corruptura sunt fœtus, his mammæ tenues fiunt: si verò rursum duræ fiant, dolor erit vel in mammis vel in coxis, vel in genubus, vel in oculis, & non corrumpent.

Oppoountur vt contrariis duræ mammæ tenuibus: quia quæ teoues fuot, statim sunt laxæ & molles. Dictio illa rursum, duobus modis videtur posse accipi: vel vt significet rursum fieri duras eidẽ mulieri, cui priùs sint factæ tenues: vel vt significet, vt ei quæ abortum factura est, fiunt tenues, ita contrà doras fieri ei, qoæ illos dolores fine aborsu est perpessura. Secundum honc sensum videtur secutus Galenus, quem ego proinde primùm enarrabo. Dixerat priùs, Quibus grsciles msmmæ fiont, abortũ faciunt: hic dicit, Quæ abortũ sont fscturæ, his graciles priùs mammæ fiont. Neq; verò refert parùm, vtro dicatur modo. Hoc enim vltimum significat, omoibos ante abortum fieri mammas graciles: id qood experimento verum esse, sciunt mulieres omnes: neq; solùm ante sbortum, sed etiam ante naturales partus. Nimirum quæcunq; caosa fecerit abortom, vndecunq; confluunt, cùm iam partus imminet, succi ad vterum: à mammis verò descendũt multò magis. Igitur iis quæ abortum facturæ sunt, fiuot mammæ graciles: contrà duræ fiunt & pleniores qoàm pro affecto, qoibus est futurus dolor in partem aliquam, vt oculos, coxas, genoa, non aotẽ abortus. Nam ex abundantia alimenti rariùs abortiunt: crebriùs ea redundaotia decumbit ad coxas

aot genoa, cùm quia artieulti iiq; magni & laxi & io imis partibus fnnt, tum etiam quia coxis alligatns eſt vterus, & geoua eoxia ſuppoſita & ſecundùm re ctitudinem vicina ſunt. Oculos etiam ob viciniam mammarũ, fluxio & multus vapor moleſtat. Hune ſenſum eſt ſequntua Galenus. Videtur tamen alter quoq; eſſe verus, & verbis ſatia congruens. Nimirũ ei quę abortum factura eſt, dictis de cauſis mammę graciIeſcunt. Si verò poſtq̃nàm graciles factæ erãt, & eòm abortum timeremus, rurſum fiunt è gracilibus doræ, liberabitur ab abortu, tamen patietur do lores illoa: atq; tantò maior erit dolorũ cauſa, quan tò magis eſt redundãtia illa repente facta io vacuis mammia, aut reeurſus humorum verſus mammas. Tantò enim minùs ferre pnteſt membrum quodcunq; pondus, quantò magis repente oneratur.

APHORISMVS LIV.

Ὁκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρόν ἐστι, ταύτῃσιν ἀνάγκη, τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν.

Quibus os vteri durum eſt, hu neceſſe eſt os vteri conniuere.

In præcipuis cauſia ſterilitatis naturalis, eſt durities natoralis oria vteri. facit enim cõniuere ae conſtringi illud, vt non poſsit accipere ſemẽ virile: quare non concipit. Docet idem Hippocrates libro de Sterilibus.

APHORISMVS LV.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς, καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

Quæcunq; mulieres grauidæ à febribus capiuntur, & vehementer ſine manifeſta cauſa extenuantur, difficulter pariunt & eum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

In aliquibus codicibus legitur, pro extenuantor, calefiunt. Galenua prioré lectionem ſequitur: qnã egu prnpterea verſiunem ſum proſecutus. Sed prior quoq; poteſt ſatis idoneum ſenſum reddere, hũe ſcilicet: Mulieres grauidæ, quæ capiuntur à febrib⁹ ardentibus, ſi ad legitimum pariendi tempus venerint, parient cum periculo: ſin minùs, cum periculo abortient, qnia ſcilicet omnis acutus morbua in vtero gerente eſt lethalis. Eſt verò periphraſis, qua febris putrida ardena ſignificatur, febris per quã vehementer ſine cauſa manifeſta ardent. Nimirũ per febrem diariam vehementer calefiunt febrieitãtes, ſed ex cauſa manifeſta: igitor quæ ſine caoſa manifeſta vehementer ardentea febres fiunt, in genere earum quæ propriè appellantur ardẽtes, ſnnt. Sed oportet vt aphoriſmum enarremus, vt ſcripſimus. Quod dicitur, à febribus capiũtur, ne intellige à ſolis ardentibus, ſed à qnibuſuis. Sed quod dicitur, ſine manifeſta cauſa, intellige ae ſi diceretur, plùs q̃ raòo poſtulat. Nam à quacũq; febre, plùs quàm ratio poſtnlat, extenoari, ſemper ſignificat debilitatẽ, vt alio aphoriſmo dicebatnr: debilis verò molier cum periculo pariet, atq; multò magis abortiet.

APHORISMVS LVI.

Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς καὶ λειποθυμίη ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

A profluuio mulıebri, ſi conuulſio, & animi deliquium ſuperueniat, malum.

Aphoriſmo 4. dicebatur, Sanguine copioſo fluẽte, conuulſio aut ſingultus ſuperueniens, malũ. Ergo à profluuio mulıebri, connulſio mala, nedũ eon unlſio cum animi deliquio.

APHORISMVS LVII.

Καταμηνίων γινομένων πλειόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι· καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης γίνονται νοῦσοι.

Si menſtrua multùm fluant, morbi accidunt: ſi non fluunt, ex vtero morbi contingunt.

Omnes euacuationes naturales, & aliæ etiã quę conſuetæ iam ſunt, vtroq; modo afferunt periculũ, & cùm non fluunt, & cùm immodicè fluunt. Quin etiam iidem vtruq; modo morbi nunnunquam fiont, velut à retentis aut flnentibus nimiùm menſtruis ant hæmorrhoidibus, hydrops fit: quia ſuppreſsio ſuffocando, euacuatio diſsipando, calorem hepatis debilitat.

APHORISMVS LIIX.

Ἐπὶ ἀρχῷ φλεγμαίνοντι, καὶ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, καὶ ἐπὶ νεφροῖσιν ἐμπυέουσι, στραγγουρίη ἐπιγίνεται. ἐπὶ δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι, λὺγξ ἐπιγίνεται.

Recto inteſtino inflammato, & vtero inflammato, & renibus ſuppuratis, ſtillicidium vrinæ ſuperuenit: ab inflammato verò hepate, ſingultus ſuperuenit.

Non vt ſigna pathognomonica ſcribit hæc, ſtillicidium inflãmationia vteri, & inteſtioi recti, & ſuppurationis io renibua: ſingultum, inflammationis hepatis: ſed vt ſuperuenientia. Non enim q̃ ſemper ſuperneniant, ſed quòd ſoleant ſuperuenire. Scilicet, non ſi in inteſtino recto, aut vtero eſt inflammatio, aut ſuppuratio in renibua, erit neceſſariò ſtillicidinm vrinæ: ſed ſi ſuperuenit ſtillicidium his paſsionibus, malum eſt. Ita ſi ioflammationi hepatis, ſingultus, malum eſt, vt aphor. 17. ſeptimæ dicetur: quo loco huius ſecundæ partia cauſam reddam. Inflammatio recti inteſtini aut vteri oris, maximè cũ eſt magna, comprimit os veſicę: quo fit, vt non poſſit niſi guttatim vrinam emittere. Pus è renibua deſcendena, cùm acre & malignum eſt, irritatione facit ſtillieidiũ, ſimile ei quod ſuccedit ardori vrinæ.

APHORISMVS LIX.

Γυνὴ ἢν μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι, θυμία κάτω, κἢν μὲν προϊέναι σοι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὰς ῥῖνας, καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε ὅτι αὐτὴ οὐ δι᾽ ἑαυτὴν ἄγονός ἐστιν.

Si mulier non concipiat, velis autem ſcire, an conceptura ſit, obuoluens veſtibus, ſuffias deſubter: atque ſi videbitur tibi odor penetrare per corpus in os & nares, ſcias illam non per ſeipſam ſterilem eſſe.

Simılem quandam cauſam explorãdi, an mulier per ſeipſam ſterilis ſit, ſcripſit Hippocratea libro de Steri-

Sterilibus, dicēs: Caput allij integrum, depurgatū, ac derasum ad vterum apponat, & postridie videat, an per os oleat: si oluerit, concipiet: sin minùs, non. Huius causa est, quia penetrans odor, vterum neq; durum, neq; densum, sed satis rarum & perspirabilem esse indicat.

APHORISMVS LX.

Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

Si mulieri vtero gerenti purgationes fluunt; non potest fœtus esse sanus.

Non simpliciter dixit, debilem esse fœtum si purgationes fluxerint: sed, si fluunt, vt its significetur fluere satis copiosè, & ordinatim suis temporibus. Nimirum, vtcunq;, fluere possunt sine magna noxa: tamen si copiosè fluunt, debilissimus est fœtus, atq; ob debilitatem non trahit, vt cùm multum lac effluit ex prægnante, diximus accidere.

APHORISMVS LXI.

Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται, μήτε φρίκης, μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

Si mulieri purgationes non fluunt, neq; horrore neque febre superueniente, fastidia autem illi accidunt, intellige hanc in vtero habere.

Non possunt cessare purgationes menstruæ, nisi morbi aut conceptus gratia: sed si neq; horror neq; febris superuenit, non videtur ob morbum cessare; quare eo intelligere possis, mulierē concepisse. Maximè si cum suppressione menstruorum, non alio malo torqueatur quā fastidiis ac nauseis: hæc enim conceptus solius soboles est.

APHORISMVS LXII.

Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσιν, οὐ κυΐσκουσι. καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσιν. ἀποσβέννυται γὰρ αὐτῇσι ὁ γόνος. καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον, καὶ περικαεῖς, ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα. ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι σύμμετρον, αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίνονται.

Quæcunque frigidos & densos habēt vteros, non concipiunt. Et quæcunque præhumidos habent vteros, non concipiunt: extinguitur enim ipsis semen. Et quæcunque siccos magis, & vrentes: penuria enim alimenti corrumpitur semen. Quæcunque verò ex vtrisque temperiē habent mediocrem, hæ fœcundæ fiunt.

Multæ causæ sterilitatis muliebris sunt, quędam in mala compositione vteri, quædam in mala temperie: de quibus hoc aphor. differit Hippoc. docēs, omnem intemperiem magnam afferre mulieri sterilitatem. Siue enim calida, siue frigida, siue humida, siue sicca mulier est, idq; siue toto corpore, siue vtero solùm, quodcunq; horum vehementer est, sterilis est: atq; multò magis, si horum duo habet, calorem dico aut frigus cum humore aut siccitate. Nā quæ ex vtrisque coniugiis qualitatum, caloris in-

quam aut frigoris, atq; humoris aut siccitatis, habēt mediocrem temperiem, sunt fœcundæ. Non quòd temperatæ solùm, atque exactè mediocres, fœcundæ sint: sed quòd illæ solùm, quæ nullam intemperiem habent summam. Atqui etsi omnes intemperies eandem passionem faciunt, puta sterilitatem, non tamen omnes eodem modo. Quare non tantū per enumerationem dixit Hippocr. omnes intemperies facere sterilitatem, sed etiam explicat quibus modis singulæ faciant. Quæ frigidos & densos habent vteros, non concipiunt. Nimirum frigidus vterus non potest non esse densus, quare est ineptus ad conceptum. Etsi non hac ratione solùm, frigus conceptum impedit, sed etiam per se: nimirum impedit omnes cōcoctiones, & naturales ortus. Quæcunque præhumidos habent vteros, non concipiunt, quia extinguitur in eis semen, vt frumentum in palustri agro suffocatur: redundās enim humor, bonam elaborationem impedit, & putrescentiam facit. Accedit his, quòd multus succi humor facit, vt semen non retineatur sed effluat. Et quæcunque siccos magis & vrentes, penuriā enim (inquit) alimenti semen corrumpitur. Non quidem hîc coniunctè dixit siccos & vrētes, quasi de composita intemperie, sicca & calida, dicat: non etiam de simplicibus, calida solùm, & sicca solùm: sed quia ambas intemperies putat eodem modo sterilitatem afferre, puta per penuriam alimenti. Nam quum vterus est nimis siccus, ac multò magis si tota mulier etiā est, non potest suggerere satis multum alimentum fœtui. Calidus etiam vterus vrens, absumit semen, & alimentum. Sed cur non hîc simpliciter dixit calidos, vt frigidos dixerat, sed vrentes? Certè vt vno nomine intemperiem significaret, & modum quo ea lędit: nimirum calor vteri facit sterilem, vrendo. Nam si moderatior calor sit, vt non vrat, atq; is vteri peculiaris sit, non facit sterilem, sed etiam valde fœcundam mulierem. Dixi, atq; is vteri peculiaris sit, quia calor totius corporis, citiùs potest sterilem facere, per vehementem dissipationem humorum (quod in quibusdam viraginibus vsuuenit) quàm peculiaris vteri, qui non facit, nisi iam vrat. Sed videtur, si tot sunt sterilitatis causę, decepisse nos Hippocrates nuper, cum diceret: Si odor penetrat per corpus in os & nares, scias illā non per seipsam sterilem esse. Nam etsi frigus & densitas possint impedire odorem, quominùs penetret, tamen calor non videtur posse id facere. Certè satis ostendimus, rarò calore fieri mulierem sterilem, frigore verò frequēter. Non ergo malè fecit Hippocrates, qui id quod semper ferè fit, sequutus est: nam ita procedunt artes.

APHORISMVS LXIII.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρσένων. ἢ γὰρ διὰ ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα. ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω. ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυροῦται, ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον. ἢ διὰ θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται.

Similiter autem & in viris: aut enim ob raritatem corporis, spiritus extrà fertur, vt non possit emitti semen: aut ob densitatem, humidū non excernitur extrà: aut ob frigus, non incalescit,

vt colligi poßit in hoc loco: aut ob calorem hoc idem fit.

Multa ſcribit Galenus contra hanc ſententiam, quam non legitimam Hipp ocr.eſſe, ſed adulterinã, ac ſuppoſititiam putat. Prima obiectio eſt. Quandoquidem hic auctor dicit, Similiter antem & in viris, debuiſſet ſtatim referre eaſdem infœcunditatis cauſas in viris, quas in fœminis retulerat. Quod tamen non facit: nam ob raritatem corporis non dixerat mulieres fieri aliquandu ſteriles, ignorauit ergo propriam vocem. Deinde, ita ſcribens, Ob corporis raritatem ſpiritos extrà fertur, vt non poſsit emitti ſemen: apertè (inquit) innuit ſemen emitti non à facultate naturali expellendi, ſed impulſum ab ſpiritu: id vero eſt falſum. Prætereà, Ob denſitatem corporis humidum non excernitur: ſi de alio humure dicit, ſermo (ait) delirus eſt: ſi de ſemine, non debuit cauſari totius corporis denſitatem, ſed viarum ſeminis anguſtiã. Prætereà, cùm dicit, Ob frigus nnn incaleſcit, vt colligi poſsit in hoc loco: debuiſſet explicare, quem locum dicat. Eſt vltima obiectio. Ob frigus, dicit, non incaleſcit, vt colligi poſsit in hoc loco: & addit, ob calorem hoc idem fit: ergo affirmat ob calorem non incaleſcere, quod eſt maximè abſurdum. His obiectionibut videtur ſibi Galen. probaſſe orationem hanc partim nõ eſſe concinnam, partim eſſe deliram, partim abſurdam, atq; proinde non eſſe Hippoc. Ego verò & obiectiones has poſſe dilui faciliè puto, & ſententiam poſſe pro Hippocratis dignitate declarari. Nam cur illud, ſimiliter & in viris ita declaretur: eiſdem de cauſis viri fiunt infœcundi, quibus fœminæ: potiùs quàm ita, ſimiliter accidit viros affici ſterilitate ac mulieres? Certè non video, cur non putetur boc verbis illis ſignificare: quibus ita enarratis, tenetur auctor cauſas reddere virilis ſterilitatis, non tamẽ eaſdem quas fœmineæ. Reddit ergo cauſas vtrobiq;, vt ſolet Hippoc. non omnes, ſed quæ ſolent eſſe freqnentiſsimæ omnium. Atqui plerunqne non eiſdem de cauſis ſolent viri & mulieres ſteriles fieri: ſed hæ, cauſis quas nuper retulit: illi, iis quas modò refert. Quanquam profectò poſsint ab omnibus cauſis vtriq; pati: ſequitur verò ſemper Hippoc. id quod eſt frequẽs. Quod vt intelligas, conſidera, virorum qui impotes generandi ſunt, quoſdam omnino coire non poſſe, quòd ne erigãt quidem: qnoſdam quòd cùm erexerint, tamen cùm iam iam ad mulierẽ accedunt, tumorem deponunt antequàm ſemẽ emittant: alios poſſe quidem coire, vtpote erigentes, tamen nunquam ſemen demittere, neque tumorem niſi tardiſsimè deponere. Primos conſtat frigidos eſſe: ſecundos dicit vulgus hominũ ligatos aut maleficiatos, putans ex ſuperſtitioſa cauſa fieri (id tamen fit, quòd viæ genitalium membrorum laxæ ſint, aut ſpiritus tenuiſsimi, vt illis expirantibus antequàm ſemen erumpat, tumor membri ſubſidat, & illud non erumpat) tertios cenſeo habere aut ſemen craſsius, aut vias anguſtiores, vt non poſsit erumpere. Igitur hos oportebit curare aperientibus & extenuantibus, ſecũdos craſsitudinem inducentibus & adſtrictionẽ, primos calidis. Nam vt conceptio fiat, oportet ſemen calidum eſſe: atq; cùm animal irritatur ad coitum, venit ſpiritus copia ad virile membrum, quo intumeſcit, vt ita viæ ſeminis ampliores fiant: ſunt enim per ſeſe maximè anguſtæ, & ſemen nõ poſſet per eas exire. Si igitur aut omnino non intumeſcat, aut detumeſcat intempeſtiuè, viæ conſtringentur, & ſemẽ non erumpet. Non tamen proinde fit (vt Galen. argumentabatur) vt ſemen impulſu expellatur, vt quod reiicitur tuſsi: ac nõ potius conſtrictione, vt quod mingitur. Iam verò quòd dixit, ob denſitatem humor nõ expellitur, minùs fuit arguendus. Non enim dicit ob corporis denſitatem, ſed ob denſitatem: intellige tn, viarum ſeminis. Quòd ſi illam dictionem, corporis, repeti Galen. vult, tamẽ meminerit, iuxta placita Hippocratis ſemẽ de toto corpore decidi: quare id quoq; erat Hippocratis placitis conſentaneum. Qnod dicit, vt colligi poſsit in illo loco, nõ explicuit quo loco, tamen apertum erat intelligi quo loco colligi ſolet, in vtero ſcilicet. Multò minùs, ſi dicit, ob calorẽ hoc idem fit, debes colligere ob calorem nõ incaleſcit, ſed ob calorẽ infœcundi fiunt. Calor enim aliter facit viros infœcundos, ac frigus: ſcilicet, non aliter ac fœminas, vrens abſumensq; ſemen. Igitur ex dictis conſtat fortaſſe, ſententiam hanc eſſe Hippocrate dignam & obiectiones indignas Galeno.

APHORISMVS LXIV.

Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακόν· κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, καὶ τοῖσι διψώδεσι. κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ διαχωρήσιες ἐν ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι, καὶ οἷσιν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονε. ἁρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι, μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι διδόναι, καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι, βληχροῖσι, μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσιν.

Lac dare quibus caput dolet, malum. Malum autem & febricitantibus, & quibus hypochondria ſublimia murmurant, & ſitientibus. Malum verò & quibus biliosa deiectiones in febribus bilioſis ſunt: & quibus multi ſanguinis deiectio facta eſt. Verùm confert tabidis, non valdè admodùm febricitantibus Dare autem & in febribus longis debilibus, nullo dictorum ſignorum apparente, præter rationem verò extenuatis.

Lac eſt concoctionis non omnino facilis, & corruptionis facilis, tam ad putredinem nidoroſam q̃ ad aciditatem, eſt etiam flatuoſum: tamen cùm coctum eſt, bene ſatisq; multùm nutrit, nam boni ſucci eſt & humidũ. Seri participatione eſt extergens, & aluum modicè ſubducens. Hinc fit, vt qnibuſdã malis expediens ſit, qnibuſdam aduerſum: quæ omnia ferè vnico boc aphoriſmo Hippocrates colligit. Nam quia flatuoſum eſt, caput replet, & tumorem hypochondriis prçſtat: quia facilè putreſcit, febres putridas auget: quia facilè aceſcit frigidis, epotum nocet. Ergo non immeritò putetur lçdere eos, quibus dolet caput: nam ſi iis, quibus nõ dolet, dolorem capitis replendo ſolet facere, augebit profectò iis, quibus dolet. Maximè verò quibus dolorem fluxio fecit. Nam ſi ex calida & ſicca intemparie ſine humore quis doleat, non multùm lçdetur lacte: niſi dolor tantus iam ſit vt fluxionẽ moueat, & dolori priſtino cauſam nouam addat. Febricitantibus quoq; eſt malum, febre ſcilicet putrida; nam becti-

cis

eis expediens esse, statim dicet. Hypochondria elata & intumescentia, læsum iri flatuoso cibo, non est dubiũ. Neq; minus constat malũ esse, si hypochondria murmurẽt: nam murmur fit, aut à flatu, aut ab humore permisto cum flatu. Malum etiam est lac sitientibus, non vtcunq;, sed valde sitientibus: nam tales aut admodùm biliosi sunt, aut magna tenẽtur febre. Bilescit enim lac citò per febres, biliosas maximè: quare quibus in febribus biliosis biliosæ deiectiones fiunt, admodũ lædet. Dixit Hippoc. & quibus biliosæ deiectiones in febribus biliosis: quia in deiectionibus biliosis, quę sine febre putrida dysenteriam minantur, sæpe confert lactis vsus: non aliter quàm iuuare solat eos qui vrinę ardore laborãt, attemperando scilicet succos, & mitiores faciendo. Quod addit, & quibus multi sanguinis facta est deiectio; Galen. non attigit commentatione: fortasse nõ habebatur in antiquis codicibus. Sed vtcunque hoc habeat, hãc potest habere rationem: Multi sanguinis effusio refrigerat, refrigeratis acescit lac statim. Enumeratis iis quibus nocet lac, ad eos affect9 quibus prodest, se transfert Hippoc. dicens, lac conferre tabidis omnibus, maximè verò iis, qui ex pulmone capiũt initium tabis. Hos enim innuit dicẽs, cõfert tabidis: antonomasticè enim ita appellari ex pulmone arescentes, priùs monuimus. Causa verò qua tantopere his conuenit, hæc est. Cùm duæ passiones in his corporibus conueniãt, vlcus, & tabes, videtur admodùm difficile rationem illas curandi inuenire, quandoquidẽ vlcus petit siccantia, tabes humectantia. Lac tamẽ videtur citra noxã, vtrunq; malum posse curare, vlcus detersione, tabem nutritione & humectatione. Quòd si humectatio vlcus lædere potest, id perexiguũ: quia cùm vlcerata pars valde humida sit, minùs siccantibus indiget: & id quidem potest emendari, aut cibo quo vtuntur pecudes, aut melle, aut infusione herbæ alicuius siccioris, vt thymi, aut pulegij. Ad alia etiam vlcera vtimur lacte, vt ad vlcera vesicæ, nisi sint sordida admodùm: nam vlcera modicè extergit, & acrimoniã excrementorum retundit. Ad oculos quoq; inflammatos aut palpebras benefacit, ob partis illius acrẽ sensum. Sed hæc, occasione eius tabis quæ à pulmone incipit, commemorauimus. Dicit: Confert tabidis, non valde admodũ febricitantib. Quod fortasse videbitur superuacuũ: nam tabidi omnes hectici sunt, & hectica semper est exigua quædam febris: quare nulli tabidi possint valde admodũ febricitare. Certè qui tabidus sit, nõ potest admodũ febrire, nisi cum febre hectica putridã quoq; coniunctã habeat: sed quia cõiungi putrida cum hectica potest, & ea ita coniuncta vsus lactis erit noxius, dixit, tabidis non valde admodũ febricitãtibus. Quod dixit, valde admodũ, nõ est quòd te moretur: perinde est ac si, valde, aut admodum dixisset: illa est verborũ copia, & vbertas sermonis. Hecticis omnibus etiam sine pulmonis vlcere vtile esse lac, his verbis dixit: Dare autem oportet in febribus longis debilibus, & præter rationem extenuatis: nam febrium hecticarum est descriptio hæc: longæ enim sunt, non magnæ. Et extenuantur ægrotantes præter rationem, id est, plùs quàm pro febris magnitudine: nam per febres lentas, non hecticas tamen, lentè etiam secũdùm febris rationem extenuantur corpora. Quod addit, nullo dictorum signorum apparente (id est, si neq; caput dolet, neq; elata sunt hypochondria, neq; murmurant, neq; valde sitiunt) censet Galen. superfluè esse additum, cùm priùs dictum esset, illis omnibus lac nocere. Tamen mihi videtur, necessarium fuisse illud addere. Nam dictum quidem erat, in capitis dolore lac esse noxium, in hectica esse vtile: tamen non erat dictum, cùm ambo hæc accidẽt, dolor & hectica, an dandum lac sit. Hoc igitur modò addidit, nec per hecticam febrem esse lac dandum, si quod illorum quæ dicta sunt, cum febre coniungatur.

Aphorismvs LXV.

Ὁκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι φαίνεται, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται· τουτέων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, τοῖσι μὲν ὄπισθεν, σπασμοί, τέτανοι· τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν, μανίαι, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι, ἢ ἐμπύησις, ἢ δυσεντερίη, ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα.

Quibuscunq; ex vlceribus tumores apparẽt, non valde conuelluntur neq; insaniunt: his aũt euanescentibus repentè, quibus à parte posteriori conuulsiones, & distentiones: quibus verò ab anteriori, furor, aut dolores lateris acuti, aut suppuratio, aut dysenteria, si rubri fuerint tumores.

Si in magnis vlceribus tumores fiunt, nihil mirum, nam vlcera sunt manifestę causæ tumorũ. Sed si non fiunt, aut postquàm facti fuerint, euanescũt repente, timeri debet recursus succorum in partem aliquam internam: atqui ex quacũq; parte timetur recursus in eam, cum qua habet rectitudinem. Partes posteriores omnes habent cum spinali medulla & occipite rectitudinem: anteriores, cum ipso cerebro & cum thorace & vẽtre. Igitur ex vulnere in aliqua partium posteriorum timeri debet conuulsio, hoc est enim symptoma motus: ex vulnere in anteriori, mania quæ passio mentis est, aut pleuritis aut suppuratio, quæ sunt thoracis passiones, nisi sanguis recurrat ad ventrem & fiat dysenteria cruẽta. Id quod maximè sperandum est, cùm tumores qui euanuerant, erant rubri & ex sanguine.

Aphorismvs LXVI.

Ἢν τρωμάτων πονηρῶν, καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων οἰδήματα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν.

Si vulneribus prauis & fortibus tumores nõ superueniunt, magnum malum.

Magnitudo aut paruitas vlceris, longè aliud est à malitia aut contrario. Nam potest vlcus exiguum esse prauũ, vt quod in neruo aut articulo acceptũ est, aut alibi habet mala signa. Magnum etiã potest esse vlcus, sine omni malitia. Tamẽ vtrunq;, magnitudo inquam & malitia, causa est concitandi fluxionem & tumorem. Igitur si magnum & malũ vlcus fuerit, & nulli tumores superueniant, admodũ pręter rationem est, quare magnum malum.

Aphorismvs LXVII.

Τὰ χαῦνα χρηστά, τὰ δὲ ὠμὰ κακά.

Molles boni, crudi verò mali.

Tumores intelligit molles esse bonos in vlcerib. crudos verò malos. Sed quorsum mollibus opponit crudos, ac non potiùs duros: aut cur crudis mol

les, ac non potiùs coctos? Certè cùm crudos dicit, coctu difficiles intelligit: molles verò etsi crudi esse possint, tamen contumaces, & incoctilea non sunt, vt scirrhosi. Atqui quę incoctiles dicimus, ne insuperabiles solùm intellige, sed insuperabiles quacunque ratione: nam scirrhi ob duritiem suppurationē respuunt, & ob succorum crassitiem, respuunt resolutionem. Atqui morbi quicunque à natura vinci non possunt, incoctiles appellātur. Opposuit ergo mollea crudis, innuens molles faciliùs quàm duros superari, ac proinde meliores esse. Aut certè nomen illud, molles, hìc non accipitur propriè pro eo quod cedit digitis, sed metaphoricè vt solet, pro eo quod non est contumax. Ita dicimus mollem morbum, eum qui cedit curationi: durum, contumacem, etsi ad tactum non pertineat. Erit ergo sensus, tumores qui curationi facilè cedunt, boni: crudi verò, id est, insuperabiles, mali: eritque opus deinde distinguere, qui sint faciles, qui difficiles solutu.

Aphorismvs LXIIX.

Τῶν ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένων, ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφελέει.

Dolenti parte posteriori capitis, recta vena in fronte secta, prodest.

Quæ rectitudo obseruāda sit in missione sanguinis, atque eam nō esse, vt quidam statuunt, fibrarum, lib. 7. Contr. diffusè satis docuimus, vt non opus sit modò repetere quę illic sunt pertractata. Dictū ibidem est contrarietatem aliquam loci esse obseruandam, nisi cū iam volumus ex ipsamet parte euacuare. Atque cùm locorum contrarietates quatuor sint, suprà & infrà, dextrum & sinistrū, antè & retro, intro & extrà, reliquarum vsus in omnibus corporis partibus est: tamen eius contrarietatis quæ est antè & retro, in solo capite occurrit. Siquidē pręter brachia & crura, in partibus capitis solùm secatur vena commodè. Sed in capite obseruatur hæc cōtrarietas, velut in hoc exemplo si dolor in occipite est, vena secta in fronte: si in syncipite, scarificato occipite. Neque verò hìc dicit, si occiput dolet, secandam semper esse venam in fronte: nam multi dolores occipitis nulla sanguinis missione egent. Sed quid est quod dicit, vena recta in fronte secta? an est in fronte quædam recta, quædam nō recta, cum occipite? Certè si dolor inclinat ad dextram aut sinistrā occipitis partes, ad dextrum aut sinistrū tempus secanda vena est, quò dolor inclinauerit: si verò medium tenet occiput, in media fronte: atque hoc est rectam in fronte secare venam. Multa ad hanc partem spectantia, loco citato reperies.

Aphorismvs LXIX.

Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον, καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλὴν· ἀνδράσι δὲ μᾶλλον ὄπισθεν, ἢ ἔμπροσθεν τοῦ σώματος, οἷον πηχέων, καὶ μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ θρίξ.

Rigores incipiunt, mulieribus quidem à lumbis magis, & per spinalem medullā in caput: viris autem, à posteriori parte magis quàm ab anteriori corporis, velut à cubitis et femoribus. Sed cutis rara: indicat autem hoc pilus.

Nihil est quotidiano experimento magis confirmatum, quàm quod hìc Hippocr. docet; videlicet mulieres solere sentire rigores, velut incipiētes à lumbis, & ascendentes per spinalem medullam versus occiput: viros verò in cubitia & femoribus sentire frigus ex rigore ante alias partes, & à parte corporis posteriori priùs quàm ab anteriori. Causa verò est hæc. Cùm articuli extremorū membrorū, & ipsa extrema membra absint longiùs à visceribus, frigidiora sunt reliquis partibus. Eadem ratione, regio lumborum frigidior est thorace & ventre. Pars posterior tota frigidior est anteriori, quia magnis ossibus à visceribus dissita est: spinalis medulla & eius propagines cùm exangues sint, non possunt non esse frigidę. Frigidis membris frigidum esse inimicum, dictū priùs est. Porrò rigor passio est frigida, nam est fuga innati calidi: igitur inter alia mala, hoc quoque partes hæ patientur, quòd rigorē ante alias sentiēt, ante alias refrigeratę. Lumborum regio cùm in omnibus hominibus frigida sit, tamē in mulierib. multò citiùs frigus sentit, ob vterum qui eo loco est, & frigidis passionibus tentatur sæpe. Quod dicit, à posteriori parte magis quàm ab anteriori, velut à cubitia & femoribus, ne ita intelligas, ac si cubitum & femur, partium posteriorū exempla faciat: non enim sunt posteriores, sed extremæ. Verum ita intellige ac si dicatur, velut ab exterioribus, vt cubitia & femoribus, citiùs incipit rigor quàm ab interioribus: ita à posterioribus, quàm ab anterioribus. Interpres est ipsemet Hippocr. qui 6. de Morb. popularib. ita hanc ipsam sententiam scripsit: Rigores incipiunt, mulieribus quidē magis à lumbis & per dorsum & tunc ad caput. Sed & viris posteriore corporis parte magis, quàm anteriore. horremus enim magis exterioribus quàm interioribus corporis partibus, velut cubitis & femoribus. Igitur sermo Hippocratis ita decurrit, Quandoquidem exteriora citiùs frigēt ex rigore, quàm interiora, posteriora quoque rigebunt plùs quàm anteriora. Nam quòd exteriora ita afficiantur, non alia causa est, quàm quòd sunt interioribus frigidiora. Sed posteriora etiam sunt frigidiora anterioribus: quod ex cutis raritate cōstat, quæ in anterioribus partibus maior quàm posterioribus est. Id rursum indicat pilus: non enim alia de causa pilus abundat magis anterioribus hominis partibus, quàm quòd anteriorum cutis rarior est. Sed cutis raritas est caloris soboles: calor enim laxat, frigus constringit. Igitur posteriora anterioribus frigidiora sunt: quare citiùs rigebunt.

Aphorismvs LXX.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, οὐ πάνυ τι ὑπὸ σπασμοῦ ἁλίσκονται· ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

Qui quartanis laborant, non admodùm laborant conuulsione: si autem laborauerint priùs & deinde succedat, cessant.

Cùm conuulsionem dicit, epilepsiam intelligit: causa verò qua id quod dicitur in hoc aphor. cōtingit, hæc est. Epilepsia sæpe est ex melancholia, vt ab Hippocr. ipso in Epid. dictū est, vbi ita scripsit: Comitiales plerunque fiunt melancholici. Si ergo epileptici fiunt plerunque melancholici, plerunque etiam liberabuntur superueniēte quartana: in hanc .n. in-

sumptis

ſumptis melancholicis ſuccis ſoluootur alij omnes morbi melaocbolici. Si verò ex pituita epilepſia fit, non ſuccedet quartana: ex pituita enim, vt alicubi mooſtrauimus, non poteſt melaocholia fieri. Igitur qoi cùm laboraret epilepſia, qoartana corrept⁹ eſt, liberabitur ab epilepſia: non qoòd oeceſſario liberabitur (fortaſſe enim oe quartana quidē ſufficiet) ſed quòd ita ſperandum ſit. Qui qoartanis laborát, pituitoſa epilepſia oon video cur non corripi poſſint, tamen ex melaocholia non corripiētur, quare noo admodùm eorripientur. Nam quæ adultis ſuperueniunt epilepſiæ, ooo admodùm ſunt ex pituita, ſed ex melancholia plerúq;. Neſcio quam aliam reddit Galen. cauſam, frigidam tameo & obſcurá.

APHORISMVS LXXI.

Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα, καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρῶτος τελευτῶσιν. ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ, καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

Quibus cutis obtenditur arida & dura, ſine ſudore moriuntur: quibus autem laxa & rara, cum ſudore moriuntur.

Non ſi cui eſt cutis intēta & arida & dura, aut laxa & rara, ſtatim morietur: ſed ſi morituro eſt arida, ſine ſudore: ſi laxa & rara, cum ſudore morietur.

APHORISMVS LXXII.

Οἱ ἰκτεριώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσιν.

Icterici, non admodùm flatuoſi ſunt.

Bilis & flatus à contrariis cauſis fiunt: raro ergo io eundem hominem incident ambo.

MAGNI HIPPOCRATIS COI APHORISMORVM

SECTIO SEXTA.

APHORISMVS I.

ΕΝ τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη, πρότερον μὴ γινομένη, σημεῖον ἀγαθόν.

IN diuturnis leuitatibus inteſtinorum, ſuperueniens acidus ructus qui priùs non erat, ſignum bonum.

RVCTVS acidus homini ſano ſuccedeos, frigoris ſignom eſt: tamē ſuccedens ei qoi longa lieoteria laborauit, ſignificat incipieotem iam calorem, quia per talem lienteriam erat adeò debilitatom iam calidom, vt ne aggrederetur quidem cōmutare. Quare flat⁹, etſi acidos, eleuare, minoris pfrigerationis iam eſt, q̄ omoino facere nihil.

APHORISMVS II.

Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον· οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον.

Quibus nares humidiores naturâ, & ſemen humidius, valetudinem habent morboſiorē: quibus verò contraria, ſalubriorem.

Illa dictio, qoibus verò contraris, aut quibus verò contrariū accidit, videtor dici ad illas, homidiores & humidius: vt ſit ſenſus, quibus verò nares ſicciores, & ſemen ſiccius. Atqui illud quod de narib⁹ & ſemine dicitur, oota eſſe videtur temperamenti humidi: nó eoim qoòd nares & ſemē homida ſint, erit morboſus homo, ſed quia cui talis ſunt, humidus eſt. Igitur & illud, qoibus verò cōtraria, erit oota tēperamenti ſicci. Itaq; erit ſenſos, humidos temperamēto naturali, magis morboſos eſſe qoàm ſiccos. Galenos intelligit, atq; addit, humidos ioſalobriores eſſe, qoia ad catarrhū & alias floxiones huiuſmodi, paratiores ſunt quàm ſicci. Videtur tamē vt homidos ad huioſmodi morbos, ita ſiccos ad ardentea febres, & choleras, & phrenitides paratiores eſſe: quare non video, cur probetur magis eorum conditio. Proiode ego duorum alterum intelligo, aot homidiores dici hîc excrementoſos, ſiccos noo excrementoſos (qui oon ſummè ſicci profectò, ſed bene temperati ſuns) aut illam dictionem, qoib. verò contraria, noo opponi dictioni, humidiores, ſed dictioni, naturam. Eritq; oe ſenſus, his quibus oares humidiores, id eſt, fluētes (ita dicebamus aluos homidas) & ſemen humidius, cùm beoe valēt, maius periculum habeot ægrotaodi, quàm ſi hæc noo haberent, neqoe adeò excrementoſi foreot. Quibus verò cootrà non per ſalutem ſed poſt morbum aliqoem hæc accidunt, oon ſolùm non eſt malom, ſed etiá ſalubre, nam omnes euacuatiooes idoneæ poſt morbos, ſalubres ſuot. Itaqoe ante morbum eſt ſignum futuri morbi, poſt morbum eſt ſignum bene ſoluendi. Hunc ſenſum puto eſſe genuinum loci: vtpote quem Hippocr. ipſe 6. Epid. part. 6. expreſſit his verbis, quæ Græcè referam, quia à pleriſque enarratoribos corrupta citaotur: *οἷσι ῥῖνες ὑγρόταται φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, καὶ πλέων, ὑγιαίνουσιν ἔτι νοσηρότερον. τοῖσι πλείστοισι δὲ εἶσιν ὑπὸ νόσου, τἀναντία.* Id eſt, quibos oares humidiores naturâ, & ſemen homidius, & plus, hi ſanitatem habeot morboſiorem: plurimis aotē quibus poſt morbum, cootraria. Quibus verbis cōſtat contineri dictum ſenſum.

APHORISMVS III.

Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι, κακὸν, καὶ σὺν πυρετῷ, κάκιον.

In diuturnis difficultatibus inteſtinorum, faſtidia cibi, malum: ſi autem cum febre, deterius.

Si ſtatim ac dyſenteria iocipit, ſit faſtidium, imputari debet alicui bili in veotriculum incidenti: ſi tamen cùm à priocipio factum non ſit, poſt diuturnam dyſenteriá incipit, timeri iam debet oe ex maxima facultatis debilitate, aot ſenſus corruptione ſit: quare malum eſt. Malum qooq; eſt febrem fieri in dyſenteria, nam indicat inflammationes in vlceribus: atqoe proinde deterius eſt, faſtidium & fe-

brem fieri à diuturnâ dysenteria, quàm solum fastidium, quia tunc est malum solutu difficilius. Nam quod in ventriculo est, consensus est, & non aliunde eius sublatio incipere debet, quàm à curatione eius affectionis quæ in intestinis primaria est: quæ cùm consistit cum inflammationibus, difficiliùs curabitur, vt aliis etiam vlceribus vsuuenit. Sed etsi hæc vera sunt quàm maximè: non tamen proinde fastidium ipsum per se grauius est signum cum febre, quàm sine febre: imò etiam leuius, nam minor causa (quæcunque ea sit) valebit cum febre fastidium facere, quàm sine febre. Sed multò aliud dictu est, fastidium cum febre grauius signum est, quàm fastidium sine febre: aut fastidium & febrem esse, multò est grauius, quàm fastidium solum. Atq; hoc secundum est, quod hoc aphor. dici intelligo.

APHORISMVS IV.

Τὰ περιμαδέα ἕλκεα, κακοήθεα.

Vlcera circunglabra, maligna.

Quia malignus succus in particulam veniens, corrumpit pilorum radices, hic verò etiam cicatricem obduci impediet.

APHORISMVS V.

Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν στήθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι μέλεσιν, ἢν μέγα διαφέρωσι, καταμαθητέον.

Dolorum qui in costis & thorace & aliis partibus sunt, si valde differant, considerandum.

Considerandum, inquit, an dolores valde differant. Non quidem specie aut magnitudine, vt Galenus intelligit, id est, an punctorius, perforans, tendens, grauans, pulsans, aut mordens, vel an in quouis genere magnus an paruus: sed an valde differat secundùm partes temporis. Vocat enim dolores qui non differunt, eos qui vnicum tonum habent, aut saltem non habent per periodos exacerbationes: differentes verò vocat eos qui paroxysmos habent & alternas exacerbationes, aut remissiones. Quod magnopere refert considerari: nam aliter cũ sæpe pleuritis per periodos accidat, vsque adeò vt nonnunquam integras intermissiones faciat dolor diebus quietis, atque aliæ omnes fluxiones eodem modo, putabis affirmabisq; iam hominem venisse ad declinationem, & dolor exacerbabitur denuo, ac fortasse etiam grauiùs. Hanc esse legitimam huius loci sententiam, intelliges ex alio Hippocratis loco 6. Epid. quo ita est scriptum: *τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ στήθεσι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τὰς ὥρας, εἰ μέγα διαφέρουσι καταμαθητέον. ὅτε ἤδη βέλτιον ἴσχουσιν, αὖθις κάκιον ἴσχουσιν, οὐχ ἁμαρτάνοντες.* Id est, dolorum qui in costis & thorace & aliis partibus sunt, tempora si valde differũt considerandum: quòd cùm meliùs habeant, statim deteriùs habebunt, non errantes. Certè hæc, descriptio pulchra paroxysmorum consequentium proprium morbi motum, est: cùm meliùs habeant, statim deteriùs habebunt, nihil errantes. Nam ob erratum in victu aut curatione, potest morbus rursum ingrauescere, etiam in vniuersali declinatione: tamen sine omni errore, nõ nisi cùm proprius morbi motus talis est, diuersus scilicet & cum repetitionibus per periodos.

APHORISMVS VI.

Τὰ νεφριτικὰ, καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα, ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβυτέροισι.

Vitia renum, & omnes circa vesicam dolores, difficilè sanantur senioribus.

Hæc mala difficilè sanantur senibus: atq; eò difficiliùs, quò sunt seniores: ratione quadam communi, ea nimirum qua omnia alia mala, ob debilitatẽ inquam facultatum omnium, quæ ea ætate accidit. Sed & propria quadã ratione: nimirũ renes & quæ circa vesicam sunt partes, & vesica ipsa, plerunq; laborant redundãtia succorum crassorum & obstructionibus: quæ quàm maximè auget senium, quia & succi crassiores frigidioresq; fiũt, & viæ angustiores & duriores: quorũ illud facit vt citiùs obstruantur, hoc vt difficiliùs laxentur, atq; aperiãtur. Quòd si vesica vlcerationẽ patiatur, vt solet, longè difficillimè curetur, ob soliditatem membri & duritiẽ accedentẽ ex ætate, cum debilitate facultatis nutriendi, qua ad vlcerum curationem in primis opus est.

APHORISMVS VII.

Τὰ ἀλγήματα καὶ οἰδήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γινόμενα, τὰ μὲν μετέωρα κουφότερα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα ἰσχυρότερα.

Dolores & tumores circa ventrem facti, sublimes leuiores, non sublimes aũt vehementiores.

Sublimes vocat extimos & superficiem attingentes, nõ sublimes intimos: leuiores dicit mitiores & debiliores, siquidem his opponit vehemẽtiores. Est verò hoc omnibus tumoribus & dolorificis passionibus cõmune, eò esse minùs periculosos, quò sint exteriores.

APHORISMVS IIX.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι, οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

Hydropicis, vlcera facta in corpore non facile sanantur.

Hydropicis vlcera in corpore fieri solent, ruptis papulis, quæ ad cutem emergunt: suntq; in hoc malo prauum signum, nam multam redundantiã indicant. Sunt præterea curatu difficilia, quia aqua ipsa quæ vlcera facit, curari prohibet, & qualitate, quia est salsa & mordans, & substantia, quia vlcera indigent siccitate. Præterea partes ipsæ infeliciter nutriuntur, vt hac etiam causa sanari non possint.

APHORISMVS IX.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα, οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

Lata exanthemata, non valde prurïunt.

Hæc exanthemata habuisse quendam Simonem nomine, sine multo pruritu. 6. Epid. dicit. Vocanturq; Græcis exanthemata, vt alio loco explicui, quæ in cute efflorescunt, vt maculæ, & pustulæ, & tumores quidã perexigui, qui ob exiguitatem tubercula nõ vocantur: cuiusmodi sunt vocati morbilli, & variolæ. In his tumoribus, qui magis in acumen ducti sunt, magis pruriũt: qui lati, minùs. Quia hi à frigidiori ac crassiori materia fiunt, ac proinde minus mordent: & quia partes circa cutẽ minùs in acutũ secãt. Neq; tamẽ iidẽ tumores qui minùs pruriunt, sunt

ſunt etiá facilioris curationis: imò verò magis contumacès, & concoctu difficiliores: talis enim eſt ſuccus à quo fiunt. Hinc fit, vt variolæ minùs mordaces ſint, q̃ morbilli, etſi tardiùs diſsipentur: & inter ipſas variolas, quæ latiores ſunt, q̃ quæ acutiores.

APHORISMVS X.

Κεφαλὴν πονέοντι, καὶ περιωδυνέοντι, πύον, ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νόσημα.

Dolenti capite, & valde dolenti, pus, aut aqua, aut ſanguis fluens per nares, aut per os, aut per aures, ſoluit morbum.

Maximi capitis dolores fiunt ex inflammatione, aut multa ſanguinis vel crudorũ ſuccorum redundantia. Ex intemperie ſola, & ex flatu, fiunt dolores quidã, ſed mitiores. Inflammatio ſi in ſuppurationem mutata ſit, euacuato pure: ſin minùs, euacuato ſanguine ſoluitur. Sanguinis etiã effuſio, ſanguinis redundantiam tollit, vt effuſio aquę redundantiam ſuccorum crudorũ. Fiunt verò commodè hæ euacuationes p os, nares, aut aures: quia tria hæc emunctoria dedit natura cerebro. Igitur ſi illa p has regiones effluant, euacuabuntur qualia oportet, p conuenientes regiones: quare morbi ſolutio fiet.

APHORISMVS XI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι, καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, ἀγαθόν.

Melancholicis & renum malis, hæmorrhoidas ſuperuenire, bonum.

Renum mala plerunq; ex craſſo ſanguine illuc repentè fiunt, qualis etiam effunditur per hæmorrhoidas: melancholia enim per has euacuatur ferè ſemper: meritò ergo cenſetur ea euacuationis ſpecies melancholicis, & renum malis congruẽs. Quidam vertunt, melancholicis & phreniticis: habent fortaſſe in ſuis codicibus, pro νεφριτικοῖσιν, φρενιτικοῖσιν. Neq; mirer Hippoc. ita ſcripſiſſe: nam ille plerunq; vtitur nomine phrenitidis, pro omni inſania. Eritq; hæc eadem ſententia cũ vigeſima prima huius particulę, qua ita dicit: Maniacis, varicibus aut hæmorrhoidibus ſuccedentibus, inſaniæ ſolutio.

APHORISMVS XII.

Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν.

Et qui ab hæmorrhoidibus ſanatur diuturnis, ſi nõ ſeruetur vna, periculum eſt ne hydropiſis tabes ſuperueniat.

Qui recèns fluentibus hæmorrhoidibus laborat, tutò poteſt ab omnibus curari, facta per artem alia euacuatione pro hac, & emendato victu. Tamen ſi diuturnæ iam ſunt, conſtat melancholicam eſſe homini naturam, aut ab ortu contractam, aut comparatam malo victu. Quare non poterit aliter curari, quàm emendata ea natura, tranſlataque ad potiorem. Vt ergo reductio non niſi paulatim ac multo tempore fieri poteſt, aut debet, ita hæmorrhoidarum curatio, non affatim omniumq; ſimul, ſed per partes fieri debet, vna ſaltem ſeruata (nam oportebit nonnunquam duas etiam ſeruare aliquandiu) vſquedum expurgatum iam corpus alia ratione ſit, & emendata temperies: vt tunc temporis tutò, ea etiam quæ ſeruabatur curari poſsit, (nõ enim tota vita illam vnicam ſeruari iubet Hippocrates.) Nam aliter ſi corpore adhuc ſanguine melancholico pleno, aut adhuc generãte multum, omnes hæmorrhoides ſupprimantur, regurgitabit in hepar, & ſuffocando calidum, hydrôpem afferet: aut in pulmonem, afferetque tabem. Neque tamen hæc afferet neceſſario, ſed aut hæc, aut grauiſsima alia, vt furores, epilepſias, aut lepram. Eâdem ratione qua hæmorrhoides, neque abſceſſus, aut fiſtulæ, quibus diu iam corpus expurgari conſueuit, curari debent: niſi fortè multo antè tempore habita cura corporis, ac mutato victu. Quod Hippocrates ipſe libro 6. Epidem. his verbis teſtatur: Hæmorrhoidas habentes, neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagedæna, neque dothienis, neque terebinthis laborant: fortaſſe autem neque lepris, fortaſſe neque aliis. Curati autem intempeſtiuè quidam, bis non tardè capti ſunt: & lethalia ita, & alij omnes abſceſſus, vt fiſtulæ, aliorum medela ſunt. Huius orationis partes ſingulas, ſuo loco (Deo concedente) declarabimus. Siniſtram quandam enarrationem huius aphoriſmi, quam Aetius docet, libro 8. Controu. refutauimus, docuimusque alia multa ad hunc locum facientia, quæ inde petent ſtudioſi.

APHORISMVS XIII.

Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγινόμενοι, λύουσι τὸν λυγμόν.

Singultienti ſi ſternutamẽta ſuperuenerint, tollunt ſingultum.

Dictum eſt ſuprà, tam eſſe alligatos ventriculum & vterum cerebro, vt hoc concuſſo ſimul concutiantur, atque concuſsione excutiant, ſi quid illis moleſtum hæret. Qua de cauſa vterus præſocatione laborans, ſternutatione iuuatur: & ventriculus laborans ſingulto, non minùs: nimirum vterq; excutit id quod ſibi moleſtum eſt. Hoc conſilium ſecutus Plato in Conuiuio, nomine Eriſymachi Medici, ſingultum retento ſpiritu, aut collutione multa faucium, aut ſi his non cedat, ſternutatione curari dicit. Nimirũ ſi ob intemperiem frigidam ſingultit, cohibito ſpiritu: ſi ob mordentem acrimoniam, collutione faucium: ſi ob repletionẽ quampiam, ſternutatione curabitur: ob inanitionem rarò fit, & curationem non admittit.

APHORISMVS XIV.

Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

Ei qui ab hydrôpe tenetur, aqua quæ in venis eſt in ventrem fluente, ſolutio.

Per omnia hydrôpis genera, eſt ſanguis per omnes venas & arterias ſeroſus: totus enim ſanguis talis generatur in hepate per ea mala. Confluente ergo aqua in ventrem, hoc eſt, inteſtina, & factis aquoſis deiectionibus, fiet ſolutio. Nam cùm membrorum natura valebit ſerum, quod in venis eſt, p inteſtina excernere, bonã quoq; partem eius quod inter ea & peritonæum eſt, excernere poterit. Itaq;

hæc iudicationis ſpecies (deiectiones inquam aqueæ) hydropi eſt expedieotiſsima: atq; imitatione oaturæ facta, erit optima ratio curationis, pharmacum dare, quod aquam extrahat.

APHORISMVS XV.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει τὴν διάῤῥοιαν.

Longo alui profluuio laboranti, ſponte superueniens vomitus, ſoluit ventris profluuium.

Vt Medicus facit eorum quę in partem aliquam fluunt, retractionem: ita natura facit cùm præualere incipit, repulſionem. Vt cùm ex ſurditate facit deiectiones biliofas: ita etiam ex profluuio ventris, vomituio. Nimirum cùm inteſtina laborarent fluxione, potentis naturæ indicium eſt, id quod inteſtina malè affecturum influebat, aliam iu partē repellere. Quare expediens quoque erit in huius mali curatione: ſiquidem in iis quæ rectè fiunt ſponte, natura imitanda eſt, vomitum mouere.

APHORISMVS XVI.

Ὑπὸ πλευρίτιδος, ἢ ὑπὸ περιπνευμονίας ἐχομένῳ, διάῤῥοια ἐπιγενομένη, κακόν.

Ei qui à pleuritide aut peripneumonia tenetur, alui profluuium ſuccedere, malum.

A pleuritide aut peripneumonia teneri dicit, nō pleuriticum quemcunq;, aut peripneumonicū: ſed eum cuius pleuritis aot peripoeumonia, eouſque iam progreſſa eſt, vt per ſuppurationem tabidi facti ſint. Nam tales, vt 12. aphor. ſuperioris ſectionis dictum eſt, ſuperueniente profluuio ventris moriuotur. Pleuritidis aut peripueumoniæ noudum ſuperatæ, non video cur nō poſsit eſſe profluuium ventris iodicatorium: ſiquidem lippitudo, quæ inflammatio multò remotior ab inteſtinis eſt, profluuio veutris tollitur.

APHORISMVS XVII.

Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

Ophthalmia laborantem, profluuio ventris corripi, bonum.

Ophthalmia, eſt inflammatio oculi & palpebrarum. Fit confloentibus biliuſis ſuccis furſum: qui iu iuſernas partes, vtpote ignobiliores & ad euacuatiouem comparatas, vtiliter repelluntur à natura ipſa: qui & ab arte vtiliter rettahentur.

APHORISMVS XIIX.

Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

Veſicam inciſam eſſe, aut cerebrum, aut cor, aut ſeptū tranſuerſum, aut aliquod inteſtinum tenue, aut ventriculum, aut iecur, lethale.

Ratio quædam cōmunis eſt, qua pleraq; horum magnum periculum afferunt vlcerata, quam proximo aphoriſ. quarundam partium exemplo exprimet: q scilicet partes ſolidæ non coaleſcunt: oam veſica, cerebrum, & inteſtina, & ventriculus, ſunt in partibus ſolidis. Sed & præter hanc, ſuot peculiares quædam rationes. Veſica præterquàm q eſt exanguis & dura, eſt ſemper excremento plena, qđ curationem vlceris omnino impedit. Sed cùm ipſo collo, aut non longè ſciſſa eſt, curationem ſolet recipere, quia ea parte mollior, & carnoſa magis eſt: quare tunc eſt iotelligendum lethale eſſe, inciſam eſſe veſicā, cùm longè à collo inciſa eſt. Cerebrum ouuquā vulneratur ſine periculo, ob priucipatum magnum eius partis. Vſq; ad ventriculos vtriuſq; lateris vulnerari, omnino eſt deſperatus caſus. Altera parte hoc modu vulneratum, ſemel vidiſſe ſe iuuenem ſanatum eſſe in Smyrna Ioniæ Galeous narrat, atq; rem fuiſſe monſtro ſimilem. Cordis dignitas vulnus non fert: ſed ſi penetrās eſt, repeotè interimit: ſi non penetrat, uon repeutè, ſed excitata inflammatione. Sepium trauſuerſum diruptum curari non poteſt, præter cauſam dictam, ob aſsiduum etiā motum. Neq; verò expectare poteſt ita affectum auimal: priuatur enim reſpiratione, quia thorax q̄ minimum trahit, vt dirupti ſolles. Inteſtina tenuia, præ omnibus diſſieulter curantur vulnerata: quia denſoria ſunt aliis, ac minus habent carnis, & ſyncerę bilis fluxiooem magis patiuntur. Ventriculo dirupto, potum & cibum extrà ferri, & in locum præter naturam impingere eſt neceſſe, reliquumque neq; retiueri, neque coqui. Iecore vulnerato neq; omoino leuiter, neq; quàm mioimom, neceſſe eſt fluxum ſanguinis maguum inter peritonæum & inteſtina fieri. Quare hæc omnia vulnerata, meritò habentur lethalia.

APHORISMVS XIX.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε συμφύεται.

Cùm os præciſum fuerit, aut cartilago, aut neruus, aut bucca tenue, aut præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

Nullæ partes ſolidæ, cùm ab eis præciſum quippiam eſt, augētur: aut cùm deciſæ ſunt, coaleſcunt. Quod Hippocrates docet modò, faciens omnium earum enumerationem: eæ enim ſunt, oſſa, cartilagines, nerui, ligamenta, & membranæ omnes. Modò ergo nomine nerui, vt multis aliis in locis, intelligit neruum, ligamenta, teodones, & membranas. Buccæ partes tenues, quæ ad labia ſunt, cùm ad internam vſque partem ſecantur, oon coaleſcunt: quia non carne ſolùm, ſed membranis quibuſdam ex tendonibus couſtant. Præputium quoque eodem modo. De cauſa qua exangues partes non augentur, aut coaleſcunt, diſputatum eſt à me libro 2. Contr. ſatis diffuſè: modò ſatis ſit hanc ſeuteotiam explicare. Coaleſcere poſſunt res, aut nulla ſubſtantia intercedente, ſed per ſeſe: aut intercedente alia ſubſtantia. Vt cera coaleſcit cū cera, aut plumbum cum plumbo, uulla alia ſubſtantia intercedente, quæ conglutinet, ſed illis ipſis fuſis & concreſcentibus ſimul; ligna duo coaleſcuot, non ita, ſed agglutinata colla, aut re alia lēta. Primo modo nullæ res duræ poſſunt conereſcere, ſed ſecundo hoc lapides etiam coaleſcere videmus. Igitur & io noſtris partibus meritò ita fit. Molles ſcilicet verè ac per ſe coaleſcont: ſolidæ noo ita, ſed genita inter partes ſubſtaotia alia, vt oſſa per vocatum callum, cartila-

cartilagines & membranæ per aliud quiddam callo reſpondens proportione. Quòd ergo Hippocrates negat eas partes ſciſſas coaleſcere, primo modo intellige: nam ſecundo modo, vel fracta oſſa firmari ſæpe vidimus, nedum membranas. Sed illud quoque conſtat, cùm in duritie cauſam huius rei collocauerimus, neque in omnibus partibus, neq; in omni natura, neque in omni ætate eſſe parem difficultatem coaleſcendi. Nam neq; oẽs partes vocatæ ſolidæ, ſunt æquè duræ, neque in omni natura & ætate. Sed oſſa ſemper cartilagine, & hæc ligamentis, hæcque neruis duriora ſunt: atq; hæc omnia in ſenibus quàm iuuenibus, & his quàm adoleſcentibus & pueris. Vſque adeò vt in ſenibus vix horum quippiam ratione aliqua poſsit coaleſcere, in puerulis ne oſſa quidam propriè coaleſcere mirum ſit: neq; enim in vulnerum curatione ſolùm, ſed etiam naturaliter, creſcunt & coaleſcunt oſſa pueris. Creſcunt quidem omnia, coaleſcunt verò quædam, vt partes cranei, quę plures & maiores habent commiſſuras in pueris, quę procedente ætate, coalitu oſsium, enaueſcunt.

APHORISMVS XX.

Ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα ἐκχυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη ἐμπυηθῆναι.

Si in ventrem præter naturam ſanguis excidat, neceſſe eſt ſuppurari.

Neq; nomen ventris hîc dicitur de eo ſolùm, cui hanc appellationem peculiariter tribuere conſueuimus: neq; verbum ſuppurari, de ſola ſuppuratione. Sed ventrem vocat quodcunque cauum: vt hac appellatione, veſica & vterus, & thorax vẽtres ſint, quin & ipſa arteriarum & venarum caua ventres ſunt. Atque ſuppurari vocat modò, vtcunque corrumpi. Itaque perinde debes intelligere, ac ſi diceretur, ſi ſanguis excidat in caua, quę illi ſunt præter naturam, neceſſe eſt putreſcere. Nimirum ſunt ſanguini ventres quidam ſecundùm naturam: cuiuſmodi venæ & arteriæ, & ventriculi cordis, & ſinus quidam in meningibus cerebri: In his conſeruatur optimè, manetq; integer. Sed cùm primùm extra hæc naturalia vaſa funditur, ſi bonus erat ſanguis, concreſcit, ac concretus putreſcit: ſin erat iam ſanioſus, ſine concretione putreſcit. Itaque vtcunq; extra naturalia vaſa contineatur, corrumpitur.

APHORISMVS XXI.

Τοῖσι μαινομένοισι, κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.

Furentibus, varicibus aut hæmorrhoidibus ſuccedentibus, furoris ſolutio.

Melancholicis omnibus, bonũ eſſe hæmorrhoidas fieri, priùs docuit: furentes ex melancholia etiam fiunt, cum vſtione tamen: ergo his quoq; hæmorrhoides bonæ fuerint. Varicum eſt eadem ratio: nimirum vt hæmorrhoides craſsi & fæculenti ſanguinis euacuatio eſt, ita varices ad crura abſceſſus. Quare vtrâque ratione liberatur à melancholicis paſsionibus cerebrum.

APHORISMVS XXII.

Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαίνει, φλεβοτομία λύει.

Quæcunque rupta ex dorſo in cubitum deſcendunt, ſectio venæ ſoluit.

Dorſum Græcis νῶτον, eſt ea pars, qua inter ſpatulas ſpina cõtinetur. Cubiti nomine, ad multa vtuntur Latini. Nam & eam partem brachij, quæ eſt inter brachium & brachiale, vocât cubitum: & poſterius illius partis os (eſt enim ea parta geminum) vlnam ſcilicet: & præter hæc articulum cubiti, & proceſſum poſteriorem vlnæ, qui ſe in hunc articulum inſerit. Tamen Græcis non eſt idem nomen, quo ſignificentur hæc omnia: ſed vocant πῆχυν, aut partem brachij, aut vlnam: cubiti verò articulum aut proceſſum vlnæ, ἀγκῶνα, quo nomine hîc Hippocrates vtitur. Itaque cubitus hîc nobis, medium totius brachij articulum ſignificat. Rupta dicuntur, quæ continuitatem amiſerunt: præterquàm quòd in quibuſdam partibus peculiaria nomina habent, vt in oſſe fracta, in carne aut aliis rupta. Sed ruptio nõ videtur ex dorſo ad cubitũ poſſe deſcendere: quid ergo eſt quod dicitur? & quod venæ ſectio ſanat? Certè duorum alterum, aut nomẽ illud dicitur de dolore par analogiam quandam: quaſi ita dicatur, Si dolet dorſum, vt ruptũ aliquid illius eſſe videatur, & dolor in cubitum deſcendat: aut ita intelligi debet, Si quippiam reuerà in dorſo ruptum ſit, & ex ea ruptura dolor in cubitum deſcendat. Atque vtcunque intelligatur, ſententia erit vera: ſoluetur ſcilicet ſectione venæ, non ruptio, ſed dolor. Cauſa verò eſt huiuſmodi: Sanguis qui in dolente parte redundat, aut ad dolantem partem conuocatur, inclinat ad cubitum per brachium: quare eo loco ſecta vena optimè euacuabitur. Non enim ita intelligendum eſt, venæ ſectionem quacunque parte factam, ſoluere dolorem: ſed in ipſius cubiti venis. Nam quid intereſt in cubitum deſcẽdere dolorem, aut non, vt ſectione venæ ſit opus, niſi ex hac parte, in quam inclinat multitudo, facienda eſt? Sed hoc quoque videtur falſum: ſiquidem Galenus brachio aut crure laborante, nunquam ex eâdem parte permittit ſanguinem mitti: ſed altero crurum laborante, ex reliquo: laborante brachio, ex crure. Quo ergo pacto nunc dicimus, deſcendente dolore ad cubitum, ex eodem cubito mittendum ſanguinem? Certè quod Galenus dixit, intelligi debet de inflammationibus: hic autem dolor, de quo hîc fit mentio, nõ ex inflammatione muſculorum, ſed ex plenitudine vaſorum procedit. Atqui etſi ex inflammata particula nõ debet ſanguis mitti, tamen ex plena mitti nihil prohibet.

APHORISMVS XXIII.

Ἢν φόβος, καὶ δυσθυμίη πουλὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si metus & mœſtitia multo tempore perſeuêrent, melancholicum eſt hoc.

Metus & mœſtitia vtcunque perſeuêrent multo tempore, eſt melancholicũ: ſi ſine cauſa manifeſta perſeuêrant, eſt ſignum melancholiæ: ſi cum cauſa manifeſta, tamẽ eſt melancholiæ cauſa. Nam ſi quis mœret & timet ſine omni occaſione, hic proculdubiò morbo melancholia laborat. Si ex manifeſta occaſione incepit timere & eſſe triſtis, tamẽ neque animũ, neq; ſolatium tempeſtiuè recipit, etiam

diuturnitate passionum animus imbecillitatẽ comparat, vt leuissimis de causis semper mœreat & timeat: atq; vt facultates omnes naturales langueāt, & multi crassi succi congerantur, & multæ obstructiones fiant, & multi turbulenti flatus, q animum perturbent. Itaque vtcunque metum & mœstitiam perseuerare, est melancholicum, aut signum, aut causa. Cur melancholia metum & mœstitiam faciat, 5. lib. Contr. diximus.

APHORISMVS XXIV.

Ἐντέρων ἢν διακοπῇ τῶν λεπτῶν τι, οὐ ξυμφύεται.

Si quod ex tenuioribus intestinis præcisum fuerit, non coalescit.

Hic aphorismus pars est 18. & 19.

APHORISMVS XXV.

Ἐρυσίπελας ἔξωθεν κατεχεόμενον, ἔσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθόν, ἔσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν.

Erysipelas exteriùs effusum, intrò verti nõ est bonum: ab interioribus verò foras, bonum.

Non erysipelas solùm, sed tumorem quemcunq; præter naturam, ab externis intro verti, malum est: ab internis verò foras, bonum: quantò minus malum est, externas partes quàm internas malè affici. Nimirum internæ nobiliores sunt externis: & quæ interiùs sunt, minùs curationem admittunt, quàm quæ exteriùs. In hanc sententiam multa in Prognostico Hippocrates & Galenus scribunt.

APHORISMVS XXVI.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γίνονται, παρακοπὴ λύει.

Quibus in ardentibus febribus tremores fiũt, insania soluit.

Si ardentibus febribus laborantes, tremore corripiuntur, cùm nõ anteà tremerent, profectò in neruos & eorum principium mali permutationẽ pati incipiunt. Non enim tremunt vt senes, neq; vt alij, præ naturali debilitate: sed vt qui paralysi tentari incipiũt, tremere solent, debilitatis artubus. Quòd si succi in radicem neruorum impetũ capiunt, & radix neruorum sensuum internorũ sedes prima est, meritò tremor prænunciat insaniam in febribus ardentibus. Quòd dicit, insania soluit, non satis propriè dicit, sed quasi ita diceret, tremor cessat succedente insania.

APHORISMVS XXVII.

Ὁκόσοι ἔμπυοι, ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται, ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου, ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται.

Quicunq; suppurati aut hydropici vruntur, aut secantur, fluente affatim pure, aut aqua, omnino intereunt.

Suppurati & hydropici, cùm tentatis aliis auxiliis, nulla alia ratio curationis bene cedit, igne aut ferro secandi sunt, quò pus aut aqua effluat. Non tamen id temerè faciendum, nec ita aperiendum, vt effluat affatim totus humor: nõ enim possunt diuturno iam malo debilitati, nisi exiguam, ac paulatim factam euacuationem tolerare. Nam etsi noxij succi est vtraque euacuatio, tamen ex thorace & ea regione quæ intra peritonæum est, non potest non copiosus spiritus expirare. Danda ergo est opera, vt ita sectio aut vstio fiat, vt paulatim fluat, non repentè euacuetur. Quod ita fit, cùm sectio non magna, neq; secundùm omnes partes, quæ peritonæo superpositæ sunt, eàdem figura facta est, sed in musculis omnibus, secundùm suarum fibrarum rectitudinem: ita vt sectione exterioris nihil interior lædatur, sed sectione alia ꝓpria, quæ exteriori sectioni obliquè aptata sit. Itaq; obliquè secto abdomine, effluit aqua, idq; paulatim. Vstio ne penetrans fiat, sed fistula quædam nõ penetrãs, ac si res exigat plures fistulas, plures etiã fiant. Ex hoc loco argumentum capit Celsus, ad suadẽdum, copiosam euacuationem cum periculo fieri: satius est enim (inquit) primùm leuare ægrũ, deinde perpurgare, q̃ simul omni vi effusa fortasse præcipitare. Quòd si in cura quoque aquæ, quæ inter cutem est, ita respondet, quantò magis necesse est in sanguine respondeat.

APHORISMVS XXIIX.

Εὐνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίνονται.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt.

Eunuchi non sunt iidem qui spadones. Nam spadones sunt, quibus viæ seminis adeò inuersæ atque inflexæ sunt, vt nõ possint illud emittere: eunuchi sunt, quibus secti, aut compressi attritiq; sunt testiculi. Hi quia venere non vtuntur, minùs tentantur podagra, q̃ reliqui homines. Nam etsi multæ aliæ causæ podagræ esse possunt, tamen creberrimè fit ex immodica venere, quia venus laxat articulos, & innatum calidum debilitat: quare succos crudos congeri facit. & articulos ad fluxionẽ paratos. Non ergo hoc dictum ab Hippocr. est, quòd eunuchi podagra laborare non possint, sed quód rariùs laborent q̃ reliqui. Possunt enim laborare podagra, si eam habent hæreditariam, aut si multum cibi & potus ingerunt: tamen quia reliqui ex his causis, & ex venere etiam, laborant crebriùs q̃ hi. Quòd calui non fiant, Aristot. etiam dixit 5. de Animal. gener. his verbis: Et eunuchus non fit caluus, quia in fœminam mutetur. Itaq; inquit, eàdem ratione id accidere eunuchis, qua mulieribus. Nimirum eorũ corpora fiunt humida, caluities verò accidit ob siccitatem, deficiente humore quo pili nutriantur, & durescente siccataque cute in syncipite in modum cicatricum: meritò ergo eunuchi calui non fiunt.

APHORISMVS XXIX.

Γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτῇ ἐκλείπῃ.

Mulier podagra non laborat, nisi menstrua deficiant.

Mulieres à plerisque malis liberat menstrua illa euacuatio, ab iis maximè, quæ ex redundantia initium accipiunt, cuiusmodi podagra, aut chiragra, (nomine enim podagræ, in his sententiis omnem articularem morbũ intelligi velim.) Igitur si menstrua deficiunt, aut non satis copiosè fluunt, nihilo minùs quàm viri eo morbo laborabũt: imò verò magis etiam, quia pluribus abundant excrementis: tamen

tamen dum fluent copiosè, liberæ erunt ab eo malo. Quare vbi dicitur, nisi menstrua deficiant, intellige, aut minùs quàm expedit, fluant: nam non omnino deficientibus, vidimus mulieres podagricas quasdam, quòd incontinenter cibis & potu vtátur, quasdam quòd id malum habeant hæreditarium.

Aphorismus XXX.

Παῖς οὐ ποδαγριᾷ, πρὸ τοῦ ἀφροδισιασμοῦ.

Puer podagra nõ laborat ante vsum veneris.

Multi Monachi laborant podagra, qui venere nunquam vsi sunt. Quare quod dicitur, ante vsum veneris, intellige, ante id tempus quo solent homines vti venere: nam ab eo tempore incipiunt multi fieri podagrici, etsi non vtantur venere: quanquam multò magis, si ea vtantur immodicè. Sed non eò solùm, pueri podagra non tentantur, quòd venere non vtuntur: sed etiam quòd insitam habent illam insensilem euacuationem, quæ nõ minùs eos à morbis liberat, quàm menstrua mulieres. Itaque duas illas causas, quarum alteram in eunuchis, alteram in mulieribus esse dicebamus, pueri coniunxerũt, abstinentiam à venere, & euacuationẽ naturalem. Exacta pueritia, si veneri sese dedant, vtraque deficit: sin minùs, deficit altera, euacuatio scilicet insensibilis. Quare ne ita quidem erunt adeò liberi à podagra, quàm per pueritiam: minùs tamen ea tentabuntur, quàm si vterentur venere: atqui ne tentabuntur quidem fortassis, nisi hæreditariam habeãt, aut sint voraces, vel vinosi.

Aphorismus XXXI.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακίη λύει.

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut pharmacum soluit.

Plerisque doloribus oculorum est meri potio aduersissima: fit tamen quibusdam etiam vtilis. Atque singula eorum quæ hic Hippoc. commẽdat, eodem modo habent: nunc scilicet sunt vtilia, nunc aduersa: quare non dicit, ad omnes dolores hæc omnia esse vtilia, sed ad quosdam hoc, ad quosdam illud, ad alios aliud vtile esse. Nam aut dolorem excitat intemperies nuda, aut succus aliquis. Si intemperies, opus est fomento: calido, si frigus: frigido, si calor ea intemperies est. Si succus, aut is fluit adhuc corpore, aut cessauit iam fluere, toto corpore euacuato: si fluit adhuc, sanguinis missione aut pharmaco est opus, pro humoris natura. Si cessauit fluere, & totum corpus euacuatũ iam est: aut id quod hæret particulæ est crassum, atque iuuat potus vini: aut tenue & mordax, iuuatque balneum. Quare nullus dolor oculorũ fit, qui modo aliquo tali non curetur: tamen hæc omnia nullus amat. Atque potu vini, non nisi circunspecta planè causa dolendi, atque cautè admodùm, vti suadeo.

Aphorismus XXXII.

Τραυλοὶ ὑπὸ διαρροίης μάλιστα ἁλίσκονται μακρῆς.

Balbi diarrhœa longa maximè capiuntur.

Duplex est balbutientium genus: quidam nihil nisi cunctanter proferre possunt: possunt tamẽ proferre elementa omnia: alij quæ difficilia prolatu sunt, cuiusmodi r, non possunt, sed alia pro aliis elementa proferunt, vt l, pro r. Vtrique horum fieri possunt vitio compositionis: primi, quia ligata est lingua palato inferno plùs satis: alij ob linguæ breuitatem, vt vix inter loquẽdum possit in palato firmari. Sed & sine vitio cõpositionis possunt vtrique fieri: cunctabundi fiunt plerunque biliosi & sicci, qui celeriùs mouentur animo & mente, quàm lingua. Balbi fiunt, quibus musculi linguæ sunt laxi & infirmi; quare molles & humidi. Humidis verò humida est aluus plerunque, ac sæpe fit præter naturam humida, & profluuio laborans: nimirum influxus multi humoris aluum mouet, & intestinis facultas retinendi, præ humore crebrò debilitatur.

Aphorismus XXXIII.

Οἱ ὀξυρεγμιώδεες οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίνονται.

Qui acidum eructant, non admodùm fiunt pleuritici.

Ructus acidi, ex frigore ventris nascuntur: quare ij, quibus crebrò fiunt, succos generant frigidos & crassos. Ad tales ergo morbos parati sunt, quales ex talibus succis fiũt, vt ad colicos dolores. In pleuriticos raro incidunt: nimirum neque frigidi succi inflammationes facere, neque crassi, in tenuem membranam costarum imbibi possunt.

Aphorismus XXXIV.

Ὁκόσοι φαλακροὶ, τουτέοισι κιρσοὶ μεγάλοι οὐ γίνονται. ὁκόσοισι δὲ φαλακροῖσιν ἐοῦσι κιρσοὶ ἐπιγίνονται, πάλιν οὗτοι γίνονται δασέες.

Quicunque calui fiunt, ijs magnæ varices non fiunt: quibus verò caluis iam factis varices superuenerint, rursum hi fiunt capillati.

Quatuor nomina sunt defluuij capillorum, φαλάκρωσις, id est, caluities: μαδάρωσις, id est, effluuium palpebrarum: ἀλωπεκία, id est, defluuium ex capite & mento: ὀφίασις, id est, per surculos similes serpentis vestigiis, defluuium capillorum. Atqui cùm hæc diuersa dicto modo sint nomina, tamen est quum quoduis illorum pro aliis accipitur: velut in hac oratione, in qua calui dicuntur, non qui propriè tales sunt, sed quibus præter naturam capilli vndecunque effluunt, ob morbum aliquẽ, cuius id symptoma proprium fit. Nam succedit effluuium capillorum multis morbis, quibus neque proprium, neque familiare est: sed ob nimiam extenuationẽ, & profusam succorum euacuationem, laxatis nimiùm poris, & deficiente alimento capillorum. Propria tamen aut familiaris illis solùm morbis est decideotia capillorum, qui ex maligna cacochymia fiunt, vt Gallicus morbus, & alopecia: putrescunt enim in his radices capillorum, ac proinde illi effluunt. His magnæ varices raro fient, quia per eos morbos excrementa repunt ad caput, & sublimes partes, pilosas scilicet: varices verò fiunt per contrarium eorum impetum. Quare si cui ita laboranti, varices magnæ fient, renascentur capilli: quia facto excrementorum magno abscessu ad crura, pilosæ partes expurgabuntur.

runt, ferro aut igne curãdi nõ sunt. Illi igitur solùm sunt ita curandi, quos nõ est spes sola curatione totius corporis, & succo solani, & similibus aliis solutum iri: quosq; extrahere poterimus integrè ac radicitùs, haudquaquã sectis tam amplis vasis, vt nulla deinceps ratione sanguinis fluxus sisti possit.

APHORISMVS XXXIX.

Σπασμὸς γίνεται, ἢ ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος. οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

Conuulsio fit vel ex repletione, vel inanitione: ita autem & singultus.

Conuulsio est contractio musculorũ, & neruorum motus, à causa præter naturam: similis ei contractioni, quæ fit p voluntatem, aut à facultate partis. Hinc manifestum fit, non aliter posse conuelli, q̃ per magnam repletionem, aut inanitionẽ, quæ contrahat. Nam si ob irritationem aliquam sese membrum contrahit, aut concutit, ea certè non est conuulsio propriè, siquidem à facultate fit, sed conuulsioni similis passio. Singultus est passio eadem in ventriculi ore, quæ conuulsio in instrumentis motus, atq; à similibus causis fit. Quare cùm ventriculus nõ se concutit ob irritationem aliquam, singultit, quia repletus aut exinanitus est.

APHORISMVS XL.

Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνος γίνεται, ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸν πόνον.

Quibus dolor circa hypochondrium fit, sine phlegmone, iis febris succedens soluit dolorem.

Nomine phlegmonis hîc intelligitur omnis tumor ab humore calido, atque etiam ardor omnis, quem phlogosin vocant. Si ergo citra hãc, in hypochondrio dolor fit, certè is fit à frigidis succis aut flatu. Hæc ambo febris tollit, aut liquatis humoribus, vt per vrinæ vias fluant, aut fugato & extenuato flatu, vt erumpat è ventre cum crepitu, atq; ita soluit dolorẽ, vt aphor. 73. part. 4. qui in hanc ipsam sententiam scriptus est, dixerat Hippocrates.

APHORISMVS XLI.

Ὁκόσοισι διάπυόν τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ ἀποσημαίνει, τουτέοισι διὰ παχύτητα τοῦ πύου, ἢ τοῦ τόπου, οὐκ ἀποσημαίνει.

Quibus suppuratio aliqua cùm sit in corpore, non innotescit, iis ob crassitudinem vel puris, vel loci, non innotescit.

Duabus de causis dicit fieri, vt, etsi factum pus sit in tumore aliquo, tamen non agnoscatur à Chirurgo: aut quia cutis particula densior est, atq; proinde seosum tactus fallit: aut quia succus, qui in pus est mutatus, crassus est, atque proinde parùm emersit ad extimam partem. Oportet ergo Chirurgum duo hæc animaduertere, quò minus fallatur in puris agnitione.

APHORISMVS XLII.

Ἐν τοῖσιν ἰκτεριῶσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι, πονηρόν.

Ictericis hepar durum fieri, malum.

Inflammatio hepatis, in morbis lethalibus est. Durities verò eius visceris, coniuncta cum morbo regio, significat inflammationem: nam durities significat tumorem in hepate esse: morbus regius significat redundantiam succorum calidorum. Ergo ambo hæc significant tumorem hepatis ex succis calidis: ea verò est inflammatio.

APHORISMVS XLIII.

Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγενομένης μακρῆς δυσεντερίης, ἢ ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται.

Quicunq; lienosi à dysenteria corripiuntur, iis longa dysenteria facta, aut hydrops, aut leuitas intestinorum succedit, & moriuntur.

Lienosi sunt, qui lienis duritie & obstructionẽ magna ex longo tempore laborant. Illis si dysenteria succedat, neq; maxima, neq; longissima, sed quę quantitati succorum morbum facientium respondere possit, & citò cesset: bona esse solet, & morbũ soluere, euacuata causa: id quod aphor. 48 huius sectionis audies. Si tamẽ dysenteria longa fiat, ea iam non tantùm euacuationis mali succi erit soboles, sed exulcerationis iam maximæ & debilitatis intestinorum: atq; per longam euacuationem, & p malum pristinum, non poterit non debilitari natiuus calor in hepate. Quare fiet hydrops, aut lienteria, aut vtrunq;: quæ non est verisimile, facultatem alioqui iam per morbum longum defatigatam, superaturam, sed magis futurum, vt homo moriatur. Itaque si cui lienoso dysenteriam videmus superuenire, inter spem & metum sumus: nam vtrunque euentum afferre solet, solutionem aut mortem.

APHORISMVS XLIV.

Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεὸς ἐπιγίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἅλις τὸ οὖρον ῥυῇ.

Quibus ab stillicidio vrinæ volulus superuenit, intra septem dies moriuntur: nisi febre superueniente, vrina satis effluat.

Tam stillicidium vrinæ q̃ volulus, fieri potest ex inflammatione, aut ex aliis rebus, vt succis crassis, fæcibus duris, & ateriis obstruentibus. Si ex inflammatione fiunt, nequaquã accedente febre possunt curari, neq; febris mouebit admodũ vrinam. Sed cũ stillicidium euenit ob crassos & lentos succos, redundantibus plurimùm talibus succis, aut in toto corpore, aut in officinis concoctionum, fieri solet etiam volulus. Verùm cùm vterque dolor p se sit grauissimus, & vesicæ, & intestinorum gracilium, nulla facultas adeò constãs erit, vt ambos dolores ferre possit vltra septem dies: quare intra id tempus morietur, qui ita laborabit. Nisi febris superueniat: nam febris extenuare, ac liquare poterit succos, & copiosè mouebit vrinam: quare soluere poterit eos morbos, non sine ratione. Quare nõ video, cur Gal. tantam huius aphor. difficultatem esse potet, vt quid sibi velit Hippoc. nescire fateatur.

APHORISMVS XLV.

Ἕλκεα ὁκόσα ἐνιαύσια γίνεται, ἢ μακρότερον

cta sunt, difficilè discipantur. Igitur ille affectus per se, vtpote inflammatio, acutus fit, & gratia loci chronicus: quæ cùm conueniant ambo, prodit morbus, acutus, non simpliciter, sed ex decidentia. Talium verò morborum terminus vltimus, est quadragesimus dies: intra hos ergo soluetur inflammatio podagrica: non quadraginta diebus exactè, sed intra quadraginta. Idque quantum agitur in ipsa morbi & loci natura, si neque Medicus, neque ægrotans quicquam delinquat, aut externorum quippiam obstet.

APHORISMVS L.

Ὁκόσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος διακοπῇ, τουτέοισιν ἀνάγκη πυρετὸν, καὶ χολῆς ἔμετον ἐπιγίνεσθαι.

Quibus cerebrum vulneratur, his necesse est febrem, & bilis vomitum superuenire.

Vulnerato cerebro, concitatur statim in eo inflammatio, atque consentiente corde per communes arterias, excitatur febris. Vomitus fit, consentiente ore ventriculi per communes neruos sextæ coniugationis: bilis quidē, quia ea vtpote tenuior, ante alios succos ad os illud confluit. Atqui vomitus solet statim ab accepto vulnere fieri, si ictus fuit magnus: febris rarò statim, sed quarto aut septimo die. Neque verò solùm vulnus substantiæ cerebri potest hæc facere, sed & vulnus membranarū: quia membranæ multis neruis sunt alligatæ cerebro: & vt neruorum fibræ ex cerebro veniunt, ita indumenta, veniunt ex meningibus.

APHORISMVS LI.

Ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γίνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγχουσι, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

Quibus bene valentibus dolores capitis repentè accidunt, & statim sine voce fiunt, & stertunt, septem diebus intereunt: nisi eos febris apprehendat.

Quod dicitur, repente, intellige, non paulatim, neque ex manifesta causa. Quare si non paulatim dolor fit, non certè ex nuda intemperie fit: si non ex procatarctica causa, ex confluxo aliquo in caput concitato fit. Cui si statim obmutascentia succedit, constat neruorum radices iam apprehendere. Igitur si post hæc stertor fiet, apoplexia est hic affectus, eaque non leuis: igitur intra terminum acutissimorum hominem interimet. Nisi (inquit) eos febris apprehendat: nam si apprehenderit, fortasse soluet apoplexiam, discipato flatu, & extenuata pituita. Neque verò puto febrem adeò multùm posse in tam graui affectu, vt suscitata febre statim confidendum sit de salute hominis: sed vt minùs desperandum, quàm si nulla esset febris.

APHORISMVS LII.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τοῦ λευκοῦ, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι, ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες σφόδρα.

Considerare autem oportet & suspectiones oculorum, in somnis. Si enim candidi aliquid videtur commissis palpebris, non ex profluuio ventris, aut expurgatione, prauum est signum, & lethale admodùm.

Hæc ipsa sententia, eisdem verbis scripta est ab eodē Hippocrate in Prognostico, non longè à principio: quo loco enarrata satis est à me, vt non sit hîc opus enarratione noua.

APHORISMVS LIII.

Αἱ παραφροσύναι αἱ μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς, ἐπισφαλέστεραι.

Desipientiæ, quæ cum risu fiunt, securiores: quæ verò cum solicitudine, periculosiores.

Species desipientiæ, significat speciem passionis quæ in cerebro est, & succi qui eam facit: vt cum risu phrenitis, meram inflammationem ex sanguine moderatissimo: cum solicitudine, ex melancholico sanguine. Quare mitior & securior desipientia ex risu est, vt sanguis etiā alijs succis est benignior.

APHORISMVS LIV.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, κακαί.

In acutis passionibus quæ cum febre sunt, suspiria luctuosa, praua.

In acutis passionibus, quæ cum febre sunt, idem est dictu, atque in febribus acutis. Suspiria luctuosa, sunt quædam suspiria quæ pueris lugentibus solent accidere, cùm volunt fletum sistere, neq; possunt. Quod genus suspirij, est motus quidam conuulsiuus musculorum, qui mouent thoracem: talis verò motus, est conuulsionis initium. Quare in acutis febribus, maximè si delirare etiam ægrotantes cœperint, metum facit, ne homo cum conuulsione moriatur.

APHORISMVS LV.

Τὰ ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος, καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Podagrica vere & autumno mouentur plerunque.

Ver & autumnus semper excipiunt corpora plena malis succis: hic bile, illud pituita: nam hyems semper generat multum pituitæ, æstas bilis. Atqui etsi hyems pituitam congeri faciat, tamen frigore continentis aeris moueri prohibet: & æstas quamuis bilem gignat, sed per corporis habitum, extenuando, facit expirare. Ver accipit cacochymiam hyemis, & concretionem soluens motum ciet: autumnus excipit cacochymiam æstatis, & discipationem cohibens, in internum corpus ciet motum. Meritò ergo vtrâque tempestate accidūnt dolores podagrici, iis qui ad eos parati sunt: vere tamē fient ex pituita aut sanguine, autumno ex bile. Neque ast quòd videatur aduersum huic sententiæ, quod libro 1. de Natura hominis dicitur, Morborum qui vere fient, autumno solutionē expectari debere: & eorū qui autūno fiunt, expectari solutionē vera. Nā

nihil repugnat, idem morbi genus contrariis temporibus oriri: siquidem ex contrariis natura succis oriri possunt. Nihilominùs morbus qui quouis tempore cœperit, ad contrarium mutata aeris temperie soluetur.

APHORISMVS LVI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασιν ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην, ἢ τύφλωσιν σημαίνει.

Melancholicis morbis in hæc periculosi decubitus, aut apoplexiam corporis, aut conuulsionem, aut maniam, aut cæcitatem significant.

Videtur verborum contextus non satis aptus. Quidam illud relatiuum, in hæc, dicunt referre tempora, scilicet ver & autumnum: vt sensus sit, per hæc tempora, aut his temporibus periculosi decubitus sunt morbis melãcholicis, in apoplexiã, & cætera. Sed primùm videtur illud, in hæc, longè aliud esse ac, per hæc: deinde neq; ita est quod verbo illi, significant, suppositum reddat, vt dicunt Grammatici. Proinde ego censeo, suppleri quædam, & ita explicari, vt prima illa pars, morbis melancholicis in hæc periculosi decubitus, sit propositio dicendorum. Itaque illud, hæc, refert sequentia: estque hic sensus, Ex melancholicis morbis periculosi decubitus sunt in hæc, quæ dicam. Nimirum morbi melancholici significant aut apoplexiam, aut epilepsiam (nam nomine conuulsionis, vniuersalem intelligit) aut maniam, aut cæcitaté. Quia scilicet ex melancholia fieri solet apoplexia, cùm adeò crescit in cerebro melancholicus succus, vt illud obstruat totum: epilepsia, cùm nõ eatenus crescit, sed vt replcat cerebri ventriculos: mania, cùm melancholia vritur: cæcitas, cùm neq; totum cerebrum, neque eius ventres, sed opticos neruos replet solùm. Ita etiam facere posit surditatem, si obturet auditorium porum: nam hę omnes obstructiones sunt. Vbi dicit, melancholicis morbis, ne intelligas omnes morbos, qui ex melancholia succo fiunt, sed eum solùm qui vocatur melancholia morbus: nam ex quartana non solùm fieri non solent hæc, sed & cùm facta sint, solui, vt priùs Hippocrates ipse dixit.

APHORISMVS LVII.

Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

Apoplectici autem maximè fiunt, ea ætate, quæ est à quadragesimo ad sexagesimũ annum.

Non quicunque apoplectici fiunt hac ætate maximè (nam apoplexiam familiarem esse extremæ senectuti lib. 3. dixit) sed ij q̃ ex melancholia fiunt, à quadragesimo ad sexagesimum fiunt maximè: vt qui ex pituita, sequentibus annis. Nam hæc ætas à quadragesimo ad sexagesimum constat fine consistentiæ & principio senectutis, quibus temporibus maximè est consentaneũ, melancholiam morbum in grauiores alios mutari. Quia vrgere incipit melancholia à principio consistentiæ, veniet ergo ad tantum incremẽtum, vt grauiora mala iam pariat; non ante finem consistentiæ, & senectutis initium.

APHORISMVS LIIX.

Ἢν ἐπίπλοον ἐκπίπτῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Si omentum exciderit, necesse est putrescere.

Si vlcerata ventris parte, excidunt intestiua, aut aliquod aliud subiectorum corporum, reponi potest tutò. Tamen si omenti pars excidit, non reponi, sed secari debet: quia ob naturalem pinguedinem, statim ac occurrit aeri, concrescit, ac frigescit. Quibus verò innatum calidum extinguitur, putrescunt facilè.

APHORISMVS LIX.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης ἐξίσταται τὸ ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐγγίνονται.

Quibus ischiade laborantibus excidit coxa, & rursum incidit, his muci generantur.

Pulcherrimè hoc aphorismo & sequenti, docet passionis cuiusdam causam, & symptomata, & curationem. Cùm coxam decidere dicit, os femoris ex suo articulo decidere intelligit. Constat verò id os excidere, id est, luxari, & rursum incidere, id est, reponi, laxitatis articuli indicium esse: ea non nisi ex laxitate ligamentorum fieri potest. Igitur patiuntur ligamenta passionem quandam similem paralysi neruorum: emollitionem scilicet à mucis, seu pituitosis, & muco similibus succis. Itaque cùm alicui post doloré coxæ fit laxitas, indicio aperto est, dolorem cœpisse à pituitæ fluxione: quæ cùm creuerit, facit ligamentorum laxitatem.

APHORISMVS LX.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν.

Quibus diuturnâ ischiade laborantibus, coxa excidit, ijs extenuatur crus, & claudicant, nisi vrantur.

Ij quibus longus coxę dolor, & luxatio, aut laxitas saltẽ, deinde fit, succedit extenuatio cruris: quia exercitatione priuata languidior fit pars. Et claudicant, ob infirmitudinem motus: infirmus est enim motus eorum, quæ aut omnino auulsa sunt, aut in laxissimo cardine versantur. Nisi (inquit) vrantur. Quibus verbis insinuat curationem: nimirum hæc passio curatur vstione partiũ circa articulum, quia vstio absumit mucores, & cõtrahit cutem, quæ contracta, constringit ossa. Tamen hæc vstio nõ debet agi, antequam totius corporis habita cura sit: neq; tunc quidem acuto, sed plano obtusoque ferro, vt cutem solam contrahat, ligamẽta siccet solùm. Neque verò hæc de coxa sola debes intelligere, sed illius exemplo, & de quouis alio articulo, pręhumore laxo, quod ex Hippocrate ipso libro de Articulis intelliges.

MAGNI

MAGNI HIPPOCRATIS COI APHORISMORVM

SECTIO SEPTIMA.

APHORISMVS I.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν.

In acutis morbis refrigeratio extremorum, malum.

HIc aphorismos cum 48. quartæ particulæ enarratus est.

APHORISMVS II.

Ἐπὶ ὀστέῳ νοσέοντι σὰρξ πελιδνὴ, κακόν.

In osse ægrotante caro liuida, malum.

Cũ læso osse liuescere incipit caro, timeri debet gangręna: quia extinctionis calidi, soboles est liuor.

APHORISMVS III.

Ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ, καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ, κακόν.

A vomitu singultus, & oculi rubri, malum.

Singultus potest fieri, ex repletione, aut inanitione, aut irritatione oris vẽtriculi Si ex repletione fit, aut irritatione, vomitu curatur: nisi impacta admodũ sint quæ mordent, aut irritant, vt cùm particula aliqua inflammata est. Si igitur post vomitum fit, inflammationẽ oris ventriculi significat, aut inanitionem. Si ex inanitione, lethalis nihilo minùs q̃ ex inflammatione est: sed accedente oculorum rubore, inflammatio significatur: quia ventriculo aut cerebro inflammatis, statim rubent oculi.

APHORISMVS IV.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, οὐ χρηστόν.

A sudore horror, non bonum.

Malum etiam posset dicere: non solùm, non bonum. Nam sudor horrorem solet soluere, concalfacto æqualiter corpore, & euacuato excremento: si ergo malum quod solet curare, sudor facit, malum est. Proculdubio si à sudore homo horrere incipit, exudatum est quod erat vtile: mordax excrementum non exudatum, sed agitatum solùm.

APHORISMVS V.

Ἐπὶ μανίῃ δυσεντερίη, ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν.

A furore dysenteria, vel hydrops, vel alienatio maxima mentis, bonum.

A furore dysenteria bona, non quæcunque, sed quæ fiet eoacuata bile atra. Hydrops fit, abscedente atra bile à cerebro ad hypochondria, ibiq; calore suffocato. Alienatio maxima fit, cùm vehementer mouetur atra bilis, cui motui succedere solet, hàc aut illac eoacuatio: non aliter ac alij morbi, cùm iudicantur, ingrauescere videntur, deinde soluuntur succedente euacuatione. Sed obiicies, nõ posse esse dysenteriam, quæ à bile atra fit, bonam: siquidem 24. sect. 4. dictum est esse lethalem. Sed scire licet, atram bilẽ duobus modis posse partis alicuius exulcerationem facere, aut in ipsa parte impactam, aut per partẽ aliunde perlabentem. Primo modo omnis exulceratio ab atra bile cancer est, q̃ in intestinis, est dysenteria lethalis. Secundo, non est, sed dysenteria quædam, quæ morbis melancholicis salubriter succedit: vt atræ bili, quod modò docet: & duritiei splenis, quod 48. part. 6. docuit.

APHORISMVS VI.

Ἐπὶ νόσῳ πολυχρονίῃ, ἀποσιτίη, καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες, κακόν.

In morbo longo, cibi fastidium, & syncera deiectiones, malum.

Cibi fastidium, non quodcunq; intelligit, sed maximum: quod in morbo acuto, ex calore & bile in ventriculo fieri potest: tamen in longo, q̃ semper fit à frigidis succis, non nisi ex sensus extrema corruptione, aut maligna succorum putredine. Ergo, vt signum, deterius est fastidium in longo, q̃ in acuto morbo: sed & vt causa, quia per maximũ fastidium, ne prudentissimi quidem homines possunt cibum capere, inedia verò aut valde tenuis victus, in longis semper est periculosus. Deiectiones synceræ, semper sunt malæ: sed in lungo morbo grauiores, quia à morbi longi cõditione longiùs absunt: nam longi fiunt ex succis variis. Variæ ergo deiectiones, sunt illis familiares: synceræ, aduersæ.

APHORISMVS VII.

Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος, καὶ παραφροσύνη, κακόν.

Ex multo potu rigor & desipientia, malum.

Desipientia ex multo vini potu (hunc enim potum intelligit) crebrò fieri solet, dicunturq; ita affecti ebrij. Sed si cum ebrietate rigor fit, metus est ne non resipiscant, sed moriantur conuulsi: quia vinũ iam ingruere in neruos agnoscitur, vtpote quos mordet. Quòd si hîc nomine rigoris, frigus solum externorum intelligatur, vt plerique intelligunt, tũc quoq; metus est ne homo moriatur, suffocato calido innato. Nam quòd extrema refrigerata sint epoto multo vino, innati calidi oppressionem indicat.

APHORISMVS IIX.

Ἐπὶ φύματος ἔσω ῥήξιος, ἔκλυσις, ἔμετος, καὶ λειποψυχίη γίνεται.

A tuberculi intrò ruptione, exolutio, vomitus, & deliquium animi eueniunt.

Quanquam intrò dicit, in ventriculum tamẽ intelligit, vt indicãt sequẽtia. Vomitus scilicet fit passione propria ventriculi: exolutio, aut deliquium animi, consentiente corde Exolutio est initium deliquij animi: nostri Hispani vocant ahilamiento.

APHORISMVS IX.

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει, παραφροσύνη, ἢ καὶ σπασμὸς, κακόν.

A fluxione sanguinis, delirium, aut etiam conuulsio, malum.

Conuulsionem lethalem esse à fluxu sanguinis, docuit 3. aphor. 5. sect. Sed & delirium dicit accidere modò, quod est aliquantò difficilius. Verùm duob⁹ modis videtur posse ob profluuium sanguinis fieri delirium. Primùm, facultate sentiendi prę debilitate vacillante. Hoc deliriū timet hominū vulgus ex missione sanguinis à vena cephalica: neq; verò est is timor omnino à ratione alien⁹, si aut intempestiuè, aut omnino nimia euacuatio fiat. Alius modus est, cùm atra bilis, quæ abundantia sanguinis attem perata erat, eius effusione facta est syncerior. Vt in iis, q̄ cum cerebri siccitate, sunt ad atrā bilē parati, qui nulla re indigebāt minùs q̄ euacuatione. hume ctatione enim & nutritione curantur & seruantur.

APHORISMVS X.

Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετ@, ἢ λύγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ab ileo vomitus, aut singultus, aut conuulsio, aut insania, malum.

Cùm voluulus non est leuis, vomitus citò succedit: singultus deinde: ingrauescente ampliùs morbo, insania & conuulsio. Vomitus & singultus, con sentiente ore ventriculi cum intestinis gracilibus: conuulsio, consentientibus neruis cum ore ventriculi: desipientia, cerebro consentiēte cum hoc ipso ore ventriculi, aut cum affecto intestino: quod tūc fit maximè, cum inflammatio est quæ obstruit intestinum. Itaq; cùm quatuor hæc signa sunt superuenientia ileo, non sunt æqualis periculi.

APHORISMVS XI.

Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονία, κακόν.

A pleuritide pulmonia, malum.

Tota ferè hæc particula edisserit Hipp. de superuenire solitis, morbis aliis: atq; magna ex parte, cū morbi ad malum tendunt. Quale hoc est, à pleuritide pulmonia malum. Neq; enim hîc de permutatione disputat, dicens malum esse ꝓ pleuritide fieri pulmoniam, vt cessanti pleuritidi pulmonia succedat, sed de superuenienti. Nimirū malum est, eum, qui sola pleuritide laborabat, incipere pulmonia etiam laborare. Dices, malum etiam esse eum q̄ laborabat sola pulmonia, modò fieri etiā pleuriticum, quantò est grauius duplici q̄ simplici morbo laborare: quare vt dixit, à pleuritide pulmonia malum, potuisse contrà dicere, à pulmonia pleuritis malū: quare videri vanā sententiam. Galenus respondet, non posse ex pulmonia pleuritidem fieri: quia cùm pulmonia teneat spiritus viam, si tanta fluxio erit, vt pulmone non capiatur, prius suffocabit, q̄ latera apprehendat. Ego his addo, etsi, vtcunq; fiant pulmonia simul cum pleuritide, grauius sit alterutro malo, tamen Hippoc. facere modò quod solet semper: coniungere, inquam, obseruationem cum ratione, doceréq; ea quę fieri solita obseruauerat. Nimirum pleuritis lethalis plerunq; interimit accessione pulmoniç: pulmonia verò nō accessione pleuritidis, sed aut obturata via spiritus, aut succedente angina, aut pleuritide, aut succedente tabe.

APHORISMVS XII.

Ἐπὶ περιπνευμονίῃ φρενῖτις, κακόν.

A pulmonia phrenitis, malum.

Pulmonia, cùm sit inflammatio pulmonis, emittere solet, cùm est maxima aut maligna, multam fumorum copiam in cerebrū: qui teutant mentē, afferuntq; delirium. Quin etiā aliquando regurgitāte fuecorum fluxione in cerebrum, inflammatio in eo excitatur, fitq; phrenitis propriè vocata (quanquā hæc rariùs ob pulmoniæ naturam) aut lethargus, hicq; crebrò. Vnde constat, hoc loco nomen phrenitidis non dici de propriè vocata, sed vt apud Hippocratem solet, de omni morbo cum delirio: nam lethargicos etiam vocat phreniticos in Epidemiis.

APHORISMVS XIII.

Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι, σπασμὸς, ἢ τέτανος, κακόν.

Ex fortibus vstionibus, conuulsio, aut tetanus, malum.

Siue vstiones fortes sint externę, à sole, pharmaco, aut igne: siue sint febres, aut inflammationes, conuulsio inde orta agnoscitur esse ex inanitione, quia tales causæ longè absunt à replentibus & humectantibus.

APHORISMVS XIV.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ex ictu capitis stupor aut desipiētia, malum.

Si quis est ictus capite vtcunq;, siue inquā cum vlcere, siue cum sola cōtusione, magnus metus est, si stupor aut delirium succedit: quia ambo hæc læsi interiùs cerebri, signa sunt. Lædi autem potest, vel fracto craneo vsq; ad cerebrum, ac penetrante vulnere (quod fit non rarò cute sana, aut non admodùm vulnerata) vel etiā sine fractura, ob solum capitis ictum, conuocata ad caput fluxione, factoque affectu pleuritidi simili. Quod non est inopinabile fieri, in homine alioqui ad eum affectum parato. Nam si tali solos calor solis, aut potus vini, solet eius affectus esse causa, quid mirū, ictum & dolorem capitis hoc idem facere? Quare non semper puto, si quis ictus capite obiit, compertum iam esse, fracturam internam fuisse.

APHORISMVS XV.

Ἐπὶ αἵματ@ πτύσει, πύου πτύσις, κακόν.

Ex sanguinis sputo puris sputum, malum.

Si, q̄ multo iam tempore spuit sanguinē, pus incipit spuere, constat putrescere iam in pulmone vlcus: properareq; hæmoptoicā vocatā passionem, ad eum exitū quē solet habere, ad tabem inquam.

APHORISMVS XVI.

Ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις, καὶ ῥύσις· ἐπὴν δὲ τὸ πτύσαλον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

A puris sputo, tabes & fluxus: cùm verò sputum retinetur, moriuntur.

Modum quo solet decurrere hæmoptoica passio, in iis qui ex ea moriuntur, persequitur Hippocrates. Ex sputo sanguinis, solet fieri sputum puris, ex hoc tabes: primùm cum multo fluxu, hoc est, cum multa puris excreatione: deinde hæc quoque

excreatio præ debilitate retinetur, & moriūtur. Galenus fluxus nomine, intelligit aut defluuiū capillorum, aut fluxū ventris: qoia (arbitror) Hippoc. tr. quintæ dixerat, Quib. phthisicis capilli à capite defluūt, diarrhœa superueniēte moriūtur. Sed illic fluxū ventris, extremū signū esse dixit: hic verò nō dicit fluxū vt extremū, sed vt cui aliud deterius, retentio inquā sputi, superueniat. Defluuiū capillorū nō satis ꝓpriè dicitur, tantùm ῥύσις: ꝓinde ex ipso contextu cōiecto, fluxū dici spuitionē copiosam, vtpote cui velut contrarium opponitur sputi retentio.

APHORISMVS XVII.

Ἐπὶ φλεγμονῇ τῷ ἥπατος λύγξ, κακόν.

A iecoris inflammatione singultus, malum.

Si causa inflammationis quę in hepate est, singultus accidit, graue malum significatur: vtpote quod potuit per cōsensum in ore ventriculi, conuulsiuū motū facere. Posfit tamen cum hepatis inflāmatione, aliā ob causam homo singultire: vt si quid ingesſit acre, aut mordax: aut flatus aliquis, vel pars cibi in ore ventriculi hæsit. Quas causas oportet cautè animadnertere, ne quid deterius quàm par sit, incautè cogitemus, vel dicamus. Sed ex inflāmatione esse, singultus perseuerantiā cognosces: aliæ enim causæ prætereunt facilè.

APHORISMVS XIIX.

Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ex vigilia conuulsio aut insania, malum.

Nulla ex re cōuulsio aut insania est bona. Sed ex vigilia nimia nasci solere hæc mala intellige, atque adeò conuulsionē ex vigilia esse malā: quia cùm ex siccāte causa nascatur, cōstat ex siccitate esse. Dices, deterior esset conuulsio, si fine vigilia & omni alia causa manifesta fieret: quia causæ manifestæ tollūt vim præsagiis. Certè si conuulsio ex inanitione, fieret fine manifesta causa, periculosior esset: tamen si conuulsio simpliciter fine vigilia fieret, nō adeò magnum timorē faceret, quia verisimiliter putaretur ex repletione esse, qui morbus per se est multò leuior. Sed ad hanc rem pertinentia multa diximus lib. 5. Insania ex vigilia fit, siccato nimis cerebro, in iis qui sunt ad atram bilem parati: aut vsta bile flaua, in paratis ad phrenitidem.

APHORISMVS XIX.

Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει, ἐρυσίπελας.

Ab ossis nudatione, erysipelas.

Rarò nudato osse fit in circunstante carne erysipelas: sed quantò rariùs, tantò deteriùs haberi debet cùm fit. Quare hìc subaudiri debet, malum: etsi in codicibus Græcis non sit scriptum.

APHORISMVS XX.

Ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν, ἢ ἐκπύησις.

Ab erysipelate, putredo, aut suppuratio.

Suppuratio apud Hippoc. multis in locis significat, nō boni puris generationē, sed putrefcentiam, velot in illo aphorismo: Si sanguis in ventrē præter naturā effunditur, necesse est suppurari. Hic quoqi nomen ita accipitur: nam erysipelas neqi fieri solet, neqi verò potest, benè suppurari: sed oonnunquā computrescētibus carnib. profectò quoddā virus. Quod ergo dicit, putredo aut suppuratio, eadē res est, etsi putredo auget significationem. Suppleri hìc quoqi debet, malum: quia hęc est via ad gangrænam membri, cùm nodato osse successit caroium erysipelas, & erysipelati putredo.

APHORISMVS XXI.

Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν, αἱμοῤῥαγίη.

A forti pulsu in vlceribus, fluxus sanguinis.

Malè hìc quidam legūt, malū. Nam hìc nō refert malum superueniens, sed signum decretoriū: nimirum pulsum magnū in vlceribus, dicit significare, fore fluxum sanguinis alicunde. Haudquaquam dicit, an bonus an malus futurus fluxus sit: bonum tamen fore ex ipsa ratione intelligas. Eum solùm, qui maximus conspicuusqi fit, solet Hippoc. pulsum appellare: nunc verò etiam adiecit, fortē. Quod in particula aliqua vlcerata, in qua nō sentiebatur, sentiatur modò pulsus, duplici causa fit: & ꝙ pulsus est maior factus, & ꝙ partes circa vlcus magnā inflammationem habent. Pulsus factus maior, significat naturam moliri euacuationē (nam ante crises solet talis pulsus fieri) inflammatio partium significat, eam euacuationē fore sanguinis. Meritò ergo, cùm circa vlceratam particulam sentitur pulsus, expectatur fluxus sanguinis de naribus, aut aliunde. Quem fluxum constat plerunqi fore bonum, vtpote affectui congruentem.

APHORISMVS XXII.

Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῶν περὶ τὴν κοιλίην, ἐκπύησις.

A dolore multi temporis partium circa ventrem, suppuratio.

Dolores ventris ex intemperie aliqua aut flatu, appositis idoneis medicamētis solui solent. Quare si talibus medicamentis vsi simus, & dolor producatur, suspicio est, subesse tumorem aliquem pręter naturam, qui curationem impediat: atqi eum non aptum ad resolutionem, (nam qui apti sunt, etiam sunt breues.) Suppuratio ergo expectatur meritò, cùm dolor præter rationem producitur.

APHORISMVS XXIII.

Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει, δυσεντερίη.

A deiectione syncera, dysenteria.

Quidam hìc addunt, malum: errant tamen, nam neqi in Græcis codicibus habetur, neqi id sentētia desiderat. Nō enim tam malum est fieri dysenterias post synceras deiectiones, quàm crebrò accidit: nimirum à biliosis atrabiliariis aut salsis pituitosis, quæ abraduntur exulceranturqi intestina.

APHORISMVS XXIV.

Ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ.

Ab ossis præcisione desipientia, si vacuum apprehenderit.

Capitis intelligit: & internum capitis, vacuū vocat. Et meritò quidem est, quia cauum quoddā amplū intra craneum est, non omnino plenū: maius enim

est cauum, q pro magnitudine cerebri, vt possit cerebrum liberè respirare, dilatatū & constrictū. Ergo inquit Hippoc. præcisioni cranei succedere desipientiam, si præcisio, interna capitis attigerit: itaq; desipientia succedens, iodicium est penetrātia præcisionis. Atq; ne hoc & multa alia mala fiant, quæ læsis meningibus, & cerebro, fieri solent, vtuntur chirurgi meningophylace, cùm craneum secant.

Aphorismvs XXV.

Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες.

Ex medicamenti potione conuulsio, lethale.

Medicamentum & medicari, apud Hippoc. dici antonomaticè de expurgatiōe, in multis superiorū sententiarum animaduertimus. Est igitur hæc sententia eadem, quæ prima quinti libri erat.

Aphorismvs XXVI.

Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν.

A dolore forti circa ventrem, extremorum frigus, malum.

Si cum dolore circa ventrem est etiam ardor maximus, nō malū solùm est, sed lethale etiā: est enim febris lypiria, nasciturq; ex maxima inflammatione interna. Sed vtcunq; cū dolore forti, fit extremorū frigus, est malū: properandūq; est, dolorē demoliri. Quia nō poterit homo diu ferre dolorē, q adeò debilitat facultatē, & tam fortiter conuocat spiritus.

Aphorismvs XXVII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγινόμενος, ἐκτρῶσαι ποιέει.

Mulieri vtero gerenti, si tenasmus succedat, facit abortum.

Assiduus conatus ad deiicieodū, abortū facit, nō immeritó: quia iidē octo musculi abdominis, quib. vtimur ad exonerandū ventrem, comprimūt vesicam & vterū, vtpote eodē loco locata membra: vterus enim est inter intestinum & vesicā. Quare qua ratione plerunq;, cùm desidemus ad deonerandū ventrem, mingimus: eâdem, assidua compressio ad cacandum, facit abortum.

Aphorismvs XXIIX.

Ὅτι ἂν ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον ἀποκοπῇ ἐν τῷ σώματι, οὔτε αὔξεται, οὔτε συμφύεται.

Cùm os aut cartilago aut neruus præscinditur in corpore, neq; crescit, neq; coalescit.

Ossis, cartilaginis & nerui facta mentione, membrum quodcunq; solidum intelligit. Præscindi vocat, siue pars aliqua talis integrè amputetur, siue scindatur: non crescere dicit, quòd neque semel amputata renascitur, neque detractione facta minor, crescit. Estque hoc omninò verum, partes solidas neque renasci, neque rursum crescere, neque verè coalescere. Soli dentes & vngues excipi debent: quorum hi semper ferè, illi veró ineunte pueritia solùm renascuntur. Sed de dentium & vnguiū nutritione, dicta sunt aliis locis satis multa, & de natura eorum. Alia omnia quæ hæc enarratio desiderat, aphorismos 19. superioris particulæ præripuit.

Aphorismvs XXIX.

Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον.

Si ei qui ab alba pituita tenetur, profluuium ventris superuenit forte, soluit morbum.

Alba pituita vocatur, aut leucophlegmatia, tertia hydropis species, qua totus corporis habitus est pituitosus. Huic diarrhœa, congruens admodū euacuatio est: fit enim laxata aluo à multa pituita, quæ ex toto corporis habitu confluxit. Ergo non sine ratione solet in eo affectu confetre, atq; illū soluere.

Aphorismvs XXX.

Ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ταῦτα καταῤῥέει.

Quibus in diarrhæis spumosæ deiectiones fiunt, iis ex capite hæc fluunt.

Duo membra sunt omnium maximè parata ad generandā spumam, pulmo, & cerebrum: quia ambo habent multū humoris, & multum flatus introrsum & extrorsum agitati, ob communē respirationem. Habent etiam multū calorem: pulmo, ob viciniam cordis: cerebrū, ob magnas arterias, quas accipit: ambo, ob assiduū motum. Cùm ergo spumosæ deiectiones fiunt, ex modo exeuntiū coniectamus, à pulmone, aut capite in ventrem venisse. Sed pulmoni non est ad ventrem via, superest, à capite fieri. Dices, nō omnes destillationes à capite sunt spumosæ. Cōcedo, sed neq; id affirmat Hippoc. sed spumosas esse à capite. Addes, possunt aliunde spumosæ fieri. Nō nego, sed erit id perrarū. à capite plerunque tales fient. Quare cōstat, & sententiā aphoristicam esse verā, & Galenū eam immeritó vituperasse.

Aphorismvs XXXI.

Ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν.

Quibus febricitantibus, in vrinis farinaceæ subsidentiæ fiunt, longam infirmitatē significant.

Farinaceā subsidentiā, in Prognostico annumerauit lethalibus: quomodo ergo nunc longitudinis morbi signū esse dicit? Certè signa omnia quę significant longitudinē morbi, cùm coniunguntur cum morbo aliquo acuto, aut cū facultate debili, fiunt lethalia. Meritò ergo signū, quod hoc loco dicitur longitudinis morbi, in Prognostico, quod de morbis acutis solùm est, dicitur lethale. Proinde rectè monet Galen. hoc sedimentū esse morbi longi, nisi contingat citò mori ægrum: vt Silenū, qui decimo tertio cum tali vrina obiit. Nimirū significant signa omnia longitudinis, ægrum non liberandum citó, sed longo tēpore, nisi tamē moriatur. Verùm hinc facilè intelligitur, farinaceum sedimentū non semper fieri colliquatione aut vstione, sed nonnunquā crassorum multitudine. Infirmitatem vocat, ægritudinem.

Aphorismvs XXXII.

Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξέην ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν.

Quibus-

Quibuscunq; aūt biliosa subsidentia, superna autem tenues, acutam infirmitatem significant.

Galenus intelligit hac sententia dici, sedimenta biliose sopra vrinem equosam, significare acutum morbum. Nam quia in vrina aquosa, non videntur posse fieri biliosa sedimenta, cùm tam cōtrariis caussis fiant (equosa scilicet vrina à msgna cruditate & frigore, biliosa omnie ab vstione) & aquosa vrina, nō videtur pusse significere acutnm morbum: censet, illud suprà (αὖ Græcè) significare non locū, sed tempus: vt significatur, si aquosæ vrinæ succedant sedimēta biliosa. Tamen vt multa alia taceam, fallitur Galenos, putans illam dictionem, tenues, dici de vrinis: nem aphorism⁹ ita hebet: ὁκόσοισι ἢ χολώδεα τὰ ὑφιστάμενα, ἄνωθεν ἢ λεπτὰ. In que oratione constat, dictionem λεπτὰ, referre illam ὑφιστάμενα, non ἔρα: alioquin dixisset λεπτά. Significat ergo, quibns verò supernæ subsidentiæ tenues sunt. Vnde rursum constat, nomen ὑπόστασις hic non dici de eo solùm quod in fundo pendet, sed de omni eo quod cōtinetur in vrina: non enim aliter possent esse subsidentię, & supernæ. Iteq; sentētia est, qoibus aa quæ continētur in vrine, biliosa sunt, colore scilicet bilem fleuā referentia, non aūt in fundo, sed superna & tennia, acutum morbum significant. Quod constat esse verissimum: nam velde biliosi morbi est ee vrina, in qua pendet nubecula tenuis, colore bilem referens: valde autem biliosi morbi, sunt etiam acuti.

Aphorismvs XXXIII.

Ὁκόσοισι διεστηκότα τὰ οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματί ἐστιν.

Quibus dissidentes vrina fiunt, his turbatio fortu in corpore est.

Dissidentes vrinæ dicuntur, veriæ, aut secundū partes, ant secundùm tempus. Secundùm pertes, vt si susura aqnea cum bilioso contento, aut hoc pituitosum in flaua susura sit: secundùm tempus, vt si hodie csndide, cras rubra, perendie flana, si ita sors feret, sit. Significat hæc varietas fortem turbationē, eàdem ratione qua veriegatæ deiectiones malæ hebantur: nimirum significat multos variosq́ne morbos Sit verò inæqnalitas magna: nā mediocris non est vituperanda.

Aphorismvs XXXIV.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες νεφριτικὰ σημαίνουσι, καὶ μακρὴν ἀῤῥωστίην ἔσεσθαι.

Quibus in vrinis innatant spuma, renum dolores & longam infirmitatem significant fore.

Spumæ innatátes in vrina, & multæ, ex renibus veniunt. Nam vndecunq; venirét, si renes bene haberent, in ipsis dissoluerētur, tum ob calorem illorum, tum nb angustiam. Quæ enim smpullæ nō dissoluentur, vrina percolāda à prino renum sinu in secundū? Certè nullæ, ant si quæ snpererunt, erunt exiguę quædam, non insidentes, sed volitentes per vrinam. Ergo significant intemperiem in renibus, eemq; flatuosam & frigidam: quare metus est, diu duraturum malum, siquidem est frigidum.

Aphorismva XXXV.

Ὁκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ἐπίστασις, καὶ ἀθρόη, τουτέοισι νεφριτικὰ, καὶ ὀξέα σημαίνει.

Quibus autē pingue insidens & aceruatum, his renum mala, & ea acuta significat.

Non dicit insidens, quòd possit subsidere, sed q̃ hoc sit pinguis in vrina contenti attribntum. Per se colliquatipnem significat: sed quod à toto corpore fluens febris colliquantis suboles est, nō aceruatim effluit, sed pauletim: quod ergo sceruatim, à renib⁹ venire putandum est, maximè adiuncta considerctione, eorum quæ edsunt & nō edsunt. Vt si nō adest febris, aut ea quæ non censeri possit colliqoare, & adsit, adfueritq; peculisris renum dolor & calor, & bac parte nimis lsboratum sit. His adiunctis certe coniectura iam est, in renibus esse intemperiem, & eem qoidem calidam, quare acutum melum.

Aphorismvs XXXVI.

Ὁκόσοισι δὲ νεφριτικοῖσιν ἐοῦσι τὰ προειρημένα συμβαίνει σημεῖα, πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται· ἢν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γίνωνται, ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον ἔξω. ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι περὶ τοὺς ἔσω τόπους γίνωνται, καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον μᾶλλον ἔσω.

Quibus renum morbo laborantibus, pradicta accidunt signa, doloresq́, circa musculos spina fiunt: si circa externa loca fiant, abscessum exterius futurum expecta: si autem dolores magis ad interna loca fiant, & abscessum interius futurum expecta.

Si ex renum morbo abscessus expectádus est, ea parte expectandus est quæ dolet, interna, aut externa. Nam dictū est. 32. quartæ: Qnibos conualescentibus ex morbis aliquid laboranerit, illis fiunt abscessus. Expecteri verò debet abscessus, cùm prorogatur plurimùm malum rennm, & musculi spinæ, dolent cum illis.

Aphorismvs XXXVII.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον. ἢν δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. θεραπεύειν δὲ τοῖσι στυπτικοῖσι, καὶ τοῖσι ψυκτικοῖσι.

Quicunq; sanguinem vomunt, siquidem sine febre, salutare: si verò cum febre, malum. Curare autem frigidis & adstringentibus.

Dictum est aphor. 25. quartę particulæ, sanguinē vtcunq; per os ferri, deterius esse q̃ per ventrē. Non tamen proinde, omnis vomitus sanguinis est lethalis: sed qui sine febre eccidit saluteris, quia ex ruptura, aut laxitate venarū est, tamen citre inflammetionem. Vlcera verò talia in ventriculo, fecilè curātur frigidis & adstringentibus, cibis & potionibus: vt repercussio sanguinis, & agglutinetio osculorū venarum fiat. Eritq; horum vsus in cibis etiā ipsis, vt sit medicamentū in alimento. Si verò cum vomitu sanguinis sit febris, ita inquam, vt eadē ceusa videatur vomitum & febrē peperisse, inflammatio in vlcusculis ventris significatur. Qui affectus certè timeri megnopere debet, & ob propriam magnitudinem ac malitiam, & ob difficultatem corationis: inflammationibus impedientibus curetionem vlcerum, & vomito vrgēte. Quòd si sine febre vomitus sit, est facilis ea ratio curationis quā diximus, frigi-

dis inquam & adstringentibus. Cęterùm quoniam hęc localibus auxiliis fit, constat debere præmitti totius corporis curationé, euacuata alia via copia, si quæ est: sin minùs, tamen facta frictionibus, ligaturis, & cucurbitulis, retractione sanguinis. Deinde scindi debent etiam grumi, si qui iam sint facti in ventriculo.

Aphorismus XXXIIX.

Καταῤῥοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἐκπυΐσκονται ἐν ἡμέρῃσιν εἴκοσιν.

Fluxiones in ventrem supernum, suppurantur viginti diebus

Supernum ventrem vocat thoracem: fluxiones, inflammationes quæ ex fluxionibus fiunt, siue eæ ex capite, siue aliunde veniant. Suppurantur illæ omnes, id est, suppurari incipiũt, intra viginti dies, si in suppurationem sunt commutandæ. Nam cùm primùm inflammationes propriam cõstitutionem superát, homine saluè affecto, vt dicebatur in Prognostico, id est, non affecto lethaliter, scire oportet suppurationem fieri. Inflammationes autem thoracis omnes sunt acutæ, ac nonnullæ acutissimæ etiam. Quare nonnullæ earum quatuor aut quinq; diebus, aliæ septem, plures quatuordecim, omnes intra viginti dies suppurari incipiunt.

Aphorismus XXXIX.

Ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ περίνεον, καὶ τὸ ὑπογάστριον, καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

Si mingat quis sanguinem, & grumos, & stillicidiũ vrinæ habeat, & dolor incidat in femen, & pubem, partes circa vesicã laborare significat.

Hic aphor. est octogesimus particulæ quartæ.

Aphorismus XL.

Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si lingua repente incontinens fiat, aut pars aliqua corporis stupida, melancholicum est huiusmodi.

Quibus ob pituitam lingua fit incontinens, aut pars alia stupida, non quidem repente fit, sed paulatim, multò antè tentatis membris, quàm noxa sit manifesta. Quia pituitosæ passiones, sunt paruorũ naturæ congruentes, ac proinde antequàm ad eam magnitudinem peruenerint, lædere incipiũt. Sunt etiam homines quibus lingua, aut alia pars ex pituita resoluitur, naturâ pituitosi, candidi, molles, & balbi: quare his talia mala non insperatò accidunt. Quibus verò nullus talis habitus est, neq; tali passione priùs tentatis, repente & insperatò hæc accidunt, ex melancholia fiunt: nam ex crassis omnino succis fiant, necesse est.

Aphorismus XLI.

Ἢν ὑπερκαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέρων λύγξ ἐπιγένηται, οὐκ ἀγαθόν.

Si superpurgatis senibus singultus succedat, non bonum.

Hic idem aphorismus, fuit scriptus quartus quintæ sectionis: præterquàm quod illic generatim, hic de senibus dicitur: & quod illic malum, hic dicitur non bonum. Sed est operæprecium cósiderare, cur senum ætati datus sit proprius aphorismus, cùm sit omnibus communis. An quia singultus ex siccitate, qualis ex superpurgatione factus censetur esse, periculosior est in senibus? At videtur esse minùs periculosus his, quis est eorum ætati siccitas congruens. Respondet Galenus, hoc non esse singultui ex siccitate proprium, vt deterior sit in senibus, sed morbis omnibus commune, ob virium omniũ imbecillitatem. Sed constat, hoc de extremè senibus esse intelligendũ: prioribus enim multi morbi sunt leuiores quàm iuuenibus. Verùm his singultus ex superpurgatione, si non est periculosior, est tamen familiarior quàm aliis ætatibus. Atq; proinde oportuit senum seorsum meminisse, quia in iis talis singultus crebriùs fit: atq; si extremũ iam senium attigerint, maiori cum periculo.

Aphorismus XLII.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ, καὶ θερμοῦ κατὰ χεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

Si febris non ex bile habeat, aqua multa & calida capiti superinfusa, solutio febris fit.

Cùm dicitur febris non ex bile, febris diaria per periphrasim significatur: quia succi omnes putrescentes, bilis communi appellatione vocantur aliquando. Febres verò fientes intelliguntur, quæ nonnunquam Hippocr. eos solùm qui cum dolore fiũt, solet vocare morbos: velut cùm dicit, Omnis morbus est vlcus. Itaq; febris non ex bile, perinde est ac si dicatur, febris fiens siue putredine. Cuius remedium summum, est in balneo aquæ calidæ, nunc vniuersali, nunc capitis: neq; verò quacũq; hora, sed exacto iam primo die, & febre inclinante.

Aphorismus XLIII.

Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται.

Mulier ambidextera non fit.

Quòd dextrum brachium firmius sit & calidius, facit amplitudo arteriæ quę in illud venit, quę multò maior est quàm in sinistro. Ergo vt ambidexter homo sit, facit aut formatio, si scilicet habet tam latas venas sinistro, quàm dextro latere: aut exercitatio magna vtriusque: aut magnus calor naturalis temperamenti, & firmitudo artuum. Atqui omnes hæ causę, rediguntur in calidam naturam: nam amplitudo vasorum inconsueta, caloris soboles est: & vt ambidexter fiat, nulla exercitatio, nisi in calidissimo homine, erit satis. Itaque neq; viri omnes possunt ambidextri fieri, sed calidissimi solùm. Mulieres verò, etsi nonnunquam fiant non frigidiores multis viris, tamen vt calidissimi, non fiunt.

COM-

COMMENTARIA IN HIPPOCRATIS LIBRVM DE ALIMENTO, AVTHORE FRANCISCO VALLESIO COVARRVVIANO, PRIMARIO FACVLTATIS MEDICæ in Academia Complutensi Professore.

PROOEMIVM.

SI nullum vnquam feci operæprecium, si nulla vnquam in re vtilis fui Medicinæ Studiosis, hac tamen non videbor fuisse inutilis, quòd libellum Hippocratis de Alimento, nulli ferè iam cognitum, sub ignorantiæ tenebris delitescentem, commentariis illustrauerim, & in lucem eruerim. Est enim liber ad multa artis opera vtilissimus, & eruditione refertissimus: quem quidem ego, ob sententiarum dignitatem, & stylum, Hippocratis esse censeo. Verùm siue sit, siue secus, nihil curo: mihi satis sit, Hippocrate esse dignissimum. Hunc Galenus sine commentariis reliquit: quo consilio, nescio: scio tamen, eum commentaria scripsisse in alios libros minus continentes frugis, & quos Hippocratis esse, ipsemet negauit. Sed ego hac causa, mihi persuasi, ad me pertinere huius commentationem: ne Studiosi omni ope, ad lectionem, quam adeò probarem, essent destituti. En ergo prodit libellus, qui hactenus nihil aliud fuit, quàm Studiosorum terriculum, apertus & facilis: quanquam non sine meo magno labore. Tu mihi pro meo affectu illud vnum præsta, vt legas, & relegas, & tibi facias familiarissimum.

Τροφὴ καὶ τροφῆς εἶδος, μία καὶ πολλαὶ· μία μὲν, ᾗ γένος ἓν· εἶδος δὲ ὑγρότητι καὶ ξηρότητι· καὶ ἐν τουτέοισιν ἰδέαι, καὶ πόσον ἐστὶ, καὶ ἐς τίνα, καὶ ἐς τοσαῦτα.

ALimentum & alimenti species, vnum & multa: vnum quidem, vt vnum genus: species autem, humore & siccitate: & in his, species, & quantũ est, & ad quædam, & ad tanta.

ALIMENTVM est vno nomine, atq; vt genus vnum, quod alit nostra corpora: atq; hac ratione vnũ est, est enim genus. Verùm illius sunt species multæ: primæ duæ sunt, in siccitate & humore. Quia alimentum, aut est cibus, aut potus: nam multa liquida, & potui apta, sunt alimenta. Huius differentiæ meminit in Aphoris. dicens: Facilius est repleri potu, quàm cibo. Rursum in vtroq; horũ, potest considerari species, & quantitas, & ad quæ, & ad quot. Nam cibus, aut est bonus, aut est malus, id est, boni succi, aut mali, & multùm nutriens, aut parùm: & ad quædã vtilis: & ad quædam inutilis: & ad plura aut ad pauciora, vtilis, aut inutilis. Dicta quatuor spectari poss. sunt in vero alimẽto, & in eo quod est quasi alimentum, & in futuro alimento. Sed hæc pauló pòst dicemus. Spectari etiam possunt in iis, quæ sunt alimenta solũ, & in alimentis & medicamentis simul.

Αὔξει δὲ καὶ ῥώννυσι, καὶ σαρκοῖ, καὶ ὁμοιοῖ, καὶ ἀνομοιοῖ τὰ ἐν ἑκάστοισι, κατὰ φύσιν τὴν ἑκάστου, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναμιν.

Auget autem, & roborat, & carnem generat, & similia facit, & dissimilia: quæ in singulis sunt, iuxta singulorum naturã, & eam vim quæ ex principio est.

B Eadem est materia nostræ generationis, quæ & nostræ nutritionis: atq; ex eadem substantia nutrimur, & generamur. Atqui, generamur in primis ex semine vtroq;, materno inquam, & paterno: deinde, & ex menstruo sanguine. Ex illo fiunt membrorum quæ vocantur solida, quædam velut delineationes: ex hoc fiunt etiam quasi exordia viscerum & carnis. Quo fit, vt in primis, totus fœtus, quoddã veluti carnis frustulum, membris non satis distinctum sit, & mole minimum, & debile omnibus modis. C Accedens verò alimentum, auget fœtum, & roborat, & carnem generat inter fibras illas membrorum solidorum, & distinguit partes à partibus, & singulas augẽs: quædam facit similia, vt carnes carnibus, neruos neruis, singula denique sui similia: quædam dissimilia, vt neruos carnibus, & has ossibus. Scilicet, singula deducit ad propriam illorum naturam, & vim: quæ in singulis à principio erat po-

tentiâ, actu verò nondum. Nam à principio nulla pars ratinet suam formam, nec vim, nisi potentiâ.

Ὁμοιοῖ δὲ ἐς δύναμιν, ὁκόταν κρατῇ μὲν ἡ ἐπιοῦσα, ἐπικρατῇ δὲ ἡ προϋπάρχουσα.

Similia autem facit valenter, cùm abundat quidem id quod accidit, praeualet autẽ id quod praerat.

Tunc valenter cibus facit quod dictum est (similia scilicet. & dissimilia) quum id quod accidit (alimentum scilicet) abũdat, & id quod præerat (membrorum scilicet substantia) prevalet. Id est, alimentum abundat, & bene à membris superatur. Vtrumuis horum desit, siue inquam alimentum desit, siue non vincatur à membris, nec fœtus generatur feliciter, nec natus iam homo feliciter nutriri potest. Proinde duobus modis fit exile corpus, & cùm deficit alimentum, & cùm adeò abundat, vt vincat partes: quod statim dicit.

Γίνεται δὲ καὶ ἐξίτηλος, ὅτι μὲν ἡ προτέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα, ἢ ἐπιπροστεθεῖσα· ὅτι δὲ ἡ ὑστέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα ἢ ἐπιπροστεθεῖσα.

Fit autem exile (siue euanescit) nunc quidem prius, in tempore dimissum vel adhuc appositum: nunc autem posterius, in tempore dimissum, vel adhuc appositum.

Prius alimentum hîc dicitur, substãtia membrorum solidorum: posterius, substantia reliquorum, vt carnis & pinguedinis. Vtrunq; horum (id est, vtraq; harum substantiarum) fit gracile, aut cibo, in tẽpore ipso quo ingeritur, dimisso, aut expulso: aut consumpto, postquàm iam affixum est. Nimirum quæuis pars, duplici ratione gracilescit: aut quia cibum nõ accipit (estq; is affectus atrophia) aut quia multùm dissoluitur, dissipaturq;.

Ἀμαυροῖ δὲ ἑκατέρας ἐν χρόνῳ, καὶ μετὰ χρόνον, ἡ ἔξωθεν συνεχὴς ἐπισκεθεῖσα, καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον στερεμνίως πᾶσι τοῖσι μέλεσι διαπλακεῖσα· καὶ τὴν μὲν ἰδίην ἰδέην ἐξεβλάστησε, τὴν δὲ προτέρην, ἔστιν ὅτε καὶ τὰς προτέρας, ἐξημαύρωσε.

Destruit autem vtrunq;, in tempore & post tempus, id quod extrinsecus assiduè superingestũ est, & per multum tempus solidè implicatũ est: & propriam quidem formam producit, priorem autem, aut etiam priores, destruit.

Vtrunque alimentum (partes scilicet solidas, & partes molles) destruit sæpe cibus, qui assiduè superingestus est, & affixus: facitq; vt partes accipiant suam formam, & propriam propriasve deponant. Id verò fieri solet, tam in tempore quo corpus generatur aut crescit, quàm post illud etiam. Nimirũ membra omnia, vsu nimio cibi alicuius, fiunt talia, qualis cibus ipse est. Ita membra lactentium, molliora & albidiora sunt, referentia nempe naturam lactis: adultorum quorum cibus est solidior, solidiora. Ita si quis piscibus multo tempore vtatur, tandem euadet tota carne pisci similis: & quicunq; cibus nimia quantitate ingeratur, quia non satis vincitur, manet semicommutatus. Quo fit, vt partes nutriendæ illius formam aliquatenus accipiant.

Δύναμις δὲ τροφῆς ἀφικνέεται καὶ ἐς ὀστέον, καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτοῦ, καὶ ἐς νεῦρον, καὶ ἐς φλέβα, καὶ ἐς ἀρτηρίην, καὶ ἐς μῦν, καὶ ἐς ὑμένα, καὶ σάρκα, καὶ πιμελὴν, καὶ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ μυελὸν, καὶ ἐγκέφαλον, καὶ νωτιαῖον, καὶ τὰ ἐντοσθίδια, καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτῶν.

Vis alimenti peruenit vsq; ad os, & omnes illius partes, & in neruum, & in venam, & in arteriam, & in musculum, & in membranam, & carnem, & pinguedinem, & sanguinem, & pituitam, & medullam, & cerebrum, & spinæ medullam, & in viscera, & omnes illorum partes.

Ad ea vsq; dicitur ab Hippoc. vis alimenti peruenire, quæ ex cibis generantur, non vt excrementa, sed vt vtiles partes: aut, si non sunt animantis partes, at certè substantiæ quædam animanti necessariæ, & nullatenus excremẽtitię. Facit ergo Hippoc. enumerationem partium omnium, quę verè nutriuntur: nam cũ osse intelligitur cartilago, cum neruo ligamentum, cum musculo tendo. Refert etiam sanguinem, & pituitam, & medullam ossium, quanquam hæ partes corporis non sunt, sed alimẽta potiùs: quia hæ substantiæ nullatenus sunt excrementitiæ, vt bilis vtraq;, & muci, & lotium, & alia excrementa: quę partim nullatenus, partim nisi cum aliis misceantur, nutrire non possunt. Bilis ergo flaua & nigra, quatenus succi naturales sunt, in sanguine sunt: quare sanguinis nomine intelliguntur. Cũ his succis quos refert, intelligi etiam debet ros, qui per membra omnia sparsus est, & lac, & semẽ. Nam ad hæc etiam vis alimenti peruenit: augescũt enim cum alimento, & id quidem quia alimẽtum est: nõ enim generantur per redundantiam, vt excrementa. Pilorum, & vnguium, & cuticulæ, seu cutis extremæ non meminit, quia ea tantùm cœpit enumerare, quæ generantur & augescunt alimentis: illa verò excrementorum congestione fiunt. Sed paulò infrà differens de alimento, nõ tam propriè, sed vtcunq; dicto, mentionem eorum faciet.

Καὶ δὴ καὶ ἐς θερμασίην, καὶ πνεῦμα, καὶ ὑγρασίην.

Atqui & in calorem, & spiritũ, & humorẽ.

Addit Hippocr. & in calorem, & spiritum, & humorem: innuens scilicet, alimentum augere calidũ innatum, & humidum innatum corporum, ac reficere spiritus. Nec verò mentionẽ facit frigidi & sicci, quia alimentum non facit per se, ad seruandum aut augendum frigidum, aut siccum: sed calidum, & humidum. Nam hæc sunt quibus animantiũ vita seruatur: mors per siccitatem & refrigerationem irrepit. Quòd si quod frigus, aut quæ siccitas, ad vitam tuendam necessaria sunt, id certè nõ est per se, sed ne calor & humor supra mediocritatẽ sint. Spiritus hoc loco nominauit: de quibus sunt qui dubitent, an viuant, sintq; animantis pars. Videntur enim, cùm versùs quaq; commoueantur, animo agi: animus verò eam tantùm substantiam videtur posse mouere, cuius actus est. Itaq; si (vt hac ratione effici

fici videtur) spiritus viuit, meritò hîc referetur inter nostri partes. Stoici certè non tantùm vidētur mihi sensisse, illum viuere, sed illum esse ipsum animum, atque ita animum ipsum esse partim aereum partim igneum. Sed de hac sententia, aliquendo (concedente Deo) offeret se disputandi occasio. Ego quidem vt alibi scripsi, spiritum enimatum esse non sentio, sed animi instrumētum quoddam, idq; externum, mouerique ab ipso animo, vt à me ensis, quamuis in ense mea vis non sit. Quorsum ergo refertur hìc ab Hippoc. cùm pars non sit? Certè vt sanguis, qui nec ipse pars est, sed substantia quędam vtilis corpori, non excremētitia. Scire licet calidum innatum duplex esse in nobis, & ab auctoribus appellari: nem spiritus & sanguis hoc nomine dicuntur. Dicimus enim innati calidi pessiones esse, motus animi, vt iram, gaudium, & pudoram: quia spiritus & sanguis mouentur per has animi passiones. Dicitur etiam innatū calidū, ea pars nostræ substantiæ, quæ calidis elementis respondet Ergo cùm calorem nominasset Hippocr. meritò statim addidit, & spiritum, vt intelligeres, vtrunque calidum cibis augeri.

Τροφῆς δὲ τὸ τρέφον τοῦτο τροφή, καὶ τὸ οἷον τροφή, καὶ τὸ μέλλον τροφή.

Alimenti autem quod alit, hoc est alimentū, & quod est velut alimentum, & quod est futurum alimentum.

Alimenti sunt tres differentiæ. Nam aut est id quod iam nutrit, id est, quod iam affigitur simul, & commutatur, loco eius quod effluxit: aut est succus qui paratus est nutrire, vt sanguis: aut est cibus qui ingeritur. Est eutem hæc differentia, non generis, sed analogi: nam ratio alimenti, in prima ille specie maximè est, in tertia hac minimè, in secunda mediocriter. Explicet Galenus hanc sententiam sub nomine Hippoc. multis in locis, potissimùm in primo de Facultatibus naturalibus, & in primo de Alimentorum facultate.

Ἀρχὴ δὲ πάντων μία, καὶ τελευτὴ πάντων μία, καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή.

Principium omnium vnum, & finis omnium vnus, & idem est finis & principium.

Natura ipse rei viuentis (siue ea sit substantia, siue forma, siue actus, siue vtcunq; aliter lubet appellare) conficit sibi ipsi alimenta: itaq; est principium nutritionis & alimenti. Atq; alimētum, est propter hanc ipsam naturam: nimirum, ad sernādum suam substantiam & naturam, vtuntur alimento viuentia. Ergo natura rei viuentis, est principium & finis alimenti, & nutritionis. Hęc natura est, aut ipsa anima, aut temperies, aut naturalis calor. In quam sententiam, dictum est ab Aristot. 2. de Anima, cap. 4. Erit animus primum profectò principium generādi, tale (loquitur de alimenti commutatione) quale est id, quod hunc ipsum animum habet.

Καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐν τροφῇ καλῶς καὶ κακῶς διοικέεται· καλῶς μὲν, ὅσα προείρηται, κακῶς δὲ ὅσα τούτοισι τὴν ἐναντίαν ἔχει τάξιν.

Et quæcunque per partes bene & malè disponuntur: bene quidem, vt dictū est: malè autem, quæ contrarium habent ordinem.

Cùm dixisset naturam rei quæ alitur, esse principium nutrimenti: addidit, & quæcunq; in alimento, per partes, bene & malè disponuntur. Id est, id ipsum principiū, facit vt bene aut malè agatur circa alimentum: nam vt natura partium bene habet aut malè, Ita bene aut malè agitur circa alimētum. Alimentum, bene quidem tunc agitur, vt dictū est, cùm id quod præerat, vincit id quod accedit: malè autem, cùm contrà, id quod accedit (id est, cibus) vincit id quod præerat, id est, partes ipsas corporis. Illud accidit magna ex parte, quum natura membrorum bene valet, & dantur ei idonea alimenta & boni succi: hoc, cùm aut temperies membrorū est debilis quàm maximè, aut vtitur pro alimentis, rebus aduersis naturæ, vt cibis mali succi, aut etiam venenis. Nam cùm talia accipiuntur, contrarium prorsus accidere solet, ac cùm accipiuntur boni succi alimēta. Nimirum cùm bonis alimentis vtimur, membrorum natura vincit cibos: cùm venenis aut alimentis prorsum inutilibus, hæc vincunt membrorum naturam.

Χυλοὶ ποικίλοι καὶ χρώμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ ἐς βλάβην, καὶ ἐς ὠφελίην, καὶ οὔτε βλάπτειν, οὔτε ὠφελέειν· καὶ πλήθει καὶ ὑπερβολῇ, καὶ ἐλλείψει, καὶ διαπλοκῇ, ὧν μὲν, ὧν δ' οὔ.

Succi varij, & coloribus, & facultatibus: & in læsionem, & in vtilitatem, & neq; lædere neq; prodesse: & multitudine, & excessu, & defectu, & complicatione: quorundam quidem, quorundam autem non.

Succi omnium earum rerum, quas in corpore ingerimus, bifariam differunt, coloribus, & facultatibus. Nomine colorum intelligimus, & sapores, & odores, & reliquas passibiles qualitates: facultatū nomine, vires aliquid agendi, aut aliquo modo afficiendi corpora. Primus ergo modus quo succi distinguuntur, est per accidētia: vt sanguis est succus ruber & dulcis, pituita albus & insipidus, bilis flauus & amarus, melancholia niger & acerbus. Secūdus modus est per facultates: vt quarūdem rerum succi habēt facultates quàm plurimas, quibus prosont, vt alexipharmaca, & vtcunq; roborātia membra: quarundam succi vires habent quibus lædunt, vt venena omnia, & vtcunq; lædentia, vt dissoluentia aut exulcerantia quędam membra: quarundam rerum succi sunt, qui nec conferentes, neq; lædentes, alterando, aut insigniter aliquid emendando, aut corrūpendo, vires habent, huiusmodi sunt quæ alimenta tantùm sunt, & nihil habent medicamenti. Differunt verò, non tantùm viribus, succi eorum quæ ingerūtur, sed etiam facultatum multitudine, excessu, & defectu, & cōplicatione. Excessus & defectus, referuntur ad eandem facultatem: nimirum est eadem facultas in duobus medicamentis, abundat tamen in vno, & in alio deficit. Multitudo & cōplicatio referuntur ad multas facultates: nimirum accidit in vno succo esse plures facultates quàm in alio, hocq; est differre multitudine facultatū. Complicatio significet, facultatis cum facultate concur-

ſus, qui quarundam facultatum eſſe poteſt, quarun dam non poteſt. Vt poteſt eſſe in medicamento aliquo vis calfaciendi & adſtringendi, & refrigerandi & laxandi: non tamen calfaciendi & refrigerandi, aut adſtringendi & laxandi.

Καὶ πάντων ἐς θερμασίην βλάπτει καὶ ὠφελέει, ἐς ψῦξιν βλάπτει καὶ ὠφελέει, ἐς δύναμιν βλάπτει καὶ ὠφελέει.

Et omnibus pro calore nocent, & proſunt: pro frigore nocent, & proſunt: pro viribus nocent & proſunt.

Non ſignificat Hippocr. vt verba videantur ſignificare, eſſe ſuccos qui rebus omnibus proſint & noceant, calore & frigore, & viribus. Sed docet ea, quę omnibus nocent (huiuſmodi ſunt venenoſi ſucci) aut frigore, aut calore, aut viribus id facere (nimirũ venena omnis, aut calore aut frigore aut tota ſubſtantia, ſiue facultate, ſiue natura, venena ſunt) & quę proſunt, calore aut frigore attemperare, aut virtutibus aliis ſecũdis iuuare. Humectationem & deſiccationem intellexit cum viribus: quia vt alibi dictum eſt à me, ad modum ſubſtantię pertinent humor & ſiccitas.

Δυνάμιος δὲ ποικίλαι φύσιες. χυλοὶ φθείροντες καὶ ὅλον, καὶ μέρος, καὶ ἔξωθεν, καὶ ἔνδοθεν, αὐτόματοι, καὶ οὐκ αὐτόματοι· ἡμῖν μὲν αὐτόματοι, αἰτίῃ δὲ οὐκ αὐτόματοι.

Facultatis autem varia natura. Succi corrumpentes & totum, & partem: & extrinſecùs & intrinſecùs: ſpontanei, & non ſpontanei: nobis quidem ſpontanei, cauſæ autem non ſpontanei.

Facultates ſuccorum qui lædunt, multæ naturæ ſunt. Nam ſunt ſucci qui corrumpunt totũ animal, nullatenus lędentes inſigniter partem quampiam: ſunt etiam corrumpẽtes partem quandam inſigniter, vt hæc ventriculum, illa hepar, alia renes. Sunt etiam qui interiùs tantùm aſſumpti id poſſunt facere: alij etiam ſunt, qui extrinſecùs etiam contingentes, poſſunt. Atq; horum omniũ, quidam ſunt ſpontanei, id eſt, ſine cauſa manifeſta id facientes, vt qui facultate quadam occulta id faciunt (nam ſcimus ſpontanea ſolere ab Hippocrate appellari, quæ manifeſta cauſa carent, vt in Aphoriſmis) quidam ſunt non ſpontanei ſed aperta cauſa, vt calefactione aut refrigeratione, lædentes. Sed quoniá nihil ſine cauſa fieri certò ſcimus, conſtat ea quæ nobis ſponte facta, ac ſine cauſa videntur, reuerà, & cauſæ illi (quæ etſi nobis incognita, eſt tamẽ verè illius corruptionis cauſa) non eſſe ſpontanea: ſed naturalia, & quæ cauſam illam naturaliter conſequantur.

Αἰτίη δὲ αὖ τὰ μὲν δῆλα, τὰ δὲ ἄδηλα· καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, τὰ δὲ ἀδύνατα.

Rurſum autem cauſæ, hæ quidem manifeſtæ, hæ autem non manifeſtæ: & aliæ poßibiles, & aliæ impoßibiles.

Cauſæ quibus ea quæ ingeruntur, noſtra corpora afficiunt, nonnũquam ſunt manifeſtæ, nonnunquam occultæ. Atqui occulta quædam adeò ſunt, vt ſciri tamen poſsint: quędam adeò, vt omnino nõ poſsint ſciri. Nam cauſæ quæ in calore, frigore, humore, aut ſiccitate ſunt, manifeſtæ ſunt: quæ non ſunt in his, ſunt occultæ, & in modo ſubſtantiæ videntur eſſe. Cũ verò modus ſubſtantiæ in multorũ accidentium concurſu ſit, nonnunquá ſciri poteſt, quæ accidentia facultates illas pariát, nonnunquã non poteſt. Nam alio loco docuimus, medicamẽta trahere ſuccos gratia ſimilitudinis: occurrunt tamẽ multa medicamenta, quæ quibus accidentibus ſimilia ſuccis ſunt, nullatenus poſſumus ſentire.

Φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν.

Natura iuuat omnia omnibus.

Natura ſemper pugnat cum morbis, nõ quidem calidis, aut frigidis (eadẽ eſt ratio aliorũ) ſed vtriſq;: nimirũ natura nullam harũ qualitatũ amat, ſed mediocritatem, quę nõ minùs illorũ vno q̃ altero euecitur. Proinde natura membrorum tam naturaliter ſe reducit, cùm licet per cauſam morbi, à febre ad mediocritatem. q̃ à perfrigeratione. Hinc fit, vt non cuidam ſolùm morbo, aut ſolùm quibuſdam ſubueniat natura, ſed quibuſuis: nec verò cuidam membro, ſed omnibus vtcunq; laborantibus. Fitq; quanquam iuuetur natura aduersùm morbos, artis adiumentis, externis & internis, tamen vt illa omnia eatenus proſint, quatenus natura poteſt illis vti: fruſtra enim adhibentur medicamẽta, quæ naturá nõ ſunt habitura adminiculantẽ. Itaq; natura eſt quæ omnibus inſtrumentis vtitur, ſubueniẽs omnibus partibus, aduersùs omnes morbos.

Ἐς δὲ ταύτην ἔξωθεν μὲν κατάπλασμα, κατάχρισμα, ἄλειμμα, γυμνότης καὶ σκέπη, ὅλου καὶ μέρεος· θέρμη καὶ ψύξις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ στύψις, καὶ ἕλκωσις, καὶ δηγμὸς, καὶ λίπασμα. ἔνδοθεν δὲ τινὰ τῶν εἰρημένων, καὶ ἐπὶ τούτοισιν αἰτίη ἄδηλος, καὶ μέρει καὶ ὅλῳ, τινὶ τὰ καὶ οὐ τινί.

Ad hanc autem extrinſecùs cataplaſma, illitio, vnguentum, nuditas, & tegumentum, totius & partis: calor & frigus eâdem ratione, & adſtrictio, & vlceratio, & morſus, & inunctio. Intrinſecùs autem & quædam dictorum, & præter hæc cauſa occulta, & parti & toti: alicui quidem, alicui non.

Enumerationem facit eorũ, quibus ſolemus naturam iuuare: medicamentorum videlicet & euacuationum. Medicamenta verò bifariam diſtingui poſſunt, & per formas, quibus eis vtimur, & per facultates. Sunt verò hæc duplicia: quibuſdam enim extrinſecùs, & quibuſdam intrinſecùs vtimur. Primorum mentionem priùs facit, dicens eſſe aut cataplaſma, aut illitionem, aut vnguentum (in his intelligimus omne genus emplaſtri, ceroti, vnguenti, olei, & embrochæ, & balnei, & irrigationis) nuditatẽ aut indumentum (in his intelligimus veſtes, & ſtragula, & ligaturas, & horum detractionẽ, idq; totius & partis.) Dicit rurſum diuidens per facultates, eſſe adſtrictionem (hæc fit adſtringentibus) aut vlcerationem (hæc fit nimis acribus & cauſticis, aut cauteriis, ac corrodentibus) aut morſum (hic fit detergentibus) aut inunctionem. Inunctionem verò hic vocat, non quod priùs illitionem, ſed delinitionem,

nem, siue læuitatem quæ medicamentis læuigantibus fit. Deinde mentionem facit eorum, quibus intrinsecùs vtimur: quæ etiam bifariam diuidi possunt, & per formas, & per virtutes. Tamē cùm principia diuidendi optimè Hippocrates doceat, in singulis diuisionibus multa membra omisit, quæ nos oporset addere: nimirum Hippocrates omnia fundamenta iecit, omnes methodos, omnia principia docuit: reliquit verò plurima aliis peraganda. Oporset ergo nos singulas diuisiones percurrere. Ea quibus extrinsecùs vtimur ad iuuandum naturam, sunt aut ignis, aut ferrum, aut medicamenta, aut tegumenta & nuditas, aut cōtrectatio. Ferro vtimur rescindentes, secantes, aut scarificantes partes aliquas: igne, vrentes, cauteriis vocatis: medicamentis, adhibentes emplastra, aut cerota, aut vnguenta, illitiones ex oleo, embrochas, & balnea: tegumētis, iubentes, vel interdicentes vestes, stragula, aut ligaturas: contrectatione, fricare iubentes, aut manibus membra dirigentes, aut reponentes. Horum quædam in parte fiunt necessariò, nemo enim totū hominem vrit, aut secat, aut reponit: quædam in toto, aut in parte: tegitur enim, aut nudatur, lauatur, vngitur, fricatúrve, nunc totus homo, nunc pars in eo quædam. Rursum diuidi possunt ea quibus exteriùs vtimur, per potentias siue vires quibus operantur. Nam vtimur alterantibus secundùm temperamentum (hæc sunt calfacientia, refrigerantia, humectantia, & siccantia,) aut aliter afficientibus substantiam, secundùm virtutes quæ secundæ vocantur (huiusmodi sunt adstringentia, laxantia, aperientia, emollientia, duritiem inferētia, detergentia, resoluentia, suppurātia, & extrahentia, & aliqd aliud tale agentia) aut proprietate aliqua incognita membrum aliquod iuuantia (has vocant tertias virtutes) cuiusmodi est virtus vnguis qui circunfertur, vt animi deliquia soluat impositum cordi, aut admotum digito anulari: & lapides multi, quorum mirabiles quædam virtutes esse perhibentur. Ea etiam quibus vtimur interiùs, habent duplicem rationem differantiæ: alteram ex forma, qua eis vtimur: alteram ex virtutibus. Velut vtimur interiùs potionibus, aut clysteribus, aut catapotiis, aut bolis, aut trochiscis, aut cōditis. Rursum ea quibus interiùs vtimur, aut sunt calfacientia, refrigerātia, humectantia, aut siccantia, vel secundùm qualitatem aliquam secundam operantia: adstringentia inquā, laxantia, purgantia, mouentia vrinam, mouentia menstruam expurgationem, aut sudorem, abstergentia, aut lenitatem inferentia, scindentia, aut crassitudinem inferentia, vel tale quippiam faciētia: vel operantia virtute aliqua occulta, aut sympathia aut antipathia aliqua ineffabili, quam medicamentum habet cum aliquo homine, cum aliquo nō, aut cum aliquo membro, cum aliquo non: hanc enim vocat Hippocr. occultam causam. Hæc est ratio partitionum quas Hippocr. hîc docet: quas vt persequeremur, integro libro esset opus. Vsqueadeò Hippocr. magna totius doctrinæ fundamenta iecit, & fœcundissima fudit semina. Occulta causa, est quam multi proprietatem occultam appellant.

Ἀποκρίσιες κατὰ φύσιν, κοιλίης, οὔρων, ἱδρῶτος, πτυάλου, μύξης, ὑστέρης, καθ' αἱμορροΐδα, θύμον, λέπρην, φῦμα, καρκίνωμα, ἐκ ῥινῶν, ἐκ πνεύμονος, ἐκ κοιλίης, ἕδρης, ἐκ καυλοῦ. κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν αἱ διακρίσιες τούτων, ἄλλοισι πρὸς ἄλλον λόγον, ἄλλοτε καὶ ἀλλοίως.

Excretiones secundùm naturam, ventris, vrinarum, sudoris, sputi, muci, vteri, per hæmorrhoidas, verrucam, lepram, tuberculum, carcinōma, ex naribus, ex pulmone, ex sede, ex ventre, ex cole. Secundùm naturam & præter naturam euacuationes horum: aliis secundùm aliā rationem, aliis etiam aliter.

Ad euacuationes modò venit, quæ quàm maximè iuuare solent naturam. Hæ verò sunt duplices, aut euacuationes succorum extra corpus, aut excretiones ad quasdam partes: soluuntur enim morbi, aut euacuationibus aut abscessibus. Iuuant hæc naturam, tum maximè cùm sunt secundùm naturam possunt enim secundùm naturam & præter naturam fieri, atq; ita iuuare aut lædere. Atq; accidit eadem fieri quibusdam secundùm naturam, quibusdam præter naturam. Abscessus, vt verruca, lepra, tuberculum, & carcinôma, toto genere præter naturam sunt (nam sunt morbi) dicuntur verò secundùm naturam fieri, cùm soluūt alios grauiores, aut naturam vtiliter sublenant. Euacuationes multifariam possunt esse secundùm naturam, aut præter naturam: vt in Controuersiis explicuimus. Hoc ergo est quod dicit: Secundùm naturam & præter naturam euacuationes horum, aliis secundùm aliam rationem, aliis etiam aliter. Nimirum hæ euacuationes esse possunt diuersis rationibus, secundùm naturam, & præter naturam: nam vt diximus in Controuersiis, genere, quantitate, qualitate, aut tempore. Verùm hoc, illic est plùs satis explicatum.

Μία φύσις ἐστὶ πάντα ταῦτα, καὶ οὐ μία· πολλαὶ φύσιές εἰσι πάντα ταῦτα, καὶ οὐ μία.

Vna natura est omnia hæc, & non vna: multa natura hæc omnia, & non vna.

Vna natura est, quæ omnia hæc molitur, & plures: est enim vna totius corporis natura, & est propria singulorum membrorum. Nimirū natura prospicit omnibus membris, vnicuiq; iuxta peculiarē illius naturam, operaturq; ita in singulis.

Φαρμακείη ἄνω καὶ κάτω, καὶ οὔτε ἄνω οὔτε κάτω.

Pharmaca sursum & deorsum, & neq; sursum nec deorsum.

Cùm dictum sit de aliis auxiliis, & insuper de euacuationibus, & abscessibus, quibus solet iuuari natura: modò de pharmacis (ita vocat expurgantia medicamenta) disputat. Hæc aut sursum euacuant, vt quæ vomitu: aut deorsum, vt quæ deiectione vel mictu: aut neq; sursum neq; deorsum, vt quæ sudore, aut vtcunq; per totum corpus.

Ἐν τροφῇ φαρμακείη, ἄριστον· ἐν τροφῇ φαρμακείη, φλαῦρον. φλαῦρον καὶ ἄριστον πρός τι.

In alimento pharmaca, optimum: in alimento pharmaca, prauum. Prauum & optimum ad aliquid.

Pharmaca omnia sunt aduersa ventriculo, & iis

suauia: quo fit, vt ventriculus ab illis abhorreat quàm plurimum. Neq; verò omnes æqualiter: nam quidam sunt qui præ mollitie non possunt deglutire pharmacum: quidam ob naturalem quandam nauseam, si coacti deglutiuerint, non possunt non euomere: atq; si non euomuerint, descendit statim inalteratum, quare nihil expurgat. Nam medicamentum, vt expurget, debet à ventriculo alterari: vt id quod potentiâ habet, habeat actu. Ergo plurimùm refert, pharmaca amicè recipi à ventriculo. Quod vt fiat, cùm illorum natura repugnet, nulla melior ars est, quàm pharmaca cum cibis permista dare: ita enim meliùs accipiuntur, & accepta retinentur. Cùm verò vt recipiantur & retineantur, & à ventriculo quantum oportet alterentur, opus non est cibis, multùm nocet eorum permistio. Faciţ enim non tantùm vt ad actum deducantur, sed etiam simul cum cibis coquantur, & distribuantur: impediaturque ita expurgatio: & medicamentorum exhibitio maioris cacochymiæ occasio fit. Ergo pharmaca cum alimentis permiscere, simpliciter neque bonum est neque malum, sed aliquid vtrunque est. Nimirum quibusdam vtile, quibusdam noxiũ, vt explicatum est. Quibusdam etiam, etsi vtile non sit, est necessarium: velut quum æger in magna expurgationis necessitate constitutus, ob mollitiem cogi non potest pharmaca accipere: velut in pueruIis, & delicatis mulieribus euenit. Tamen constat, quum cœpit expurgatio fieri, alimentum præstare, vt quidam ius gallinaceum præstant, expurgationem semper impedire. Sed etsi de aliis medicamentis ab expurgantibus dicatur, sententia est verissima. Nimirum dari potest medicamentum in alimento trifariam: aut medicamenosis cum alimentis permistis: aut datis alimentis, quibus vires quæ dam medicamentorum sint: aut cibis oblatis non longè à medicamentis, sed eodem ferè tempore. Vtcunque fiat, nihil magis consuetum est in victu ægrotantiũ, quàm vti rebus quæ partim sint alimenta, partim medicamenta: neque id immeritò, eò q; simul nutrire possint & attemperare, aut aliter morbo obsistere. Tamen nihil est deterius, quàm in victu beneualentium, medicamentosis alimentis vti: nam quæ ægrotantia corpora sanare nata sunt, sanis oblata morbos contrarios generabunt, si verè est alibi dictum, auxilia esse morbis contraria. Itaq; hac quoque ratione, medicamenta in alimentis dare est optimum inter curandum, & prauum in seruanda valetudine: & vtrunque est aliquid. Vnde apertè deprehenditur vulgi hominũ error, qui tunc se putant bono vti victu, quum eo vtuntur quo ægrotantes solent: qui tamen nihil aliud faciunt, quã vt sua opera insalubriter viuant, & citò pereant.

Ἕλκος, ἐσχάρη, αἷμα, πύον, ἰχώρ, λέπρη, πίτυρον, ἀχώρ, λειχὴν, ἀλφὸς, ἔφηλις, ὅτε μὲν βλάπτει, ὅτε δὲ ὠφελέει, ὅτε δὲ οὔτε βλάπτει, οὔτε ὠφελέει.

Vlcus, eschara, sanguis, pus, sanies, lepra, furfur, achores, impetigo, vitiligo, lentigo, nunc quidem lædit, nunc quidem prodest, nunc autem neq; lædit neq; prodest.

Hæc videntur mihi esse legenda post illa verba: Secundùm naturam & præter naturam euacuationes horum, aliis secundùm aliam rationem, aliis etiam aliter. Nimirum abscessuum & euacuationũ est eadẽ ratio: sunt enim abscessus quoq; in iis, quæ naturam iuuare possunt, nam sunt sæpe solutiones grauiorum morborum. Atq; vt euacuationes non semper prosunt, sed aliquando obsunt, cùm scilicet non fiunt criticè, sed symptomaticè, vt explicuimus: ita vlcera cutis, & omne genus scabiei, nonnunquã soluunt priorem morbum, cùm fiunt facultatis vehementiâ: nonnunquam augẽt, cùm fiunt præ debilitate: nonnunquam nec tollunt neq; augent, sed quod ad morbum attinet priorem, neq; iuuãt neq; lædunt, vt cùm fiunt ob errata in victu. Vlcera, siue vulnera nominauit: quia plerasq; abscessuum species solent comitari. Eschara, est crusta qua vulnera solent obduci. Ex vlcusculis fluere solent, sanguis, & pus, & sanies: differt sanies à pure, q; tenuis est, & sero similis. Lepra est scabies atra per corpus totũ: quæ hac ratione solùm ab elephante differt, q; cutẽ magis tenet, subiectam carnem non adeò, quàm elephas, aut cancer, hic vna in parte, ille in toto corpore: vt constare facilè potest ex Galeno libellis de Tumoribus præter naturã, & tertio de Causis symptomatum. Furfures & achores, sunt capitis morbi: achores sunt vlcuscula quædam capitis, tineam vulgus vocat. Impetigo (λειχὴν dicitur Græcis) est scabies quædam, ex succis crassis cum sanie permistis: de qua dubitatum à quibusdam non sine causa est, an sit morbus quem Gallicum hodie dicim⁹. Sed de hac re alibi fortasse potero sententiam meã meliùs aperire. Vitiligo (Græcis ἀλφὸς) maculæ cutis sunt, nunc candidæ, nunc nigræ: quæ solent etiam altiusculè penetrare, vt pili quoq; illinc nati tales fiant. Lentigo (Græcis ἔφηλις) est asperitas quædam, quæ in facie solet ex scabie suboriri.

Τροφὴ, οὐ τροφὴ, ἢν μὴ δύνηται τρέφειν· τροφὴ, οὔνομα τροφὴ, ἔργον δὲ οὐχί. ἔργον τροφὴ, οὔνομα δὲ οὐχί.

Alimentum, non alimentum. Si non potest alere, nomen est alimentum, non res. Res est alimentum, non nomen.

Quandoquidem dictum iam est, proximam sententiam post decimamseptimam debere scribi, constat hanc quoq; vigesimæ succedere. Nam cùm differeret Hippocr. de miscendis pharmacis cum alimentis, monet modò, esse quædam quæ verè non sint alimenta, tamen alimenta quodammodo dici soleant. Talem ego intelligo aquam esse, & quæ ad solam aquam pertinent. Hæc enim verè non nutriunt, videntur tamen nutrire, prohibentia corporũ exolutionẽ: diutiùs enim potest aliquis aqua vtens inediam ferre, quàm hac quoq; priuatus. Illa ergo non est alimentum re, non tamen quod non potest alere, nomine tenus est alimentum, non re ipsa: debet verò alimentum esse re tale, non nomine solũ. Quamquã de aliis quibusdam rebus dici potest hoc idem, de quibus dicemus statim.

Ἐς τρίχας τροφὴ, καὶ ἐς ὄνυχας, καὶ τὴν ἐσχάτην ἐπιφάνειαν ἔσωθεν ἀφικνέεται.

In pilos alimentum, & in vngues, & in extremam superficiem intrinsecùs peruenit.

Ea quoq; substantia, qua pili, vngues & extrema superficies fiunt & augentur, dicitur quodammodo alimentum, videtur enim nutrire: tamen non est

est propriè, quia hæ partes non tam nutritione vera, quàm congestione excrementorum fiunt, & augentur impulsu prodeuntis excrementi. Neq; verò illæ omnes eodem modo: pili siquidem toti radices vsq; fuligines congestæ sunt, nullius vitæ, nullius nutrimenti participes. Cutis extrema, quã dissectores cutem non veram vocant, hæc quoq; est expers vitæ: nutritur q; non verè, sed ex reliquiis alimenti veræ cutis, & excrementis simul durescentibus occursu externarum rerum, vt in animalibus crustatis crusta. Vngues verò neq; vita nec nutritione omnino carent, neq; verò sensu: accipiunt enim per radices, venam, arteriam & neruum. Sed extrema illorum pars, illa inquam, quam sine dolore secam⁹, dutata nimis & quasi emortua, sensum amisit, & nutritionem, augescitque accessu partium, vt pili. Quare extremi vnguis nutritio, extremæ cutis nutritioni assimilis est: sed totius vnguis, dentis nutritioni. Nimirum tam vnguis quàm dens crescunt alimento, tamen in longum multò apertiùs, quàm in latum aut altum: quòd illorum venæ & arteriæ rectà ferantur multò magis, quàm in altum latúmve diducuntur. Itaq; hæc omnia alimentum capere intrinsecùs, id est per radices, & quomodo illorum quodq; dictum est.

Ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης ἐνδοτάτω ἀφικνέεται.

Extrinsecùs alimentum ex extrema superficie ad intima peruenit.

Monstratum à me est alibi, posse intima corporis alimentum per cutem capere: nec omninò esse à ratione alienũ qd᷑ medici faciunt sæpe, admouẽtes vmbilico & reliquo ventri res nutriẽtes. Cur.n. nõ possunt vtiles succi & vapores illinc assumi, tum p arterias, tum etiã carnib. sua facultate trahentibus: cùm res multas vt lanam, triticũ & alia legumina, succos ad sese allicere apertè sentiamus?

Ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα. κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα· κατὰ μέρος δὲ τὰ ἐν ἑκάστῳ μέρει μέρεα πρὸς τὸ ἔργον.

Confluxio vna, conspiratio vna, compatiẽtia omnia. Secundùm totius naturam omnia: secundùm partem autem, quæ in quauis parte partes ad opus.

Quasi reddens rationem, qua potest alimentum ex extrema cute ad intima peruenire, dicit, confluxio vna, conspiratio vna. Quam sentẽtiam mille in locis citat Galen. neq; profectò immeritò, est enim digna Hippocr. & verissima. Nam est toti corpori confluxio communis, & conspiratio cõmunis: quia est à quauis particula in aliam quamcunq; via, confluxus, & transpiratus: & omnia possunt aliorũ omnium morbis lædi per consensum. Atq; vt morbis compatiuntur omnia, ita ad actiones conspirant omnia. Nam omnia membra conspirant ad opus, id est, operantur secundùm totius naturam: & singulæ partes simplices quę in quauis parte multiformi sunt, conspirant ad opus secundùm naturam partis illius. Vt omnes particulę crurum conspirant ad ingrediendum, & manuum ad apprehendendum: omnia verò, manus inquam, crura, vẽter, & caput, operantur vt maximè congruit toti animanti. Hoc certè percurrenti singulas partes, & in singulis omnes particulas, & omnium vsus & actiones, euadet notissimum: continget q; nostri conditoris sapientiam demirari, qui ita omnia formauit, vt omnia membra toti animanti subseruiant, & singula membra aliorum omnium vtantur ministerio.

Ἀρχὴ μεγάλη εἰς ἔσχατον μέρος ἀφικνέεται· ἐξ ἐσχάτου μέρεος εἰς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται.

Principium magnum in extremam partem peruenit: ex extrema parte in magnum principium peruenit.

In confirmationem prioris sententiæ, omnia scilicet esse confluxibilia, conspirabilia & compatientia, dicit Hippocrates, principium magnum ad extremam partem, & ab extrema parte in principium magnum peruenire. Principium in nostri corporis mẽbris est, à quo vis aliqua in alia omnia fluit: extrema pars est cutis extima. Ego magni principij nomine, intelligo cor: ab eo enim vitalis vis in partes omnes fluit per arterias, cum qualitate quadam illustrationi simili. Atque hoc est quod dicit, Principium magnum in extremam partem peruenit. Ex extrema etiam parte, è cute inquam extrema, ad cor ipsum peruenit facilè per easdem arterias, cùm continui alteratione, tum vel maximè vocato pulsu, quod arteriarũ osculis occurrit. Ita enim solẽt venena multa cuti affricata interimere, & morsus animalium venenatorũ: quæ profectò, nisi eorũ vis aut ab eis aura aliqua ad cor deferretur, interimere non possent. Transpiratus ergo potest ab extrema superficie ad cor, & à corde ad extremam superficiem deducere. Quanquam multò minus esse quod ex arteriis recipiatur in cor, quàm quod è corde in arterias, alibi docui.

Μία φύσις, εἶναι, καὶ μὴ εἶναι.

Vna natura esse & non esse.

Videntur verba hæc Hippocratis, in communẽ illam philosophorum sententiam scripta, eo calore nos confici, à quo geniti sumus, & nutrimur: itaq; idem esse in nobis principium ortus & interitus. Quam sententiam falsam esse, ego alio loco demonstraui. Calidum enim naturale semper incumbit humectationi & nutritioni: desiccationis is solùm qui præter nostram naturam igneus est, potest esse causa. Proinde ego hoc loco non quidem intelligo naturæ nomine calorem naturalem, sed ita intelligo quasi causa diceretur, atq; legeretur, eadem causa conseruationis & interitus. Causa verò hæc, est cibus ipse quo vtimur: nimirum cibo seruamur, & cibus etiam alterat perpetuò nostram naturam, & parit plerosq; morbos, qui tandem mortem nobis afferunt. Cui sententiæ insistens Hippoc. facit verbis sequentibus morborum enumerationem, & signorum, per quandam digressionem.

Νούσων διαφορὴ, ἐν τροφῇ, ἐν πνεύματι, ἐν θερμασίῃ, ἐν αἵματι, ἐν φλέγματι, ἐν χολῇ, ἐν φλεψὶ, ἐν ἀρτηρίῃσιν, ἐν νεύρῳ, μυῒ, ὑμένι, ὀστέῳ, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, στόματι, γλώσσῃ, στομάχῳ, κοιλίῃ, ἐντέροισι, φρεσὶ, περιτοναίῳ, ἥπατι, σπληνὶ, νε-

φρῦσι, κύστι, μήτρῃ, δέρματι. ταῦτα πάντα καὶ καθ' ἓν, καὶ κατὰ μέρος.

Morborum differentia in cibo, in spiritu, in calore, in sanguine, in pituita, in bile, in succis, in carne, in pinguedine, in vena, in arteria, in neruo, musculo, membrana, osse, cerebro, spinali medulla, ore, lingua, stomacho, ventre, intestinis, septo transuerso, peritonæo, hepate, splene, renibus, vesica, vtero, cute. Hæc omnia & sigillatim, & particulatim.

Bifariam facit enumerationem morborum, primùm per causas, deinde per partes. Prima est: morbi fiunt in alimento, id est, à redundāti cibo aut potu, vt qui fiunt à satietate: vel in spiritu & in calore, id est, ab spiritibus ardentibus, vt febria diaria: vel in sanguine, vt febris continēs, & inflammationes, & carbunculi: vel in pituita, vt febria quotidiana, intermittens aut perpetua, & œdemata, & multæ destillationes: vel in flaua aut atra bile, vt causus, tertiana exquisita, erysipelas, herpes, multa vlcera, & quartanæ, & cancri, & elephas, & multa alia mala: vel in succis aliis, vt in aqua, semine, medulla ossium, lacte, rore aliorum membrorum: nam horum corruptione multi morbi fiunt. Secunda enumeratio est per partes. Morbi enim sunt, aut in sola carne aut pinguedine, vt tumores quidam laxarū partium: aut in venis vel arteriis, vt febris omnis: aut in neruis, vt stupores: & in musculis, vt conuulsiones & resolutionea: aut in membranis, quales sunt multæ membranarum præcisionea, & pleuritis: aut in ossibos, vt fractiones, & caries, & resolutiones: aot in ore, vt vocatæ aphthæ, & multi tumores, & multa vlcera: aut in lingua, vt linguæ resolutio, & tumor: aut in stomacho, id est, in gula, vt impotentia deuorandi, & infixio spinæ aut festucæ: aut in ventre, vt satietas, & fames canina, & pica: aut in intestinis, vt dysenteria, & lienteria, & tenasmus: aut in septo trāsuerso, vt quædam phrenitidis species: aut in peritonæo, vt herniæ multæ species: aut in hepate, vt deiectiones quædam cruentæ, & affectio vocata hepatica: aut in splene, vt multi scirrhi: aut in renibus, vt nephritis, & renum calculus: aut in vesica, vt suppresio vrinæ, & scabies quædam: aut in vtero, vt præfocatio vterina, & menstruorū suppressio: aot in cute, vt scabies, & tubercula multa. Et multa alia mala singularum partium, quæ omissa sunt: hæc enim loco exempli diximus. Pulmonem tantùm & cor videtur Hippocr. enumerans partes, omisisse: quanquā profectò pulmo habet morbos insignes, vt sanguinis sputum, & tabem. Cor fortasse omisit, quia non potest sustinere magnoa morbos: sustinet tamen quosdam nō omnino exiguos, quique nobilitate partis magni sunt, vt deliquia animi, & palpitationes. Hæc omnia, morbi inquam omnes, numerari possunt bifariam: & sigillatim, id est, per singulos morbos, & particulatim, id est, per partes, vt declaraui. Atq; adeò quanquam possint esse aliæ rationes diuisionum in morbis, nullæ his duabus sunt ad artem potiorea: quia præstantissimæ indicationes curationum, sunt à causa, & à loco patienta. Maximè ergo faciunt hæ differentiæ euariare curationes: quod in partitionibus medicinalibus maximè considerari debere, alibi docuimus.

Μέγεθος αὐτῶν, μέγα καὶ οὐ μέγα.

Magnitudo ipsorum, magna & non magna.

Quiois morbus potest esse magnus, aut paruus: atqui hoc est quod dicit, magnitudo ipsorum magna & non magna. Id est, quod ad magnitudinem attinet, diuiduotur morbi singuli in magnos & paruos. Dicitur morbus (vt Galen. rectè mouet) magnua trifariam: aut ob propriam essentiam, vt inflammatio magna: aut ob principatum partis, vt cerebri, aut cordis quiuis morbus: aut ob morem malum aut malitiam, vt carbunculus quiuis etiā paruus, magnus morbus est. Paruitatis sunt contrariæ rationes: præterquàm quòd vt magnus sit, quæuis dictarum rationum sufficit: vt paruus sit, opus est vt omnes absint.

Τεκμήρια, γαργαλισμὸς, ὀδύνη, ῥῆξις, γνώμη, ἱδρὼς, οὔρων ὑπόστασις, ἡσυχίη, ῥιπτασμὸς, ὄψιες, φαντασίαι, ἴκτερος, λυγμὸς, ἐπιληψίη, αἷμα ὁλόχερες, ὕπνος· καὶ ἐκ τούτων, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελίην ἄρμᾳ.

Indicia, titillatio, dolor, ruptio, iudicium, sudor, vrinarum hypostasis, quies, iactatio, visiones, imaginationes, morbus regius, singultus, morbus comitialis, & sanguis ὁλόχερες, somnus: ex his, & ex aliis eorum quæ sunt secundùm naturam, & quæcunq; alia huiusmodi ad læsionem & vtilitatem tendunt.

Vt dictum est morbos posse esse magnos, aot paruos, ita possunt esse lethales, aut salobres: dignoscuntur verò lethales à salubribos per signa. Proinde enumerat hîc Hippoc. signa, quæ considerari oportet à Medicis, ad prænoscendum, an moriturus sit homo, an superuicturus. Neque tamen percurrit omnia, sed multa: neque ea distinctè, sed genera tantùm attingens, à quibus capiuntur indicia: nam plena & distincta de hac re tractatio, ad partem prognosticam pertinet. Indicia ergo futuri euentus, capiuntur ex titillatione multarum partium. Est titillatio, motitatio particulæ, siue ea fiat palpitatione, siue tremore, siue affectu quodam rigori simili, siue cōuulsiuo motu. In quam sententiam scriptum est in Prognostico, oculi instabiles aut eminentes. Nominauit certè Hippocr. oculorum instabilitatē inter lethalia signa. Hoc igitur est, quod titillationē vocat. Ex dolore etiam capi signa dicit: de doloribus qui in morbis possunt significationem euentus præstare, plura scripta sunt ab Hippocr. ipso, quàm vt opus sit ea referre. Tertio loco refert Hippoc. rupturam: nomine rupturæ, intelligit vlcus: de quo scripsit etiam in Prognostico, quia ab eo capiuntur in morbis multa signa. Ita enim scriptum illic est: Vlcus aotem, siue antè fieri contigerit, siue in morbo fiat, dicere oportet: si enim moriturus sit homo, ante mortem liuidum & siccum erit, vel pallidum & siccum. Et rursus: Fauces exulceratæ cum febribus, timorem afferunt. Itaq; ex vlcere multa signa accipit Hippocr. Iam verò ex modo quo meos habet (hoc est quod iudicium vocat) multò plura. De sudore, de vrinia, de decubitu etiam (quod quietis & iactationis nomina hîc intelligitur) diffusè egit

in

in eo opere. De visionibus etiam & imaginationibus ita scripsit: Qui in febre acuta aut phrenitide, aut pulmonia, aut capitis dolore manus ob os fert, aut frustra venatur muscas, aut de veste euellit pilos, aut de pariete stipolas carpit, id omne malum exitialeque est. Hæ omnes, sunt visiones & imaginationes. Ex morbo regio etiam docet Hippocrates in Aphorismis, indicia capere, ita dicens: Quibuscunque in febribus morbi regii ante septimum diem accidunt, malum. De prænotione ex singultu, & conuulsione quacunq; (est enim conuulsioni similis singultus) & epilepsia, quæ est vniuersalis conuulsio, multa scripta sunt in Aphorismis, quale est illud: Conuulsio ex helleboro lethalis est: conuulsio ex vulnere lethalis est. Et rursum, Vbi sanguis plurimus fluxerit, singultus, aut conuulsio superueniens, malum. Itaq; epileptici motus (sunt enim hi in conuulsiuis) & singultus, multa possunt indicare. Addit deinceps Hippocrates, referens signa, & sanguis αἱμοῤῥαγίαι: significat verò id nomē, sanguinem manifestum. Constat verò sanguinem manifestum fieri, aut fluxionibus sanguinis, aut quibusdam exanthematis, aut certis maculis: vtrâque enim harum rationum, multi sanguinis copia declaratur. De significationibus fluxus sanguinis scripsit Hippocrates sæpe. Tale est illud primo Prædictionum: Ex naribus erumpente sanguine eum exiguis sudoribus, refrigeratio maligna aut praua. Et illud, Sanguinis stillicidia difficilia. Et illud eodem libro, Ex sanguinis eruptione rigores longi. Et multa alia. A rubeis etiam maculis, quæ per totam cutem, aut quadam corporis parte fieri solent per febres, multa scimus significari. Tales febres vocauit Hippocrates in Epidemiis rubeas, nomine ducto à maculis. Nos certè significationem harum macularum, non sine magno totius Hispaniæ malo, superiori anno, qui erat millesimus supra quingentesimum quinquagesimum septimum (hoc anno me grauissima phrenitis abstulisset, nisi singulari Dei beneficio seruatus essem) agnouimus. Grassatum enim est multis diebus in homines id malum: q̃d nostri Hispani, nouato arbitror nomine, Tabardillo cœperunt appellare. Nascebantur febricitantibus ferè omnibus, maculæ per cutem, aliis nigræ, liuidæ aliis, aliis tantùm rubræ. A rubris solùm liberabantur: à liuidis aut nigris duo tantùm eorum quos ego vidi, seruati sunt. Erat in omnium succis plus aut minus, tamen nonnihil qualitatis veneni: Proinde anxietate magna afficiebâtur, linquebantur animo, & delirabant. Atque tota Medicorum cura in eo tantùm erat, vt alexipharmacis, & iis quę cutim versùs trahunt, vt eucurbitulis, & iis quæ sudorem prouocant, vterentur: neque victu admodùm tenui vti licebat. Maculæ ergo timorem incutiebant, etiam rubræ: tamen color ruber faciebat animum. Hæc sunt, quæ ego puto Hippocratem hîc intellexisse, nomine sanguinis manifesti. Addit autem, somnus. De somni significationibus scripta multa sunt & in Aphorismis, & in Prognostico, & millies alibi. Sed quorum Hippocrates addit dictis, ex his & ex aliis eorum quæ sunt secundùm naturam? quomodo capiuntur per morbos indicia ab iis quæ sunt secundùm naturam? Omnia profectò quę præter naturam fiunt, non aliter possunt significare, quàm collata cũ naturalibus. Considerantes enim, quod alio loco dicitur, similia sunt ac dissimilia, id est, quàm longè absint à naturalibus, cognoscimus quantum mali præ se ferant. Ergo indicia constant ex dictis priùs, cùm sunt præter naturam: & iis quæ in singulis generibus suos naturalia. Verùm non sunt hic relata omnia: capiuntur enim indicia à multis aliis, quæ ad læsionem aut vtilitatem tendunt, id est, significant morbum in malum aut bonum exitum tendere. Huiusmodi sunt, deiectio, sputum, respiratio, pulsatio arteriarum, color totius corporis, aut vultus, aut vnguium: & alia etiam, quorum hîc non est facta mentio.

Πόνοι ὅλα, καὶ μέρε⊕ · καὶ μεγέθε⊕ σημήϊα, τῦ μεὶ ἐς τὸ μᾶλλον, τῦ δ' ἐς τὸ ἧσσον · καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ μᾶλλον, καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἧσσον.

Labores totius & partis: & magnitudinis signa, alterius ad maius, alterius ad minus: & ab vtrisq; in maius, & ab vtrisq; in minus.

Morbi quidam sunt partis cuiosdam insigniter affectæ, vt pleuritis, phrenitis, & pulmonia, & nephritis: quidam sunt totius corporis, sine partis cuiuspiam manifesta læsione, vt febris morbus, & quæuis totius corporis intemperies. Et quoduis illorum morbi genus, & vtrunque, habet signa magnitudinis: & in his signis, quædam quæ significant morbos esse magnos, quædam quæ paruos: vt sunt signa magnæ & exiguæ febris, magnæ & exiguæ pleuritidis.

Γλυκὺ, ὀ γλυκύ · γλυκὺ ἐς δύναμιν, οἷον ὕδωρ. γλυκὺ ἐς γεῦσιν, οἷον μέλι. σημήϊα ἑκατέρων, ἕλκεα, ὀφθαλμοὶ, καὶ γεύσιες. καὶ ἐν τούτοισι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧσσον. γλυκὺ ἐς τὴν ὄψιν, καὶ ἐν χρώμασι, καὶ ἐν ἄλλῃσι μίξεσι γλυκὺ μᾶλλον καὶ ἧσσον.

Dulce non dulce: dulce ad potentiam vt aqua, dulce ad gustatum vt mel. Signa vtrorumque, vlcera, oculi, & gustatus: & in his plùs & minus. Dulce & ad visum, & in coloribus, & in aliis mixturis: dulce plùs & minùs.

Facta digreßione ad morbos, & symptomata, & signa, redit modò ad disputandum de alimento. Quoniam verò nihil potest alere, nisi sit dulce, vt Aristoteles etiam sensit, disputat de dulcibus & nõ dulcibus, & de modis quibus aliquid dicitur dulce. Ergo id quod ingeritur in corpus esu aut potu, potest esse dulce, aut non dulce. Dici potest dulce multifariam. Propriè dicitur dulce, cuius contrarium est amarum: diciturq; ad gustatum, nimirum dulce & amarum sunt saporis species. Alia ratione dicitur aliquid dulce metaphora quadam, quod non mordet: diciturque dulce ad potentiam: quia mordax quod est contrarium, eo quod facit, mordicatione videlicet, insuauitatem facit. Constat verò hanc dulcedinem, aut contrarium, non tam dici ad gustatum, quàm ad tactum: nam tactus est q̃ sentit morsus. Offenduntur à mordentibus maximè exulceratæ particulæ, & oculi (id enim experimẽto sentimus, si quid mordax vlceri admouetur, aut in oculũ instillatur, aut si fumus, vapórve acer

oculis occurrit. Hac caosa inquit, vtrorumque signa oculi, vlcera, & gustatus. Id est, hæ partes potissimùm distinguunt mitia ab acribus, oculi, & vlcera, & lingua: & lingua sola distinguit sapores. Neque verò de rebus omnibus idem iudicium capitur, ab vlceribus, & ab oculis: quædam enim sunt mordacia oculis, quę suot mitia vlceribus, quędam contrà. Vt oleom mite est vlceribus, & oculos mordet: quoniam (arbitror) per densas oculi tunicas percolatur id solum, quod in oleo est tenue & mordax: per partea vlcerum penetrat totum oleum, totum verò est mite. Aqua frigida oculis non est insuauis (quia, arbitror, est congener cum oculis, intra quos naturaliter sunt succi, atque eorum quidam frigidi) vlcera mordet. Est præterea tertia ratio dulcis, & contrarij. Dicitur enim dulce, nomine latiùs patente, quicquid cuicunque sensui est placidum: nun dulce, quod est implacidum: vt in sonis vox quædam subgrauis, in coloribus cæruleus, in oduribus odor suauis (huic enim non est proprium nomen) in tangibilibus tepidum, & læue, & molle. Quocunque dictorum modorum, potest aliquid esse dulce plùs aut minùs. Dulcia enim dicuntur gustatui, omnia esui & potui apta: quanquam non omnia sunt dulcia, vt lac & mel, sed quia nulla illorum sunt dulcedinis omnino expertia: nam quæ omnino amara sunt, non possunt nutrire. Sed cur dixit, dulce ad visum & in coloribus, & in aliis mixtionibus? Dulce in coloribus est ad visum, in sonis ad auditum, in odoribus ad odoratum, vt in saporibus ad gustatum. Dicit verò, & in aliis mixturis: quia dulce omnium illorum generum, est in qualitatibus non extremis, sed mediocribus, & quæ veluti extremarũ mixtione productæ sunt.

Ἀραιότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσι πλέον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον· πυκνότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσιν ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν. Οἱ διαπνεόμενοι καλῶς, ἀσθενέστεροι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐανάσφαλτοι. οἱ διαπνεόμενοι κακῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰσχυρότεροι· νοσήσαντες δὲ δυσανάσφαλτοι, ταῦτα δὲ καὶ ὅλῳ καὶ μέρει.

Raritas corporis ad transpiratum, quibus magis aufertur, salubrius: densitas corporis ad trāspiratum, quibus minùs aufertur, insalubrius. Transpirantes facilè, debiliores, & saniores, & melius conualescentes: transpirantes autem difficilè, priusquàm ægrotent, firmiores: cùm autem iam ægrotare cœperint, difficilè conualescentes. Hac autem & toti & parti.

Omnis nutritio agitur cibo aut potu, aut spiritu: nam spiritus etiam præstat quandam nutritionis speciem: non quidem corporis, sed spirituum, quibus facultas nostra ad multa vtitur: quod dispotantes de vsu pulsus & respirationis, aliis locis indicauimus. Spiritus trahitur transpiratu (hic est q toto nostri corporis habitu fit per poros) aut respiratu (hic agitur cerebro & thoraee.) Disputat ergo primùm de transpiratu, deinde de respiratu. Ad transpiratũ pertinet raritas & densitas totius corporis, secundùm cutis poros. Sed quid est quod dicit, Raritas corporis quibos magis aufertur, salubrius: & densitas corporis quibus minùs aufertur, insalubrius? Qui rariores sunt, maiorem patiuntur dissipationem: habent enim magnam spirationem insensibilem: qui densiores, minorem. Ac proinde dicit, raritas corporis, quibus plùs aufertur: id est, qui raro sunt corpore, qoique maiorem habeot expirationem. Et rursum, Densitas corporis quibos minùs aufertur: id est, qui denso corpore sunt, quique minùs dissipantur expiratione. Commendat itaque Hippocrates ad salubritatem, raritatem corporis: & vituperat densitatem. Verùm quia nihil est quod omnia habear meliùs, sed vt statim dicet ipsemet, ad aliquid omnia bona & mala: in huius declarationem dicit, raros corpore esse debiliores & saniores: quia quamuis faciliùs ægrotent, tamen à morbis liberantur. Densos contrà, difficiliùs ægrotare: tamen difficillimè cùm ægrotare cœperint, conualescere. Huius causa est, quòd qui amplis poris sunt, faciliùs tanguntur frigore & calore, & aliis iniuriis, & cùm ægrotant, habent faciles euacuationes. proinde illorum morbi facilè iudicantur. Neq; tamen intelligendum est, quibusuis morbis capi faciliùs raros poris: sed illis solùm qui à causis externis fiunt, vt à sole, à frigore aeris, & talibus causis. Nam qui à putredine, aut aliis iotern is causis fiunt, citiùs arripiunt densos, quàm raros corporibus. Nam in statu pestilenti, scimus securiores multò esse hos: non solùm quòd faciliùs euadunt morbos, sed etiam quòd mious peste corripiuntur. Itaque multò melior est conditio eorum, qui amplos habent poros: quia ab omnibus morbis liberantur faciliùs, cùm semel ægrotara cœperint: & à morbis, qui ex internis causis pendent, difficiliùs etiam corripiuntur. Hæc verba vera sunt, siue de toto corpore, siue de parte quapiam intelligantur. Potest enim esse qois reliquo corpore deosus: & aliquo membro, vt capite, thorace, aut veotre, aut etiam pedibus rarus.

Πνεύμων ἐναντίην σώματι τροφὴν ἕλκει.

Pulmo contrarium corpori alimentum trahit: alia omnia, idem.

Duplicis alimeoti mentionem facit Hippocrates, eius quo nostræ partes nutriuntur (vocatque id alimentum, siccum & humidum, cibum scilicet & potum) & alterius quod noo simpliciter est alimentum, sed alimentum spiritus. Non enim potest nutrire membra, sed solis spiritibus præstat materiam: hoc est aer, qui trahitur respiratu & pulsu. Membra omnia nutriuntur alimento quàm simillimo: trahunt enim membra singula, alimanta ꝓpria gratiâ similitudinis. Aer verò qui ad spirituum refectionem trahitur, non trabitur gratia similitudinis, quæ est illi cum spiritu, sed qualitatis qua spiritui est contrarius. Trahitur enim aer præcipuè ad attemperationem spirituum, qui suapte natura, nisi occursu frigidi aeris & motu attemperetur, inflammantur. Ergo aer trahitur, quia est frigidus, & spiritus ardet: gratia ergo contrariæ qualitatis. Pulmo deputatus est à natura præparationi aeris qui inspiratur, ne cordi tam frigidus occurrat. Itaq; etsi frigidus inspiretur aer, eordi verò præparatus occurrit, pulmoni frigidus: qui quà est frigidus, est spiritui contrarius. Meritò ergo dicit Hippocrates, Pulmo contrarium corpori (corpori scilicet qood augetur

augetur aëre, hoc est spiritui) alimentum trahit: alia omnia, idem, id est, simile sibi. In hanc sententiam dicitur ab autore libelli de Carnibus: Alimentum calidu frigidum est.

Ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, πνεύμων, καὶ ἡ ἄλλη διαπνοή. ἀρχὴ τροφῆς καὶ ὑγρῆς καὶ ξηρῆς, στόμα, στόμαχος, κοιλίη. ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη τροφὴ, διὰ τοῦ ἐπιγαστρίου, ὀμφαλός.

Principium alimenti spiritus, nares, os, aspera arteria, pulmo, & alia respiratio. Principium alimenti & humidi, & sicci, stomachus & venter. Initiale vero alimentum per epigastrum, vmbilicus.

Quod sit principium cuiusque alimenti, docet: vocat principium alimenti, partem eam per quam alimentum subit in corpus. Mentionem facit triplicis alimenti: alimenti spiritus (hoc diximus esse aerem, & materiam respiratus) & alimenti corporis, quod subseruit corporis nutritioni (estque humidum aut siccum, id est cibus aut potus) & alimenti initialis (ita vocat id alimentum quo corpus generatur, capitque pabulum, dum adhuc fœtus gestatur in vtero) Aeris inspirati, principia sunt, nares, os, aspera arteria, & pulmo. Nam respiratio est duplex, alia cerebri, fitque per nares præcipuè: alia thoracis, fitque per os, asperam arteriam, & pulmonem præcipuè. Addidi præcipuè, quia communis via est naso & ori: quare vtraq; pars per vtranque partem aliquatenus respirat. Principium alimenti humidi & sicci est os, stomachus & venter (stomachus dicitur os ventriculi, venter fundum) nam & cibus & potus assumitur per os & gulam, in ventriculum. Plato in dialogo de Natura, videtur affirmare potum cum aere ferri in pulmonem: qua causa à nonnullis reprehendebatur. Scripsit enim de pulmonis substantia & vsu hoc modo: Pulmonum tegmen cordi adhibuerunt, molle primùm, ac exangue, deinde cauis fistulis extrinsecùs spongiæ instar distinctum: vt spiritu potuque hausto, cordis ardorem huiusmodi respiratione & refrigerio tepefaceret. Hæc Plato. Quæ tamen optimè & interpretatur & defendit Galenus lib. 8. de Placitis Hippocratis & Platonis. Quia Plato nō eò dixit potu & spiritu hausto in pulmonem, quòd vt totus ferè spiritus in pulmonem inspiratur, ita totus potus: sed quòd nonnihil potus semper per asperam arteriam in pulmonem percoletur. Maximam verò potus partem in ventriculum ferri, de sententia etiam Platonis palàm faciunt hæc verba, quæ paulò pòst idem autor adiunxit, disputans de ventre & hepate: Postremò eam animæ partē, quæ esculenta & poculenta cupit, mediæ regioni inter diaphragma & vmbilicum applicauerunt. Initialis alimenti principium, est vmbilicus per epigastrum (epigastrum est ea ventris regio, quæ circa vmbilicum est.) Nam fœtus dum geritur vtero, neque ad nutritionem, neque ad respiratum vtitur ore: sed per arterias duas & vnicam venam (quæ coitu multarum venarum & arteriarum quæ sunt in secundinis, conflatæ sunt, & subeunt per illius vmbilicum, tenduntque rectà, vena ad hepar, arteriæ ad cor, per lumbos) nutritur & respirat.

Ῥίζωσις φλεβῶν, ἧπαρ. ῥίζωσις ἀρτηριῶν, καρδίη. ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα, αἷμα, καὶ πνεῦμα, καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ.

Radicatio venarum hepar, radicatio arteriarum cor. Ab his in omnia aberrant sanguis & spiritus, & calor per hac meat.

Modò docet, vnde ducant originem instrumenta delationis alimenti. hæc sunt venæ & arteriæ. Dicit itaque venas nasci ex hepate, arterias ex corde. De origine neruorum, non erat hic tempestiuum dicere, quia hæc nullatenus faciunt ad alimentum, sed tantùm ad sensum & motum. Antiquissimi raró distinguebant venas ab arteriis, plerunque vtrasque nomine venarum intelligebant: sed cùm distinguebant, vt in hoc loco Hippocrates, non aliter distinguebant ac posteri: venæ scilicet sunt quæ non pulsant, arteriæ quæ pulsant. Vtræq; harum deferũt per vniuersum corpus sanguinem, vt Galenus libello in id solùm scripto demonstrauit, aduersus Erasistratum, qui venas solùm sanguinem, arterias spiritus solos deferre affirmabat. Du cuius etiam sententia, verissima erat hæc Hippocratis assertio. Ab his, id est, ab hepate & corde, in omnia membra aberrant, sanguis & spiritus. Sanguis scilicet ab hepate per venas, spiritus à corde per arterias: & calor per hæc, id est per venas & arterias meat. De principio etiam arteriarum, dubitatum est antiquitùs: quibusdam putantibus, venas, arterias, & neruos, à cerebro oriri. De principio venarum, in hunc vsque diem dubitatur à quibusdam, an sit hepar, an cor. Verùm dicendum est quod res habet, citra falsa dogmata: quæ profectò nisi Galenus satis apertè conuicisset, non grauarer hoc loco refutare: sed hoc ille compleuit. Hepar est officina, & venæ sunt viæ sanguinis, quæ veluti quidam aquæ ductus ab hepate orti, in totũ corpus diducuntur. Cor ex sanguine, quē ex hepate recipit, puriorem alium & tenuiorem & calidiorem generat, & cum eo multos spiritus, quos simul cum dicto sanguine, in vniuersum corpus arteriæ deferunt. Hic sanguinis & spirituum p arterias influxus, præstat omnibus membris vigorē & vitam: seruatur enim insitus membris calor, sanguine & spiritibus. Quas substātias hac de causa, calidum innatum quadam significatione dici, anteà monuimus. Hoc ergo est quod dicit: radicatio venarum, hepar: & radicatio arteriarum, cor: ab his aberrant in corpus totũ sanguis & spiritus, & calor per hæc meat. Id est, calor, q. præcipuè est in hepate & corde, meat per venas & arterias in corpus vniuersum: id est p has vias communicant hæc viscera calorem toti corpori. Fit verò hæc communicatio, impetu sanguinis & spirituum: hæc enim impetu quodam feruntur. Quod pulchrè declarauit verbo φοιτᾷ: significat enim verbum meat, non vtcunque, sed impetu fertur. In hanc ipsam sententiam, alibi impetum facientia vocauit, quæ modò vocat calorem. Ex dictis hoc loco de sententia Hippocratis, quiuis intelliget libellum de Carnibus, inter cætera, illud continere alienum ab illius doctrina, venas & arterias oriri à corde. Verba hoc loco ab Hippocrate scripta, vsurpatissima sunt à Galeno 6. de Placitis.

Δύναμις μίη καὶ οὐ μίη, ᾗ πάντα ταῦτα καὶ τὰ

ἐπιρροίῃ διοικέεται. ἡ μὲν ἐς ζωὴν ὅλυ καὶ μέρεος, ἡ δ' ἐς αἴσθησιν ὅλυ καὶ μέρεος.

Vis vna & non vna, qua omnia hæc & alia gubernantur. Hæc quidem ad vitam totius & partis: hæc autem ad sensum totius & partis.

Obiter disputat de facultatibus, quibus dicta membra & alia omnia gubernantur. Explicat verò Galenus Comment. 26. sect. 2. Aphorismorum, ita scribens: Siue numero singulari potentiam diximus, siue plurali potentias, nihil refert. Hocque libro de Alimento Hippocrates ipse dixit, Potentia vna & non vna: genere quidem ostendens vnã esse potentiam, species autem plures habere. Hæc Galenus in declarationem huius sententiæ. Significat itaque vnam esse facultatem, qua nostra corpora gubernẽtur, genere scilicet vnam: eam verò non esse specie etiam vnam, & in alias species indiuiduam, sed multis facultatibus constare. Nam facultatum quibus nostra corpura gubernantur, alia est ad vitam totius & partis cuiusque (hæc est vitalis vocata, quæ in corde residet præcipuè, & tribuit arteriis motum) alia ad sensum totius, & partis cuiusque sensu præditæ (hæc est quæ vocatur animalis, & residet in cerebro præcipuè, & tribuit toti corpori sensum & motum voluntarium.) Sed roges, cur omisit facultatem naturalem: eam, inquã, quæ pertinet ad alimentum totius & partis cuiusq;, quę generat (dico) nutrit, & auget? Mihi videtur naturalem cum vitali coniunxisse: atq; illius propriam mentionem non fecisse, quòd ea non vt duæ priores in principe quodã membro sita, in reliqua membra influxu feratur. Nam vt temperamentũ quoddam cuique particulæ proprium est, ita propria quædam natura. Itaq; facultates gubernantes commemorans, duas tantùm dixit, vitalem & animalem: duæ enim hæ solùm sunt influentes à principibus membris.

Γάλα τροφὴ, οἷσι γάλα τροφὴ κατὰ φύσιν· ἄλλοισι δ' οὐχί. ἄλλοισι δ' οἶνος τροφὴ, καὶ οἷσιν οὐχὶ τροφή. καὶ σάρκες, καὶ ἄλλαι ἰδέαι τροφῆς πολλαὶ, καὶ κατὰ χώρην, καὶ ἐθισμὸν τρέφεται. τὰ μὲν ἐς αὔξησιν καὶ ἐς τὸ εἶναι· τὰ δ' ἐς τὸ εἶναι μόνον, οἷον γέροντες· τὰ δ' πρὸς τούτοισι καὶ ἐς ῥώμην.

Lac alimentum, quibus lac alimentum secundùm naturam. aliis autem non ita: aliis quibusdam vinum alimentum, quibusdam nõ alimentum: & carnes, & aliæ multæ species alimenti, & secundùm regionem, & secundùm consuetudinem nutriunt. Hæc quidem ad incrementum & ad esse: hæc tamẽ ad esse solùm, vt senes: quædam verò etiam præter hæc, ad robur.

Hîc non de quocunque cibo vtcunq; nutriente disserit, sed de idoneo: nam lac, & vinum, & carnes, omnibus hominibus sunt alimenta, nõ tamen omnibus idonea. Perinde ergo est ac si diceret, nõ omnia alimenta sunt omnibus hominibus idonea, sed illis solùm, quibus sunt secundùm naturam, aut ætatis, aut temperamenti, aut consuetudinis, aut regionis, aut temporis anni, aut deniq; aliarum omnium causarum, quæ diuersa exigunt alimenta. Vt lac non omnibus est idoneum, sed infantibus, quibus est secundùm naturam ætatis. Quia hi nõ possunt vti cibo solidiori: & lac est substantia congener materiæ generationis, qua plurimùm abundãt pueri: nam ex sanguine menstruo generantur. Carnes, non est alimentum idoneum infantibus, sed adultioribus: qui, vtpote sicciores, sicciori iam vti debent alimento. Iuxta naturam quoque fit alimentum idoneum, aut non idoneum: vt mel biliosis non est idoneum, pituitosis est. Et secundùm regionem: nam vt calidis naturis, ita calidis regionibus (temporum eadem est ratio) quædam sunt idonea, quædam minùs. Sed est alia causa, quæ omnium maximè efficere potest, vt idonea, aut minùs alimenta sunt, puta consuetudo. Sunt verò consuetudines quædam singulares, quas scilicet quiuis hominum sibi vsu comparauit: quædam communes, primùm omnium hominum, deinde quarundam nationum, deinde quorundam hominum, conuentuum, aut hominum vnius ordinis, aut vnius artis, aut denique vnius instituti viuendi. Vt mortales omnes, orbe recèns condito, fructibus vtebantur: deinde carnibus assueuère. Quędam etiam sunt nationes, quæ fructibus, lacte, & melle, & denique delicatioribus cibis assueuerunt: quædam quæ solidioribus. Monachi Carthusiani assuescunt piscibus, à carnibus omnino abstinentes: aulicis etiam est suus mos capiendi cibi. Hæ omnes consuetudines facere possunt, vt alimenta aliis idonea, aliis minùs idonea sint. Vt vinum (hoc enim est ipsi Hippocrati propositum exemplum) lædit quidem pueros omnes, & viros etiam, qui nunquam ei assueuerunt: reliquis conueniens alimentum est. Proinde oportet vino nõ ante adolescentiam vti: neq; tunc quidem omnes, sed ratione habita naturæ, adhibitaq; consultatione, an expediat: atqui tunc paulatim assuescere. Hæc ratio, qua alimenta cuique homini idonea sunt. Docet Hippocr. his dictis, quid præstent corpori idonea alimenta, dicens aliis esse idonea ad incrementum & ad esse, id est, ad nutritionem & incrementum: aliis, ad esse solùm, id est, ad nutritionem sine incremento, vt senibus: quibusdam etiam ad robur, id est, ad roborãdas vires, vt iis qui ex morbis conualescunt, aut alioqui sani quidem adhuc, causa aliqua vt exercitatione & studiis debilitati sunt. Hi enim indigent cibo, q robur virium augeat: vt sani perfectè homines indigẽt cibo, qui robor seruet: & ægrotantes eo solùm, qui nimis concidere nõ permittat. Quòd ad incremẽtum corporis attinet, meritò dixit quosdã capere cibum ad esse solùm, neutiquam ad incremẽtum, vt senes. Nam, vt alibi à me dictum est, vsq; ad primam senectutem (ea verò est ætas consistentium) homines augentur: secundùm longitudinem, vsq; ad iuuentutem: tota iuuentute latitudinem & altitudinem solidorum membrorum comparantes.

Διάθεσις ἀθλητικὴ, οὐ φύσει. ἕξις ὑγιεινὴ κρέσσων ἐν πᾶσι. μέγα τὸ ποσὸν δεξιῶς ἐς δύναμιν ξυναρμοσθέν.

Dispositio athletica, non est à natura: habitus sanus in omnibus melior. Magnum est quantitas aptè cum facultate quadrans.

Athletæ crassescebãt quàm plurimùm, fiebant multis succis & multa carne abundantes, quia cibo & exercitatione nutriebãtur felicissimè. Verùm Hippocra-

Hippocrates non laudat hunc affectum, neq; censet, homines ad hanc vsque crasitiem cibis vti, & arte refectoria, sed vsque ad mediocritatem quandam corporis, quam vocare solent Græci εὐεξίαν, quam hîc vocat Hippocrates habitû sanum. Hunc affectum in Aphorismis vituperauit, dicens: Habitus athletarum, periculosi. Et mox: Hooc ergo habitum statim soluere. Hoc ergo est quod hîc dicit, dispositio athletica non est à natura (id est, conueniens, & quam natura amet) habitus sanos in omnibus hominibus melior est, quàm dispositio athletica. Meritò affectum athletarum vocauit διάθεσιν, id est, dispositionem: & mediocritatem corporis ἕξιν, id est habitum. Quia ille affectus non est à natura, & à primo ortu innatus, sed arte quadam factus, quique cessante arte soluitur: hic verò temperatis hominibus est naturalis habitus. Addit dictis Hippocrates, reddens rationem qua dispositionẽ athleticam vituperat, & sanum habitum commendat: Magnũ est quantitas aptè cum facultate quadrans. Id est, optimum est ad securitatem, & ad valetudinem tuendam, habere corporis molem non maiorem quàm pro facultate: Id est, non maiorem quàm cuiusque natura amet. Nam Hippocrates inquit, Habitus qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi: quia non possunt in eodem statu manere, ac quiescere, quare reliquum est, vt in deterius decidant. Quod optimè etiam explicuit Celsus, dicens: Qui crasior & nitidior solito est, suspecta bona sua habere debet. Qui itaq; crasior quàm pro sua natura est, & succis quantumuis optimis abundantior, in grauissimorum morborũ periculo est: non enim potest facultas diu succos regere: quare statim accidit sensus multitudinis ad vires, ac nisi festinanter soluatur affectus, morbi graues. Qui gracilior est solito, imbecillior est, quare & ad morbos paratior, quàm qui mediocris corpore, pro ratione facultatis: qui solus est sanus habitus. Locum hunc tractauit disertè admodum Plato in dialogo de Natura, docẽs, quantũ faciat ad tuendã valetudinem, vt corpus & anima æqualitatem seruent: id est, quod Hippoc. dicit, Quantitas & vires. Habet Platonis dictio hunc in modum: Idem quoque iudicandum de eo ex corpore & anima composito, quod animal appellamus. Quando enim anima admodùm potentior corpore est, exultat in eo atque effertur, totum ipsum intrinsecùs quatiens, languoribus implet. Quãdo etiam ad discendum inuestigandúmque, collectis in vnum viribus vehementer incumbit, liquefacit protinus corpus, & labefactat. Denique cùm ad docendum differendúmque priuatim & publicè, ambitiosa quadam concertatione contendit, inflammat corpus atque resoluit: nonnunquam etiam destillationes fluxusq; commouens, Medicorum plurimos decipit, cogitque illos contrarias causas iudicare. Rursus quãdo corpus grande, & pigriori mole superexcedens, pusillæ exiliq; cogitationi animi copulatur: cùm geminæ sint in homine secundùm naturam cupiditates, vna quidem per corpus alimentorum, altera verò per id, quod nobis diuinissimum inest prudentiæ: tunc sanè potentiores illius præualentes agitationes, quod suum est adaugent, quod verò animi, hebes, indocile, obliuiosum reddunt, atque ita infirmitatem maximam, videlicet imperitiam, generant. Hæc Plato. Qui illud apertè docuit, corporis molem debere facultati respondere: quanquam rationem retulit, non vt Medici ad solos morbos corporis, sed vt Philosophus partim ad morbos corporis, partim ad animi: sed sententia est eadem. Et hæc est legitima enarratio huius loci: quanquam Galenus vltima verba, primo ad Glauconem, capite primo, aliorsum transfert, dicens Hippocratem de quantitate auxiliorum ad vires ægrotantium loqui. Et certè sententia ita quoq; erit verissima: nam magnum (id est, arduum & difficile) simulque necessarium est, auxiliorum quantitatem ex facultate ægrotantium metiri. Tamen antecedentia verba, me ad illam meam enarrationem vocant.

Γάλα καὶ αἷμα, τροφῆς πλεονασμός· περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, ἐς ἔμβρυον, καὶ ἐς τὴν τούτου τροφήν. αὖθις δὲ ἄνω ῥέπει, ἐς γάλα, καὶ ἐς τροφήν, καὶ ἐς βρέφος.

Lac & sanguis, alimenti redundantia. Periodi ad multa consoni, in fœtum & in illius alimentum: statim autem sursum repit in lac, & in alimentum, & in infantem.

Ex alimento toto corpore redundanti fiunt lac & sanguis menstruus, atque ex eadem omnino materia. Quæ, per periodos quosdam naturales, nunc deorsum venit ad vterum, vt ea via expurgetur in mulieribus, quæ non gerunt vtero, neque lactant, aut ad generationem & nutritionem fœtus in vtero gerentibus: nunc sursum recurrit ad mammas, vt lac fiat, quod editi iam in lucem infantis alimentum sit. Certè hi sanguinis redundantis periodi in hos vsus sunt à natura miro artificio procurati. Deduxit enim è venis, quæ ab internis cubitorum venis, antequàm brachia ipsa ingressæ sint, alimentum mammis allaturæ, extra thoracem eruperunt, duas deorsum venas: quæ per musculos rectos, duabus ab vteri ceruice ascendentibus commissæ, continuitate quadam eædem venæ fiunt. Per has sanguis qui in nutritionẽ insumebatur priùs, cùm infans iam in lucem editur, ad vbera ascendit. Quò fit, vt paucis lactantibus, primis saltem mensibus erumpant menstrua: insumitur nimirum in lac, alimentum quod redundat. Hæc etiam causa est, vt gerentibus vtero, vbera intumescant, & lac fit: regurgitante scilicet bona parte sanguinis, qui ob fœtum cohibetur. Fit etiam, vt quibus alia quauis causa menstrua non profluunt, soleat lac in mammis fieri: est enim eadem lactis & sanguinis menstrui materia, & vtero & vberibus communis via.

Ζωοῦται τὰ μὴ ζῶα, ζωοῦται τὰ ζῶα, ζωοῦται τὰ μέρεα τῶν ζώων.

Viuificantur non animalia, viuificantur animalia, viuificantur animalium partes.

Quæ alimentum capiunt, & vita prædita sunt, partim sunt animantia, aut illorum partes: partim non animantia, vt arbores, arbusta & herbæ.

Φύσις πάντων ἀδίδακτος.

Natura omnium sine doctore.

Hęc sententia est vsurpatissima à Galeno multis

locis, & mirè commēdata. Ea verò ast, naturas omnium rerom sine doctore esse doctas: id est, perinde operari res omoes, quæ citra intelligentiam ducuntur, nō cognitione finis, sed naturā, quasi summa sapientis præditæ essent: imò verò hæ solæ non aberrant. Homines enim, quibus Deus Opt. Max. dedir optionem agendorum, proprio consilio ducti, à bono proprio, id est, ab eo quod humana natura amat, sæpe receduot. Itaque agunt sæpe quod non expedit, dum agunt maligoè & imprudanter: omnis varò qui ita agit, præ ignorantia agit: nam in vera boni malique agnitione, nullus posśit amore malum prosequi. Tameo res aliæ omnes, quæ naturā ducuntur, illud agunt perpetuò, quod erat agandum, si eis daretur optio libera: itaque agunt quasi nihil ignorent, cùm tamen nihil didicerint. Sed si ita est, cur vocata est natura cęca à multis Philosnphis? Neq; certè posśis dicere, immeritò. Nam multa facit natura bnni causa, ex quibus nascuntur mala satis grauia. Cuiusinodi est illud, cùm particula aliqua grauiter dolet, constringit natura versùs illam vicinas particulas, qua constrictione sæpè non tantùm dolorem auget, sed inflammationes etiam excitat: non argo doctè agit natura semper. Porrò si quæ proposuimus, vera essent, deterior esset conditiu rerum præditarum iotelligētia, quàm sola natura: possent enim illæ errare, hæ non possent. Siu minùs, dic, quod ad boni consecutionem attinet, quid præstat intelligens non intelligenti? Certè res omnes, tam quę intelligentes sunt, quàm quæ secus, natura sua seruotur in bonum: neq; hac ratione, deterior est conditio intelligentium. Nam homines etiam præditi sunt natura, quæ sua sponte ad booum sempar allicit: quàm solam si sequerentur, oon vitiatam tamen criminibus, nunquam à bono aberrarent: ita oatura impelleos iu id quod expedit, hominibus etiam est. Præstant tamen aliis rebns, quæ iotelligentia carent, prouidentiā: quæ versatur nnn circa præsentia bona, sed circa ea quæ aliis quibusdam possunt succedere: nascūtur enim sæpe ex præsentibus bonis mala, & ex malis bona, quæ vir prudens prouidet, ant cauet. Hac facultate caret natura, vocaturque proinde cæca, quòd citra prouidentiam feratur. quanquam per se nunquam errat. Meritò itagne dictum est, naturas omnium sioe doctore esse doctas.

Αἷμα ἀλλότριον, ὠφέλιμον, αἷμα ἴδιον, ὠφέλιμον· αἷμα ἀλλότριον, βλαβερὸν, αἷμα ἴδιον, βλαβερόν. χυμοὶ ἴδιοι, βλαβεροὶ, χυμοὶ ἀλλότριοι, βλαβεροί. χυμοὶ ἀλλότριοι, ξυμφέροντες· χυμοὶ ἴδιοι, ξυμφέροντες. τὸ ξύμφωνον διάφωνον· τὸ διάφωνον, ξύμφωνον. γάλα ἀλλότριον, ἀστεῖον, γάλα ἴδιον, βλαβερόν· γάλα ἀλλότριον, βλαβερὸν, γάλα ἴδιον, ὠφέλιμον.

Sanguis alienus vtilis, sanguis proprius vtilis[1]: sanguis alienus noxius, sanguis proprius noxius. Succi proprij noxij, succi alieni noxij: succi alieni conferentes, succi proprij conferentes. Consonum dissonum, dissonum consonum. Lac alienum vrbanum, lac proprium noxium: lac alienum noxium, lac proprium vtile.

[1] Sanguine proprio & succis proprüs vti dicuntur infantes, qui matrum suarum sugunt vbera: alieno, qui nutricum. Nam dictum paulò anteà est, sanguinis manstrui & lactis esse eandem materiam (sanguinē verò, aut succos dicere nihil refert: nam sanguis quatuor succis coostatur.) Ergo infantes, qui à suis matribus nntriuotur, fruuntur proprio sanguine, & propriis succis: quia eodem alimento nutriuntur, quo sunt nouem mensibus in vtero generati. Mulieres multæ solent filios suos outricibus tradere. Haoc consuatudinem multi Medici adeò vituperant, vt ad impietatem etiam propè accedere contandant: videtur enim nihil magis datum mortalibus à natura, quàm prospicere iis, qui ab ais geniti sint: ergo iis, quos proprio sanguine genueris, lac proprium denagare, vidatur esse impietatis. Sed & magno bono priuari infantes dicunt: priosri enim eo cibo, qui sibi à principio generationis factus est familiaris. Mihi verò, vt nihil aliud, ita neque hoc videtur temerè enunciandum: nam si vniuersim affirmes expedire, vt infantes à propriis matribus nutriantur, falsa planè assertio erit. Sed oeque si magna ex parta dicas ita esse agendum, satis scio an verè dices. Sunt enim tam multę causæ, quibus infantes debent nutricibus tradi, eo quòd materno lacte lædantur, vt vix posśis dicere, vtrum agendum pluries sit, lactaodum proprio lacte proprios natos, an nutricibus committendum. Multi enim lacte læduntur materno, & nutricum iuuantur: multi contrà iuuantur lacte materoo, qui lacte nutricum læderentur. Hoc ergo est quod Hippocrates innuit, dicens: Sanguis alienus vtilis, saoguis proprius vtilis: sanguis alienus noxius, sanguis proprius noxius: succi proprij noxij, succi aliani noxij: succi proprij conferentes, succi alieni conferentes: lac proprium vrbanum, lac proprium noxium: lac alianum noxiuo, lac proprium vtile. Id est, multis infantibus quibusdam da causis, ooxium est vti sanguine, aut succis, aut lacta propriis, hoc est, maternis: & alienis vti est vtile. Aliis multis contrà, vtile est maternis vti, & alienis noxium: itaque vtrunq; est quibusdam vtila, quibusdam noxium. Dictiona illa ἀστεῖον, id est, vrbaoum, vsus est Hippocrates per metaphoram. dicit enim vrbanum, vt significet bonum, eò quòd res vrbanę soleant esse elegaotiores, & meliores ruralibus: hac ipsa metaphora vtitur inferiùs. Verba illa, quæ intersecta suot, consonum dissonum, dissonum consonum, quæ videntur verba ænigmatis, io eandem senteotiam scripta suot. Est enim quasi diceretur, vsqueadeò, qđ quibusdā est conueniens, aliis est minùs conueniens, & quod quibusdam minùs conueniens, aliis conueniēs est. Ad verborum Hippocratis declarationē hæc sunt satis. Tamen est ab hoc loco non alienum, dicere, q. iofantes debeant à propriis matribus, & qui ab alienis nutriri: & qua vtrique causa. In qua consultatione duplex cootingit quæstio: alia, quæ ad matrē ipsam spectat: alia, quæ ad iofantes. Hippocrates hoc loco, solam eam quæ ad infantes spectat, attigit, dicēs: Quibusdam infantibus lac proprium noxium, quibusdam vtile. Nos verò na quicquam desideretur, priorem etiam adiungemus. Nam vt quibusdam infantibus est vtile, quibusdam noxium maternum lac: ita mulieribus quibusdam aduersissimum est, suos infantes lactare, quibusdam ferè ast ad salutem necessarium. Quæ enim debilas admodùm sunt, & frequenter exoluuntur, linquunturque

turque animo, non possunt lactationem sustinere: atque ita re ipsa doctæ, suis infantibus nutrices quærunt. Noui certè quandam, quæ optimum & electissimum habebat lac, atque satis multum, vt nati sui felicissimè nutrirentur: tamē ea debilitata erat, vt lactans crebrò linqueretur animo, gracilesceretque nimis: quæ si malo vrgente natum nutrici tradebat, reficiebatur optimè, crassescebatque mediocriter. Verùm est singularis mulieris natura quibusdem in rebus consideranda: quædam enim debiles cùm sint, prægnatione magis læduntur quàm lactatione: quædam contrà: quædem etiam sunt, quę statim ac desistunt, vtero concipiunt: quædam etiam non lactantes, iustum tamen lactationis tempus expectant. Ergo vt dum matri prospicimus, id saltem quod minùs noxium futurum sit, consolamus, hæc oportet in consultationem adhibere, quę experimento maximè cognoscuntur (huic enim censeo maximam fidem haberi) deinde & quibusdam coniecturis. Nam eas quibus lactātibus etiam menstrua profluunt, sperandum magis est fore, vt si coitu vtantur, desistentes potissimùm à lactatione, concipiant statim: nam antequam sanguis menstruus profluat, perrarò mulieres concipiunt iterum; verùm hoc ad matres ipsas spectat. Secundam consultationem addamus, quæ erit (arbitror) aliquantò longior: sunt enim multò plures causę, quę ad infantes ipsos spectant, cùm in matribus, tum in ipsis infantibus. Quod in matribus est, certè illas, quibus satis multa copia est boni lactis, & nulla alia causa est, qua lac, cùm videatur esse bonum, non sit tamen (non enim censeo adhoc patēre omnia sensibus) aut cùm sit quidem modò, mutetur tamen per vicissitudines, nullus dubitet & posse & debere proprios natos lactare: quid enim prohibet? Non tamen, si quid horum desit, idque insigniter. Sunt quibus minus lactis perpetuò est, quàm vt sufficiat alendo infanti. Quæ causa firma est commutandi lac, & communis quodammodo primæ consultationi, de prospiciendo matri; & secundæ huic, qua infanti prospicitur. Nam infantes matres suas nimio sucto debilitant, & matres præ lactis inopia coguntur solidiores cibos infantibus intempestiuè præbere: ambo ergo læduntur. Quare satius fuerit, eo tempore dare infanti lac alienum, quod sufficiat tamen. Quod si lac maternum malum sit, quacunque causa id fiat, nemo sanus non probet, lac alienum infantibus dari. Quale lac bonum sit, quale malum, à multis ante me dictum est. Est certè optimum, sapore dulce, odore suaue, colore albū, substantia (tenuitatem dico & crassitiem) mediocre. Fit sæpe, vt nullum sensui conspicuum vitium in lacte sit, sit tamē aliqua malitia: huiusmodi est in mulieribus, quibus malum aliquod hæreditarium est. Voco mala hæreditaria, quæ solent à maioribus in posteritatem deriuari: huiusmodi sunt mala omnia quæ ex naturali quadam intemperie, atque totius corporis aut partis imbecillitate fiunt, & solent vsque ad mortem durare, vt epilepsia, vertigines, fluxiones multæ, morbi articulares, & atræ biles, aut melancholia. Certè solent tales morbi cum semine & sanguine in foetus ipsos à parentibus refundi: neque id profectò mirum est. Nam homines naturam & temperiem accipere ab iis, à quibus geniti sunt, nulli est dubium; iam verò cum natura simili similem debilitatem deferri, ac cum debilitate similes morbos, est consequēs. Ergo si malum aliquod hæreditarium, à matre, aut à materna progenie timemus, consultum erit infanti nutricem quærere, quæ à matris natura longissimè absit: vt recèns vitiata natura, maturè emendetur, antequā lacte simili ei alimento quod accepit in vtero, vitium naturæ confirmatum, fiat inemēdabile. Sunt etiam mulieres quędam, quibus lactantibus, etiam menstrua profluunt: quæ hac etiam ratione fiunt minùs idoneę ad nutriendos infantes. Quanquam non desunt, qui probent maximè nutrices, quibus singulis mensibus sanguis profluit, putantes hac ratione lac purgari: non intelligentes tamen, interim conturbari sanguinē per totas venas, & lac in mammis, agitatione excrementorum. Nam omnem euacuationem antecedit secretio, & secretio affert agitationem & conturbationem: quod in iis, quibus sanguis menstruus instat, dolores dorsi, lumborū, & femorum, & capitis, & totius corporis declarāt. Licet verò id tibi experimento explorare, contemplanti lac eius, cui sanguis fluere incipit. Videbis enim procul dubio colorem, & odorem, ac saporem, quin & substantiæ modum ita mutasse, vt videatur sanguis quidam non omnino in lac mutatus, aut cum lacte commixtus. Itaque non possunt infantes effugere, quin quatuor aut quinque diebus vtantur malo lacte. Quare aliquando grauissimos morbos incurrunt, à quibus nonnunquam nō euadunt: aut si valida facultate sunt, scabie multa abundant, quæ singulis mensibus videtur recurrere. Laborant etiam duos aut tres dies antequam sanguis profluat, & toto eo tēpore quo durat profluuium, magna inquietudine. Ergo hac quoque causa possit lac proprium esse noxium, & alienum vtile: feceritque prudenter mater, cui menstrua profluant, nutrici natum suum committens. Mulieres etiam quæ libidinosæ sunt, abundantesque natura sua multo semine, aut tales habent viros, vt non possint à crebro coitu abstinere, sunt ad nutriendum minùs idoneæ: nam vitiat coitus lac, si quid aliud. Sed præter dicta, illud etiam mihi videtur summè animaduertendum: ne quæ filios habent optatissimos, quos singulari amore prosequuntur, eos lædant. Eorum enim morbis (perpetiuntur autem infantes non tentantur malis) & fletibus primùm permouentur; atque animi motus vehementes lac vitiumfaciunt, vt alias omnes alimenti concoctiones. Vtque adeò ego non probo eorum orationem, qui vel hac vnica causa lactare proprios filios censent, quod lac magnum amorem conciliet: facere quidem amorem mutuum parentum & prolis ad educationē probè exequendā, hūc lacte augeri, sine lacte debilitari. Ego verò censeo, tam innatō esse hominibus amorem prolis suæ, vt nullatenus ad amandum caloribus indigeant (nisi quæ fortè hominum monstra sint) sed freno aliquo, ne eatenus amentes non possint amorem temperare, & natos (ita vt fit) nimia indulgentia perdant; ipsique imprudenter agant. Itaque videtur hæc quoque ratio de filiorum amore in contrarium cedere, suadereque, quominùs, quoad fieri possit, matres filios proprios lactent. In summa, mulieres quæ ad intemperiem quamcunque insigniter lapsæ sint, vtiliter alienum lac infantibus suis procurabunt, etsi alienum lac proprio non sit omnino melius. Vt si res ferat, mulieres duas, humidam eliam, aliam natura

 I

siccam, simul parere, certè prudenter fecerint, si filios commutauerint: est enim vtrique infanti lac proprium noxium, & alienũ vtile. Nam proprium fouebit propensionem naturalem, quam in vtero accepit, alter ad humidos, alter ad siccos morbos: alienum emendabit. Eàdem ratione, si infans statim ab ortu ad morbum aliquem propensus esse cognoscitur, debet nutrici tradi: verisimile enim est, sanguinem maternum morbum illum augere posse, quem in vtero effecerit. Neque verò cuicunque nutrici detur, sed cuius natura huic morbo aduersa esse videatur. Sed rogant, quorsum natura mammas mulieribus dedit, si tam paucæ possunt suos filios proprio lacte nutrire? Certè non vt omnes nutrirent, sed vt quæ possent, & deberent. Accedit, quòd multæ sunt ad nutriendum alienos idoneæ, & ad filios proprios non idoneæ: vt proposita duarum mulierum hypothesi, paulò anteà indicaui. Non ergo sunt adeò multæ, quæ filios suos nutrire sine noxa possint; sed quæ possunt facere, debent, quibus scilicet nihil dictorum obstat. Verissimè ergo dictum est ab Hippocrate, multis lac proprium esse noxium, & alienũ vtile, multis etiam econtrà. Alienum & proprium promiscuè dare, nunquam est vtile; quanquam est aliquando necessarium, vt cùm neutrum adest ea copia, qua ad alendum infantem possit sufficere. Tamen mulieres quæ filios lactare non possunt, si sufficiant fortunæ, domi apud se nutrices habeant, vt eas circa infantes negligenter agere prohibeant.

Σιτίον νεωτέροισιν εὔσηπτον, γέρουσι δὲ ἐς τὸ λίαν μεταβαλλόμενον, ἀκμάζουσι ἀμετάβλητον.

Cibus iunioribus facilè putrescens: senibus autem commutatus: vigentibus ætate, commutabilis.

Consuetum erat Hippocrati & aliis antiquis Medicis, incoctum cibum imputridum appellare. In libro Hippocrati ascripto de Passionibus, ita est scriptum: Cibi deiiciuntur imputridi. Quod ita eo loco intelligi debet, quasi legeretur, cibi deiiciuntur incocti. Modus hic loquendi fluxit à quodam Medicorum dogmate, concoctionem ciborum putrescentia quadam agi. Nam sæpe ex falso dogmate, nomina fluunt quę ab autoribus retinentur, etiam si in illo dogmate non acquiescant, vt de nomine phlegmatis alibi dixi. Ita hoc loco Hippocrates vocat cibum facilè putrescentem, eum qui sit concoctu facilis. Quanquam potest, si lubet ita intelligere, vt Hippocrates significans facilem coctu, quasi signo quodam indicans, dicat facilè putrescentem: eo quòd tenues cibi, & qui facilè coquuntur, citò soleant plerunque putrescere. Docens Hippocrates hoc loco, qualis cibus cuique ætati offerendus sit, trium tantùm ætatum mentionem facit, incrementi, vigoris, & senii. Nam reuerà omnes ætates tribus his continentur: crescit enim, aut decrescit, aut consistit vigor hominis. Horum omnium, qui vigent, vti debent cibo crassissimo: senes tenuissimo: iuniores iuuenibus, mediocri: eo scilicet, qui sit facilior concoctu, quàm crassissimus, & difficilior, quàm tenuissimus. Hoc vt doceret, scripsit: Cibus iunioribus facilè putrescens, senibus extremè commutatus, vigentibus ætate incommutabilis. Quod vt meliùs intelligas, considera, cibos non statim ac ingesti sunt, posse alere, sed cùm sunt commutati. Commutationem verò accipiunt quidam interiùs solùm, vt in ventre, hepate, & venis: plerique exteriùs quoque, vt in furno, aut olla, aut veru. Cibi qui externa præparatione indigent, si sine ea accipiantur, difficiles concoctu sunt, vt carnes crudæ, & massa: quæ probè eam accepêre, faciliores concoctu sunt, vt carnes bene elixæ. Ergo cibus duplici ratione potest esse facilis, aut difficilis, aut mediocris: aut quia talis est natura sua, aut gratia præparationis. Ergo cùm dixit, facilè putrescens, & rursum, incommutabilis: respexit cibi substantiam, significauitque cibum facilem commutatu, & difficillimum. Nam illud incommutabile, nõ significat quod omnino commutari non possit, sed quod difficilè commutetur: vt impossibile, nonnunquam significat quod est difficile. Cùm dixit, extremè commutatus, respexit præparationem extremam: non enim senes cibo vti possunt commutato interiùs. Sed eo nomine significauit cibum concoctu facilem: talis enim esse solet, qui arte coqui capitur iam bene commutatus. Tamen tu sic intellige, senem vti debere cibo solùm bene præparato, de cibi substantia nihil curantem: sed quod de præparatione dicitur, de substantia etiam cibi debet intelligi. Nimirum senes debent vti tenuissimo cibo, & eo, si fieri potest, arte commutatissimo: iuuenes crassissimo, & minimè commutato: iuniores in vtroque mediocri. Causam, qua pueri non possint vti cibo tam solido, quàm iuuenes, cùm habeant calorem æqualem, paulò anteà dixi, esse in modo substantiæ membrorum.

Ἐς μόρφωσιν, λε΄. ἐς κίνησιν ο΄, ἐς τελειότητα σι΄. ἄλλοι φασὶ, ἐς εἶδος με΄, ἐς κίνησιν ος΄, ἐς ἔξοδον σι΄. ἄλλοι ν΄ ἐς ἰδέην, ἐς τὸ πρῶτον ἅλμα ρ΄, ἐς τελειότητα τ΄, ἐς διάκρισιν μ΄, ἐς μετάβασιν π΄, ἐς ἔκπτωσιν σμ΄. οὐκ ἔστι καὶ ἔστι. γίνεται δὲ ἐν τούτοισι καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω, καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος. οὐ πολλὸν δὲ πλείω καὶ ἐλάσσω, καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος. πολλῷ δὲ πλείω, ἢ ἐλάσσω, πολλῷ δὲ ἐλάσσω πλείω, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοισιν ὅμοια.

Ad figurationem triginta quinque soles: ad motum septuaginta: ad perfectionem ducenti decẽ. Alij dicunt ad figuram quadraginta quinque: ad motum, septuaginta sex: ad exitum, ducentos decem. Alij, quinquaginta ad formam: ad primum saltum, centum: ad perfectionem, trecentos: ad distinctionem quadraginta: ad transitum, octoginta: ad elapsum, ducentos quadraginta. Non est, & est. Generantur autem in his, & plura & pauciora, & totum, & per partem. Non valde autem plura aut pauciora: pauciora autem tot, & quæcunque alia his similia.

Antiquissimi Medici tentabant definire terminos exitus ex vtero, & quot diebus figuram & motum acciperent: putabant enim seruari quandam certam rationem temporis figurationis, ad tempus motus, & huius ad tempus exitus. Quæ sententia vsque ad Arabes etiam Medicos venit: tamen non eodem modo de hac re sentiebant omnes, sed proferebant varia.

varia. Proinde Hippocrates refert omnium sentoorum varias, vitoperatque omnes: noo quòd falsæ omnino siot, sed quòd de re contingēti ita prolatæ, quasi de re necessaria fiot: aperitque deinceps rem ipsam, vt habet. Proponit ergo quatuor sententias: primam statueotiuin, ad figorationem, trigiota quioqoe: ad motum, septuaginta: ad perfectionem, ducentos decem: secundam, ad figuram, quadragiota qoinque: ad motum, septuaginta sex: ad exituin, ducentos decem: tertiam, ad formam, qoinqoaginta: ad primum saltom, centum: ad perfectionem, trecentos: quartam, ad distinctionem, quadragiota: ad transitum, octoginta: ad elapsum, duceotos quadraginta. Figuratio, figura, forma, & distinctio, eandem reio significāt: nempe distioctam figurā fœtus. Vt motus, & primus saltus, & transitus: nam hæc tria nomina significāt motum animalem. Et perfectio, & exitus, & elapsus, significāt perfectionem fœtus, & ipsum partum. Ex his seotentiis eliciunt Arabes Medici, hanc esse rationem dictoroio temporum: perfectionis triplum temporis iootus, & tempus motus duplum figuræ. Naio hæ omnes aotiquorū sententiæ, præter secundam, proportionem hane obseruauerunt, vt licet cuiuis supputāti videre. Verùm quicquid antiquissimorum quidam dixeriot, & multi Arabum, nullam proportionem talem arbitror obseruari perpetuò: sed fieri posse vt obseruetur, & fieri posse vt secus. Quod vt doceat Hippocrates, scribit, Non est & est. Quasi diceret, nullum hurum est perpetuum, sed fieri potest vt ita fiat, & vt nō ita, sed aliter fiat. Nam generantur in his temporibus & plura & pauciora: id est, & pluribus & paucioribus diebus. Et totum, & per partes: id est, & in totum conceptum possunt iosumi plures & pauciores dies, quàm sententiis illis dicitur: & per partes: id est, in quancunque conceptus partem. Dicuntur conceptus partes, tria tempora quæ diximus, figurationis, motus, & editus. Non valde autē (inquit) plora aut pauciora: id est, nō tameo valde pluribus aut paucioribus diebus gigni possunt. Nam infra ducētos decem dies, qui erat, dictorum modò, minimus terminus, aut supra trecentos, perpauci eduotur. Edi tamen possunt paucioribus: nam dictom est ab eodē Hippocrate libello de Parto septimestri, dimidiato anoo posse partom naturalem fieri. Ergo concludens dicit, Pauciora autem tot, & quæcunque alia similia his. Id est, paucioribus diebus eduntur tot, quot similiter ac hi geniti sont: id est, secundùm motū quendam natoralem, & proportionem (non enim negaoimus esse partium huius motus proportionem legitimam, sed perpetuam) tamen breuioribus temporibus, qui triginta diebus figuram, sexaginta motum, centum octoginta perfectionē accipiuot. Hi enim incidunt iam in principium septimi mensis, possuntque edi vitales. Aulos Gellios citat hunc locum Hippocratis, sed longè aliter legit. Nam ego in meo codice inoeni has voculas solum, οὐκ ἔςι καὶ ἔςι: id est, nō est, & est. Ille è suo codice, quem hactenus non reperi, ita traoscripsit: ἔςι δὲ καὶ οὐκ ἔςιν ὀκτάμηνος γόνος: id est, est autem & non est octomestris partus. Prodocit enarrationem è Sabino, qui super eo loeo ita scripserat: ἔςι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν, οὐκ ἔςι δὲ ὡς ἀποθνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔςιν ἐν φαντασίᾳ μὲν παρουσίᾳ ὄντα, δυνάμει δὲ οὐκ ἔςι. Id est, videntur qoidem esse vt animansia post abortum, ooo suot autē vt quæ statim moriuntur: & sunt imaginatione, quia statim sunt, facultate autem non sunt. Hæc ille ex Sabino. Qui proiode intellexit Hippocratē dixisse octomestres partus esse & oon esse, quòd octauo inense editi quodammodo sint & oon sint: siot quidem, eò quòd viuentes producantur: oon sint, quòd non durent, sed statim intereant à partu. Sed ego meum codicem sequutus sum, cùm quooiam ooo contigit alium videre, tum etiam quia videtur veriorem, & Hippocrate magis dignam sententiam cootioere. Nam quid non habet illa Sabini enarratio, vulgarium ænigmatum dilutiooi simillimum? quid exprimit eruditionis? Quanquam ego lectiooem ipsam Sabini sequutus, locom aliter intelligerem. Nimirum priores partus, eum inquam qui agitur ducentis decem, & trecentis, & duceotis qoadraginta diebus, legitimos esse: octomestres autem plerisque in locis non esse, alicubi tamen etiam esse. Nam Aristoteles in qoadam Græciæ parte solere octomestres seruari, memoriæ prodidit. Sed quia hæc ad loci enarrationem sunt satis, & de re ipsa libro 2. Controuers. multa disputaui, hactenos modò. Dies hoc loco vocari soles, eò quòd Sol distioguit dies, non est quòd moneam.

Ὀςέων τροφὴ ἐκ κατήξιος. ῥινὶ δὶς πέντε γνάθῳ, καὶ κληῖδι, καὶ πλευρῇσι, διπλάσιαι, πήχει, τριπλάσιαι, μηρῷ, πενταπλασίαι. καὶ εἴτι ἐν τούτοισι δύναται πλέον ἢ ἔλασσον.

Ossium alimentum ex confractione. Naso bis quinque, maxillæ & clauiculæ & costis duplicia, cubito triplicia, tibiæ & brachio quadruplicia, femori quintuplicia, & si quod in his plùs aut minùs potest.

Proculdubiò locos hic est vetustate corruptissimos, suotque multa detracta, & alia quædam addita, vt sospicer quàm plurimū dissidere ab eo, quod Hippocrates ipse scripserit. Ac fortasse hæc verba aliquis interposuit: nam nihil habent verum, oeque Hippocrate dignum. Nam siue sermo sit de coalescentiis ossium, sioe de fracturis qoas possunt accipere, falsa est seotentia. Nam nasus neque habet decem commissuras, nec video quas decē confractiones possit accipere. Si priora illa verba, ossium alimentum ex confractione, significant, vt videtur, ossa capere alimentum per coalescentias, non est omnino vera. Nam quanquam ossa cranei accipiunt vascula multa per commissuras, sunt multa alia ossa quæ commissuris careot, & per se tota alimētum capiuot ex viciois partibus, perqoe eam membranam, qua ossa omoia vestita sunt, quam periostium vocaot. Quid aliud significent, non video. Itaqoe non tam volo hæc verba ioterpretari, quàm hinc expungere. Si quis fortè post me inuenerit enarrationem commodam, reducat is, eritqoe mihi magnus Apollo: modò tamen afferat vera & coosentaoea, oam facile est de re quacuoque delirare.

Αἷμα ὑγρὸν, καὶ αἷμα στερεόν· αἷμα ὑγρὸν, ἀστεῖον· αἷμα στερεὸν, φλαῦρον.

Sanguis humidus & sanguis solidus: sanguis humidus, vrbanus: sanguis solidus, prauus.

Sanguis omuis est humidus cum calore: quòd si

dit non miuùs eandem casism, eundem hominem, hoc extenuare, slio tempore nutrire. Aloe profectò plerunque euacuat, non rarò ventrem sistit. Causa est in peculiari huminis nstura, aut in ea dispusitione, quam modò fortuitò compsrauit. Nsm eùm corpora nostra facultatibus naturalibus prædita sint, iisq; multis & contrariis, vt trahendi, retinendi, coquendi, & expellendi, si medicamentum subit contrariis facultatibus prædltum, cum ea medicamenti facultate couspirat facultas corporis, in cuius s ctionem erat corpus ps ratius, & qua membrs maximè indigebaut. Nsm nstura, vt dictum est ab Hippocrate ipso, iuuat umnia omnibus: ergo pugnat aduersum omnis, quæ cōtra naturā acciduut, cunspiratq; cum omuibus, quæ in esm rem iuuaut. Ergo si furtè fortuna incidit cssia in curpus, quod aliò qui paratissimū erat sd expellendum, fluxum ventris commuuet: si in corpus uinuinuimparatū, ipsa quoq; retinetur, & nutrit. Si hominis qui fluxu veutris lsburabat, & aloem accepit, nstura potuit auxiliu partium adstringētium vti, iuuatur eohibito fluxu: si nō potuit, magis læditur à partibus expurgantibus. Nam medicamenis lædere p sese possunt, iuuare non possuns, uisi nstura eis vtatur. Non ergo mirum est, eaudem rem esu aut potu, sliqui homini substantiam apponere, alicui suserre.

Φλεβῶν διασφύξιες, καὶ ἀναπνοὴ πνεύματος, καθ' ἡλικίαν, καὶ ξύμφωνα, καὶ διάφωνα, καὶ νούσου καὶ ὑγιείης σημεῖα· καὶ ὑγιείης μᾶλλον ἢ νούσου, καὶ νούσου μᾶλλον, ἢ ὑγιείης. τροφὴ γὰρ καὶ πνεῦμα.

Venarum pulsationes, & respiratio spiritus, iuxta atatem & consonantia & dissonantia, & morbi & sanitatis signa: & sanitatis magis quā morbi, & morbi magis quàm sanitatis. Alimentum enim etiam spiritus.

Qnsndoquidem exigusm hauc particulam huius libelli excepi, & quudam libello, quem de Pulsibus scripsi, seorsum enarraui, nun arit hîc multis agendum: sed quod ipse Hippocrates agit, rerum summas stringendum, quatenus locus hic intelligi poisit: nsm artem de pulsibus, quam hoc loco insinuat, in illo libellu sumus exequuti. Antiqui omnes, srterias venarum nomine intelligebant, atque Hippocrates hîc ita facit. Pulsationes enim Græcè διασφύξιες (libuit nomen Græcum hic scribere, vt omnes intelligāt hîc de pulsatione srteriarum, non de palpitatione esse sermonem) srteriarum sunt. Quanta similitudo inter pulsum & respirstionem intercedat, libro 3. Contr. diximus: cunueniunt verò ea putissimùm, quòd idem vtriusque vsus sit, pura ventilatio innati calidi trsctu spiritus. Habere solent hi duo motus, consonantiam & dissonsntism quandam, iuxta ætatē & nsturam hominis, qusm vocare solemus rhythmum, aut contrarium. Nimirum vterque motus esse potest eurhythmus, aut arrhythmus. Qua in re maximè hę proportiones considerentur, & quot earum differentiæ sint, dicto loco percurrimus. Significat nobis pulsus & respiratio, hominē beue aut malè habere: nam bonæ pulsus differentiæ, bonam valetudinem, malæ aduersam significant. Hoc ergo est quod dicit, Sunt sanitatis magis quàm morbi, & morbi magis quàm sanitatis signa. Id est, pulsus & respiratio vtriusq; habitudinis signa præbent, snitatis & morbi: nunc sanitatis, nunc morbi, vt differentiæ pulsus, bonæ aut malæ sunt. Sed quorsum hæc? quorsum de pulsu mentionem hic fecit Hippocrates, aliôqui insolens? Nsm (inquit) spiritus, etiam alimentum est. Fecit mentionem suprà, nisi obliti sumus, triplicis alimenti, sicci, & humidi, & spiritus: id est, cibi & potus & aeris. Hic quoque repetit triplex hoc alimentum. Aer præstat slimentum, non corporis nostri partibus (nisi fortè interiùs aer sliquis animatus est) sed spiritibus vitalibus & animalibus. Ergo vt huius alimenti mentionem faciat, facit pulsus arteriarum, quo trahitur in corpus aer, vt materia spirituum sit, & calorem temperet. Vides, vt Hippocrates nihil eorum quæ alij omnes sunt in arte de pulsibus exequuti, reliquerit intactum. Nsm vsum pulsus insinuauit, dicens, Alimentum enim spiritus: rhythmum & reliquas differētias, dicens, Iuxta ætatem consonantia & dissonantia: præsagationem, dicens, Morbi & snitatis signs, & snitatis magis quàm morbi, & morbi msgis quàm sanitatis. Ism verò nomen, apud nullum priorem inuenimus scriptum: neque profectò Gslenus, qui non tam multis seculis superauit.

Ὑγρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον, ἢ ξηρή· ξηρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον ἢ ὑγρή.

Humidum alimentum, bene commutabile magis quàm siccum: siccum alimentum, bene commutabile magis quàm humidum.

Ad bonam commutationem, aliquando melius esse dari cibum humidum quàm solidum, aliqusndo solidum quàm humidum, docet. Itaque confert sæpe id quod esu dabatur, succo aliquo excipere, & potu dare, vt meliùs commutetur: sæpè contrà, quod dabatur potu, vt meliùs commutetur, densare, & dare esu. Verùm scire oportet illud, bene commutabile, Grecè εὐμετάβλητον, significare hoc loco nō quod facilè, sed quod benè commutstur. Nam cæteris paribus (vt profectò oportet statui) non potest quod liquidum capitur, non commutari faciliùs, quàm quod solidum: nam habet iam liqustionem, quam oportet sulidus cibos sccipere in ventriculo. Sed longè alıud est, bene commutabile, ac facilè commutsbile: nimirum omnia sunt tantò faciliùs commutabilia, quantò sunt tenuiora: non tamen tantò etiam meliùs. Nsm multa, causa tenuitatis malè commutsntur, id est, pro concoctione corrumpuntur, & in malos succos mutantur. Oportet enim vt cibi concoquantur, & in bonos succos mutentur, calori ventriculi respondeant proportione: nsm tenues cibi à calidis corrumpuntur, crassi coquuntur: crassi contrà, vitiantur à frigidis, & coquuntur à cslidis. Ergo ægrotantibus qui biliosi nstura sua sint, & morbo etiam tales facti, nequaqusm iuscula danda sunt, vt plerique Medici faciunt, sed cibi solidiores & crssi: aut si tenui cibo est upus, tenues quidem, tamen difficiles putrefsctu, vt fructus sstringentes: & hæc ipsa quæ potu dabantur, data esu. Pituitosis verò & frigidis, ij ipsi qui dandi sunt cibi, liquido aliquo excipiātur, denturq; iuscula: nam ita meliùs commutabūtur.

Ἡ δυσμετάβλητος, δυσεξανάλωτος· ἡ εὐπρόσθετος, εὐεξανάλωτος· ἡ εὐπρόσθετος, εὐεξανάλωτος.

Alimentum quod agrè commutatur, ægrè consumitur: quod facilè apponitur, facilè consumitur.

Hoc est quod in Aphor. dicitur: Eorum quæ citò uutriuot, celeres quoque fiunt excretiones. Nimirũ cibi crassi vt difficilè à nostris membris commutautur, ita cùm semel commutati sunt, alimentum corpori præstant solidius, & causis à quibus dissipamur, magis obsistens, ac proinde diutiùs durans. Tenue alimentum, vt citò apponitur, ita citò effluit.

Καὶ ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα ἐς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον. ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι' ὀσφρήσιος. ὁκόσοι δὲ βραδυτέρης προσθέσιος δέονται, στερεὴ τροφή.

Et quicunque cita appositione indigent, humidum medicamen ad reficiendum vires optimum est: qui adhuc citiori, per odoratum: qui autem tardiori appositione indigent, siccum alimentum.

Longè interest bena, aut multùm, aut citò, aut firmiter nutrire. Bene aut malè nutrire dico, vt cum nutritione seruetur emendetúrve temperies partium, aut contrà vitietur. Multùm aut parùm dico, vt copiosum affigatur alimentum, aut deficiens. Citò aut tardè, vt longè aut non longè ab assumptis cibis fiat refectio. Firmiter aut contrà nutrire dico, vt tale sit alimentum vt durare posit, aut tale vt effluat. Bene nutriũt cibi boni succi: malè, mali. Multùm, quibus est parum excrementi: parum, quibus multum (illos dicebamus paulò antè habere magnam potentiam cum exigua mole, hos cum magna mole paruam potentiam.) Citò nutriunt cibi, qui tenues sunt, & citò commutantur: tardè, qui crassi & tardè commutantur. Sed qui tardè commutantur, firmiter hærent: qui citò, debiliter. Hoc enim est quod paulò anteà dicebatur, Alimentum quod ægrè commutatur, ægrè consumitur: quod facilè apponitur, facilè consumitur. Dictum est à me nuperrimè, quanquam potus posit nunc meliùs nutrire, nunc deteriùs quàm cibus pro natura hominis, tamẽ citiùs aut tardiùs nõ posse, imò semper cùm res aliqua liquata potu capitur, citiùs nutrire q̃ si eadem caperetur esu. Hoc est quod Hippucrates modò docet, dicens: Si subueniendum sit alicui, qui cita refectione indigeat, eò q tardam non posit expectare, daudum esse ei humidum cibum, id est potum: si verò indigeat homo refectione, at non celeri, melius esse vti sicco cibo. Hoc est quod in Aphor. dixit, Facilius est impleri potu q̃ cibo. Verùm in Aphor. contulit inuicẽ duo tantùm alimentorum genera, cibum & potũ: hîc confert tria, obseruans perpetuò partitionẽ illam triplicis alimenti, sicci, humidi, & spiritus. Siccum & humidũ hauriri ore, dixit priùs, spiritum naribus. Certè vt potus tenuior est, & citiùs commutatur quàm cibus: ita vel etiam multò magis spiritus, quàm potus. Ergo si quis exoluitur, & celeri refectione indiget, potum capiat vini, aut iuris, rebus quæ facultatem recreent parati (sed si nihil obstat, viuum magis probo.) Si iam linquitur animo, indigetque celerrima, admoueantur naribus res odoratæ: nam earum halitu citissimè spiritus animales reganerantur. Ego odore viui frequenter vtor, uoo raro etiam aceti: atq; si adsit, vapore panis calentis adhuc & recèns cocti, & carnium elixarum & calentium. Interim si qui animo linquitur, id potest facere, potandum etiam aliquid do: cùm refectæ iam mediocriter sunt vires, do cibum. Sed cur Hippocrates cùm loquatur de cibo, dicit, humidum medicamentum? An quia in animi deliquiis vtimur cibis pro medicamentis.

Μῦες στερεώτεροι, δυσέκτηκτοι τῶν ἄλλων, πάρεξ ὀστέου καὶ νεύρου.

Musculi solidiores, difficiliùs liquescũt quàm alia, præter os & neruum.

Quò membrum aliquod est solidius, eò solidiorem partem cibi capit ad nutritionem. Nam capit membrum quodcunque ex iugesto cibo simillimam sibi partem: nam dictum paulò anteà est ab ipso Hippocrate, omnia, præter pulmonem, vtuntur cibo simili sibi. Sed quò alimẽtum solidius est, eò tardiùs dissipari est monstratum: fit ergo, vt quò solidius erit quodcunque membrum, eò difficiliùs liquescat, id est, dissipetur. Atque cùm febris aliqua earum quæ colliquantes appellantur, acciderit, primùm liquefaciet pinguedinem & carnes, deinde neruosas & osseas particulas. Voco neruosas, non neruos solùm ꝓpriè nuncupatos, sed alias omnes neruis modo substantiæ similes, vt membranas vteri, ventriculi, vesicæ, & similium, qui u venarũ & arteriarũ: nam hoc modo vsum esse Hippocratem nomine nerui, Galenus docuit. Osseas partes eadem ratione ego voco, cartilagines, & callosas partes. Ergo Hippocrates oomine osis & nerui, omnes partes solidas intelligit. Quibus exceptis, constat musculos solidiores, quales sunt crurum & brachiorum potissimùm, firmiores esse, & liquatu difficiliores aliis omuibus partibus: nam sunt difficiliores aliis musculis qui sunt molliores, quales sunt musculi oculorum, & linguæ, & faciei, & alij omnes, aliis plus, aliis minùs, & multò magis pinguedine & adenibus.

Δυσμετάβλητα τὰ γεγυμνασμένα, κατὰ γένος αὐτὰ αὐτῶν ἰσχυρότερα τοῦ ὄντος· διὰ τοῦτο αὐτὰ ἑωυτῶν δυσεκτηκτότερα.

Quæ exercitata sunt, difficiliùs commutantur, secundùm genus ipsa suum firmiora quàm sint: proinde ipsa se ipsis ægriùs liquescunt.

Exercitatio particulæ cuiusque, nisi omnino nimia sit, facit ad illius soliditatem: nam facit ad consumptionem excrementorum, & succorum, qui redundant. Ergo particula quęuis exercitata, firmior erit seipsa non exercitata, & proinde ægriùs liquescet. Aegriùs itaque gracilescet corpus bene exercitatum, quàm corpus quod in otio impinguatum est. hoc enim molle est, & laxum, & effluens. Hoc ergo est quod dicit, exercitata fiunt firmiora, secundùm genus ipsa suum, quàm sint, id est, quàm soleant esse. Tota itaq; hæc sententia est, firmari membra labore mediocri, vt cibo solido. Saxto etiam Epidam. coutulit laborem cum cibo, diceus: Labor articulis, cibus carnibus.

Πύον τὸ ἐκ σαρκὸς, πυῶδες τὸ ἐξ αἵματος, καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης.

Pus ex carne, purulentum ex sanguine & ex alio humore.

Pus quum generatur in particula aliqua inflammatione laborāte, fit partim ex sanguine, qui in inflammatione conclusus continetur, partim ex carne ipsius particulæ: nam carnem ipsam in pus resolui, indicat vlcus cauum quod relinquitur exesa carne. Ergo cùm particula aliqua vlcerata, sicca mediocriter est, pus facit ex ipsa carne, modicum tamen: cùm verò est valdè humida, aut laborat multa fluxione sanguinis, aut alterius humoris, si pus facit, est purulenta, & multo pure sordida. Hoc est quod Hippocr. præscriptis verbis inquit.

Πύον τροφὴ ἕλκεος· πύον, τροφὴ φλεβὸς, ἀρτηρίης.

Pus alimentum vlceris: pus alimentum venæ & arteriæ.

Aut nomen vlceris dicitur hîc de particula vlcerata, aut nomen alimenti accipitur metaphoricè. Nam vlcus ipsum nō potest propriè nutriri: sed sensus erit, vlcus ex pure accipit alimentum, id est, augetur. Qui sensus verus certè est: nam cùm augetur pus, crescit vlcus, absumpta carne: seruat etiam pus vlcus, quia nisi particula expurgetur, & siccetur, nō sanescit vlcus. Aut sensus est, vlcerata particula nutritur pure: qui sensus verus ita erit, non quidē particulam nutriri pure, sed pus fieri, vt sit alimentum vlceris. Nam pus generatur ex succo qui continetur in inflammatione, non aliter quàm inflammata particula, ac in ea solidis præcipuè, vt venis & arteriis, commutantibus eum succum, vt eo nutriatur. Non enim profectò aliter pus fit, quàm particulæ facultate naturali commutante sanguinem: neque ea facultas aliorsum sanguinem commutat, quàm vt eo nutriatur. Ac nutriretur profectò eo, generareturq; non pus, sed alimentum optimum, si particulæ calor naturæ modum retineret, & sanguis esset serioreger, nō semiputris. Sed quia aut sanguis iam non est aptus fieri bonum alimentum, aut calor nō est naturalis omnino, facit naturalis, non quod vult, sed quod potest, pus scilicet: quod est venæ & arteriæ alimentum: id est, generatur, vt sit venæ & arteriæ alimentum. Est itaq; pus alimentum particulæ vlceratæ, quod Hippocr. appellabat, quasi alimentum: quod tamen ad veri alimenti perfectionem non peruenit. Nam quanquam ex parte aliqua puris, vlceratam particulam reuerà alimentū capere, quidā affirment, ego eis non assentior, si modo verum est pus generatur enim per putrefactiam, vt fœtor indicat. Neq; profectò Galenus assentiretur, qui alicubi ita scripsit: Coquitur pus in phlegmone, etsi nulla illius pars præstare possit alimentum.

Μυελὸς τροφὴ ὀστέου, διὰ τοῦτο ἐπιπωροῦται.

Medulla ossis alimentum, propterea callo obducuntur.

Medulla cerebri, & spinæ, non est partis alterius alimentum, sed ipsa per se est membrum nostri corporis, atque adeo nobilissimum. Medulla ossium, A non est nostri pars, sed est ossium alimentum: ac proinde cōtinetur in ossium cauis, vt sanguis in venis. Itaq; quod est aliis partibus suus ros, hoc est sua medulla ossibus: quod modus substantiæ vtriusq; (ossis dico & medullæ) & ossium conformatio, apertè indicant. Qui enim alius vsus sit medullæ illius, aut quæ actio? quorsum ossa, caua illa medullis plena habent? quàm similis est ossis substātia duratæ medullæ? Hoc Plato docuit in dialogo de Natura his verbis: Os verò ipsum ita composuit, terram atte-B rens puram leuemq; miscuit, madefecitq; medulla. Hæc verba nihil nobis aliud significant, quàm medulla reddita crassiori, os fieri. Fit ergo accessio substantiæ ossis, ex substantia medullæ: quare os nutritur medulla. Quanquam non desunt inter barbaros medicos, qui censeant nō posse ossa, vtpote quæ frigida sunt, nutriri medulla, quæ non est frigida, cùm nutritio agatur concoctione alimenti, & quæ coquuntur, calidiora fiant concoctione: sed nutriri dicunt hac causa, ossa sanguine melancholico. Sed C si horum sententia vera esset, ossa profectò non essent alba: nam non potest id quod nutritur, non referre aliquatenus colorem alimenti (nam qua alia causa qui nutriuntur succis pituitosis, fiunt candidi?) quare ex nigro succo, alba ossa, vnica commutatione non fierent. Contraherent etiam ossa succi poris melancholicum, non medullam: siquidē suo alimento imbutas esse omnes partes, oportet. Quare medullā nutriri ossa, verissima sententia est. Neque verò argumentum quod à contraria sententia D proponebatur (quanquam certè plerisque aliis erit difficillimum) mihi sit solutu difficile. Docui enim in commentariolo quodam, quem iam edidi in librum quartum Meteor. Aristot. eam actionem, qua membrum quodpiam alimentum commutat redditq; simile sibi, nihil habere concoctionis (concoctionem enim, interno calore rei ipsius quæ coquitur, agi.) Sed esse membris omnibus vim quādam commutandi id, quod commutationem talem potest accipere, ad sui similitudinem: vt ignis ignem, E & aqua aquam facit, ea quæ admota id pati possunt. Vt ergo aquam aqua generans, frigidius reddit id quod accepit, ignis faciens ignem, calidius: ita possunt calida membra frigidioribus, & frigida calidioribus nutriri. Quod ab Aristot. dicitur dicto libello: Omnia quæ coquuntur, redduntur calidiora. De iis intelligo, quæ solam concoctionem patiuntur: aut quæ etsi passionem aliam subeat, subeunt quidem illam minimam, præ concoctione. Medulla ve-F rò cùm fit os, haud satis scio an accipiat concoctionem aliquam: quòd si quam accipit, multò plus accipit illius commutationis, quam negaui esse concoctionem. Hæc de ossis alimento: sed est quod addamus reliqua. Ossa cùm franguntur, causa suæ duritiei non possunt verè agglutinari, nisi in tenellis corporibus, cuiusmodi puerulorum sunt: oportet enim res omnes, quæ vnitionem sint accepturæ, molles esse. Verùm vniuntur callo quodā, qui procedente tempore durescens, ossi similis euadit: fitque ita vnitum os, non valde infirmum. Hic callus G generatur, ex alimēto ossis, inter partes fractas concrescente. Hoc ergo est quod dicit: Propterea callo obducuntur.

Δύναμις πάντα αὔξει, καὶ τρέφει καὶ βλαστάνει.

A *Facultas omnia auget, nutrit, & germinare facit.*

Ego nihil aliud hîc dici intelligo, quàm quod libro 2 Controuersiarum confirmaui, eandem facultatem esse quæ generat, & quæ nutrit, & quæ auget nostra corpora. Nam & tres has actiones, generationem, nutritionem, & incrementum, dico vnicam esse: modis quibusdam diuersas. Nimirum facultas altrix, ex semine & sanguine facit partes nostras à principio, commutans alimētum in eas partes. Hæc ipsa & hac ipsa actione, si quæ pars excisa B aut corrupta est, quæ refici possit, reficit: & partes omnes nutrit, commutans tantum alimenti, quantum substantiæ, causæ quæ perpetuò nos alterant, absumunt. Et commutans plus, auget, cùm ita fert corporis natura. Neque enim alterius facultatis sit, carnem generare à principio: alterius, corruptam restituere: aut factis iam, partes nouas addere, easq; æquales, minores, aut maiores abeuntibus. Siquidem eadem vis est, qua ignis primùm generatur, & qua semel extinctus rursum accenditur, aut plùs etiam. Itaque facultas altrix, hæc ipsa, vtens eisdem C ministris (trahente dico, retinente, commutante, & expellente facultatibus) ex eadem materia (medulla inquam & sanguine) generat, nutrit, & auget membra omnia.

A Ὑγρασίη, τροφῆς ὄχημα.

Humor, alimenti vehiculum.

Potus, aut est tantùm potus, cuiusmodi qui non nutrit, vt sola aqua: aut est alimentum in potu, vt vinum, & iuscula, & succi multarum rerum. Prior ille prodest ad temperandum membra, ventrem præcipuè & viscera, frigore & humore, & ad distributionem ciborum: posterior, ad hæc ipsa, & ad nutriendum. Modò explicat Hippocrates vsum illius humoris, qui cùm prosit nostris corporibus, nihil B nutrit: talis est, qui est potus tantùm, & serum etiam sanguinis ac omnium humorum. Potus pars quædam descendit per intestina cum fæcibus, facitque quominùs arescant. Maxima pars penetrat epar, faciens vt succi quoque qui in eam vsque partem crassiores veniunt, & penetrare non possunt, diluti penetrent. Maxima pars potus egressi iam hepar, vt suo munere perfuncta, per vias vrinarias venit in vesicam, illincque extra corpus. Reliqua pars diducitur per totum corpus, commixta cum sero proprio sanguinis, vt simul vehat crassiuscu-C las partes succorum: quę deinceps, cùm suo munere perfuncta est, exudatur, aut abit per occultum halitum. Hoc est quod dicitur, Humor alimenti vehiculum. Sed liber hic, non poscit plura.

F I N I S.

COM-

COMMENTARIA IN PROGNOSTICVM HIPPOCRATIS, AVTHORE FRANCISCO VALLESIO COVARRVVIANO, PRIMARIO FACVLTATIS MEDICÆ in Academia Complutensi Professore.

CAPVT I.

ΤΟ'Ν ἰητρὸν, δοκέει μοι ἄριστον εἶναι, πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι, τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες, ἐκδιηγεύμενος, πιστεύοιτ' ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πράγματα. ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. τὴν δὲ θεραπείην ἄριστ' ἂν ποιέοιτο, προειδὼς τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων. ὑγιέας μὲν οὖν ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας, ἀδύνατον. τοῦτο γὰρ τοῦ προγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἀποβήσεσθαι, κρέσσον ἂν ἦν. Ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσιν, οἱ μὲν πρὶν ἢ καλέσαι τὸν ἰητρὸν, ὑπὸ ἰσχύος τῆς νούσου, οἱ δὲ καὶ ἐσκαλεσάμενοι, παραχρῆμα ἐτελεύτησαν, οἱ μὲν ἡμέρην μίαν ζήσαντες, οἱ δὲ ὀλίγῳ πλέονα χρόνον, πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν τῇ τέχνῃ πρὸς ἕκαστον νόσημα ἀνταγωνίσασθαι. γνόντα οὖν χρὴ τῶν παθέων τῶν τοιούτων τὰς φύσιας, ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμίν εἰσι τῶν σωμάτων· ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. οὕτω γὰρ ἂν θαυμάζοιτό τε δικαίως, καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη· καὶ γὰρ οὓς οἷόν τε περιγίνεσθαι, τούτους ἔτι μᾶλλον δύναιτο ἂν ὀρθῶς διαφυλάσσειν, ἐκ πλείονος χρόνου προβουλευόμενος πρὸς ἕκαστα, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους τε καὶ σωθησομένους προγινώσκων τε καὶ προαγορεύων, ἀναίτιος ἂν εἴη.

MEDICVM uti prouidentia, videtur mihi optimum esse: praenoscens enim & praedicens apud aegrotantes, & praesentia, & praeterita, & futura, & quaecunque aegri omittunt enarrans, creditur quidem magis agnoscere quae sunt in aegrotantibus. Quo fit vt audeant homines committere seipsos medico. Curationem autem melius perficiet praeuidens ex praesentibus passionibus, eas quae sunt futura. Sanos ergo facere omnes laborantes, impossibile. Hoc enim melius foret quàm si contingat futura praeuidere. Quando autem homines intereunt, alij quidem violentia morbi antequam medicum accersant, alij autem & cùm accersiuerint, statim moriuntur, hi quidem diem viuentes vnam, hi autem paulo plus temporis: prius denique quàm vt Medicus possit cuicunque morbo arte repugnare: agnoscere ergo oportet talium passionũ naturas, quantum supra vires corporum sunt: Simul autem & si quid est in morbis diuinum, & huius prouidentiam discere: ita enim admirationem consequetur meritò, & bonus Medicus fuerit: etenim eos qui possunt superesse, eò magis possit rectè seruare, multò antè consulens de singulis: & morituros & seruandos praenoscens, & praedicens, sine culpa quidem erit.

OPVS hoc titulum accepit, προγνωστικὸν, id est, ad praenotionem spectās, quia eius medicinae quę ad cognitionem spectat, maximam partem cōtinet. Nam Medicinae sunt duae partes, prima quae officia Medici, aut ea quae Medicum oportet agere, continet: alia quae continet ea quę oportet cognoscere circa aegrotātes. Huius doctrinae sunt tres partes, quaedā quae docet cognoscere praeterita, quaedam quae praesentia, quaedam quę futura: nam circa haec omnia versatur hęc ars. Nonnunquam cognoscunt Medici quae sont in aegrotantibus, vt quo morbo teneatur, quae sedes sit malè affecta, quam morbi causam interiùs contineat, qua parte doleat, & similia: nonnunquam pręterita narrāt priusquam ex aliis audiuerint, vt quid hactenus acciderit circa aegrotantē, quae causę morbos antecesserint: nonnunquam praenuntiant futura, vt futuram hanc aut illam euacuationem, duraturum morbum hoc aut illud tempus, moriturum aegrotum aut victurum. Primam doctrinae partem vocant agnosticam, secundam diagnosticā, tertiam prognosticam. Primam docuit Hippoc. scribens de passionib. & de internis passionibus, & vbiubi disserit de rebus quae praeter naturam in corporibus consistunt: secundam, vbi docet antecedentia cognoscere, vt cùm dicit, si mulier sanguinem vomit, huic menstrua defecerunt: sudor multus ex somno factus, pluri cibo vti significat. Ad tertiam partem pertinent multa Hippocr. opera, vt libri de iudiciis & de diebus decretoriis, & opus prorrhiticon, siue praedictionum, & hoc opus prognosticum, siue prę notionem continens. Neque verò his omnibus operibus quāquam ad eandem medicinae partem pertineant, eadem omnino docentur. Nam in libris de iudiciis docemur praesentire, an aeger sit periturus, aut liberādus à morbo paulatim, an repentina mutatione. In libris de dieb. decretoriis docemur vim

dierum considerare:in hoc opere,an æger sit moriturus an nō,cognoscere:idem in prorrheticis,quāquam in illis multò plura ad quoscunq; morbos,& vtcumq; ad artem prædicendi pertineant, hic verò præcipua tantùm signa & veluti selecta dicuntur, quæq; ad solos acutus morbos pertineant, aut ad eos qui ex acutis facti fiot. Neque verò hoc opus est appellatum Prognosticum, id est, opus prænotionum, illud Prorrheticon, id est, prædictionū, quòd alia sit ars quæ doceat prædicere, alia quæ præsentire: nam cùm prædictori simus quæ præsentimus, nisi velimus mentiri, eadem erit ars: sed ita placuit authori. Ideo tamen esse dictum opus de prædictione aot prænotione, statim indicauit dicēs, prænoscens enim & prædicens. Opus hoc apud Hippocratem oon est intercisum, sed quia Galen. in tres libros secuit, conantur quidam ordioem operi præfinire, distinctis signis, quæ in tribus libris tractentur. Quidam dicunt primo lib. contineri quæ spectant ad morbos acutos, secundo ad decidentes ex acutis, tertio, de diebus decretoriis & abscessibus. Alij dicunt primo lib. contineri quæ sumuntur ex operibus facultatis animalis, secundo quæ ex vitalis, tertio quæ ex naturalis: tamen hæ omnes sunt nugæ meræ, nam non respondet res his dictis, vti ipse decursus operis indicabit. Certe si quæ diuiden di ratio quadrat (quanquam neq; ea exactè) est per tria signorum genera, quæ Galen. in opere de Crisibus distinguit. Nam primo lib. continentur signa salutis aut mortis magis, secundo signa concoctionis aut cruditatis magis, tertio critica & quæ ad crises pertinent magis, quàm duobus prinmis. Sed satius sit dicere (ne cum illis videar nugari) hoc opus esse vnicum & perpetuum, quo toto docet Hippocr. signa futuræ mortis aot salutis io acuos, aut qui ex iis fiunt, idq; principio capto à notissimis, & versus difficiliora procedendo. Vtitur in principio procemio vt commendet opus, quanquam alioqui Hippocr. neq; soleat procemiis vti, neque sua commendare: sed res ipsa exigebat, vt ita faceret, quia multorum sententia est, partem hanc non pertinere ad artem medicam: quippe ad quam ea solùm videantur pertinere, quæ ad conseruationem salutis, & morborum curationem pertineant. Vtcunq; ergo (dicunt) de euenturis Medicus sentiat: si scit rectè ea agere, quæ circa bene valentes & ægrotantes agi oportet, bonus medicus fuerit. Horum sententiæ vt occurrat, refert bona quæ ex hac doctrina procedunt, ita proponens: Medicum prouidentia vti, videtur mihi optimum esse. Quo loco constat, nomen hoc πρόνοια, oon accipi propriè, sed pro nomine πρόγνωσις. nam pronœa, authore Cicerone, lib. ij. de Natura deorum, est prouidentia, est verò ea vis, qua quis prouidet multis rabos, & multa, vt oportat, dispooit, vt omnia rectè agantur: ita Stoici dicebant Deam quandam esse pronœam, qua omnia in hoc mundo aguntur. Constat vero hic noo esse aothori sermonem de hac virtute, sed de prænotione quę dicitur πρόγνωσις. eq; tamen puto incautè Hippocr. nomen id vsurpasse impropriè, sed consultò, vt aliud innueret. nimirum, vt est breuiloquus, sæpe vna vocula, hoc dicit, & illud innuit. oon potest medicus prouidentia vti, nisi vtatur præcognitione. nam quomodo aliter prouideat futuris? itaque prænotio parit prouidentiam: hoc ergo vt innueret, simulq; & rem quam commeodat & illios maximum vsum diceret, ipsam prænotionem appellauit prouidentiam. Sed venio ad bona quæ ex hac arte iubet expectare: ea sunt duo, aliud contingit medico, aliud ægrotanti: & illud ipsum quod medico accidit, recidit in bonum ægrotantis. nam medico accidit honor, & ægrotus curatur meliùs: nam prædicens præsentia, & præterita, & futura, & quæ ægri omittunt (id est, vt intelligit Galen. quæ inter respondendum nobis quę acta sunt, sermone omittunt, vt verò ego intelligo, quæ ægri omittunt verbo, aut opere, nimirum aut non referentes quę sint acta, aut non agētes quæ fieri medicos præceperit) hæc ergo omnia sentiens & dicens, creditur cognoscere affectum qui est in ægrotante, quod magno est illi honori. Curat vero etiam hac ratiōe meliùs, quia meliùs se illi concredunt ægroti & magis obediunt. Sed est aliud bonū, quod rectà tendit in scopum Medicinæ, nempe curationem, scilicet prænoscens futura, meliùs ea præcauet, & prouidet circa singula. Sed & cùm ægroti inntur sunt, contingunt dicta duo bona: primum expedit ipsis ægrotantibus, Christianis maximè, vt mortem illis præountiemus, vt omnia cogitent & agant, vt citò morituri: intelligentesq; animam à Deo, cuius imperio in his corporis vincolis continebatur, reuocari, veniam impetrent peccatorum. Expedit etiam medico mortem prędicere: nam aliter non effugiet oo tam aut ignorantiæ, quod non cognouerit morbo lethali ægrotum teneri, aut crimina quod interfecerit: ergo inquit Hippoc. si possemus omnes ægrotantes sanos facere, id profectò multò melius esset, quàm prædictioni studere, sed non possumus: nam multi moriuntur (quasi expurgans medicos quòd non omnes sanent, inquit) alij quidē violentia morbi, antequam medicum accersant, alij autē & cùm accersi erint, statim moriuntur: hi quidē diem viuentes vnam, alij paolo plus temporis, prius tamē quàm medicus arte posit repugnare. Hæc dicit Hippoc. vt extollat suam artem: sed vt verum fateamur, non erat opus hac expurgatione. satis erat dicere, multi moriuntur. moriuntur enim etiam cùm medici arte repugnant, neq; solùm secundo aut tertio die, sed quàm multi etiam post vigesimum Hippocrati ipsi, vt in epidemiis narrat, moriebantur. Vtcunq; hoc habeat, agnoscere, inquit, oportet talium passionum naturam, quantū supra vires sint. Hæc est tota ratio prauideodi, an æger sit moriturus an non, mentem intendere in morbum & naturam, considerareq; per vtriusq; signa, vtrum vtri videatur præualere, non aliter (inquit Galen.) quam cum duobus colluctatoribus iotenti sumos, considerantes quis illorum sit alium deiecturus. Hæc itaque docet Hippocr. considerare, pariter & si qoid est in morbis diuinum, illius quoque discere prouideotiam. In huius particolæ enarratione sunt multæ sententiæ. Quidam putant diuinum in morbis appellari amorem, quòd amor à multis diuinus dicatur. Alij dicunt diuinum in morbis esse vim dierum decretoriorum, quia ea vis pendet non ex causa in elementis, sed ex motu astrorum. Alij dicunt eos morbos esse diuinos, qui ex ira Dei proueniant. Galen. has omnes sententias refutat, & aliam adiicit, scilicet eos morbos esse diuinos, qui ex aeris cōstitutione proueniunt, cuiusmodi sunt pestilētes, & qui populariter grassantur: nam inquit, aerē appellant omnes cælum, quare quod ad aerem pertinet,

net, cæleste & diuinum. Ego verò aliter intelligo, scilicet cùm Hippocr. sit author adeò breuiloquus, non puto verbum quod duo aut plura non ineptè potest significare, vni sensui adstringendum: maximè cum phrasis ipsa qua Hippocr. vtitur hoc loco id insinuet. nempe cùm vellet nos docere vt edisceremus omnia quæ ad prænotionem vtcunq; facerent, dixissetq;, oportet considerare talium passionum naturam, quantum supra vires sit (hoc est qđ per signa nota & minimè diuina prædicitur) adiecit, & si quid est in morbis diuinum. ne omnia quæ diuina, id est, admiranda, aut à Deo, aut ab Astris, aut deniq; ignota causa, haberi possunt in morbis, recenseret, & de singulis disputaret, an essent an non, vno verbo & cum conditionis signo omnia comprehendit, præcipiens si quid diuinum in morbis est, quod ad prænotionem faciat, id totum disci. Non ergo debemus coniectare, quid eorum quæ diuina in morbis esse possunt, intellexerit Hippoc. sed considerare quæ sint quæ ad prænotionem in morbis faciant, & diuina dici meritò possint, atque ea omnia putare ab Hippocr. dicta. Amorem certè ego non puto intelligi posse verbo Hippocr. non quia passio naturalis est, vt inquit Galen. refutans hanc sententiam (nam quanquam naturalis passio sit, tamen inualuit vsus maximè apud poetas quos licuit Hippocr. hoc loco imitari dictione, vt amor diuinus vocetur) sed quia valde extra institutū hoc loco quo de morbis acutis solùm disputat, mentionē fecisset amoris. Quidam inquit, diuini nomine intellexisse authorem substantiam nescio quam vocatam à quibusdam quintam essentiā, sed hoc figmentum ne refutationem quidem meretur. Vim dierū decretoriorum appellari hoc loco diuinam non improbo. Nam hæc de sententia Hippocr. facit quàm multum ad prænotionem in morbis, & vt Galenus docet .3. de Diebus decretoriis, habet causam in motu astrorum, quæ ab antiquis Dij vocabantur, neq; verò meritò hanc sententiam refutat Galen. dicens diuina vocari ea solùm quæ sint admiranda: vim verò hāc dierum talem non esse: nam quid magis admirandum ea re, cuius causam in his rebus quæ penes nos sunt nullam inueniens, ab astris requirit, neq; tamen fortasse inuenit satis idoneam ipse Gal. ad hæc qua ratione est magis admirandum, morbos ex aere fieri (huc enim ille transfert diuini nomē) quàm numero dierum inesse tantas vires? Neq; minus aptè intelligi potest diuini nomine morbus ex ira Dei procedens. nam reuera multi morbi contingunt mortalibus irato numine ob peccata, confirmante id decreto sanctæ Ecclesiæ: cùm infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino, languido quem sanauerat: vade in pace & amplius noli peccare. quod verò Galen. dicit, hoc etsi verum sit, non esse consonum sententię Hippocr. nescio vnde intelligat quod (inquit) Hippocr. ipse libello de morbo sacro disputat aduersus affirmantes epilepsiam & similes morbos esse diuinos. Hippocr. profectò non negat posse morbos illos esse diuinos, id est à Diis culpa hominum immissos, sed negat genus aliquod morbi esse quod semper sit diuinum, vt epilepsiam, aut catochen. verùm non est quòd intelligas, proindè negare Hippocr. morbum aliquem posse esse diuinum. Nos profectò Dei beneficio firmiter credimus quod sacræ literæ multis testimoniis declarant, bifariā fieri morbos Dei voluntate, ob peccata in singularem hominem, aut in populum immisso malo (vt Saul quod Dei imperium detrectasset, cruciabatur à dęmone, & Giezi quia pecuniam accepit, à Naaman lepra est conspersus, & in vrbem grassata est pestis ob peccatum Dauidis, cùm populum numerari fecit) vel etiam homini iusto permissu Dei maioris perfectionis gratia dato malo, vt scimus Iob, & Tobię. proinde pias esse ac sanctas deprecationes, cùm totius ecclesiæ, tum priuatas, vota etiam ægrotantium, & sacrificia, & admotionem reliquiarum Sanctorum affirmo, tamen sæpe inuehor in eos qui hæc solùm faciunt, & medici operam non requirunt: nimirum vult ipse Deus nos præsidium petere ex medicina per morbos, non cum salute signa etiam ab eo petere. Accedit dictis, quòd quamuis Hippocr. dicto loco sensisse nullum morbum diuinum esse concedamos, non est quod hic diuinum morbum posse intelligere negemus: nam erat homo modestus, minimè proteruus: qui verò tales sunt, cùm aliquid docent, alienas etiam sententias ex conditione accipiunt. Galen. certè sæpe disputauerat corpora non constare ex atomis & inani, tamen lib. de differētia morborū docet, si corpora ex corpusculis & inani constant, duo esse genera morborum in partib. simplicibus ita potuit Hippocr. dicere, si quid est diuinum (neq; enim quid ita dicit, diuinū esse affirmat) id quoq; disce. Morbos etiam ex aeris constitutione pendentes intelligi posse nomine diuini, est satis probabile. nam phrasis consueta Latinis, Græcis, & Hebræis, est aerem cęlum appellare. vt inquit Cicero 1. de natura Deorum. Diogenes Apolloniates aerem deum dicebat. itaq; haud est absonum, dīuinum quasi aereum dici. Est aliud quod mihi videtur hoc loco diuinum appellari posse, nempe præsagationem diuinam si quæ est: quasi diceret, vtere præsagatione naturali conferendū vires cum morbis: & insuper si quæ est diuina pręsagationis ratio, hanc quoq; disce. sed quæ possit esse diuina præsagatio, iam dico. Scripsere Hippoc & Galen. nec nō Aristot. Theophrastus & Cicero, & alij quam multi, de præsagatione ex insomniis Dicunt multa insomnia esse diuina, aut ex inspiratione, aut animæ impetu quodam diuino quædā occulta intelligente. Horum insomniorū interpretatione, dicūt multa eorum quæ euentura sunt ęgrotantibus, aut iam euenere, cùm tamen ignorarentur, declarari. Galenus narrat quendam bene valentem somniasse factum esse sibi crus alterum lapideum: cumq; somnii interpretationem nullus medicorū assequeretur, eam rei euentum declarasse: nimirū aliquot deinde dies crus illi resolutum esse. Neq; verò hoc ratione carere putauit Aristot. sed quia tenues exilesq; motus dormientibus quàm vigilantibus videntur maiores, futurarum passionū initia adhuc exilia, dormientibus sentiri multò meliùs quàm vigilantib⁹. Ego quid mihi nuper Compluti acciderit dicam. Quidam ægrotus quadam nocte anxiè conflictat⁹ est. cùm mane ad eum venissem, interrogaui quid illum conturbasset: ille respōdit, insomnia. Somniaui (inquit) me in medio fluminis domū struere, interim flumen magnopere increuisse, & euertisse totam domum: ego verò miserè lugebam, quòd labores meos, & meas copias flumē sustulisset. Cœpi interrogare eos qui aderant, an hic mœstus aliqua de re esset, quæ illi febricitandi causam præstitisset: au-

diui referente vxore, eum præ mœrore cœpisse ægrotare: quòd cum multos lateres terreos, quos finxerat, in furnum coquendos immisisset, pluuia magna repente orta, & toto die durans, lateres corrupisset: expectasse verò hominem è lateribus suæ inopiæ solatium. His auditis, intellexi animam ipsam per allegoriam causam morbi mihi declarasse, vocasseq; lateres, domum: & pluuiam, flumen. Hanc artem prædicendi posis diuinam appellare: quandoquidem Hippoc. & Galen. multa insomnia dicũt esse diuina: & prænotionis ex illis esse magnum in morbis vsum. Hanc ergo posis hoc loco intelligere, & si quæ alia ratio prædictionis est diuine. Neq; verò aduersus hanc interpretationem rectè argumenteris, volens probare nõ esse fides prænotiones ex insomniis, sed ea omnia vana esse, aut saltem naturalia: diuinorumq; nullum esse vsum fidum: nam hæc alia quæstio sit. Ego hoc loco non affirmo, esse fidẽ insomniis quæ nõ sint naturalia: sed posse Hippocr. dicere, si quæ est prænotio ex diuinis insomniis, hanc etiam disce. Fortasse (dices) Hippocr. non meminit tot rerum diuinarum in morbis. Fortasse etiam id verum est: sed vt omnia quæ diuine essent, & conferrent ad prædictionem tu intelligeres, dixit, si quid est diuinum in morbis, eius quoq; disce prouidentiam. Itaque hinc intellige debere te scire vim dierum decretoriorum, & præuidere morbos impendentes ex aere: quod docuit in Epid. lib. & 3. Aphor. & sentire an morbus pendeat ex voluntate Dei, magis quã à causis iis quæ nos solent efficere: præterea his addere prænotionem ex insomniis, & si quid habet iudiciaria astrologia, aut ars alia, quod nõ sit vanum & superstitiosum. Sed dices, qua ratione posim ego sentire, an morbus pendeat à volũtate Dei, maximè cùm Deus etiam, cùm aliquẽ punit, vti soleat causis naturalibus? Ego ita intelligo: cùm aliquis Dei voluntate morbo laborat, patitur à causis naturalibus (nam his vtitur Deus) tamen medicamenta parum conferunt, quia Deus impedit. Debet ergo medicus perpetuò Dei auxiliũ implorare, idemq; aliis omnibus iniungere: ne si quid fortè in morbis diuinum est, curationi obsistat: maximè verò id debet facere, curareq; omni ratione vt ægrotus Deo placeat, cùm videt ea, quæ secundùm artem molitur, parum feliciter cedere. Scim⁹ enim Ezechiam imminẽtem iam mortem oratione & lachrymis annos 14. distulisse. Deus opt. max. quum inter mortales ageret, ægrotos nõ aliter sanabat quàm dimittens peccata: neq; aliud tuendæ valetudinis præceptum edicebat, quàm ne amplius peccarent, illud haud dubiè significans, morbos plerunq; accidere ob peccata. Hoc si nõ intelligebãt antiqui philosophi, quòd Deus iudicia sua nõ manifestauit eis, tamen suspicati sunt: vt ea loca quæ ex Hippoc. produxi, declarant. Ego me grauissimum illum morbum, qui medicos omnes terruit, quasi morbi monstrum, nunquam putabo opera hominum, aut naturæ effugisse. Itaque inquit Hippocr. si quid est in morbis diuinum, illius quoq; discere prouidentiã: ita enim admirationem cõsequetur merito. Certè vt alio loco dixi, pars artis quæ docet medari, conciliat medico beneuolentiam & laudem apud homines, prognostica verò etiam admirationẽ: nam prædicere futura, videtur habere nescio quid diuini. vnde diuini, aut diuinatores dicti sunt qui hariolãtur. Addit, & bonus medic⁹ fuerit: nam eos qui possint superesse, eò magis posit rectè seruare, multò ante cõsuluens de singulis: & morituros & saluãdos prænoscens & prædicens, sine culpa erit. Adde, & censebitur esse sine culpa: nam prænoscẽs erat sine culpa, prædicens censebitur esse.

Caput II.

Σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι· πρῶτον μὲν τὸ πρόσωπον τοῦ νοσέοντος, εἰ ὅμοιόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ εἰ αὐτὸ ἑωυτῷ, οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἄριστον· τὸ δὲ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου, δεινότατον.

ITA autem considerare oportet per morbos acutos: primum quidem faciem ægroti, an similis sit bene valentium, maximè autem ipsi sibi, nam ita fuerit optima: quæ verò maximè contraria est simili, pessima.

Dicit, considerare oportet per morbos acutos, nõ quòd per chronicos nõ oporteat, nam hæc eadem signa occurrunt in chronicis, sed quòd de signis in solis acutis ille incipiat disputare. Principiũ totius præsagationis, est in singulis signis considerare, sintne ea similia illis quæ in bene valentibus sunt, an dissimilia. Vt, an facies similis sit faciei sani hominis, vrina vrinæ, pulsus pulsui: nam recte considerata, facile fuerit ratione quadam epilogistica (id est, colligente ex assensione quadam omnib. hominibus communi, aut ex communi omnium sensu) dicere, hoc est bonum, illud malum. Nam communis omnium consensus est, ea quæ sunt qualia in hominibus sanis, esse bona: quæ qualia in ægrotantibus, maximeque à sanis dissident, valdè mala: vt quidq; plus aut minus dissidet, ita deterius aut minus malum. Hoc principium scripsit Hippocr. ipse in lib. cui titulus est κατ' ἰητρεῖον dicens, similiane sint an dissimilia. Cùm verò bona aut mala signa ex iis quæ in bene valentibus sunt cognoscantur, meliùs cognoscuntur collata cum iis, quæ in eodam homine erãt cùm valeret, quàm cum iis, quæ in aliis sunt qui valent: nam vnicuiq; est sua natura, estq; tanta naturarũ varietas, vt multis valde exitialia sint, quæ aliis contingunt per bonam valetudinem. Hanc rationem epilogisticam docet Hippoc. in operis principio, quia est ratio facillima: in sequentibus tractabit analogisticam, id est, colligentem rem ex causis. Incipit verò à signis in facie, non alia causâ quàm quia hæc sunt omni ratione notissima, & quæ primò occurrunt, considerenturq; etiam à vulgaribus: hæc ergo oportuit primo loco dici.

Εἴη δ' ἂν τὸ τοιόνδε· ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα, καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον, σκληρόν τε, καὶ περιτεταμένον, καὶ καρφαλέον ἐόν, καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε, ἢ καὶ μέλαν ἐόν, καὶ πελιόν, ἢ μολυβδῶδες.

Erit autem talis: nasus acutus, oculi caui, tempora collapsa, aures frigidæ & cõtractæ, & fibræ aurium peruersæ, & cutis in fronte dura, intenta,

tenta, & arida, & color totius faciei chlorus vel niger, & liuidus, vel plumbeus.

Non alia de causa cœpit à naso descriptionẽ, quã quod ea est in facie particula maximè conspicua, & quæ primò occurrit: eum nasum intelligit, cui' extrema pars, & quę maximè prominet, vbi finitur nasus, in acutum definit, & gracilis est: nomẽ chlorus significat colorem pallidum aut viridem, tamẽ hoc loco de viridi dicitur: nam describit Hippocr. signa pessima in facie, ea opponens optimo vultui, quem paulò antè dixit esse simillimũ sano: quò tu per extrema, mediocre etiam signorum genus intelligas: ergo colorem viridẽ dicit modò, nam pallidus non est extremè malus: tamen nolui ego viridem reddere, sed chlorũ, ne pro translatione facerẽ paraphrasim. Nullum vultum esse posse hîc descripto deteriorem, indicat primùm epilogistica ratio: nam quẽ alium vultum possis fingere ei qui est in cadaueribus, aut hominibus morti iam vicinis, magis similem? Deinde & analogistica ratio (ea inquam quæ ex causis procedit) id demonstrat: nam omnia hæc contingunt ex pessimis causis. Pars omnis gracilescere potest re vera, consumptis & extenuatis particulis, aut gracilitate quadam apparenti magis quã vera: vt extenuatur re vera nasus iis hominibus, qui consumptionem partium passi sunt: & repentè videtur extenuatus perfrigeratis: & quacunque de causa, animi deliquio aut timore correptis, qui tamen, quamprimum vultum cum animo recuperaront: quanquam profectò non tam repente caro erat absumpta, aut potuit recuperari. Vt pars aliqua verè extenuata sit, facit consumptio nimia, aut minima reparatio substantiæ: vt extenuata videatur, causa est subtractio spirituum & sanguinis: nam hi tribuunt particulis viuidum colorem, & mediocrẽ tumorem, qui concidit illis subtractis: acceditque tunc frigus externum, particulam comprimẽs materis extenuationis causa. Subtrahi ab externis particulis spiritus & sanguinem, facit aut debilitas tanta innati calidi, vt non possit emergere, aut tantum interius incendium, vt retrahatur intrò velut à cucurbitula. Vt non reparetur in particulis quantum absumitur, aut paulò minus, magna facultatum naturalium debilitas facit. Vt consumatur subiecta eis caro, facit calor qui malignus est, aut maxim'. Vides vt omnes causæ extenuationis maximæ in particula quapiam, pessimæ sint: ergo analogistica quoque ratio monstrat, extenuatas admodum particulas, pessima eorum quæ ex facie capiantur, esse signa. Sed lubet hoc loco dicere, qui calor sit qui liquet, & quem malignũ appellamus: nam sunt plena medicorum scripta hoc nomine (calor malign') tamen ei calori id nomen detur, non satis explicant. Dicunt esse eum calorem, qui quamuis intensione non sit maximus, tamẽ liquat & vrit: sed qua causa fiat vt calor non maximus hæc faciat, oportuit dici: hæc ego addam. Calor naturalis nobis, vt aliis in locis demonstrauimus, nihil consumit nostri humidi: nam contraria facit, auget nimirum humidum naturale, & conseruat: generat enim, nutrit & auget, quæ non aliter quàm humectatione substantiæ fiunt: contraria verò opera eidem rei naturali nullus tribuat. Neque verò, quod dicunt, aliud per se inesse, aliud ex accidenti, id est vanum: nam dicunt philosophi omnes vno ore (istos intelligo qui medicinæ sunt ignari) calor naturalis, cùm deest alimentum, conuertitur ad proprium humidum. Istud conuerti, profectò non magis ex accidenti est, quàm si dicas, homo hic ingessit carnes arietinas & bubulas, calor ventriculi, cùm arietinæ descenderint, conuertetur ad bubulas: aut, huius calor solebat arietinas carnes commutare, quia arietinis homo vescebatur, hodie bubulas sumpsit, conuertetur ergo calor ad bubulas, quia arietinas non continebit. An putes, te his orationibus actiones caloris ex accidenti expressisse? non certè. Ergo philosophi incautè contrarias actiones nostro calori per se & naturaliter tribuunt. Quid ergo? calor qui naturalis est, auget, aut saltem seruat substantiam: qui liquat, is est præter naturam: atque calor eò magis est præter naturam, quò temperamentum particulę naturale magis labefactum est: ergo calorem, qui non sit maximus, vrere, significat enim, est non sit gradu caloris maximus, esse maximè præter naturam: calorem non maximum, esse maximè præter naturam, significat naturale temperamentum esse corruptum, & naturales facultates languidissimas. Sed de hac re dictum mihi est satis aliis in locis, nunc ad extenuatas particulas conuertor. In naso sola ea particula est crassiuscula quæ est extrema, ac veluti quædam cuspis: nam reliqua sunt ossa, cartilagines, & cutis sine carne & sine multa pinguedine: in solis pinnulis sunt solùm fibræ quædam carnis tenues, ex musculis buccas mouentibus productæ: ergo meritò ea in parte magis apparet ex morbo facta extenuatio, quæ per naturam habebat maiorem crassitiem. Tempora solùm in ossibus capitis teguntur musculis, nam musculi masticatorij primi procedunt ex ossibus temporum & frontis, & attingunt iugale, replent caua illa magna temporum, & descendẽtes sub osse iugo similiter veniunt ad infernas maxillas: ergo meritò quoque in temporibus elucet extenuatio, quæ ossium habent magna caua carne plena. Auriculæ meritò refrigerantur per debilitatem aut subtractionem calidi innati: cùm quòd extremæ particulæ sunt, tum etiam quòd excarnes: nam cartilagine & cute solùm constant, nulla carne. Id indicat immobilitas: contractæ fiunt, & earum pinnulæ euersæ, & cutis frontis intenta, dura, & arida, per deficcationem ex consumptione humidarum partium, vt nerui per deficcationem patiuntur conuulsionem, suntque intenti, hincque & euersionem particularum, in quas inseruntur, faciunt. Vt ergo exiccatæ corrigiæ aut chartę partim contrahuntur & contorquentur, partim distenduntur, ita hæ membranæ patiuntur deficcatæ. Sed dices cur cùm Hippocr. dicat, 6. Epidemiωn part. 3. siccitatem primùm laxare, deinde intendere, modò solius tentionis in cute frontis meminit, ac non priùs laxitatis? An quia hîc pessima signa describere cœperat, tentio verò succedens laxitati, deterior est laxitate à siccitate procedente? An quia cùm cuti frontis minimũ carnis subsit, à minima laxitate incipiet malum, ac breui momento tentio cutis fiet? Sed dicamus de coloribus: viridem colorem in excrementis (vrina inquam, deiectione, aut sputo) à calore fieri semper lib. 3. Controuer monstrauimus, tamen in facie ex perfrigeratione fieri per morbos acutos interpretamur: nam nunquam fit in facie color viridis aut niger cum splendore, sed intermortuus quodammo-

m

do. Quare quanquam viridis in excrementis à calore perpetuo fiat, & niger aut à frigore, aut à calore, tamen faciem vi caloris virescere aut denigrari non quam puto. Nam cùm cutis adeò vreretur ardore febris, qualis esset viscera? certè multò antè animal moreretur. Nam quod de Æthiopis fortè obiicies, quibus cutis corporis, ob regionis quam incolunt ardorem, nigra est, longè aliud est: nam illis, cùm primum regionem illam cœperunt, ob ardorē cæli (neque enim est alia causa) cutis nigra fieri incœperit, idque sensim ac multo tempore: posteris illud accidens influit cum semine. Non aliter quàm Macrocephalos refert Hippocr. religatis capitibus arte tales factos, Macrocephalos deinde sine arte genuisse, eo quod erat arte factum, migrante in naturam: eodem modo accidit niger color Æthiopis. Sed duobus aut tribus diebus in morbo acuto (nā ita Hippocr. hîc loqui statim intelliges) cutim vri posse non arbitror, neque præ calore virescere: sed calido innato extincto, aut destituēte extrema corporis, & sanguine denigrato, eoque aut denigrante faciem, aut permixto cum flaua bile, & ita apparente virore nigri & flaui permistione. Itaque colores omnes qui hoc loco referuntur, extinctionis innati calidi soboles sunt: nam liuidum & plombeū perfrigeratione fieri, & in cute & in excrementis, medicorum omnium consensus confirmat: ergo hæc omnis signa faciei ex pessimis causis fiunt: quare & pessima esse analogistica ratio monstrat.

Ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι ξυντεκμαίρεσθαι, ἐπανέρεσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνηκεν ὁ ἄνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα ᾖ ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχει αὐτόν· καὶ ἢν μέν τι τουτέων ὁμολογέῃ, ἧσσον νομίζειν δεινὸν εἶναι. κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτὶ, ἢν διὰ ταύτας τὰς προφασίας τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ. ἢν δὲ μηδὲν τουτέων φῇσιν εἶναι, μηδ' ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ, εἰδέναι χρὴ τοῦτο τὸ σημεῖον θανατῶδες ἐόν. ἢν δὲ παλαιοτέρου ἐόντος τοῦ νοσήματος, ἢ τριταίου τὸ πρόσωπον ᾖ, περὶ τουτέων ἐπανέρεσθαι, περὶ ὧν καὶ πρότερον ἐκέλευσα, καὶ τἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι τά τε ἐν τῷ ξύμπαντι προσώπῳ, καὶ τὰ ἐν τῷ σώματι, καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖς.

Si igitur in principio morbi facies talis sit, & nondum possibile sit aliis signis scrutari: interrogare oportet num vigilauerit homo, an aluus resoluta admodum fuerit, aut prematur fame: atq; si quid horum confiteatur, minus graue esse existimare. Iudicantur autem talia hæc per diem & noctem, si ob has tales causas facies talis sit: si autem nihil horum dicat esse, neque prædicto tempore sedetur, scire oportet hoc signum mortale esse. Si autem antiquiori iam morbo vel tertiano hæc facies sit, de iis interrogare oportet de quibus antea iussi, & alia signa considerare quæ in tota sunt facie, & quæ in corpore, & quæ in oculis.

Neq; tamen ad hanc doctrinam, satis est in signis, quę ex loco aliquo ducantur, discere, quod sit optimum & quod pessimum, nisi discas illud quod in eo genere dicitur pessimum, quàm graue sit: nam loca ex quibus sumuntur signa ad prædicendum, sunt multa: vt ex vultu, ex oculis, ex decubitu, ex modo quo se ægrotus habet ad ea quæ offeruntur, ex pulsu, ex vrina: & in quouis horum locorum est optimum & pessimum: vt optimus decubitus, pessimus decubitus: optimus vultus, pessimus vultus: ita reliqua: tamen eorum quæ dicuntur optima, nō est par fides: neq; eorum quæ pessima, par periculum: sed alia aliis meliora, aut grauiora. Hac de causa curat Hippocr. primùm docere in quouis genere, quod signum pessimum sit, vt de vultu iam fecit: deinde quantum grauitatis id signi habeat, qd' per totum opus facit, diuersis signis diuersa tribuēs epitheta: alia dicit mala, alia nō bona, alia pessima, alia lethalia, alia valde lethalia: neq; quæpiam harū dictionum incautè decidit, sed vt vires signorum verbis exprimat. Modò, cùm descripsisset pessimā faciem, docet cognoscere, quantum malitiæ habeat id signum: & quando grauius, quando minus graue sit: daniq; artem præsagiēdi eo signo, tanto cum artificio, vt liceat nobis eo ita insinuāte, pulchram prædictionis methodum colligere. Nimirum Hippocr. breuitatis fuit tam studiosus, vt non scribat seorsum methodum, cùm tamen illius fuerit studiosissimus, si quis alius, sed illam cum exercitatione coniungat in singularibus exemplis: fueritq; Galeno primùm, sitq; nobis modò is labor, vt ab illis methodum colligamus, & artis præcepta. Est prima ratio inuestigandi quantas vires signum aliquod habeat, demere causas procatarcticas: nam quæ ex his procedunt, non adeò multum significant nobis internarum passionum, neq; imputantur morbi vehementiæ. Id præceptum commune est omnibus morbis, tamen modò exemplo vultus docetur. Vultus hic solet fieri iis qui vigilarūt, aut passi sunt aluī resolutionem, aut famem, aut mœrore magno sint oppressi, aut timore: sed hæ sunt causæ procatarcticæ: proinde his, inquit Hippocr. interrogare oportere, si scilicet non possis id per te intelligere: nam si ex aliqua harum causarum fiat, non est adeò graue. Sed dices, quid tollit signo bono aut malo ex procatarctica causa esse? nam causæ procatarcticæ non aliter possunt signa mala parere, quàm gignendo interiùs malam affectionem: hæc vt sit, malum erit, quacunq; à causa ea sit. Nam cùm dicis, homo hic habet hanc faciem, quia vigilauit: non negas eum malè habere, sed dicis id mali factum esse, quia vigilauit. Bene dicis, malum est, læsum esse eatenus hominem quòd vigilauerit, sed deterius esset eatenus esse læsum, etsi non vigilasset. Proinde Hippocr. qui nihil non dicit attentè, non scripsit, si nihil horum confiteatur, non est malum, sed minus graue est. Itaque primum præceptum est, excludere causas procatarcticas. his exclusis, nō statim prędicendum est, sed excludendum etiam ex internis causis, si quæ sunt, quæ admodum ex ratione, ac nō obscura causa id possint facere: nam quod nihil habet admirationis, neq; grauitatis habet quammultum. Vt si quis vultu eo sit, quem descripsimus, qui neq; vigilauerit, neque mœstitia magna aut timore fuerit oppressus (hæc enim omnia debes tu intelligere ob communem rationem, etsi Hippocr. non omnia narrat) aut aliud aliquid eorum quæ enarrauimus,

uimns,tamen longo morbo laboraoerit,non eſt mirum extenuatam admodum eſſe faciem. Proinde Hippocr.inquit,ſi in principio morbi(ſignificat voto hoc loco principium, tres primos dles,non inſultum primum, aut cruditatis tempus, quanquá trea hæ principij acceptiones apud illum ſunt) talis facies fuerit. His definitis,vt ſcilicet non ſit ob diuturnitatem, neq; ob cauſam manifeſtam, ſcire licet eſſe mortale ſignum. Sed quæ eſt alia ratio addendi firmitudinem præſagio? conſiderara ália ſigna,ſcilicet alia omnia,pręter id de quod diſputamus. Nam quanquam Hippoc.dicat, alia ſigna quę ſont in toto vultu,& corpore, & oculis, tamen eorum nomine debes intelligere vrioam,pulſum, & ſi quæ ſunt alia: pereat qui Hippoc.oracula perſtrinxerit. Huic regulæ, quæ docet pręſagire conſideratis omnibus ſignis,tantum ego tribuo, vt nullam aliam ratiooẽ eſſe putem verè præſagiendi: nam quanquam verũ eſt(idq; ita concedo) non tam eſſe conſiderandam ſignorum multitudinem,quàm vires: eſſeq; conferenda bona malis:ac pręſtare nonnunquam vnum pluribus: quod Hippocr. ipſe ad finem libri huius docebit, & ego huc transferre non grauor, vtpote ad artem hanc neceſſarium: tsmen nullum puto ſignum tam pernicioſum eſſe,vt ſolum, renuentibus aliis omnibus, admodum firmum ſignum mortia eſſe poſsit: ſed euiuis oportet aliqna alia atteſtari, aut ſaltem non adoerſari. Neq; verò quoduis ſignũ alij euiq; atteſtari,parem fidem habet,ſed quædam qoibuſdam atteſtantia,addunt: & aduerſantia detrahunt multam fidem. Has ego ſyndromes ſoleo mihi conſiderare, quas fortaſſe aliquàdo, ſi ita Deo placet,aliis etiam ſcribam. Galen. pulſum bis deficientem tantum periculi indicare dicit, vt nollum viderit liberatum:ego non ſemel iam, ſed bis(ſi rectè memini) vidi huoc pulſum oihil perterritus: & qui ita laborabant, miſſo copioſè ſanguine liberati ſunt. Sed eur non terreret,oportet audias:erant vrinæ non malæ, vultus à ſano non valde diuerſus,color optimus, mens ſana, habebant ſe optimè ád oblata, reſpiratio oon erat difficilis: quî fieri poterat, vt cauſa quæpiam grauiſsima nihil dictorum In deterios mutaret? Certè intellexi eum pulſum fallacẽ eſſe,non qualis ea differentia ſoleret.verûm hæc aliquando Deo volente ſumus perſecuturi,nunc pręſentem locum enarremus. Videntes in ægrotante faciem præſcriptam, attendere iubet alia ſigna bis: in primis verbis dicens,aliis ſignis ſcrutari,& in vltimis dicens, alia ſigna conſiderare: atq; ad duos vſus: primum ad honorem medici,ſecundum ad firmitudinem præſagij. In verbis vltimis id iobet ad firmitudinem præſagij, in primis ad honorem medici. Qoo pacto faciat ad firmitudinẽ,dictom iam eſt:quo pacto ad honorem,iam dicam. Cúm primũ conſpecto ægroto faciem hanc cootemplatur medicus,primis duobus diebus debet eurare vt intelligat,an ex cauſa aliqua procatarctica procedat? qđ ſi per ſeſe poteſt intelligere, magoum honorem cõſeqoetur, cenſebiturq; optimè noſſe affectũ,dicena ægroto, vigilaſti, aut famem ſuſtinuiſti, anteqoam ex illo interrogando aliquid aodierit. Si id non poteſt, interroget : poteſt verò id non raró facere per alia ſigna, argumẽto ſumpto ab eo principio qnod accepimus,de cooſenſu ſignorum, hac ratione. Hic habet faciem lethalem, tamen reliqua omnia ſigna indicant affectionem nũ eſſe lethalẽ : ergo ex cauſa pcatarctica eſt. Vt ſi fingas bomini eſſe dictá faciẽ, tñ pulſum mediocriter fortẽ. dices, eùm hæc facies lethalis ſigni habet vim, debilitatẽ calidi innati ſignificat, ſed debilitatẽ calidi innati nõ eſſe boic homini, fortis pulſus euidenter indicat, ergo ex cauſà pcatarctica fiet. Dic ergo ægroto, vigilaſti: ſi concedit, mirabitur : ſi oegat, adde alias cauſas cũ diſiunctione: quàcũq; fateatur, laudabit te. Frequẽter primo verbo annuet, raró nõ annuet ſecundo, aut tertio, cũ cauſæ oẽs ppaucę ſint. Igitur rurſus reſumẽtes enarrem⁹ Hipp.verba: nã hic auctor raró nõ exigit primam & ſecuodam manum, tam multa ſenſa breuiſsimis dictionibos complectitur. *Si* (inquit) *in principio morbi* (id eſt,primis diebus aut ante tertium) *facies talis ſit*. Duplici da cauſa dicit in principio morbi: & vt addat vim præſagio, quia taotò maius malum eſt in priocipio fieri talem faciem, qoàm pluribus diebus, quantò magis adioirandũ: & quia ſi elapſum eſt principiom, non oportet interrogare cauſam procatarcticam, ſed per te ipſum ſcire: nam vt ſtatim dicet, iudlcantur hæe per diem & noctem : & nondum poſsibile ſit aliis ſignis ſcrutari. Nam ſi per alia ſigna poſsis intelligere, id tentandũ eſt: fuerit enim tibi & arti honorificẽtius. *Interrogare oportet, num vigilauerit homo, an aluus reſoluta admodum fuerit, aut prematur fame:* adde tu, aut alia cauſa procatarctica quæ id poterit efficere, anteceſſerit: ſi qoid horũ confiteatur, minos graue eſſe exiſtimare. Non inquit, non eſt graue, ſed eſt minus graoe: *Iudicantur talia per diem & noctem, ſi ob has tales cauſas facies talis ſit.* Iudicantur, id eſt cognoſcuntur, aut etiam ſoluuntur: nam non aliter cognoſcũtur quàm quòd ſedari incipiunt hæc ſigna intra diem & noctem. Nam mala quæ ex ſolis cauſis procatarcticis fioot, intra vigintiquatuor boras ſolent conquieſcere, vt diariæ febres : niſi támen cauſæ procatarcticæ enm in corpore apparatuio inuenerint, vt internæ cauſæ cum illis cooſpirauerint : nam poteſt apparere dicta facies & non refici intra diem & noctem, qnaoquam vigilauerit homo, qnód prætar hanc externam, interna quoq; caoſa ſit. Itaq; erit hæc ratio argumentaodi : ſedãtur ſymptomata hæc intra diem & noctẽ, ergo procatarctica cauſa anteceſſerat: non hæc, non ſedaotur, ergo non præceſsit. *Si autem nihil horum dixerit, neque prædicto tempore ſedetur, ſcire oportet hoc ſignum mortale eſſe.* Adhibitis diſtinctionibos dictis, inquit id ſignum eſſe mortale. Signum mortale appellatur, non eum quo omnes moriuntur, ſed eum qno multi: vt admodùm mortale, cum quo pauci non moriuntor. *Si autem antiquiori iam morbo vel tertiano hæc facies ſit, de iis interrogare oportet, de quibus antea monui.* Alia qooq; ſigna conſiderara in morbo tertiano, aut antiquiori oportet. Interrogare de quibus antea monui, id eſt, an vigilauerit, aut aluus reſoluta ſit, aut prematur fame. Sed dices, quorſum in morbo iam tertiano aut antiqniori interrogem hæc? oam p me poſſom id intelligere, cùm iudicentor intra diem & noctem? Intellige poſſe eſſe morbi diem quintum, & extennationis faciei ſecũdum (non enim neceſſario fit à principio) aut qointum morbi & extenuationis. Si illud eſt, conferet interrogatio ad iotelligendum, an ſit ex cauſa euidenti qoæ morbo ſuperuenerit, an ex morbi vi : ſi ſecundum, ad intelligendom an ex ſolo morbo, an accedẽte cauſa procatarctica: nam neq; ita erit tam graue periculum, quàm ſi nulla externa cauſa internã

inuisset. Est etiam alius sensus verus, & quem etiã probo. Oportet inuestigare ea de quibus priùs loquebar, cùm dicerem, alia signa considerare: id est, cùm videris elapsum tertium diem, & symptomata non cessasse, cense esse lethale: tamen ob maiorem firmitudinem, alia quoque signa considera: addit, *quæ sunt in tota facie, & corpore, & oculis.* Hinc intelligunt quidam, Hippocr. iubere adiungere ea solùm signa, quæ in oculis aut vultu sunt, scilicet quæ sequenti cap. scribet: tamen res non habet ita, sed omnia alia signa oportet adiungere. Dixit verò quæ in tota facie & corpore & oculis, vt produceret exempla, quæ non oportet referri omnia, sed præcipua: capiùtur verò ex oculis signa optima, de quibus statim dicet. Accedit quòd horũ mentione facit transgressionem ad sequens caput. Sed quomodo cùm disseruerit, ac modò disserat de signis faciei, dicit alia signa considerare in tota facie? An quia quanquam pessima signa in facie commemorauit, non tamen commemorauit omnia?

Ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν, ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως, ἢ διαστρέφωνται, ἢ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου ἐλάσσων γίνηται, ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσιν, ἢ πελία, ἢ μέλαινα φλέβια ἐν αὐτοῖσιν ἔχωσιν, ἢ λῆμαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ἐναιωρεύμενοι, ἢ ἐξίσχοντες, ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς γινόμενοι, ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπέες, ἢ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον ᾖ, ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν καὶ ὀλέθρια εἶναι.

Si enim lucem effugiunt, vel lachryment nolentes, vel peruertantur, vel alter altero minor fiat, aut alba rubra habuerint, aut venulas in ipsis liuidas aut nigras habuerint, & oculorum sordes appareant circa pupillas, & aut sublimes vel eminentes, vel caui admodum facti, vel pupilla squalida ac minimè splendentes, vel color totius vultus mutatus sit, omnia hæc mala existimare oportet, & mortalia esse.

Ratione epilogistica nihil notius est, quàm hæc omnia signa esse mala: nam scimus hæc non solere esse in bene valentibus, sed in ægrotãtibus. Verùm analogisticam rationem oportet adiungamus, considerantes ex quibus rationibus hæc fieri possint. Nullus lucem fugit, nisi qui sentit ab ea lædi: id verò accidit nonnullis ob causam procatarcticam: vt qui è tenebris repentè erumpunt in lucem: aut sine hac: tuncque, aut cum vitio particulari oculi ipsius, vt ob lippitudinem, aut nimiam tunicæ corneæ tenuitatem, aut malum colorem vueæ tunicę, quæ non sit satis fusca, aut sine omni malo particulari: tuncque proculdubio fit ob debilitatem eius facultatis, quæ in cerebro est: nam quò debilior est facultas, eò à minùs excellenti sensibili lęditur. Debilissima itaque facultas est ea, cui lucernæ lumen est, quod aliis hominibus obiectus sol: quare tantò fortior est aliis intuitus acies quàm huic homini, quantò illorum intuitu, intuitus aquilæ, quæ solem sustinet. Causæ procatarcticæ hîc nihil mali indicant, diximus antea eas esse semper præscindendas: mala particularia oculi non sunt grauia, neque mortis periculum inferunt, quare neque illorum signa sunt lethalia, sed tamen mala: præter hæc omnia, lucem refugere lethale est: nam facultatem cerebri extremè esse languidam, lethalis est dispositio: lachrymæ etiam inuoluntariæ habent nonnunquam causas procatarcticas: vt fumum, & vapores acres cepę. Sine his, fiunt ob humidam intemperiem oculorum aut cerebri, cum succo qui incumbat in oculos: vt solet accidere coryza laborantibus, aut ob lippitudinem, aut instanti crisi per sanguinem è naribus, aut ob cauam cicatricem in palpebra inferna ad aliquem angulorum. Cùm sine his fit, causa est debilitas contentricis facultatis, quæ est in oculo ipso. Nimirum facultas naturalis contentrix aut retentrix (hanc enim intelligo non aliam contentricem) retinet commoda alimẽta, & excrementa etiam, quo tempore oportet retinere, scilicet quousque expultricis actio succedat: non enim vtcunq; & quocunque tempore excrementa erumpere bonum est, sed cùm ab expultrice facultate pelluntur, retentrice non debilitata, sed cedente tantùm expultrici. Cùm vis retentrix fortis est, membra habent mediocrem adstrictionẽ & contentionem: cùm debilis, hanc deponunt, & laxa fiunt, effluuntque excrementa etiam non dimissa. Hîc etiam causæ procatarcticæ indicant nihil, intemperie humida oculorum, aut cerebri, aut lippitudine, aut cicatrice palpebrarum. Malum sed non lethale: instanti crisi, infidum est, lethale aut salutare, vt alia signa attestantur. His omnibus præcisis, ex debilitate contentricis facultatis in oculis fieri superest, quod mortale est signum. Nam cùm facultates naturales membrorum seruentur temperamento substantiæ ipsorum, & influxu innati calidi, quid aliud in causa sit, quàm temperamentum illorum radicitus euerti? quod sane in oculis non admodum lethalis causa est (nõ enim est membrum princeps) sed ob viciniam cerebri est lethale signum. Peruerti possunt oculi aliquo aliquibúsve musculorum, qui oculos mouent, patientibus conuulsionem (nam per hanc retrahunt oculos, vt solent per voluntatem) aut patientibus paralysim. Nam quamcunque membri peruersionem potest facere musculi alicuius conuulsio, potest etiam facere resolutio contraria: atq; hæ passiones fieri possint, patientibus solis musculis particulari affectu, aut ob malum cerebri. Apparente verò malo in oculis antequam in aliis partibus, ob viciniam & cõtinuitatem cum cerebro, meritò reiicitur in illud malum. Musculos mouentes oculos sex esse, & pręter eos quoddam ligamentum carneum in oculorum radicibus, memini me dixisse in commentario 4. lib. de Locis patientibus, vt non sit opus modò repetere. Dictarum causarum peruersionis oculi, constat quasdam esse lethales, vt cõuulsionem per inanitionem, per cõsensum cum cerebro: reliquas malas, etsi nondum lethales. Alter oculus altero fieri minor potest, aut vno intumescente, aut altero extenuato. Alter solet intumescere, quòd humore redundet, conuocata ad illum fluxione, vt per hemicraniam: extenuari alter potest, aut deficiente illi alimento, aut iis facultatibus, quæ nostra membra regunt, languentibus. Quæ facultates regentes appellentur, dicit Galenus 6. Epidemiôn part. 5. Commen. 1. sunt verò principes, eæque quibus singulares aliæ ministrant, vt nutriens, generans, & augens in facultatibus animæ alentis, & sentiens

ac

ac mouens in animalibus, & vis pulsans in vitalibus: hæc enim nostra membra seruant, & augent, & roborant: iis verò saruiunt facultates aliæ, quarum actiones harum præcipuarum partes sunt: vt aleoti, tractrix, retinens, alterans, & expultrix: pulsanti, vis dilatandi & constringandi arterias: sentienti, sensus interni & extarni. Cùm hæ facultates vigent in membris, bene valent, & suam molem retinent: contrà, cùm alens vis languescit, aut vis vitalis, quæ inoatum robur seruat, atque eo facultatas omnes, minuuntur & arescunt. Oculum vnum videri altero minorem, quòd alter maior factus sit conuocata fluxione, malum est, sed noo lethale: facultatum regentium languore, aut defectu alimenti extanuari ocolum, si id fit ob particulare malum quod in oculo solo consistat, malum etiam est, sed nondum lethale. nam multa membra arescunt per singularem atrophiam citra vitæ discrimen. Oculus quoque solet arescere non periclitantibus: neq; id mirum, cùm non sit princeps pars: tamen fit sæpe, vt alter oculus incipiat minor fieri ob facultatis regentis debilitatem, non in eo solùm oculo (nam id periculo vacaret) sed debilitatis indicio in eo incipiente apparere. Grauios profectò foret (ne quis contrarium intelligat) aobos oculos extenuari ob debilitatem facultatum rectricum, sad solet id ab altero incipere. quia perrarum est ambo esse eodem omnino apparatu. Atrophia etiam, quæ est afflictura totum curpus, solet ab vno aut duobus membris incipore, illincque ad alia serpere, rursumque ad alia ab illis, vt quodq; est paratum. Oculum itaq; alium ioinorem fieri ob debilitatem facultatũ rectricum, quę non sit particularis, id ast, soli illi particulæ contingens, lethale est signum. Albas ocoli partes fieri rubras, accidit sæpe ob causas procatarcticas: vt vigilantibus, aut atteotiùs studentibus, aut iter agentibus flante borea, aut ardente Sole, aut iis, qui potauerunt lautè. Non raró sine iis, ob dolorem capitis, aut ob fluxionem sanguinis cõcitatam ad oculos, vt per ophthalmiam, aot concitata maxima fluxione ad cerebrum: vt cùm phrenitis affligit aut immioet: ob dolorem capitis, aut inflammationem oculorum, album id rubrum fieri, malum est, sed noo est lethalis affectionis signum: vt cùm fit ob phrenitidem: nam ab hac affectione nunqoam abest pariculũ: tamen multò magis lethale est cùm venulæ eo loco liuidæ, aut nigræ fiunt: nam hos colores lethales esse antea indicauimus. Sordes oculorom circum pupillas, apparere contingit superfluis succis eo loco calore resiccatis: vt per magnas febres solent apparere circa dentes: tamen hoc minus graue est, quàm si fiant, ob debilitatem facultatis outrientis, magna alimenti parte refugiente cõctionem: atque hoc, grauius fuerit siccis oculis, quàm tumentibus & humidis: nam hi redundant alimento, illi habent modicom: constat verò, vt grauius sit ex modico alimento moltum refugera coctionem, quàm ex immodico: vsque adeo verè dictum à me priùs est, omoia signa indigere aliis signis ad fidem, atq; insigniter quædam quibusdam fieri firmiora. Sublimes appellat Hippocr. oculos, instabiles & tremulè agitatos, cõtrarium prorsom accidens ei, quod 2. prorrhiticon cont. 11. retulit, referens illic quoq; lethalia signa in oculis, nampe immobilitatam. Fiunt ambo hæc signa, ob affectiones musculorum oculi, illis resolutis aut conuulsis, idq; affectione propria aut consensu carebri, vt instante phrenitide. Immobilitas etiam fit instãte catoeho, nimirum quicunq; morbus in cerebro fiat, in oculis incipit apparere. Eminentes oculi fiunt nonnunquam cum causa procatarctica: vt vomentibus aut ebriis: nonnunquam sine hac, laxitate carnei ligamenti (ita appello ego, septimum musculum alij) aut concitata multa fluxione ad caput tumentibus oculis. Caui oculi qua causa fiant, dictum est antea, sed quomodo eminẽtes & cauos oculos narrat Hippocr. an posint ambo oculis accidere? Constat nõ posse, nam contraria sunt accidentia: sed cùm Hippocr. priùs descripsisset pessima signa in vultu, & quæ simul in pessimo vultu solent apparere, ab ea parte, qua dicit reliqua considerare quæ in corpore, & toto vulto, & oculis, incepit narrare omnia q̃ spectari debeant in oculis & vultu, quanquam non sint lethalia omnino, & quanquam non possint apparere simul, sed vt cognoscãtur à medico, siue inueniantur simul, siue seorsum: proinde ambo contraria retulit, tumidos & cauos, ambo enim mala sunt. Cur ergo prius non retulit cum instabilibus oculis immobiles, quando ambo suot lethalia? vno dicto, aliud voluit suppleri: hæc est condirio breuiloquij. Pupillas squalidas & minimè splendantes, defectu aut extinctione spirituum animalium, qui splendidi sunt, & arefactione tunicarum, præcipuè corneæ, fieri, disertè docuit Galenus lib. 1. de caosis sympt. & 10. de vsu partium. Sed quorsum Hippoc. cùm pauló antea dixisset, color totius faciei viridis, liuidus, aut niger, modò hoc idem repetit, dicẽs, color totius faciei mutatus? Per epilogum (rąspondet Galen.) mihi verò videtur in principio capitis tres colores lethales solùm enumerasse; hìc verò vbi nõ lethalia modò, sed mala etiam refert, dixisse, aut color vultus mutatus: vt intelligantur etiam mutationes aliæ quæ malę sunt, vt pallidus valde color. Vtcunq; color totius vultus à naturali euariet, cõstat ex mala caosa procedere: deteriori verò aut mious mala, vt est color. Addit tandem, hæc omnia signa mala existimare oportet & mortalia. Sed quãdo ratione analogistica monstratum est, singula horum signorum fieri posse ex causis quibusdaio, quæ nihil fere habesnt mali, & ex aliis quæ malæ fiot, sed non perniciosæ, & ex aliis quæ etiam perniciosæ sint, & neq; cùm pessima sunt hæc signa, sunt æqualis malitiæ, sed aliis alia deteriora, modũ prædicendi ex his, & rationem dignoscendi quantum habeant malitiæ omnia & singula, cùm occurrunt, oportat audias. Primũ in omnibus oportet præscindere causas procatarcticas: quod præceptum antea persecuti sumus: deinde oportet præscindere affectiones particulares oculorum, aut vultus: nam oulla affectio particularis membri quod non sit ad vitam necessarium, esse lethalis potest: est verò cùm ambigua sunt signa, quòd non facila distinctu sit, an ex particulari morbo, an ex consensu cum membris principalibus fiant. Tunc vehementer nos iuuabit ars, quam Galen. docet opere de Locis patientibus, quod ego commẽtariis prosecutus iam sum. Iuuat varò nos in primis ratio morbi, in quo hæc apparẽt signa. nam in morbis acutis, de quibus solis se disputare Hippocr. ipse testatus est, verisimile est, hæc ex pessimis causis fieri: qoare in pessimas reiiei debẽt, censeriq; ita illorum malitia, nisi in contrariũ, nempe ex leui aliqua causa aut particulari fieri, proba-

biliori ratione confirmetur. Hanc coniecturam ex morbo acuto, aut ardente febre, vt inueneret, scribebat Hippoc. sæpe in aphorismorum principiis: à febra ardente habito, aut in febribus non intermittentibus. quale est illud, Si à febre habito, tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit, lethale: & illud, Si à febre habito collũ peruertitur, & vix potest deuorare fine vllo tumore, lethale: & illud, Excreationes in febribus nõ intermittentibus liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & biliosæ, omnes malæ: & multè aliæ Hippocr. dictiones. sed quanquam morbus acutus sit, non est impossibile (quanquam sit rarum) ex leui causa tale quodpiã signum fieri. Quę ergo tunc erit ratio dignoscendi, si res sit dubia? certè præceptum illud vltimum, & quo omnium maximè præsagia confirmantur: considerare alia signa, an annuant, an renuãt: maximè ea quæ possint, attestantia aut repugnãtia, causam signi eius, quod consideramus, prodere. Erat exemplum in præscripta dictione: sint sordes circa pupillas, vide an oculi sint tumidi, an graciles: nã in extenuatis oculis, grauius est indicium, quàm in tumidis: causam pauló antè diximus.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν· ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, τῶν βλεφάρων μὴ συμβαλλομένων, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι, ἢ μὴ εἰθισμένῳ οὕτω καθεύδειν, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες σφόδρα.

Considerare autem oportet & suspectiones oculorum per somnos: si enim albi aliquid subappareat, non commissis palpebris, non ob fluxum ventris, aut medicamenti potionem, aut non sic dormire assueto, prauum signum est, & lethale admodum.

Pergit referre signa quæ in facie & vultu solẽt apparere, insistens adhuc eidem instituto, scribens signa omnia mala, siue ea simul, siue seorsim singula, siue illorum quædam, non omnia appareant: neq; tamen omnia refert, sed quædam licebit nobis supplere ex iis, quæ auctor aliis locis scripsit. Eandem hanc sententiam scripsit Hippocr 52. Aphor. 6. particulæ. quod illic dicit, commissis palpebris, hìc, nõ commissis, ne labora: nam idem est dictu, malè cõmissis aut non bene commissis. Satis apertè explicat Hippoc. quas appellet oculorum suspectiones, dicens, si albi aliquid appareat non commissis palpebris. Eas non bene committi per somnũ, conuulsio aperientium oculos fibrarum facit, aut facultatis mouentis debilitas. Hæc per morbos acutos verisimile est ex siccitate fieri: tantam siccitatẽ vi morbi paucis diebus factã esse, nisi manifesta causa accedat, lethale est. Causa quę omnium maximè periculum tollit, est ægrotantis consuetudo, si scilicet ita dormire consueuit: nam dictum pauló antè est, cõsiderandum esse in vnoquoq; signo, an simile sit bene valẽtium, potissimum sui: deinde & fluxus ventris qui præcesserit, aut medicamentum expurgãs quod epotum sit, detrahunt partem periculi, quia sunt manifestæ causæ. Sed quorsum cum harũ causarum mentionem fecerit Hippocr. in principio capitis dicens, interrogare oportet, an vigilauerit homo, an aluus ei laxata sit, modò rursum facit nouã mentionem? an quia (vt iam antea diximus) nõ est totius capitis vnicus perpetuusq; sermo, vt illa interrogare illic iusserit ad dicta priùs signa & ad dicenda etiam deinceps, sed est interruptus, vt ad faciem eam pessimam quam iam descripserat illic, interrogare iusserit de fluxu ventris, hìc verò ad suspectiones oculorum. Sed est quod obiicias, epotum medicamentum non detrahere quidquam periculo, quin potius addere: quod probabilem coniecturam faciat, ob siccitatem pati eas fibras conuulsionem: nam hac ratione vidatur ab eodem autore scriptum, conuulsio ex helleboro lethalis est: certè epotum pharmacum probabilem coniecturam facit ex siccitate esse, tamen si coniectura siccitatis alioquĩ est, vt ex morbi acutie, periculum nõ auget, imò minuit, quantò deterius est hominem tam ardenti febre teneri, vt siccet etiam nullo pharmaco iuuante, quã iuuante. est tamen nihilominus lethalis cõuulsio ex helleboro, nisi minima sit, qualis est profectò ea de qua loquimur, aut nisi per diem & noctem sedari incipiat. Itaq; intellige hìc quoq; suspectiones oculorum quas pharmacũ antecessit, nisi completa vacuatione per diem & noctem tolli incipiant, lethales esse: non enim negauimus antea causas procatarcticas posse esse principia magni mali, si cũ iis internæ conspirent, aut maximè idoneum apparatum inuenerint. Refert itaq; Hippocr. duas causas euidentes, fluxionem ventris, & pharmacũ: tu adde reliquas, quæ id possunt facere, ieiunium, vigiliam, & solicitudinem: intelligens nimirum ab Hippoc. non esse expectanda omnia, sed suppleri debere ea, quorum ratio est eadem.

Ἢν δὲ καμπύλον γένηται, ἢ πελιὸν, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς μετά τινος τῶν ἄλλων σημείων, εἰδέναι χρὴ, ἐγγὺς ἐόντα θανάτου. θανατώδεα δὲ καὶ τὰ χείλεα ἀπολυόμενα καὶ κρεμάμενα, καὶ ψυχρὰ καὶ ἔκλευκα γινόμενα.

Si autem peruersa fiat, aut liuida, aut pallida palpebra, aut labrum, aut nasus cum aliquo aliorum signorum, scire oportet mortis proximũ esse. Lethale etiam est, labra resoluta, & pendentia, & frigida, & alba esse reddita.

Eadem sententia scripta est 4. particula aphorismorum 49. his verbis: in febre non intermittente, si labrum, aut palpebra, aut superciliũ, aut oculus, aut nasus peruertatur, aut non videat, aut non audiat iam debili existẽti corpore, mors proxima est. Quod in febre non intermittente dixit, hîc tacuit, quia pręfatus erat, sermonem esse de morbis acutis, supercilij non meminit hìc, sed labri, palpebræ, & nasi, sed eadem est ratio. nimirum fiunt omnes hæ peruersiones eisdem causis quibus oculi peruertũtur, & eisdem distinctionibus cognoscuntur esse lethales, & proximæ mortis signa. liuidæ aut pallidæ palpebræ fieri solent extinctione calidi innati. Sed cur enumeratis his signis, addit cum aliquo aliorũ signorũ. an hæc sunt debiliora & minoris fidei quã priùs enumerata? non certè. sed vt innuat quod ego docui, nunquam negligendam esse aliorum signorum inspectionem. Labia pendentia & resoluta & frigida & alba manifestè iodicant debilitatem facultatis mouentis, & extinctionem calidi innati.

CAPVT

Capvt III.

Κεκλιμένον δὲ χρὴ καταλαμβάνεσθαι τὸν νοσέοντα ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ, ἐπὶ τὸ πλευρὸν τὸ δεξιὸν ἢ τὸ ἀριστερὸν, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχοντα, καὶ τὸ ξύμπαν σῶμα, ὑγρὸν κείμενον· οὕτω γὰρ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ὑγιαινόντων κατακλίνονται. ἄρισται δέ εἰσι τῶν κατακλισίων αἱ ὁμοίαι τῇσι τῶν ὑγιαινόντων· ὕπτιον δὲ κεῖσθαι, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἐκτεταμένα ἔχοντα, ἧσσον ἀγαθόν. Εἰ δὲ καὶ προπετὴς γίνοιτο, καὶ καταρρέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τοὺς πόδας, δεινότερόν ἐστιν.

Cubantem oportet deprehendi ægrum à Medico, in latus dextrũ aut sinistrum, & brachia, ceruicem, & crura paululum redacta habentem, & totum corpus molliter constitutum: ita enim plurimi bene valentium cubant: decubitus verò similes bene valentium optimi sunt. Supinum verò iacere, & brachia, & ceruicem, & crura exporrecta habentem, minus bonum. Si verò decliuis fiat, ac delabatur à lecto in pedes, grauius est.

Post signa voltus, omnium primò animaduertuntur, & conspicua sunt signa ex decubitu: proinde obseruans ordinem, quem incepit à facillimis, hoc loco de decubitu disputat. Describit, vt superiori capite fecit, primò optimum decubitum, deinde malum & pessimum: idque docet primùm epilogistica ratione, deinde & analogistica. Optimus ergo decubitus est, in latus alterum brachiis, ceruice, & cruribus, paululum redactis, & toto corpore molliter constituto: quod ratio epilogistica indicat: ita enim cubare solent plerique bene valentium. Sed & ratione analogistica optimum decubitum huiusmodi esse, iam ostendam. Dicitur corpus molliter constitutum, non quod omnino cessante facultate collocatum est, sed quod habet figuram mediocrem, & quam Galenus vocat indolentem, per quam facultas operatur quidem, sed non laborat, quia per eam nulli musculi distenti sunt. Potest corpus trifariam quiescere: primò facultate nullatenus operante: vt cùm corpus ita iacet, vt inanima solent corpora: vt si quis corpus suum ita dimittat, vt illud labatur pondere, ac deinde in thoracẽ aut dorsum decũbat, porrectis brachiis & cruribus: secundò, facultate continente corpus, aut membrum quodpiam in figura aliqua laboriosa: vt cùm stat rectum corpus, aut ego brachium eleuatum & exporrectum volo continere in quiete: quo modo non minùs laborat facultas quã per motum, imò verò multò plus: quia multiplices musculi laborant. Nimirum cùm mouetur membrum, alternatè laborant & cessant musculi adducentes & abducentes: cùm quiescit, vtrique sunt distenti, & laborant simul. proinde talem quietem soleo ego duplicem motum appellare. Aliæ quietes sunt p quas operatur facultas, sed mediocriter, quia medias figuras habent musculi, non extremas: vt cùm extenta vehementer, aut vehemẽter contracta sunt membra: in vtrisque enim harum figuris laborant membra, & defatigantur cùm extenta sunt, quia p vim continentur musculi in ea tensione, contrahi enim amant natura, ergo extentis membris labor accedet, sed & valde contractis: nam fieri nõ potest, vt musculi valde contracti fiant, quin oppositi sint valde intenti: ergo cubare in alterum latus, optimum est, nam hic decubitus seruatur facultatis mouentis opera: cùm enim hæc tollitur, in dorsum aut thoracem corpus vertitur, quod corpora demortua indicant. Igitur dormiunt homines cùm bene valent nõ sedentes aut stantes: hæ enim figuræ essent maioris laboris, quàm vt somnus, qui requies facultatis est, posset conciliari. Neque verò dormiunt proni aut supini nisi debiles admodum sint: non enim per somnũ omnino feriatur facultas animalis, neq; somnus integra actionũ priuatio est, sed requies, id est remissio actionum. Itaque signum optimũ est, facultatem non destitisse ab ea figura, quam cùm sanus homo esset, retinebat. Sed in vtrum latus melius est cubare, in dextrum, an in sinistrum? Hippocrates enim non distinguit? Ego quidem dixerim, in latus consuetum: nam signa conferri debẽt cum iis quæ in eodem homine erant cùm valeret. Quòd si nulla homini certa de hac re consuetudo sit, melius est ægrum cubare versus anteriorẽ cubilis partem, quodcunque latus eò vergat: nam in contrarium cubare non potest, nisi aut ob mœstitiam animi, quæ malo corporis solet attestari, aut ob delirium, aut quia lucem refugit, aut tale quidpiam qđ bonum non sit: nam sani homines solent verti, quà eos alij homines alloquũtur. Non hoc tantùm disputant hìc vulgares commentatores, sed etiam an hic decubitus bonus vt causa sit, & qui decubitus sit bene valentibus vtilior. Profectò hoc non magis facit ad prædictiones, quàm disputare, vt faciunt, an possint alia animantia cubare vt homo: mihi certum est, nullibi præter rem loqui. Brachia etiam, & ceruicem, & crura mediocriter cõtracta, optimum signum est, nam sani ita habent: quia figura hæc est indolens & facilis: ægros verò ita habere optimum est, & quia sani ita habent, & quia indicio euidenti est, nullam esse in fibris laxitatem, vt cùm exporrecta sunt membra: neque conuulsionem, vt cùm valde contracta sunt. Is que descriptus ab Hippocrate optimus decubitus est: vt supinum iacere, & brachia, ceruicẽ, & crura exporrecta contrariis de causis, malum est: nam facultatis dissolutionem significat. Intelligi verò hìc debet quod antea monuimus, exclusis causis procatarcticis, & exclusis his affectibus, qui eum decubitum soleant facere: nam si quis supinus cubet dimissis artubus, quia ita solet cubare, aut quia admodum ignauus est, aut quia est ebrius, aut quia impudens & Medicum contemnit, aut etiam ob pleuritidem aliquam, quæ attingat vtrunq; latus, aut ob tubercula quæ in aliquod laterum cubare prohibeant, non debet supinus decubitus debilitati imputari: verùm his exceptis, & aliis, si quę talia sunt, malus est is decubitus, sed deterior ac periculi plus habens labi in pedes: quia corpus pondere agi facultate nõ repugnante, apertiùs indicat. Sed roges, cur Hippocrates non dixit ægrum in alterum latus cubare optimum est, vt dixerat, optimus vultus est similis bene valentium: ac non potiùs cubantem deprehendi ægrum à Medico in alterum latus? aut cur non etiam anteà dixerat, hoc vultu ægrum à Medico deprehendi? Galenus respondet, quia hìc nõ requirit Hippocrates

ab ægrotaote, vt ita cubet semper, sed vt conuertatur in latus eùm Medicus ingreditur: hoe enim roboris est: contrà facere, aut impudentis, aut debilitetis. Ego tamen hanc enarrationem non possum probare, nam constat Hippocraté in principio huius capitis describere optimum decubitum: constatque non minus, melius esse multò & maioris roboris, & decubitui bene valentium similius, eum decubitum retinere etiam absente Medico, cumq; id incauté fit, quàm accedente Medico conuerti, idque studio quodam, atque ob pudorem: deterius multò est, non posse ægrotantem conuerti ad Medicum cecedentem, quàm id facere alioqui iacentem supinum: sed non statim si illud est deterius, hoc est optimum. Neq; verò possis dicere, adeò bonum est in latus cubare, etiam absente Medico, vt non possis id à laborante morbo acuto requirere. Certè quotidie occurrunt tales decubitus per morbos etiam acutissimos: proinde ego aliter intelligo Hippocratis verba: adeò vt mihi videatur Galen. sensum in contrarium omnino transtulisse: nam inquit, oportet ægrum deprehédi à Medico ite decubantem, deprehendi (inquam) id est præoccupari incautum (hoc enim significat verbum *καταλαμβάνεσθαι*) eo decubitu quo erat, quò Medicus videat: non vt eonuertatur modò, sed vt iaceret. Ita haud obscurè innuit Hippocrates ed hunc decubitum, quem optimum vocat, non satis esse conuerti ægrotantem ad accedétem Medicum, sed ita etiam decumbere, eùm is accedit. De vultu, aut oculis, nó erat quod ita loqueretur, cùm ea nó mutentur pro libito, sed eadem sint, accedat aut non accedat Mediens. Rursum rogat Galenus, cur supinum decubitum porrectis cruribus, ceruice & brachiis vocat minus bonum, cùm ne bonus quidem sit, sed malus? aut cur si malus hic decubitus nó est. pronum per quem labuntur ægri in pedes, conferens cum hoc, dicit maiori cum periculo esse? nem videtur innuere hunc quoque esse cum periculo: at bonus decubitus non sit cum periculo. Hic quoqi respondet Galenus, quod ego minus probo: quoniam (inquit) decubitus hic supinus non semper est malus, sed nonnunquá etiam bonus: cùm scilicet est consuetus. Cur ergo reliquæ omnia signa, quantumuis mortelia, non appellauit minùs bona, aut non bona, neqnaquem eddens significátiora verba: quod enim est tam disparatum, quod non indigeat istis distinctionibus? Dicens certè secundum decubitum minùs bonum, tertium magis periculosum, fieri nó potest, quin improprietatem sermonis admiserit: fecit temen consultò, quia non potest excogitari alie ratio conferendi eum decubitum cum vtroque, entecedente inquam & consequente: eùm ille sit optimus, & hic pessimus. Hippocrates verò nullibi mihi videtur studuisse adeò eloquentię, aut proprieteti vocum, quàm breuitati, excogitans vnces aut phrases, quę multa insinuent, & varie respiciant: sed hic non licet empliùs morari.

Εἰ δὲ καὶ γυμνοὺς τοὺς πόδας εὑρίσκοιτο ἔχων, μὴ θερμοὺς κάρτα ἐόντας, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἀνωμάλως διερριμμένα, καὶ γυμνὰ, κακόν. ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει.

Si autem inuenietur pedes nudos habẽs, cùm non sint admodum calidi, & manus, & ceruicem, & crura inæqualiter dispersa, & nuda, malum: conturbationem enim significat.

Illud verbum (inueniatur) nobis declarat, quomodo Hippocrates antea etiem dixerit, cubantem oportet deprehendi à Medico ægrotantem in latus dextrum: nam eodem nunc dicit, si inueniatur æger à Medico nudos habens pedes. Constat verò, vt inueniri nudis pedibus, est nudos habere, cùm Medicus ecceedit, haudquaqnam tunc nudare: vt excutiant ægrotantes vestes, & artus nudent, facit nonnunquam prauus hominis mos & mollities, quod non est malum signum: nam quó signa hebeatur mala, monuimus priùs excludendas esse euidentes caussas: verùm citra has, ardor magnus totius corporis facit, vt nudentur crura & brachia, quod certé lethale nó est: nam multus calor in vniuersum corpus veluti effusus, non est lethalis dispositio: per febres siquidem diarias accidit: extra hanc caussam, quam Hippocrates ipse excludit, dicens, cùm non sint admodùm calidi, nulla excogitari potest, quæ non sit grauis: nam quæ alia sit, quàm quód ægrotans maximi caloris sensu artus nudat? qui calor cùm non sentiatur in externis, sit in internis membris: aut ob conturbationem maximam & anxietatem, quæ nisi eritica conturbatio sit, (nam quæ talis est, indifferens est signum, & excludenda est cum caussis euidentibus, aut internis, sed leuibus) ex maligna succorum, qui morbum faciunt, natura ortum habet.

Θανατῶδες δὲ καὶ τὸ κεχηνότα καθεύδειν ἀεί.

Mortale autem & hiantem dormire semper.

Duo potest significare hæc dictio: primum, mortale est eum qui hiet ore, dormire semper: secundum, mortale est, ægrotantem semper dum dormit, hiare os apertum. Certè vterque sensus est verus: nam per morbos acutos dormire, vt non possint excitari, lethale, etsi non hient, nedum si hient simul, & semper dormiát. Verùm Hippocrates nequaquam de somno nimio disputat, neque hoc voluit significare (quorsum enim id diceret modò disputana de decubitus speciebus) sed inquit, habere ægrotantes apertum os dum dormiunt, esse lethale. Id verò scripsit in hoc capite, quia modus quo os inter dormiendum compositum est, ad formam decubitus quadam ratione pertinet. Sed vt mortale putes signum, vide ne nascatur ex longa hominis consuetudine, aut ignauia, aut etiam ex obstructione partium nasi: vt [illegible]grauedinem magnam, aut per polypum: name [illegible] omnia, aut nimie debilitas facultatis mou[illegible] [illegible]sculos, qui os claudunt, aut vrgentissimus internarum partium ardor, cui viæ respirationis consuetæ satis no sint, in causa est: vtreque verò harum per morbos ecutos pessime est.

Καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίου κειμένου ξυγκεκαμμένα εἶναι ἰσχυρῶς, καὶ διαπεπλεγμένα.

Et crura supinè decumbentis reducta esse vehementer, & abducta.

Intellige hoc quoque esse mortale: innuit Galenus in aliquibus codicibus legi, non *διαπεπλεγμένα*, id est, ebducte, sed *περιπεπλεγμένα*, id est, circumducta. aut

aut circumplexa: vtcunque figura est lethalis: nam crura addocta ad nates, abductis genubus, aut implexis cruribus ipsis, figura est turpis simul & laboriosa: quare nulli homini consueta: aut ergo ea fit volente homine, aut nolente. si volente, delirium indicat: nam magno eum labore figuram turpem comparare, maximè cùm debilis sit, quod suspiosus decubitus declarat, sani hominis non esse, non sanus iuret Orestes: si inuito fit homine, conuulsio est in causa: nam est contractio membrorum inuoluntaria: ambo hęc per morbos acutos læsionis magnæ cerebri notæ sunt.

Ἐπὶ γαστέρα δὲ κεῖσθαι ᾧ μὴ ξυνηθές ἐστι, καὶ ὑγιαίνοντι οὕτω κοιμᾶσθαι, παραφροσύνην σημαίνει, ἢ ὀδύνην τῶν ἀμφὶ τὴν κοιλίην τόπων.

In ventrem cubare, cui non est consuetum cùm bene valeret ita dormire, desipientiam significat, vel dolorem locorum quæ circa ventrem sunt.

Malum est cubare in ventrem homini insolito (nam consuetudinē cum aliis omnibus causis manifestis excludendam esse, sæpe iam diximus) siue venter significet hîc ventriculum cum intestinis, siue etiam thoracem, vt apud ipsum met Hippocratem libello de Vlceribus, & Aphorismorum 20. particulæ 6 vbi ventrē vocat omne cauum, quod magnum fit in nostris corporibus: cuiuimodi cauum thoracis, & ventriculi, ac intestinorum, vteri & vesicæ. vtcunque nomen hic accipiatur, decubitus erit idem, pronus, scilicet dicto nuper contrarius. Est verò malus, quia delirium indicat, nisi dolor aliquis in parte aliqua dictarum, aut earum, quæ dictas circunstant, ad eum decubitum impellat: impellit verò talis dolor, quia compressa particula, quæ dolet, meliùs tolerari possunt dolores: nimirum doloris causa, aut compressione repellitur, aut calore discutitur.

Ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι τὸν νοσέοντα, τῆς νούσου ἀκμαζούσης, πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, κάκιστον δ' ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσι.

Velle autem residere ægrotantem in morbi vigore, malum quidem in omnibus morbis acutis, pessimum autem in perspneumonicis.

Velle ægrum residere in lecto, ob insaniam aut inquietudinem fieri potest, aut ob difficultatem respirationis, quæ orthopnœa vocatur: hæc aut ob ingens incendium, aut ob angustiam viarum, aut ambo hæc: nam multò faciliùs trahitur, emittiturque spiritus erecto thorace, quàm iacente homine: quia partes nō sese comprimunt. Constat has omnes causas malas esse in morbis acutis, in quibus facultas respirationis magnā vim habet ad salutem, vt dicet author statim. Sed in morbi acuti vigore non est deterius signum, quàm in principio, aut in incremento, imò verò multò minus malum: nam si id symptoma, antequam morbus consistat & vigeat, accidit, quacumque è causa fiat, quid expectes per morbi vigorem euenturum? Quorsum ergo, quasi malitiam signi augens, dicit Hippocrates, velle residere ægrotantē in morbi vigore? Certè (quātum ego intelligo) illud in morbi vigore per pleonasmum dicitur: non quòd in morbi vigore id sit grauius, sed quòd tunc solùm fiat: nam quod Galenus in huius particolæ enarrationem dicit, planè est falsum. Orthopnœa (inquit) fit ob anxietatem & inquietudinem: per morbi vigorem maximè optat facultas quiescere, quia maximè laborat, cùm ergo maximè quietem optat, in quietudo non potest non esse deterior, quàm cùm quietem nō adeò optat. verùm falsò accipit, facultatem quietem optare per morbi vigorem: nam quis nescit, solere eam eo tempore totum corpus inquietè hoc & illuc mouere: quòd si quietē optare dicis, quia quietem digeat, non satis propriè loqueris: nam multò aliud est facultatem optare quietem, quàm indigere quiete. Quòd si id quadam ratione idem esse dicas, quia res natura constantes id appetunt, quo indigent, vires signi malè colligis: nam ad perpendendam malitiam, quæ rei alicui vt causa inest, considerare oportet id, quo indigeat facultas: sed ad malitiam signi, non quo indigeat, sed quid soleat facere. Vt vigilia nocturna mala causa est, quia facultas indiget nocturno somno: est etiam malum signum, quia solent homines per noctem dormire: quis ergo est, qui ignoret solere homines in morbi vigore inquietudine laborare? Non itaque eo tempore deterius signum est, sed illud in vigore per pleonasmum dicitur: nam perrarū fit tantam anxietatem, aut tantum ardorem, nondum consisten te morbo esse. Multa profectò dicta sunt de signis ab Hippocrate in aphorismis, quæ per pleonasmū dicta esse Galenus affirmat, vt quod 48. & 50. quartæ particulæ, & multis aliis. Sed, vt hoc in omni alio acuto morbo malum sit, cur in peripneumonia, id est pulmonis inflammatione fit pessimum? nam videtur peripneumoniæ proprium accidens orthopnœa: at verò accidens, quod proprium est morbo, neque mortem, neque salutem significat, sed morbi speciem declarat: itaque non facit ad prognosticam, sed ad diagnosticam. Accedit, quòd orthopnœam esse in pulmonia nihil habet miri, nam ita solet: sed per alios morbos mirandom magis est. Si ergo verè diximus signum quod plus habet admirationis, eò habere plus fidei, certè orthopnœa in pulmonia minùs grauis est, quàm in aliis acutis morbis. Quid alij hoc loco respondeant, non curo, quid ego verum esse putē, iam dicam. Orthopnœa non est peripneumoniæ proprium symptoma, sed superueniens: non enim à principio adsidet morbo, sed superuenit, cùm ingrauescit: non itaque est, quòd non significet malum, sed si eâdem omnino de causa, & æquè mala orthopnœa laboraret aliquis extra pulmoniam, non esset minùs graue, imò verò grauius quàm in pulmonia: quia plus haberet admirationis. Sed grauiores causæ sunt, quæ id faciunt per peripneumoniam (nempe ardor magnus cum obstructione viarum) quàm per alios morbos Hæ enim sæpe sunt solus ardor, aut inquietudo, quæ in vigore ardentis febris non adeò terrent. Neque si ex pessimis causis aliquando fieri posse extra pulmoniam concedamus, vnquam tamen tam euidenter eas pessimas causas cognoscemus quàm in illa. Itaq; dictum est, pessimum id esse in pulmonia, non quòd hic affectus pessimis causis malitiam addat, sed ꝗ pessimas causas esse apertiùs

declaret: vt illud, facies extenuata pessima in morbis acutis, quia acutus morbus pessimarum caussarum facit coniecturam. Galenus certè hanc difficultatem effugit, commutans in commentatione verba: sed præstasset declarare, aut si corruptum codicem putabat, id etiam monere, quàm dissimulanter præterire.

CAPVT IV.

Ὀδόντας δὲ πρίειν ἐν πυρετοῖσιν, ὁκόσοισι μὴ ξύνηθές ἐστιν ἀπὸ παίδων, μανικὸν καὶ θανατῶδες· ἀλλὰ προλέγειν ἐπ' ἀμφοῖν κίνδυνον ἐσόμενον· ἢν δὲ καὶ παραφρονέων τοῦτο ποιῇ, ὀλέθριον γίνεται κάρτα ἤδη.

Dentibus stridere in febribus, quibus non est consuetum à pueritia, furibundum & mortale. verùm oportet prædicere periculum ex ambobus futurum: si verò & mente commotus hoc faciat, admodum exitiosum iam fit.

Dentibus stridere ob consuetudinem, quam homo à pueritia habeat, qualis est quibusdam ob debilitatem musculorum qui maxillam circunducunt, qui à dissectoribus masticatorij appellantur, aut ob vitiosos mores, aut per frigus vehemēs, aut per rigores, minimè est mortale: sed hæc omnia in causis euidentibus sunt, his exceptis, in febribus perpetuis furoris & mortis timorem facit: quod etiam Commen. 2 Prorrheticorum his verbis dixit: Dentium stridor perniciosus, quibus non est sanitatis tempore consuetus: neque certè solùm cùm consuetū est à pueritia, tollit periculum, sed & cùm ex aliquo tempore: quanquam multò magis cùm à pueritia: quia quantò antiquior consuetudo est aliquid faciendi, tantò mali id significare potest. Est furor (quod *μανίαν* Græci vocant) pessimum dementiæ genus. stridor ergo dentium fit, musculis qui maxillam mouent, conuulsiuos motus patientibus, aut facultate mouente admodum debilitata: quodcunq; horum fit, per morbos acutos multùm pati cerebrum, suspicionem facit: magnæ cerebri læsioni demētiam succedere verisimile est, cùm sit dementia facultatis, quæ in cerebro viget, actio læsa: læsione, aliòqui magna, & membri principis, plurimùm aucta, mortem fieri constat. Meritò ergo furor & mors timentur, magis autem succedere potest mania stridori, qui cum magno dentium sonitu fit, quàm qui cum exiguo: hic enim fieri potest ob debilitatem, quæ fortasse sine dementia afferet mortem: vel saltem sine mania: ille ob motus conuulsiuos, qui fiunt malignis fuliginibus, quales ex atra bile sunt, occurrentibus neruis in medio ascensu ad caput: verùm (inquit) prædicere periculum oportet ex ambobus futurum. Illud ex ambobus, non potest referre priora, nulla enim duo præcesserunt, quæ referrentur, nam furor & mors non referuntur: ridiculum enim si diceret, oportet prædicere periculum futurū ex morte, sed refert priora & posteriora, scilicet sunt qui solùm strident dentibus per febres, sunt qui non solùm strident, sed etiam insaniunt: in vtrisque oportet prædicere futurum periculum mortis. De primis scripsit in principio capitis: de secundis in fine, dicens: Si verò & mente commotus hoc faciat, admodum exitiosum iam est. Sed dices, videtur multò leuius esse stridere dentibus cum delirio, quàm sine delirio: quia q delirat, potest stridere ob solam insaniam, sine debilitate mouentis facultatis, atque nulla imminente conuulsione, sed vt potest quiduis aliud agere: tamen sine delirio non possit fieri sine pessima causa. Neq; possis dicere, exitiosum esse, quia delirium ipsum per hos morbos malum est: nam cùm delirium & stridor sint in hac dictione nomina signorum, causam aliam grauem oportet innuant. Sed, vt res hæc habeat, audi: potest aliquis stridere dentibus, & delirare, stridore antecedēte delirium, aut non antecedente: si stridor nō antecedit, sed simul cum delirio fit aut succedit, minùs graue est: si verò stridori superuenit delirium, constat id crescente mala affectione, quæ stridorem peperit, factum esse: deterius ergo iam est: nam signa quę habentur mala, quò plus perseuerant, eò grauiora sunt: quia causæ ex qua fiunt, magis attestantur: vsqueadeò vt debeat Medicus prudens nullis ex signis leuiter prædicere, sed cùm iam perseuerant: ergo si duo adsint ægrotantes, alter strideat dentibus in febre acuta nondum delirans, alter striduerit priùs dies aliquot, sed iam deliret: constat hunc vicinum magis esse morti, & grauiùs affectum: nam quod illi timendum est, nempe insania, huic iam adest. De his itaque in quibus stridor delirium præcessit, verba vltima capitis intelligi, declarat illa particula, iam, & verbum, fit: nam quid aliud significat, deterius iam fit, quàm hunc leuiori morbo laborasse, cùm scilicet strideret tantùm, iam verò fieri periculosum magis, cùm ex stridore delirat? Dices, rursum videtur, qui stridens delirare incepit, nō posse cessare ab stridore, sed necessario stridere dum delirat: nam cùm affectio crescat, qua ratione cesset symptoma? quare frustra Hippocrates dicit, si commotus mente strideat: sed deberet dicere, si verò is qui stridebat, commotus mente iam sit. Certè quanquam verisimile sit, eum qui stridere cœpit, succedente delirio non cessare ab stridore (quia siue debilitas facultatis id faciebat, siue incipiens conuulsio, affectio videtur crescere) tamē dignum est consideratione, vt scilicet cùm quis stridens mouetur mente, possit quiescens ab stridore delirare: mihi enim videtur id quoque fieri posse, & cùm fit, non tanti periculi videtur esse signū, quàm si simul & delirium & stridor duret. Nam solet mens cùm mouetur, eos corporis motus, qui antequam mouerentur, fierent, cum aliis commutare, aut cohibere, ob solum delirium: vsqueadeò vt nonnunquam membrum, quod molliter collocatum erat, mouere incipiant delirantes tremulè, aut modo conuulsionis, idque citra omnem causam, quæ facultatem mouentem, aut conuulsionem neruorum attingat, sed quia ita lubet insanientibus, vt attentione opus sit, ne nobis imponat delirium, putantibus id alia de causa fieri. Ita fit non rarò, vt membrum quod priùs tremebat præ debilitate facultatis, aut conuulsiuo motu agitabatur, mens commota apponens (vt delirātes solent) extremos conatus, retineat violenter in quieta. Itaque possit, qui sanus mente stridebat, insanus non stridere: verùm si causa stridoris erat magna, vsqueadeò vt ne insana quidem mens possit ei obsistere, stridebit nihilominus vt anteà, qui delirat, eritque id maioris læsionis, & cerebri peius affecti signum.

signum. De oscitstione & pandicularione nolo hîc quidquam dicere, ne cum vulgaribus euarratoribus tempus ludam.

Capvt V.

Ἕλκος δ' ἢν τι καὶ προγεγονὸς τύχῃ ἔχων, ἢν τι καὶ ἐν τῇ νούσῳ γίνηται, καταμανθάνειν δεῖ. ἢν γὰρ μέλλῃ ἀπόλλυσθαι ὁ ἄνθρωπος, πρὸ τοῦ θανάτου πελιδνόν τι καὶ ξηρὸν ἔσται, ἢ ὠχρόν τι καὶ ξηρόν.

Vlcus autem, siue anteà fieri contigerit, siue in morbo fiat, discere oportet: si enim moriturus sit homo, ante mortem liuidum & siccum erit, aut pallidum & siccum.

NON, inquit, discere oportet, an vlcus factum ante morbum, an in ipso morbo: sed discere oportet, an vlens sit, & ipsum considerare, siue ante morbum factum sit, siue in morbo: nsm ex vlceribus quę cum acutis morbis contingunt, magna capiuntur indicia salutis aut mortis, quæ ab Hippocrate libro de Vlceribus, & aliis locis, licebit petere. Vt in morituris, ante mortem solent apparere vlcera sicca & linida, aut sicca & pallida. Nullatenus ergo debet Madieus recusare, vt faciunt quidā negligentissimi, id totum Chirurgis demandantes, detegere quotidie, aut saltem tertio qnoque die vlcus, & signa omnia in illis considerare. Verùm est quod obiicias, Hippocratem libro de Vlceribus dicere, siccum sano vicinius est quàm humidum: nō ergo in vlceribus siccitas malum signum est. Certè siccitas quædam in vlceribus opportunè accedēs, non repentè, neque nimia, ueque ante tempus, sed cùm cicatricis inducendæ tempus instat, bona est: nam ita agitur illorum curatio: tamen repentè & intempestiuè deficere in particula vlcerata duplex illud excrementum, quod colligitur in vlceribus, sordes & sniem, malum signum est · eàdem ratione qua Hippocrates ipse. scilicet aphoris. 56. inquit, in vlceribus tumores labiorum repēte euanescere, malum esse: fieri enim delirium, aut conuulsionē, scilicet rapta materia in neroos & caput: nam cùm per vlcera nullæ partes adeò laborent quàm nerui, quia horum est sensus, sæpe raptis succis ex parte vlcerata in neruorum radices, cōuulsio accidit. Ita etiam si particula ipsa non solùm priuata suceis, sed extenuata siccatsque sit in seipsa debilitatem facultatis regentis particulam, & debilitatem calidi innati significat: non enim nutritur. Sed cùm hac causa fit, non siccum tantùm vlcus fit, sed siccum & liuidum: is enim color extinctione caloris fit, aut siccum & pallidum, qui color pro concoctione boua corruptionem succorū significat: nam fit bilescente sanguine. Hi verò colores si in vleere humido sparent, non sunt tam lethales, quia tantùm significant quorundam succorum redundaotiam. Colorem nigrum fortasse non dixit, quia hic color non potest in vlcere fieri, nisi cum redundātia nigri excrementi, quod carbonem in parte significsbit magis quàm mori ob febrem: eadem ratione hîc nnn meminit vlcerum quæ circùm glabra sunt, quæ 6. aphoris. maligna esse dixit, quia ea non minantur mortem ex febre, etsi febris adsit, sed taotùm sunt disepulonica, id est, difficilè venientia ad cicatricem: hîc verò agitur de vlcere, non vt ipsius vlceris æstimetur malitia per se, sed vt est signum febris, cum qua consistit.

Capvt VI.

Περὶ δὲ χειρῶν φορῆς, τάδε γινώσκειν χρή. ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι, ἢ περιπνευμονίῃσιν, ἢ ἐν φρενίτισι ἢ ἐν κεφαλαλγίῃσι περὶ τοῦ προσώπου φερομένας καὶ θηρευούσας διὰ κενῆς, καὶ ἀποκαρφολογεούσας, καὶ κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας καὶ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπώσας, πάσας εἶναι κακὰς καὶ θανατώδεας.

De manuum verò lationibus hæc cognoscere oportet: quicunque in febribus acutis aut peripneumonia, aut phrenitide, & capitis doloribus ob faciem ferunt, aut venantur frustra, & colligunt festucas, & stamina à vestibus carpūt, & stipulas de pariete euellunt, omnes esse malas & mortales.

LAtiones hæ omnes malæ & mortales sunt in acutis febribus, quia phrenitidem indicant: ita enim solent ægrotantes manus ferre cùm delirare incipiunt, simul oculis patientibus suffusionis passionem ob fluxionem in cerebrum cōcitatam aut p consensum cū ipso cerebro, & facultate imaginandi vitiata. Solet hoc in peripneumonia ita accidere, & per inflammatiooem oris ventriculi, & hepatis, quanquam id Hippocrates oon dicat, sed est ratio eadem. Itaque per hos affectus fieri hæc phrenitidis signa, lethale: nam hæc mala in phrenitidē permutari pericnlosum est: vt & p omnes morbos quī cum dolore capitis affligunt, periculosum est, quia euidentius signum sst phrenitidis, cùm illud dolor capitis antecessit. Nam, vt inquit ipsemet Hippocrates, si ante morbum aliqua parte doluerit, illic morbus firmatur. Sed qua ratione dicit in phrenitide esse hæc signa lethalia? nam si lethalia sunt, quia phrenitidis sunt signa, quomodo dicat In phrenitide lethalia? aut qua ratione ea vox io phrenitide nō redundet? Neque verò est, vt de orthopnœa in peripneumonia dicebat: nsm qnsuquam orthopnœa soleat peripneumoniæ succedere, tamen non solet ei adesse à principio, sed tunc superuenire cùm ingrauescit. Rectè ergo dicss, in peripoeomonia orthopnœa malum: tamen de manuū latione in phrenitide non possis ita dieere: nam tam longè abest vt fiat cùm phrenitis ingrauescit, vt fiat in ipso principio phrenitidis, aut etiam antequā phrenitis fiat, sed cùm iam ingruit: vsqueadeò vt Galenus ipse cùm hoc symptoma (vt refert ipsemet) pati inciperet, dixerit ad amicos, ne phrenitis me arripiat, auxilio estote: quod satis apertè indicauit, illum nondum desipere. Qoo ergo pacto hoc lethale est per phrenitidem? Certè illud, in phrenitide, mihi videtur dici per pleonasmum: vt paulò antè dixit, velle ægrum residere in morbi vigore, non sanè qoòd in phrenitide insigniter sint malæ hæ lationes, sed q in phrenitide fieri soleant. Sed rogabis, cur Hippocrates aliôqui tam breuiloquus toties vtitur pleonasmo? an est oblitus sui? non certè. Sed Hippocrates erat pariter eruditissimos & diligentissimus, & curabat artis medicæ fundamenta iacere: proinde nonnunquam scribebat obseruationes siue experi-

qnis, in morbis acutis qui cum febre sunt, qnasi innuens alios esse acutos sine febribus. Galenus nũc videtur affirmare, nunc negare: ac proinde dicunt qnidam, morbos propriè acutos nunquã esse sine febribus: quanquam quidam alij suot acuti impropriè, qui sine febre sunt. Certè hæc videtur mihi triuialis solutio, & labor inanis: nam quæstio hæc est de solis nominibus, & de horum vsu loquuntur ineptè. nam cur tetanus qui ante qnartum iugulat, aut remittit, aut cholera morbus, qui non transcendit septimum, non est pruprìè acutus: quid aliud est in ratione morbi acuti, quàm vt celeris motus sit, & præ celeritate periculosus? quid horum deest tetano aut choleræ? si neutrum, cnr est impropriè acutus? insinnauit id Gal. Egregiam confirmationem. An non est perpendenda ratio? Quod res habet, & res ipsa cum ratione coniuncta mihi indicat, id ego affirmo, plerosq; morbos acutos esse cum febribus, iisque cuntinuis (nam intermittentium omne genus aut longum est, aut breue, & nõ pericnlosum) tamen quosdam esse qui sine febre possunt accidere, vt apoplexiam, tetanũ, choleram, & voluulum, qui tamen ipsi sæpe eueniunt cum febribus perpetuis. Hippocrates loco citato ex 1. de Rat. vict. acut. catalogum facit morborum acutorum (non omninm) sed veluti per propositionẽ eorum tantummodò, de quibus eo opere erat disputaturus: quod dicit, & quadraginta diebus terminantur, nihil aliud est, quàm si dicat, in acutis simpliciter aut ex decidentia, horum enim terminnm esse quadraginta, anteà diximus, ne intellige, qnadragesimo iudicantur, sed intra quadragesimum. nam non de solis iis, qui quadragesimum attingunt, dicit, sed de omnibus qui non excedunt. Sed redeamus ad prognosticum. Quæ de malæ respirationis differentiis dicit Hippocrates, non omnia pertinent ad partem prognosticam, sed quædam illorũ ad agnosticam: nã quod dicit, spiritus creber laborẽ significat, aut inflammationem in regionibns circa septum transuersum, sed q magnus inspiratnr ex longo tempore, desipientiam ostendit, ad agnosticam pertinet: cùm doceat his verbis cognoscere per signa, non euentum morbi, sed affectionem qnæ in eo est. Neque tamen hoc est extra institutum huius operis, nam in propositione & commendatione operis dictum est: præsentiens enim & prædicens, coram ægro præsentia, prætcrita & futura. Differentiæ malæ respirationis qnàm multæ sunt, quas prosequutus est Hippocrates partim hic, partim aliis in locis, maximè per aphorismos & libros epidemiõn. Hîc de quatuor tantùm differentiis disputat, quæ proprias affectiones ostendunt: hæ sunt, parua & crebra, parua & rara, magna & crebra, magna & rara: ergo inqnit, respiratio qnæ crebra est, significat laborem, id est. affectum aliqnem cum insigni dolore, siue is affectus sit tumor præter naturam, siue vlcus, siue fluxio. In partibus circa septum transuersum (hoc nomine intelligi debent instrumẽta omnia respirationis, & qnæ cum illis mouentur) aut significat inflammationem, id est, ardorem, aut incendium, nam nomen hoc phlegmone apnd Galenum significat nunc tumorem præter naturam ex succo calido, nnnc ex solo sanguine, nunc significat nõ tumorem, sed ardorem, vt sit phlegmone quod phlogosis: in qua significatione accipi debet hic nomen hoc inflammatio, Græcè phlegmone. Si respiratio crebra, parua etiam est, dolorẽ significat: nam quæ dolent quacunqne de causa, plus dolent mota quàm quieta: proinde partes quę respirando mouentur, & dolent, refugientes dolorem, detrahunt magnitudini respirationis: cumque vsus non decrescat, imò verò quadã ratione crescat consumptione spirituum, necesse est quod magnitudini detrahitur, suppleri crebritate: fit ergo crebra & parua respiratio. At verò, videtur respiratio parua & crebra, nõ ob affectionem dolorosam solùm fieri posse, sed ob aliam etiam causam, atque ita non significationem hanc habere posse citra vllam distinctionem: nam si septum transuersum ægrè mouetur, q; neruĩ qni in illud inseruntur, exiguam facultatem deferant (vt solet euenire) brachio & cruri: cùm illis resolutio imminet, nõ possit magnam respirationem facere. Nisi autem simul cum facultate mouente vsus respirationis minuatur (id verò non videtur esse necessarium) necesse sit magnitudinis defectum crebritate rependat: qnare fiet respiratio parua & crebra, citra affectum aliqnem dolorosum. Certè ita est haud dubiè, etsi Galenus huius causę nõ meminerit. nam respiratio sublimis, quam debilitati imputat Galenus, plerunque est crebra & parua: & 4. Epidem. Nicostrati vxor dicitur habuisse spiritum paruum & densum ob impotentiam. Verùm quia p morbos acutos qui cum febre fiunt, de quibus in hoc libro agebatur, dolorosi affectus in thoracem sæpe incidunt, impotentiæ verò huiusmodi rarissimè, atque non ob ipsos acutos morbos, sed ob alios casu ipsis accedentes, vt paralysim: statuit Hippocrates, vt perpetuum quiddam, crebrum spiritum significare dolorẽ aut incendium: crebrum scilicet cum exiguitate, dolorem: cum magnitudine, incendium. Gal. verò cùm in libris de Dyspnœa tum etiam alibi, videtur contempsisse quartum & qnintum libros Epidemiõn, qnos tamen ego cum aliis nnnc commentariis prosequor, & quę ad hanc huius respirationis causam pertinent, illic iam scripta sunt. Nunc veniamus ad reliqua. Si crebra & magna respiratio fit, vsum significat plurimùm auctum: nam respiratio quæ magna est & crebra, celeris etiam est: quia eadem causa quæ magnitudinem parit, celeritatem etiam auget, antequam crebritatem. Hæc omnia per ardorem magnum fiunt: nam quæ mediocris est, sola magnitudine gaudet. Eadem respiratio fit, cùm est phlegmone & tumor calidus in parte interna, quæ sensu careat, vt in iecore aut pulmone: nam in ea non fit dolor: commutat ergo respirationem vt ardor solus. Rara respiratio si magna etiam est, delirium indicat: nam præ oblinione & alienatione mentis, cessant à respiratione, faciuntque longas intermissiones: quare ardet thorax, & cùm vehementer irritantnr, coguntur vti magnis respirationibus. Sed si rara est simul & parua respiratio, nihil aliud indicat, quàm extinctionem calidi innati & debilitatem virtutis. nam vtraqne differentia harum, debili virtuti, & imminuto vsui familiaris est: ambæ ergo copulatæ ambas causas adesse euidenter indicabunt. Hanc respirationis differentiam intelligit Hippocrates, dicẽs, qui frigidus expiratur de naso, nam hęc simul fiunt in spiritu, cùm paruus & rarus est, ob easdem, quas diximus, causas: quia scilicet calidum innatum ferè est extinctum, frigidus aer prodit: & qnia facultas est debilis, expirat ore & naso: nam facultas quę

debilis est, quia non potest satis mouere instrumenta aliqua, aut orificia aliqua satis aperire, omnia instrumenta mouet, & omnia orificia aperit: proinde respirationem facit paruam, crebram, sublimem, frigidam de naso & ore: hæc enim omnia conueniunt in respiratione admodum exili iam, id est, cùm homo viciuus admodum morti iam est. Sed perpendere oportet cur Hippocrates dicat de magna & rara spiratione, μέγα δ' ἀναπνεόμενον, id est, cùm magnus inspiratur: de vltima verò differentia, ψυχρὸν δ' ἐκπνεόμενον. id est, si frigidum expiratur. Cur hic expiratur, illic inspiratur? an incautè? nô certè, sed admodum attentè. dilatatio thoracis facit inspirationem, constrictio expirationem: dilatationem potest dimittere qui delirat præ obliuione, tamen constrictionem nô potest: nam thorax dilatatus, quantumuis irrepat maxima obliuio, subsidet sua sponte: itaque internas quietes potest facere delirium longas, externas non potest. Hac de causa, inquit, ex multo tempore inspiratus aer: nam quieti internæ, quæ longa fit, inspiratio succedit: sed inquit, frigidum expiratur. nam non significat corporis affectum frigus eius quod in thoracem trahitur, sed eius quod emittitur. Roges rursum in eo affectu, per quem tanta calidi extinctio est, qua causa respirat homo? videtur enim respiratu minimè indigere, cùm sit ad temperandum calorem, attemperatio verò mediocri quodam frigore agatur? Respondêt quidam respirare hos homines, non vt attemperetur cor dilatatione, sed vt expurgetur à fuliginibus constrictione: dilatationem verò agi, vt succedat constrictio: quàm minimû enim possit thorax constringi, nisi priùs dilataretur. Sed si hoc verum esset, haudquaquam posset homo omnino priuari respiratu ob refrigerationem: nam etsi attemperatione non esset opus, esset expurgatione: at verò vt docet Galenus 6. de Locis patientib. mulieribus quæ vteri præfocatione patiuntur, accidit apnœa, quia affectus ille frigidus est: constat verò, vt mulieribus illis non sit expurgationis & fuliginû minos, quàm his, quibus est spiritus frigidus, paruus & rarus: ergo est minor vsus attemperationis: igitur his aliquis est attemperationis vsus, sed est tantò minor, quantò calor est minor. Nimirum flamma omnis indiget ventilatione & attemperatione: quò ea est maior, eò maiori: quò minor, minori: nulla ventilatione nulla est contenta, nisi omnino sit minima: & parua etiam indiget occursu aeris, qui sit, si non frigidus, saltem minùs calidus quàm ipsa flamma: vt ita ardentis flammæ (est nobis interiùs flamma spirituum substantia) raritas nimia & dissipatio cohibeatur. In hoc affectu parum calidi superest, tamen non est extinctum. Roges rursum, quomodo si flamma est interiùs, quæ attemperetur, aer inspiratus refrigeratur: nam si aer refrigeratur subiens in thoracem, certè aer non attemperat in thorace calidum: nam quod refrigerat rem aliam, non potest ab ea non calefieri: siquidem reciprocæ actiones sunt omnibus naturâ constantibus. Accedit quod hæc respirationis differentia in malignis febribus solùm accidere solet, quare videtur intellectu difficilimum, vt aer refrigeretur. Scire licet per hos affectus, quàm minimum expirari ex ipso corde, sed è pulmone id solùm quod inspiratum est: nam ad cor non venit aer, nisi motu arteriæ venalis: pulsus verò per hunc affectum etiam est minimus: is aer, qui ab ore in pulmonem trahitur, & rursum inde os pellitur, non quidem refrigeratur, sed ne incalescit quidem: talis ergo emissus, cùm expiratur de ore aut naso, sentitur frigidus, nô aliter quàm cùm exsufflamus de ore, frigus facimus, quia scilicet quieti aeris frigus non sentimus, vt moti. sed causa, qua aer inspiratus non calefit, est quòd per eum affectum, totum calidum latitat in visceribus obrutum illic humoribus & fuliginibus, extrema verò sunt frigida: atque vt calidum innatum plus aut minus recurrit, aut plus aut minus extinctum iam est, ita maiores aut minores partium extremarum tenet perfrigeratio. Quibusdam solùm extremus nasus, auriculæ, & digiti frigent: aliis tota facies, brachia & crura tota: his qui in hoc affectu constituti iam sunt, omnes oris & nasi partes, & ipsa larynx frigêt: quare aer inspiratus non calefit: ergo spiritus creber & paruus significat dolorem in partibus circa septum transuersum: creber & magnus, ardorem: magnus & rarus, delirium: rarus & paruus, debilitatem facultatis cum extinctione calidi. Sed intelligi hic debet quod in aliis omnibus signis monuimus, præcisis causis procatarcticis: nam si quis multis cibis se ingurgitauerit, ob distentionem ventriculi potest respirare paruo & crebro respiratu sine omni dolore: & ob mœstitiam accepto malo nuntio potest respirare magno & raro, citra omne delirium: hoc enim accidit omnibus, qui suspirant, sed euidentes causas præscindi debere in tota hac arte perpetuum est.

Capvt IIX.

Οἱ ἱδρῶτες ἄριστοι μέν εἰσιν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν· ὁκόσοι ἂν ἐν ἡμέρῃσι τε κρισίμοισι γίνονται, καὶ τελέως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάττουσιν. ἀγαθοὶ δὲ ὁκόσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα· οἳ δ' ἂν μὴ τοιοῦτόν τι ἐργάσωνται, οὐ λυσιτελέες. Κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλὴν γινόμενοι, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὸν αὐχένα· οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι· ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ μῆκος νούσου· καὶ οἱ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ὡσαύτως γινόμενοι τοῖσι περὶ τὴν κεφαλήν. οἱ δὲ κεγχροειδέες, καὶ μοῦνον περὶ τὸν τράχηλον γινόμενοι, πονηροί. οἱ δὲ μετὰ σταλαγμῶν, καὶ ἀτμίζοντες, ἀγαθοί. κατανοεῖν δὲ χρὴ τὸ ξύμπαν τῶν ἱδρώτων. γίνονται γὰρ οἱ μὲν δι' ἔκλυσιν σωμάτων, οἱ δὲ διὰ συντονίην φλεγμονῆς.

Sudores optimi quidem sunt in omnibus morbis acutis: quicunque in diebus iudicatoriis fiunt, & perfectè febrem sedant. Boni autem quicunque ex toto corpore fiunt, & fecerunt hominem meliùs ferre morbum. Qui autem neutrum horum faciunt, non sunt vtiles. Pessimi autem frigidi, & solùm circa caput facti, & faciem, & collum: hi enim cum acuta quidem febre mortem prænuntiant: cum mitiori autem, morbi longitudinem: & qui toto corpore similiter, ac qui circa caput fiunt. Qui verò sunt milio similes, & solùm circa ceruicem fiunt, praui: qui

qui verò destillantes & vaporosi sunt, boni. Nosse autem oportet hoc in vniuersum de sudoribus: quosdã fieri pra corporis dissolutione, quosdam pra inflammationis vehementia.

BOnam partem huius capitis præsciudit Galenus, quam meritò præcisam, ante illum esse ab Artemidori sectatorib. refert: ego verò malui transferre caput vt apud autorem ipsum legitur, & vt legebatur ante Galenum & Artemidorum, & quantum doctrinę singula verba contineant perpendere, quàm cuiuspiam enarratoris authoritate, autoris verba præterire: accepi enim enarraodum hoc opus, vt id Hippocrates scripsit, nō vt Galenus scriptum voluit. Hunc sermonē in morbis acutis cum febribus haberi, palàm faciunt illa verba autoris: io omnibus morbis acutis (dicit de sudoribus) perfectè febrem sedant. Euacuationes omnes bifariam possunt esse bonæ, aut malæ: vt causæ, aut vt signa: sed hæc disputatio de signis est, nō de causis: proinde hic de sudoribus, qui bona signa aut mala sunt, disputatio est, quanquam sæpe in eandem rem recidit quod est bona causa, & quod bonum signum. In hoc genere, vt & in alio quouis figuorum, est optimum & pessimum, suntq; inter hæc mediocria, atque horum quædam bona, quædam mala, atque vtrorumque quædam plus, quædam minus talia sunt. Describit ergo Hippocrates optimum, & pessimum, & mediocria, non quidem omnia, sed tot tamen, vt ex iis, quę dicūtur, reliqua intelligi possint, maximè accedentibus, quę aliis lucis ab eodem autore scripta sunt. Sudori possunt accidere hæc, vt calidus sit aut frigidus, fluens ex toto corpore, aut ex parte, in die iudicatorio, aut alio die, aut semper flueus, id est, toto morbi tempore, sedans integrè febrem, aut non integrè, aut nollatenus. Accedit præterea sudori modus exeundi, si fluit stillans, & cum vapore, aut appareat vt grana quædam milij siue vapore: horum quædam faciunt ad bonum, quædam ad malum sudorē: vt calidus reliquis paribus melior est frigido: quia frigidus aut præ malitia fuci, quia neq; calore febris acutæ calefcat, aut præ extinctione calidi innati fit: fluens etiam ex toto corpore, melior est quã ex parte: nam ex parte potest fluere ob debilitatē facultatis regentis corpus: qua causa ex facie & ceruice fluit pe as partes expirantibus reliquiis calidi, vt cùm iostat aut adest syncope. Potest etiam fieri sudor ex parte quadam, quod ea in parte cousistat morbus: in quam sententiam dictum est ab eodem Hippoc. 38. aphor. 4. qua parte corporis sudor est, ibi significat morbū. Hac causa sudor ex parte fiens oon est malus: non enim malum est per podagram sudare pedes, neq; per chiragram manus: itaque posit, quanq hic de febribus acotia est sermo, particula aliqua insigniter abondante malis succis, ea parte fieri sudor non malus: sed neq; tunc temporis sit adeò bonus, quàm si ex toto corpore flueret: nam nō ita totum corpus expurgetur, & causa morbi, quę antecedens vocatur, simul cum proxima. Itaque vtcunque fiat, reliqua paribus melius est vniuersum fluere, quàm ex parte. Semper fluens sudor deterior est, quàm q quodam die superuenit, nam significat maximam causæ morbum efficientis copiam. Quare dictum est ab Hippocrate ipso 42. aphor. 4. sudor multus calidus, vel frigidus, semper fluens, frigidus magis, calidus minùs significat morbum. eos qui non semper fluunt, fieri in die decretorio, non semper melius est, quàm alio dia fieri. Sed si per reliqua accidentia sudor est bonus, per diem decretorium est melior, si malus, peior: nam dies decretorins addit fidem signo quod apparet, qualecunque id sit: sed fidem addi bonis bonum, malis malum est. Sudorem omnino sedantem febrem, constat esse optimum: sedantem etsi non integrè, bonum tantùm: nullatenus couferētem, etiam malum: nam vt euacuatio confert plus minùsve, ant oō confert, ita est melior, aut miuùs bona, aut etism mala, non tantùm vt causa, sed & vt signum: nam cùm coofert, indicio est robore virtutis agi, & malum succū pelli: cùm non confert, indicat debilitate facultatis, aut nimia irritatione agi, & succi boni multū cum malo euacuari, ac multo magis si lædit: iu quam sententiam dictum est illod 25. aphor. 1. si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt. Quod ad exeundi modū attinet, qui fluit stillaus, & cum vapore, melior est, quàm cùm appareot guttulæ quædā similes milio sine vapore: nā hic solet apparere in ceruice frigidus per syncopas, ille verò vi calidi innati pellitur, atque à naturali calore, victa materia. Cùm hæc ita habeant, qui omnia bona accidentia simul habent, optimi sudores sunt: qui contraria omnia, pessimi: vt illorum plura, meliores: vt horum, deteriores. Rectè ergo putat Galenus, cùm Hippocrates dicit, sudores optimi sunt, q in diebus iudicatoriis fiunt, & integrè sedant febrē, quanquam dicantur duo tantùm, reliqua intelligi, vt quæ neceßariò consequātur: scilicet qui diebus iudicatoriis fiunt, & integrè solnunt febreiu, calidi sunt: & ex toto corpore flueutes cum vapore: hi enim sunt optimi. Sed videtur atism posse silentio prætermittere illud, in diebus iudicatoriis: nam satis videtur ad optimos sudores dicere, integrè soluunt febres: si enim integrè soloout, quid aliod requiras, vt optimi sint? qui sint meliores, quàm qui omnino liberāt à febre? certè quod maximè optat Medicus, oō solùm est, vt soluatur febris, sed etiam ne fiat recidiua. Hāc fidem addit dias iudicatorius solutæ febri: quod docet Hippocrates ipse aphor. 36. part. 4. his verbis: Sudores febricitsnti si inceperint, boni, & tertio dia, & quiuto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & decimo septimo, & trigesimo quarto: hi enim sudores iudicant morbum: qui verò nō ita fiunt, laborem significant, & morbi loogitudinem, & recidiuam. Hæc sententia est eadem cum præsenti, præterquam q hic vno verbo dicit, in diebus iudicatoriis fiunt, in aphor. enumerationem facit dierum decretoriorū: illi enim sunt dies decretorij intra quadragesimū: quod quidem est tempus morborum acutorum, in quibus dierum decretoriorum vis est maxima: sed præteriuit eo in aphorismo Hippocrates quartum, quanquam is est primi ordinis iudicantiom. An quia non possuut fieri boni sudores in quarto? non certè. nam Pericli accidit sudor die quarto soluens febrem, sed quia rarò fiunt: quia cùm morbi, quibus quartus est decretorius, sint acutissimi, & tales per impares moueantur ferè semper, tertius aut quintus subripiunt crisim quarto: dictum verò à me auteà est, Hippocratē, cùm facit singularum rerum enumerationem, scribere obseruationes: obseruatio verò siue experimentom, nō est quod se-

mel bisve occurrit, sed quod sæpe: proinde sudorem in quarto, qui febrem ita solueret, tacuit, quoniam eo die crisim Archigenes vidit bis, Galenus semel, Hippocrates nescio an pluries qoàm semel viderit sudorem, ego oondum possum certó affirmare me vidisse. Addit Hippocrates, boni eutem sunt quicnoq; ex toto corpore fiunt, & fecerunt hominem meliùs ferre morbum. Hic quoq; putat Galenus intelligi, & io dicbus decretorus fiunt, qoòd putet eos, qui in die decretorio non fiunt, non esse bonos: ego verò non ita dixerim: nam si sndor fiet ex totu corpore calidus cum vapore, & cum conferentia, & tolerantia, tamē extra diem decretorium proculdubiò erit bonus: nam euacuationes quæ conferont, & bene feruntur, bonæ sont, vt signa etiam, vt monstratum est. Certè hic ipse sudor nō sit tam bonus, q̃ si bæc haberet, & die iudieatorio fieret, tamen est etiam in genere bonorum: ergo bene fecit Hippocrates, qui nō erat relaturus omnea species bonorū sudorum, descriptiooe quadam vteos, quæ multis differentiis quadraret: nam sudor ex toto corpore & conferēs est, & qni fit decretorio die, & qui non, quanquam vterq; est bonus. Calidum hîc non oportuit dici: nam necassariò consequitur: frigidi enim sudores omnes sunt meli. Addit, qui uotem oeutrum horum facit, omnes sunt inntiles, ioquit Galenus, qui neutrum horum facit, hoc est, neq; ex toto corpore fluit, neq; facit vt æger meliùs ferat morbum: ego verò non ita iotelligo: sed q̃ neutram horū facit, id est, neq; soluit febrem integrè, neq; facit vt homo meliùs ferat morbum: nam qui dicit, si verò neutrum horū facit, inntilis est, innnit, eum qui horum alterum habet, non esse ioutilem. & Galenus ipse ita intelligit: nam addit, nuper relatis verbis: sed constat vt ex iis ipsis peior sit, q̃ neutrum horum efficiat: moderatior verò q̃ alterum: & rursum ex his ipsis, qoi facit vt æger faciliùs ferat, moderatior est: tamen constat vt nō solùm inutilis sit, qui nentrum hornm facit, id est, neq; manat ex toto corpore, neq; facit vt æger meliùs ferat, sed etiam qui ex toto corpore manat, nisi faciat vt æger meliùs ferat: ergo meliùs quadrat, qoi neutrum horum facit, id est, neq; extinguit febrem, neq; etiam sublenat, inutilis est: nam qni horum alterum facir, non est inutilis. Pessimi autem (inqmit) frigidi & solùm circa capnt facti & faciem, & collnm: oam hi cum acuta febre mortem: cum mitiori, morbi longitudinem significant: & qoi toto corpore similiter ac qui circa capot fiunt: id est, similiter significat sudor frigidns toto corpore factus, ac qui circa caput fiunt: nam sudores frigidos vtcunq; fiant, siue in toto corpore, siue in parte, significare hoc modo docet ipse Hippocrates 4. part. aphor. dicens, sudor frigidus in acuta febre mortem, in mitiori, morbi longitudinem. Appellatur hîc mitior febris, non tantùm quæ est intermittens (vt quidam putant) sed quę non est acuta, etsi sit perpetoa: ergo succos esse tam difficiles concoctu, vt nondum calfacti, exudentur, in morbo qui non potest expectare nisi breue tempus, facultatem casuram: in eo qoi posit expectare, pugnam longam significabit. Reliqua capitis verba ex modo exeundi docent prædicere: nimirum sudor qui circa ceruicem fit concrescens io qnosdam globulos similes milij graois, idq; sine vapore, malus est: oam instaote syncope solet apparere præ facultatis debilitate, & dissoluto calido innato. Qni distillaotes fluunt, & cum multo vapore, quod ad hanc differentiam attioet, boni snot: nam fiunt calido vincente succo, & æqualiter totū corporis habitū afficiente. In fine capitis io duo membra distrihoit causas omnis sndoris, dicēs, hoc vniuersim nosse oportet: quosdam fieri præ corporis dissolntione, quosdam præ inflammationis vehementia. Hîc etiam (vt suprà) oomen inflammationis (Græcè phlegmone) dicitur, de ardore, non de tumore præter neturam. Causas ergo doeet sudoris, intellige sudoris mali, nam bonus nulla harum causarum fit, sed robore expultricis facultatis: malus verò fit dissoluto corpore, ob debilitatem facultatis, quæ regit membra, vt nuper diximns lachrymas inuolnntarias fieri, aot præ nimia febris vehementia, liquatis succis & humidis corporis partib⁹.

CAPVT IX.

Ὑποχόνδριον δὲ ἄριστον, ἀνώδυνόν τε ἐὸν, καὶ μαλθακὸν, καὶ ὁμαλὸν, καὶ ἐπὶ δεξιὰ, καὶ ἐπ' ἀριστερά. Φλεγμαῖνον δὲ, ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ἐντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή.

Hypochondriorum optimum, quod sine dolore est, & molle, & æquale dextris & sinistris partibus, inflammatum autē & dolens, vel intentum, vel inæqualiter affectum dextris partibus ad sinistras: hæc omnia obseruare oportet.

Hypochondrium est tota ea regio, quæ est inter septum transuersum & vmbilicum, quà sunt hepar, lien, & veotriculus, & iotestina gracilia, & abdomiois, & musculorū ventris pars: quanquam nonnonquā apud autores, hypochondriorum oomine intelliguotur nō tota regio, sed viscera in ea: vt hepar, & lien, & ventriculus. verùm hîc est hypochondrium, id est, regio subcartilaginea, ea quam dixi, ita appellate, quia substat cartilagini quæ est ad fines coltaruin. Huius partis attrectatio nnoquam est contemnēda à Medico per morbos: nam facit multum ad prænotionem, scire vt ea habeat: quandoquidem in hac regione sunt omnes officinæ concoctiooum, in quibus coquontur alimanta, & generanrur, separantorque excrementa. Quare verisimile est plerosque morborum, qui granes sint (perpanci enim illorum non pendent ex sneccis) in hac sede habere principie & sedes. Itaque considerandum est semper hypochondrium, videndumq; an optimè habeat, idque est maximè optandum: sin minus, videndum, quantum euariet ab optimo: proinde Hippocrates describit optimū hypochondrium, deinde qnæ in illo soleot aceidere mala: hoc est, quæ in hypocbondrio sunt malæ affectionis signa. Optimum est, qood est sine dolore, & molle, id est, noo renitens tactui, & dextris ee sioistris partibus æqnale: hæcque æqualitas in omnibus accidentibns intelligatur: vt æquale calore, & mollitie, & mole: nam tale bypochondrium est qood in hominibus bene valentibus solet apparere: his contraria mala snnt. Nam si inflammatum est, id est, ardens, & multo calore abondans (nam hîc etiam nomen φλεγμαῖνον significat noo quod affectum est tumore ex sanguine, sed quod ardet) malum est: nam fit putrescētibus illic succis multis, aut maligna putredine

tudine affectis. Dolens etiam malum est, nam dolor nō potest nasci, nisi aut à maxima intēperie, aut à solutione continui. Malum etiam est tentionem esse in hypochondrio, siue ea tentio sit in hepate, aut liene, siue in fibris musculorū abdominis: nam aut à nimio ardore aut siccitate fit. Inæqualitas etiā in quouis horum accidētium, dextrarum partium ad sinistras mala est: nam aliqua earū partium deterius habente, quàm alia, fit: hæc ergo omnia obseruare oportet: mala enim sunt. Quidam non legunt, obseruare, sed cauere: certè nihil refert, vtrum que legas: nam verbum φυλάσσεσθαι ambo potest significare, & sensus est idem: verùm est consideratione dignum, cur Hippocrates significās partium inæqualitatem, dicat inæqualiter affectum dextris partibus ad sinistras, potius quàm sinistris ad dextras: aut si neuter horum, cur non ita, inæqualiter affectum dextris & sinistris partibus. Videtur hæc phrasis, hypochondrium habet inæqualitatē dextræ partis ad sinistram, innuere dextram partem aliquid habere mali, quū inæqualis fiat cum sinistra: vt calorem, tumorem, aut tentionem: vt contrà, si diceres, inæquale est hypochondrium sinistra parte ad dextram, innueres, illa, esse in parte sinistra. Quoniam ergo hæc mala deterius alt apparere in dextra hypochondrij quàm sinistra parte, vt statim dicet ipsemet autor, dixit modò, aut inæqualiter affectum dextris partibus ad sinistras.

Ἢν δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνῇ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνην· ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπικατιδεῖν χρὴ τῶν τοιούτων. ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς.

Si autem pulsus insit in hypochondrio, tumultum significat, aut delirium: verùm oculos horum conspicari oportet. Si enim obtutus crebrò mouetur, fore vt furiant, expectandum est.

Quidam intelligunt pulsus nomen de palpitatione dici ab Hippoc. quandoquidem dicunt illum de motu arteriarum non disputasse: tamen falluntur: nō enim hîc solùm, sed alibi etiam nomine hoc σφυγμὸς propriè vtitur. Imò verò, vt Galenus censet, Hippocrates omnium primus eo nomine vsus est, vt arteriarum motum significaret: tamē Hippocrates non significat quemcunque motum illarum, sed vehementem, & qui apparet ea parte, qua non solet apparere: ergo inquit, si pulsus insit hypochōdrio, id est, arteria eo loco ita pulset, vt sentiatur ab ipso ægrotante, & à Medico manum admouente, significat tumultum aut delirium. Tumultus hîc nihil aliud significat (vt ego opinor) q̄ mentis commotionem, quæ ipsa est delirium: itaque tumultus & delirium idem est: atque illa particula, &, habet vim nō copulantis, sed declarantis. Verùm inquit, oportet horum oculos inspicere: nam si sunt instabiles, non tantùm significatur delirium, sed etiam mania, siue furor: si verò nihil tale in oculis apparet, sed pulsat solùm arteria in hypochondrio, delirium leue erit. Arteriam pulsare vehementer quo loco non solet sentiri, indicat calidam intemperiem, & multū flatus calidi per arterias, quæ ipsa causa tentans cerebrum delirium facit: nam iis quæ per arterias meant, est expeditissima via in cerebrum, per carotidas & iugulares, quæ penetrant in ipsos cerebri ventriculos, quibus internos sensus agi probabile est. cùm verò delirium cum furore est, accidit menti magna varietas imaginationum & inquietudo: mouet ergo variè oculos, quasi requirens res varias, quæ illi obuersantur per cerebrū. Accedit etiam, quòd musculi oculorum à malignis fuliginibus irritati mouentur conuulsiuè: quanquam hanc minimam esse causæ partem (quam tamen solam Galenus reddit) constat, quòd cùm terrentur, qui ita delirant, aut quis illis timorem incutit, continent oculos quietos: quod euidenter indicat eum oculorum motum voluntarium esse, & q̄ minimū habere conuulsiui. Hic pulsus & hoc delirium in iis, qui laborant melancholia hypochondriaca occurrit sæpe, quibus etiam vsto plurimùm sanguine in venis eius regionis succedere solet furor. Accidit verò hîc morbus nonnunq̄ per se sine febre, nonnunq̄ cum febribus acutis. Galenus multò aliter enarrat hāc Hippocratis sententiam, dicens, tumultum diuersum accidens esse à delirio, significareque haudquaquā affectum quempiam singularem, aut singulare symptoma, sed eam perturbationem, quæ solet accidere, cùm putatur quispiam esse vicinus morti: itaque inquit, pulsus nō accidit eo loco, nisi ob incendium ingens aut magnam inflammationē: quæ si ad ventriculum, aut septū transuersum pertinet, accidet delirium (nam iis solet consentire statim cerebrum) si ad hepar aut lienem, non delirium, sed perturbatio: nam ab inflammatione horum partium nō potest abesse periculum. Quorsum ergo inquit Gal. addita sunt illa verba, oculos horum aspicere oportet? ad distinguendum (inquit) illud signum, quod erat ambiguum, scilicet an ex pulsu timendus esset tumultus an delirium. Sed si hoc ita haberet, oportuisset profectò eodem nomine vsum esse Hippocr. in principio dictionis & in calce, quo delirium significaret, non tam diuerso, vt in principio scriberet, παραφροσύνην, id est deliriū, in calce μανῆναι, id est furere. non ergo idem symptoma tam diuersis nominibus significauit. Accedit quòd pulsus arteriæ non significat furorem aut delirium, ob solam naturam partis in qua fit, quod scilicet in septo, aut ventriculo fiat, sed ob naturam symptomatis, quacunque in parte fiat: nam & in cubito pulsus significat delirium aut furorem, autore eodem Hippocrate 2. Epid. si ergo pulsus in cubito dementiam significat, significabit profectò illam pulsus ad hepar, aut lienem: quem enim consensum maiorem habet cubitus cum cerebro, quàm hepar & lien? Itaque pulsus in quauis hypochondrij parte significat tumultum, quia tamen eius nominis significatio latè patet, & est ambiguū nomen, apposuit in declarationem, aut delirium. sed furor significatur quod est maximū delirium, cùm oculi etiam sunt instabiles, non tantùm pulsus in hypochondrio.

Οἴδημα δὲ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ σκληρόν τε ἐὸν καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μέν, εἰ παρ' ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον· εἰ δὲ εἴη ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἀκινδυνώτερόν ἐστι ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερά.

Oedema in hypochondrio durum & dolens, pessimum, si toto est in hypochondrio: si verò sit in altera parte, minùs periculosum est in sinistra.

Nomen hoc œdema Hippocrati significat, non

quod nobis, tumorem ex pitoita, sed tumorem quemcunque generatim: verùm his attributis, durum & dolens, significat inflammationem: ergo inquit inflammationem in hypochondrio pessimam esse, si totum teneat. si alterã partem, minus malam, atq; in sinistra minùs quàm in dextra. Causa, qua in dextra parte est periculosior quàm in sinistra, est (quam paulò antè dicere distuli) principatus particulæ: nam quò pars aliqua præstantior est, eò illius morbi sunt grauiores: in dextra parte est hepar, in sinistra lien: constat verò quantò præstantius membrum sit hepar liene, cùm hepar sit officina concoctionis sanguinis, lien emunctorium excrementi. Tamẽ animaduertere hoc loco oportet, non minus, imò verò multò plus facere ad magnitudinem periculi, qua parte inflammatio sit, interna an externa, quàm dextra an sinistra: non enim vnica pars est hypochondrium, sed multæ: internæ & externæ: ergo cùm dextræ partis inflammationem cum sinistræ conferimus, cætera oportet putare paria: conferre scilicet internam cum interna, externam cum externa: nam externa dextræ partis minus periculi habet, quàm interna sinistræ.

Σημαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ἐν ἀρχῇ μὲν κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρονίου ἔσεσθαι. ἢν δὲ ὑπερβάλλῃ εἴκοσιν ἡμέρας ὅ, τε πυρετὸς ἔχων, καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον, ἐς διαπύησιν τρέπεται.

Significant verò hæc œdemata in principio quidem periculum mortis breui fore: si autem superet vigesimum diem febris, & œdema non sedetur, in suppurationem vertitur.

De inflammationibus internis hypochondrij loqui hîc Hippocratem apertũ est ex re ipsa, nam externæ non sunt lethales, etsi in hypochondrio sint. Illud verbũ ἐν ἀρχῇ, id est, in principio, indiget enarratione: nam cùm trifariam accipi soleat nomen principij apud Hippocratem & Galenum, pro prima aggressione morbi, & tempore cruditatis, & spatio trium dierum, est dignum indagatione, de quo principio dicat, in principio significant mortem: deinde cùm intelligi possit, in principio inflammationis, vt sensus sit, inflammationes has cùm sunt in principio, significare mortem, aut in principio febris, vt sensus sit inflammationem quæ accidit in principio febris, significare mortem, dignum quoque hoc est disputatione. Mihi certè videtur nulla dictarum rationum nomen principij hoc loco dici: nam illud, in principio, dici debet per oppositionem, cum re alia contraria, quasi non ita significent nisi in principio: at verò falsa erit sententia vtcunque intelligas: nam inflammatio interna hypochondrij non significat mortem breui futuram in prima aggressione, magis quàm procedente malo, imò verò multo minus, nam debiles sunt significationes omnium signorum in primis aggressionibus: atque eadem ratione neque tribus diebus primis, magis quàm quinto aut septimo, neq. in principio (id est, vniuersali morbi principio) magis quàm in incremento. Neque verò inflammatio in hypochondrio genita à principio febris periculosior est quàm in incremento febris, aut decimo, aut vndecimo die superueniens, imò verò erit hæc periculosior, quia debili iam ex priori morbo ægroto morbus periculosus superueniet. Perperam ergo quidam transtulit Hippocratis verba, dicens, tumores huiusmodi in principio nati: nam dictione illa nati, non reddidit verba Hippocratis, sed expressit suam opinionem, faciẽs pro versione paraphrasim, quod est infidelitatis quoddam genus. insinuauit scilicet nobis inflammationes hypochondrij natas in principio febris, significare mortem fore breui, quasi non idem significent in incremento febris factæ. Sed quid tota hæc sententia contineatur, iam dicam. Inflammatio triplicem exitum habere potest: aut tollit hominem, aut ipsa soluitur, aut permutatur in suppurationem. Morbus qui naturâ suâ est acutus, breui aut tollit hominem, aut soluitur: si producitur in tempus longius quàm pro sua constitutione, mutatur in alium morbum: nam non potest acutus esse is qui est, & non citò, fœliciter aut infœliciter finiri. Præterea morbus qui natura sua est lethalis, non necessariò tollit omnes ægrotos, sed facit in primis futuram mortem suspicari: itaque cùm morbi genus lethale est, in primis mortem timemus, quamuis ex aliis nonnunquam salutis spem concipiamus. Inflammatio hypochondrij est morbus plerunque acutissimus, cuius terminus est septimus dies: sæpe acutus, cuius est quatuordecimus, nonnunquam est acutus nõ exactè, cuius est vigesimus: chronicus nunquam est, ac neque acutus cum decidentia: genere etiam est hic morbus lethalis: ergo quia lethalis, facit in primis suspicari fore mortem: & quia acutus, hâc quidem breui, id est, plerunque septimo, aliquando nono aut vndecimo, nonnunquam quatuordecimo, aut vigesimo: vltra hoc tempus nunquam. Verùm cùm nulla harum significationum perpetua sit, si hoc tempore homo mortuus non sit, ac neque sedata inflammatio aut febris, superest alius exitus, puta mutatio ad suppurationem.

Γίνεται δὲ τουτέοισιν ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ, καὶ αἵματος ῥῆξις ἐκ τῶν ῥινῶν, καὶ κάρτα ὠφελέει· ἀλλ' ἐπανερωτᾶν χρή, εἰ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσιν ἢ ἀμβλυώττουσιν· ἢν γάρ τι τοιοῦτον εἴη, ἐνταῦθα ἂν ῥέποι.

Accidit etiam his in primo circuitu fluxus sanguinis è naribus, & valde confert: veruntamen interrogare oportet, an capite doleant, vel cacutiant: si enim aliquid horum sit, in eam fertur.

Diximus inflammationẽ hypochõdrij in primis mortem minari, nam lethalis morbus est genere, tamẽ nõ perpetuò homines ita affectos mori: ergo cùm supersunt ex tam acuto & graui morbo, crisi aliqua liberabuntur: ea qualis futura sit, ex morbi natura primùm cognoscitur: nam quædam crisis genera quibusdam morbis sunt familiaria. Inflammationi hepatis aut lienis maximè familiaris est fluxus sanguinis de naribus: hic enim frequenter solet eam soluere: & certè soluendo ei morbo, qui confluxu sanguinis fit idoneus naturâ est: ergo si qua ratione euasurus ægrotus est, fluxum sanguinis expectare oportet, hunceque è naribus: ex illis enim plerunque fit. Sed neque hoc est perpetuum: possit enim soluere inflammationem hypochondrij

pochondrij effusio sanguinis per pudendum, aut per hæmorrhoidas: ergo alia oportet considerare ad iotelligendum apertè an per oares fluxurus sit sanguis: hæc verò sunt symptomata peculiaria de quibus interrogare oportet, scilicet an sit dolor capitis, an cæcotiant, adde, aut suffusionem patiatur, an pruritus sit nasi, ao lachrymæ inuoluntariæ, an rubor faciei, aut similia alia, quæ scilicet succorum in nares ascendentium signa sunt. Nam cùm expectatur vacuatio aliqua, quæ multis viis fieri possit, quæ illarum expectanda sit, ex peculiaribus particularum accidentibus quæ adsunt & quæ non adsunt, distinguere oportet. Hanc euacuationem inquit accidere primo circuitu, quanquam vt Galen. dicit, in quibusdam codicibos legebator, in primis circuitibus: tamen sensus idem fit. Nam si legator primo circuitu, iotelligi debet prima septimana, id est septimo die, quia acutissimus morbus est: si legatur primis circuitibus, intelligi debet primis quaternariis: constat verò, vt duo primi quaternarij septem diebus fiant. videbitur tamen melius legi primis circuitibus, quia etsi plerunque septimo die fiat, sed noo perpetuò, nam potest & oono & vndecimo fieri: quare melius fit latiùs patere sententiam, dicique primis circuitibus, id est, duobus tribúsoe, aut etiam quatuor primis quaternariis. Docet vero Hippocrates non tantùm debere nos hũc fluxum expectare in hoc morbo, sed etiam scire cùm iam adest, plurimùm conferre. Sed oportet hîc intelligere, eum fluxum cui adsunt omnia quæ conferentis eoacuationis signa sunt, nimirum is fluxus qui fit indicatus, & die decretorio, & per coouenientem regionem, & seruata loci rectitudine: vt fluxus saoguinis septimo die factos, laborante hepate per dextram narem, & liene per sinistram.

Μᾶλλον δὲ τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων τὴν τοῦ αἵματος ῥῆξιν χρὴ προσδέχεσθαι.

Magis autem expectare oportet fluxum sanguinis in iunioribus, quàm triginta quinque annorum.

Non parum faciunt ad prænotionem crisis aliæ iodicationes præter eam, quæ ab specie morbi capitur: proinde dicto præsagio indicationem ab ætate adiicit Hippocr. dicens expectari magis oportet fluxum sanguinis vsq; ad trigesimum quintum annum, quàm vltra hunc: quia hic est terminus iuuentutis, à quo incipit cõsistendi ætas, qoa iam corpus frigescit. Vt fecit mentiooem Hippocr. indicationis ab ætate, posset facere aliarum, vt temporis anni, & regionis, & temperamenti natiui ægrotantis: nam in vere magis quàm aliis temporibus, & regione meridionali quàm septentrionali, & calidis naturis quàm frigidis, expectare oportet fluxum sanguinis.

Τὰ δὲ μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων, καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ πιεζόμενα, καὶ ὑπείκοντα, χρονιωτέρας τὰς κρίσιας ποιέεται, καὶ ἧσσον ἐκείνων δεινότερά ἐστιν. εἰ δὲ ὑπερβάλλοι ἑξήκοντα ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἔχων, καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθίσταται, ἔμπυον ἔσεσθαι σημαίνει καὶ τοῦτο, καὶ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ κατὰ τὸ αὐτό.

OEdemata mollia & non dolentia, & quæ, quum digitis premuntur, cedunt, diuturniores crises faciunt, & minus his grauia sunt. Si autem febris superet sexaginta dies, & œdema non sedetur, suppurationem fore significat hoc quoque, & in reliquo ventre eodem modo.

Nuoc confert eos tomores, quos nos œdemata propriè appellari dicimus cum inflammationibos, dicens eos esse diusurniores & minus periculosos: esseq. his terminum discussionis sexagesimum, vt illis erat vigesimos, quem si excessent cum tumore & febre, suppurationem fore: idque ita habere non io hypochondrio solùm, sed io reliquo ventre. Describens primùm omnium œdemata, inquit, tumoras molles sine dolore: hæc duo accidunt œdemati, quia tumor est ex pituita, quæ emollit, humectat, laxatque partem: quo fit, vt emollitæ partes cedant tangenti, & nullatenus rumpaotur repente, etsi comprimantur, atque ita non doleant: oam sine repentina passione nullus dolor est. Sed quorsum, cùm dixerit tumores molles, addit, qoæ cùm digitis premuntur, cedunt. An non est idem dicto, molle & cedens digitis? Non certè: sed cùm dicit, quæ, cùm digitis premuntur, cedunt, maius quiddam inouit Hippocr. quam cum dicit, mollia: nimirum innuit non solùm cedere, sed etiam cùm cessarint, partes retinere aliquantisper excauationem, quam cedendo acceparint. Hæc œdemata, ioquit, diuturniores crises faciunt. certè rarissimè crises facient œdemata, nam ex frigida & lenta materia fiunt: sed crisis nomen dicitur apud Hippocratem non rarò de omni solutione morbi: vt nihil aliud sit dictu, diuturniores crises faciunt, quàm tardiùs soluuntur. Nimirum inflammationes ex calidiorí succo fiont, proinde acutiores breuioresq; sunt, & grauiora habent symptomata, dolorẽ nempe & duritiem: quare grauiores sunt, & plus habent periculi. Sed qood ad suppurationem, quæ his tumoribus potest succedere, attinet, scire licet, citiùs aut tardiùs tumorem mutari in abscessum facta suppuratione, pro ratione materiæ, quæ calidior est, aut frigidior, & pro ratione partis malè affectæ. Nimirum calidior succus breuioris discussionis aut suppurationis facit tumorem, ac multò magis in calidiorí parte: ergo inflammatio, quantum io ipso morbi genere agitur, citiùs suppurationem subit quàm œdema, nam acutior est morbus. In quàm sententiam dicet statim Hippoc. ipse, quæcunque ergo dolentia suot, & dura, & magna, significat periculum mortis breui fore: quæ verò mollia, & non dolentia, & quum digito premuntur, cedunt, diuturniora illis suot. Sed vtarque dictorum tumoroin, citiùs, aut tardiùs, rariùs aut crebriùs subit suppurationem, vt iociderit in hanc aut in illam ventris partem. Nimirum in parte quæ est infra vmbilicum, rariùs & tardiùs: supra, crebriùs & citiùs: nam hæc calidior regio, illa frigidior est. In quam sententiam dicit statim Hippocr œdemata in ventre minus faciunt abscessus, quàm quæ in hypochondriis: minimè verò qoæ infra vmbilicom sunt, ad suppurationes vertuntur. Constat verò in illa dictione aliter accipi nomen ventris, atque in præfaoti: nam hic vbi dicitur, significat fore suppurationem hoc, & in reliquo ventre eodem modo, constat nomen

veotris dici de tota ea regione, qoæ est à septo transuerso ad inguina, cuius pars est hypochondrium: tamen in illa dictione, qua dicitur, œdemata in ventre minùs faciunt abscessus, quã in hypochondriis, venter dicitur pars veotris iofra hypochoodriom: ergo tempus longissimum quod potest durare œdema propriè nũcupatum sine suppuratione, quacunq; io parte ventris etiam maximè humili, suot sexaginta dies: citiùs veró ad suppurationem veniet, cui aliqvid horum quæ faciunt ad longitudinẽ, desit: oimirum, aut sit tumor non ex frigido succo, aut noo sit in imo ventre.

Ὁκόσα μὲν οὖν ἐπώδυνά τε ἐστι καὶ σκληρὰ καὶ μεγάλα, σημαίνει κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρονίου ἔσεσθαι· ὁκόσα δὲ μαλθακά τε καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ πιεζόμενα ὑπείκει, χρονιώτερα ἐκείνων.

Quacunque igitur dolentia sunt & dura, & magna, significant periculum mortis breui futura: qua autem mollia & indolentia, & cùm digito premuntur, cedunt, diuturniora illis sunt.

Enarrata iam est satis hæc sententia: nam nihil aliud continet, quàm qood antea dictum est, tumores duros cum dolore io hypochondrio altè consistentes, significare mortem breui fore: addit modò (magna) significans non quoscunq; tales tumores id periculi inferre, nisi magni etiam sint. Verùm id licebat dictum putare: oam non possunt esse alię in hypocbondrio tùmores, qui sese offerunt tactui duri, nisi magni etiam sint: nam parui non sentiuntur ob superpositos musculos: vt docet Galenus 5. lib. de Locis patientibus.

Τὰς δὲ ἀποστάσιας ἧσσον τὰ ἐν τῇ γαστρὶ οἰδήματα ποιέεται τῶν ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν· ἥκιστα δὲ τὰ ὑπὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ ἐς ἀποπύησιν τρέπεται· αἱμορραγίας δὲ ῥῆξιν μάλιστα τῶν ἀνωτάτω τόπων προσδέχεσθαι χρή.

Oedemata in ventre minùs faciunt abscessus, quàm qua in hypochondriis: minimè verò qua infra vmbilicum sunt. Sanguinis autem fluxum maximè expectare oportet ex supremis locis.

Abscessus & soppuratio non est idem omnino, sed soppuratio est sanguinis alteratio in pus, abscessus est collectio succi in cauum aliquod: verùm hic abscessus subseqoitur suppurationem. Vẽtris sunt tres partes, hypochondrium, & epigastrium & hypogastrium. Ventrem vocat hic epigastriom & hypogastriom. Quò pars quę laborat ioflammatione, est superior, eò est magis accommodata & ad suppurationem, & vt fluxu sanguinis soluatur: quandoquidẽ tantò est calidior & sanguinolentior. Proinde dicit, minimè verò quæ infra vmbilicum sunt: qood 6. Epid. his verbis dixit, suppurationis vmbilicus terminos. Neq; tamen eò dicit, minùs soppurari tumores infra vmbilicum quàm supra, quòd crebriùs resoluantur (nam ad resolutiooem maiori calore opus est, quàm ad suppuratione) sed quòd crebriùs in imis regionibus manere soleant tumores indissoluti ac durescentes, quàm in sopremis. Atque quod dicitur, minimè, uon est, omnino nuaquam, sed minùs quã aliis partibus: uam in Aphor. dicitur, quibus in vrinaria fistula tobercula nascuntor, his supporatione, & excretione facta, solutio.

Capvt X.

Ἀπάντων δὲ χρὴ τῶν οἰδημάτων χρονιζόντων περὶ ταῦτα τὰ χωρία ὑποσκέπτεσθαι τὰς ἐκπυήσιας· τὰ δὲ διαπυήματα ὧδε χρὴ σκέπτεσθαι τὰ ἐντεῦθεν· ὁκόσα μὲν ἔξω τρέπεται, ἄριστά ἐστι, μικρά τε ἐόντα, καὶ ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα ἔξω, καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα· τὰ δὲ μεγάλα τε ἐόντα καὶ πλατέα, καὶ ἥκιστα ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα, κάκιστα. ὁκόσα δὲ ἔσω ῥήγνυται, ἄριστά ἐστιν, μηδὲν ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ ἐπικοινωνέει, ἀλλ' ἐστι προσεσταλμένα, καὶ ἀνώδυνα, καὶ πᾶν τὸ ἔξω χωρίον ὁμόχροον φαίνεται· τὸ δὲ πύον ἄριστον λευκόν τε εἶναι, καὶ ὁμαλὸν, καὶ λεῖον, καὶ ὡς ἥκιστα δυσῶδες· τὸ δὲ ἐναντιώτατον τούτου, κάκιστον.

Omnium œdematum immorantium circa has regiones considerare oportet suppurationes: & suppurationes inde prouenientes considerandæ sunt. Quacunque ergo foras vertuntur, optimæ sunt: quæ paruæ sunt, & maximè egrediuntur, & in acutum surgunt: quæ autem magnæ sunt, & latæ, & minimè in acutũ deducuntur, pessima. Quæcunq; autem introrumpuntur, optimæ sunt, si cum externis partibus nihil communicent, sed sunt adducta, & indolentes, & tota externa regio est vnicolor. Pus autem optimum est album, æquale, & leue, & quàm minimè fœtidum: maximè contrarium huic, pessimum.

Svppuratio ex inflammatione non est morbi solotio, sed permutatio: atque à suppuratiouibus quidam moriuntur, quidam salui fiuot. Proinde hoc cap. docet Hippocr. dignoscere suppurationes periculosas & minùs periculi habentes: hæc dignotio pendet ex quadruplici differẽtia: loci, in quem erumpunt, figuræ quam retinent, & loci in quem rompuntur, & substantiæ succi qui erumpit. Quod ad primam differentiam spectat, quò abscessus aliquis magis vertitur ad exteros, eò melior est: vt signum, quia eò fortior esse facultas expultrix intelligitur, quæ extrà pellit: & vt caosa, qoia eò minùs lædit nobilia membra. Quod attinet ad figuram, quæ paruæ sunt, intellige secundùm basim (non enim semper expedit, paruas esse suppurationes, sed quantitati succorum respondentes) & maximè egrediuotor, surguntque io acutum, & habent velu ti cuspides, optimæ sunt: nam hæ quoque vim expultricis facultatis indicãt. Quæ verò magnæ sunt, secundùm basim, hoc est latæ & minimè acutæ, sed obtusæ, contrariis de causis pessimæ sunt: quin & vt causæ sont illæ bonæ, & hæ malæ suppurationes: qoia latæ maiores particulas membrorum vitiant, angustæ minores. Hoc ipso modo ootari debent omuia exanthematum geoera. Quod ad rupturam attinet, omnium optimæ suot, quæ rompoutur extrà solùm, quia ita fit vlcus magis idoneum ad curationem: uam interuis vlceribus difficilè

est

est medicamenta imponere. Pus melius est extrà erumpere, quàm ad interna membra labi. Earũ quæ intro rumpuntur, deterrimę sunt, quę intrò simul, & extrà rumpuntur: minùs malæ, quæ intrò solùm: quia vlcera quæ intrò & extrà pertingunt, difficilimè replentur carne, sine qua non possunt sanescere: nam carnis generatio opus est naturæ, & temperamẽti quod est in sana parte: cùm ergo nulla pars sana est, neque interiùs neque exteriùs, non est vnde natura exordiatur vlceris repletionẽ. Earum etiam quæ intrò tantùm rumpuntur, quędam ita incumbunt in interna, vt nullatenus communicent cum partibus externis, id est, vt nulla vestigia, inflammationis aut abscessus sint in internis, aut in colore, aut tumore, aut dolore, sed adducta sunt, id est, nihil tumentes extrà, & si tangantur extrà, nihil dolentes: id autem est optimum, quia significat partes circa vlcus bene esse temperatas: quare facilè curabitur: & tota regio externa est eius coloris, quo solent sanæ partes esse. Quod dictum est, melius esse suppurationem rumpi ad externa quàm ad interna, intelligi debet de ruptura extra corpus: nam in membris quæ sunt sub peritonæo aut sub membrana succingente costas, deterius est rumpi extra quàm intrò. Nam si pulmonis vomica extrà rumpitur, pus cadit in cauum thoracis, si intrò rumpitur, in arterias per quas expeditè fertur in vias expurgationis: ita si in hepate suppurata inflãmatio rumpitur per gibbam partem, pus labitur inter intestina, & peritonęum: si rumpitur intrò, abit per venas aut mesenterij aut cauæ. Quod ad succi substantiã attinet, pus, inquit, optimum est album, læue, & æquale, atque minimè fœtidum. Læue est contrariũ aspero: læue & asperum sunt differentiæ figuræ in extremitate, quare communia sensibilia sunt, & nõ solùm tactu, sed & visu sentiuntur, in quibusdam rebus, velut prosectò in pure, & eo quod continetur in vrinis. Æquale potest significare æqualitatẽ secundùm partes puris ipsius, aut secundùm tempus morbi, atque vtroque modo potest significare ęqualitatem secundùm omnia alia accidentia. Contraria significat inæquale, vt potest esse albũ æqualiter aut inæqualiter, secundùm partes: vt si vna pars puris sit alba, alia pallida, aut alia plus, alia minùs alba: vel secundùm tempus morbi, vt si hodie sit plus album, cras non album aut minùs album: ita etiam læue potest esse inęqualiter per partes puris, aut per tempus morbi: ita fœtidum. Vtraque æqualitas est in optimo pure, scilicet & album & læue, atque minimè fœtidum, idq; omnibus partibus puris & omni morbi tempore: quod huic est maximè contrarium, deterrimum est: & quæ inter illa, erunt mediocria puris genera. Sed nosse oportet, deterrimum contrarium esse optimo, colore, & odore, non tamen etiam inæqualitate: nam si sit nigrum, aut liuidum, & grauiter olens, non erit deterius si sit inæquale, sed si æquale: æqualitas enim in bonis est bona, in malis mala: causa qua albescit sanguis quum mutatur in pus, est quia venæ & arterię tentant ad suam naturam illum commutare: quare quò plus id à membrorum natura vincitur, eò candidius fit: quod nihil fœteat, nullum pus est: nam vt monstratum à me est lib. 5 Contr. suppuratio est putrescentia quædam, quare cum quodam fœtore est; sed quod minimè fœtet, est optimum.

Capvt XI.

Οἱ δὲ ὕδρωπες, οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων, πάντες κακοί· οὔτε γὰρ τοῦ πυρὸς ἀπαλλάσσουσιν, ἐπώδυνοί τε εἰσὶ κάρτα καὶ θανατώδεες. ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, καὶ τῆς ὀσφύος, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος.

Hydropes qui ex acutis morbis fiunt, omnes mali, neq; enim febrem sedant, dolorificiq; sunt valde, & lethales. Incipiunt autem plurimi quidem ab inani parte, atque ex lumbis: quidam autem ex hepate.

Hydropis sunt tres species, ascites siue aquosus, tympanites siue flatuosus, anasarca siue leucophlegmatia. Omnes hi morbi generari possunt à principio, id est, nullis aliis morbis succedentes, generanturq; ita quibusdam occasionibus: vt potu aquæ frigidissimæ repentè refrigerato hepate, aut repentè suppressis menstruis, aut antiquis hæmorrhoidibus: plerunque succedunt morbis longis, vt scirrho lienis, aut omenti, aut musculorum ventris: nonnunquam succedunt morbis acutis: vt ardenti febri, aut inflammationi hepatis, aut lienis, aut ventriculi, aut mesenterij, aut intestinorum, aut etiam renum. Galen. affirmat in commentario huius sententiæ, & lib. 5. de Locis malè affectis, non posse hominem hydrope laborare nisi hepar intemperie afficiatur, quanquam nonnunquam affectio hepatis ab alterius morbi affectione principium capiat. De hac assertione disputatum est à me in commentario loci citati ex lib. de Locis male affectis: illud certè verum est, non posse fieri in homine hydropem, quin hepar laboret intemperie, aut citissimè in consensum trahatur. Intemperiem hepatis per quã hydrops fiat, plerique intelligunt esse perpetuo frigidam: tamen non est perpetuum, quin potius hydrops qui succedit morbis acutis, plerunque fit calfacto ac desiccato hepate: id quod Galen. etiam dicit lib. 6. de Locis patiẽtibus, cap. j. his verbis. Haud secus dubitare consueuerunt in ea quoq; aquæ intercutem specie, quæ ad acutos morbos sequitur, quippe ab iis iecur calida & sæpenumero sicca quoq; intemperie tam grauiter afficitur, vt cibum in sanguinem mutare nequeat. Sed qua ratione calida intemperies possit hydropem facere, in commentario illius loci diximus: modò breui dicere non grauabimur. Calida intemperies cùm est fiens in hepate, vitiat aliter sanguinẽ, generat scilicet biliosum: tamen cùm est facta, quia euertit radicitus temperamentum, & facultatem, sanguinem generandi debilem fecit in essentia, eius quoque actionem minuit, facitq; vt sanguis non solùm malè, sed etiam diminutè coquatur, atq; ita aqua aut flatus aut pituita redundet. Nimirum celebratissimũ est, quamcunque intemperiem posse tollere actionem cuiuscunq; virtutis: atque quo pacto sit verisimile, ex inflammatione interna, aut denique ex ardentĩ febre refrigerari hepar frequenter, vsque adeò vt sanguinem non generet, maximè cùm per hydropem, qui succedit morbis acutis, durat semper febris. Itaque consentaneum est, quum morbis acutis succedit hydrops, per calidam & siccam intemperiem hepatis plerunque fieri, quanquam per frigidam etiam succedere acutis fortasse

violenter, & circa ventrem fiunt œdemata, hac in dextris, hac in sinistris partibus orta & desinentia.

Hæc seotentia non tam pertioet ad prognosticá partem, quàm ad diagnosticá: non enim docet quę ægro sunt euentura, vt priùs, cùm diceret, hydropē omnem lethalem esse post morbum acutû, sed cuius particulę inflammatio hydropem pepererit. Verùm hoc quoq; est instituti auctoris boc loco: nam in ipsa operis commendatione dixit, prænoscens enim & præsentiens præsentia, præterita, & futura: ergo hic Hippocr. docet, quæ symptomata sequantur hypropem ex hac, & quæ ex illa parte priocipiû ducentem. Ego verò, qoò hîc nihil, quod ad præno tionem faciat, desideretur, diffiniam quod Hippoc. omisit, qua ex parte exitiosior sit hydrops, ex ioanī parte, an ex hepate: nam hoc defioito ad prognosticam hæc etiam sententia referetur. Certè rarissimû sit ex inani parte anasarcam oriri: nam huius partis malum vicinum ventrem lædet priùs, in quo ascites & tympanites fiût, quàm totas corporis venas, in quibus anasarca: proinde Hippucr. hîc describēs hydropem ex inani parte, duarum tantùm specierum aqoosæ & flatoosæ mentionem facit. Id palàm faciont illa verba (neq; ventrem vacuant) nam non ita diceret, oisi de solis illis hydropis speciebus differeret, quibus venter tumet: quanquam paulo antè de triplici hydrope loquebatur. Ergo dę tympanite & ascite dicentes defioiamus: certè hydrops ascites succedeos in morbo acuto exitiosior est, si ab inani parte incipit, quàm si ex hepate: nam intēperies inanis partis non potest multam aquam generere, nisi hepate iotemperato, vt intemperies partis inenis intemperiem hepatis, & hæc aquæ copiá peperit: ergo tantò grauius est ascitem ex ioani parte fieri quàm ex hepate, quantò deterius est ambas partes esse secundùm habitum iotemperatas, quàm solum hepar. Verùm hydrops tympanites minùs lethaliter fit ex inani parte quàm ex hepate: nam flatum solùm inanis pars secundùm habitum intemperata ex proprio alimēto, & excremen tis quæ recipit, potest generare: quare incipere potest hęc hydropis species, ab inani parte, hepate adhuc leuiter patieote: quod si iam patiatur, fit tamē illo multò leuiùs patiente, quàm si ipsum, ac non potiùs simul cum parte ioani totum flatum generaret. Neque verò esse possit eadem ratio ascitis: nam non intelligo hepar leuiùs laborare, cùm multam aquam generat capto principio ab inani parte, quàm si primario effectu laboraret; aquá enim non generat inanis pars vt flatum, nam non venit ad inanem partem materia idonea vt aqua fiat (cōcoctior enim venit) sed flatus, cùm debiliter agootur concoctiones, vbique generatur. Itaq; facit plurimùm ad prædictionē, vt per signa hydrops, hinc, eot illinc, distinguatur. Pedes intomescere commune accidens est omni hydropi vodecunq; fiat, proinde repetitur: causa est, quòd cùm in his equa in omoes partes distrahator, ob decliuem positum in pedes promptiùs decurrit, & cùm semel decurrerit, quòd loogissimè absunt à membris calidis, minimè discutitur. Cum hydrops succedit morbo ecuto inanis partis, verisimile est venas mesenterij inflammatione laborasse, etque aliquid affectus adhuc retinere: nam hæ venæ sunt per eam regionem distributæ: ergo malè egetur deductio chyli ex intestinis, hepar enim per has trahit vt arbor per radices. Noo facte distributione, erunt iustò humidiora excremeota, quòd fluor ventris promptissimè coosequitur maximè debilibus intestinis, qoalie esse per eum affectom verisimile est. Accedit quòd ex ipsis particulis inflammatis vstæ bilis bona portio, eiusque acris & rodentis in intestioa decidet: continget ergo ventris profluuium loogum, qood tamen dolorem inanis partis non tollet, oeqoe ventris tumorem (hoc enim significat Hippoc. dicens, neque ventrem vacuant, id est, tumorem noo faciunt subsidere) nam cōstat dicta causę profluuij non euacuari materiam propriam tumoris, eut quæ dolorem facit, sed id solùm quod per iotestine descendit. Galen. comment. 11. 4 pert. Aphor. inquit hydropem ex inani parte principium capientem fieri ob illius partis intemperiem factâ: cùm ergo factæ intemperies non faciant dolorem, videtur nullus dolor inanis partis hydropi affuturus: tamen res non ita habet, nam etsi intemperies æqualis per se non inferat dolorem, generat succum aut flatum qui doloris est causa, partim intempetando (intemperatam enim secundùm habitum particulam denuo intemperari qootidie accidit) partim distendendo. Hydropem habentem ortum ab hepate alia quædam accidentia sequootur, nimirum tussis & promptitudo quædam ad tussiendum, tamen sioe qoapiam excreatione ootato digna: qoia ex inflammatiune hepatis quæ entecessit, superest aliquid inflammationis, & tumor scirrhosus, aut inflatio: binc fit compressio septi transuersi & polmoois, atque ita & viarum spiritus angustia: insurgit verò thoracis natura aduersus omnem causam angustiæ, quesi ipsam expulsura aeris impetu: quod, cùm causa est succus aliquis qui potest impulsu egi, efficit quidem, excreatq;: cùm verò aliquid aliud est causa, insurgit nihilominùs cæca netura, tamen oihil excreat. Accedit etiam quod aliquid biliosę seniei resudat ex inflamioatione per septum transuersum in thoracem, atque aliquid etiam seri salsi irritens ad tussim, verùm id erit perexiguû, & tam tenoe, vt non excreetur. Addit Hippoc. tusses & promptitudo: nam pleriq; ita laborantium non tam babent tussim quàm propensionem ad tussiendum: nam cùm experiātur, se nihil iuuari tossi, desistunt à tussieodo, manetq; in eis quædam propensio, qoa incautè sæpe tussiunt. Hi reddunt è ventre dora, eaq; ægrè. Quòd qoidem ægrè reddant, caosa est, quòd reddût dura: verùm duritiem facit inflammatio hepatis, nam qoanquam mutetor iam acutus morbus in hydropem, retinet tamē adhuc hepar vestigia inflāmationis: ergo hepar præ inflammatione trahet absumetq; multum succum, qoare siccabit excrementa. Sed est quod dicat eliqois, per hanc affectionem copiosas deiectiones sanguinis, quasi diloti debere fieri, non aridas: nem Galenus lib 5. de Locis patiētibus affirmat, cùm est inflammatio in hepete coniuncta cum debilitate, debere fieri deiectiones cruêtas, & quasi dilutas: cum sine debilitate, aut arida expelli, aot vstom sanguinem: at verò constat, vt per hydropem non solû inflammatio sit, sed cum ea etiam debilitas: nam per facultatis debilitatē generator equa & flatus. Sed Gal. illo loco nō diffinioit, quā debilitatem diceret. Certè sola debilitas facultatis cōmutaotis noo est

ſatis cum inflammatione coniuncta ad tales excretiones, niſi ſimul accedat debilitas tractricis: ergo cùm per intemperiem frigidam in habitu debile eſt hepar, & tamen inflammationem patiens (nam nihil vetat habere intemperiem frigidam in habitu, calidam in diſpoſitione) redduntur deiectiones illæ ſuberuentę, quia langueſcunt cómutandi & trahendi facultates: de quibus affectionibus Galen. loco dicto diſputabat. Verùm cùm prę intemperie calida & ſicca in habitu hepar eſt debile, vt cùm hydrops ſuccedit hepatis inflammationi, etſi facultas commutádi ſit debilis, proindeq; aqua generetur, quæ regionem ventris replcat, tamen tractio nihil minuitur, ſed aucta eſt, fitque per venas meſenterij magna ſucci tractio, ac ſiccatio excrementorũ. Cauſa, qua per intemperiem frigidam langueſcit facultas trahendi, per calidam verò minimè, eſt, quòd calor tardiſsimè & minimè lædit facultatem trahendi, frigus maximè ac citiſsimè. Nam etſi quæuis intemperies poſsit tandem omnes facultates tollere, tamen quaſdam illarum quædam intemperies minimè & tardiſsimè, quaſdam maximè & citiſsimè. Vt trahendi facultas a calore minimè læditur, quia calore maximè iuuatur: contraria de cauſa frigore citiſsimè læditur: ergo cum hepar ob inflammationem, intemperiem in habitu calidam & ſiccam contrahit, priùs amittit bonam commutationẽ quàm tractionem: quanquã enim commutatio etiam agitur calore, tamen agitur moderatiori quàm tractio. Itaq; eo tempore quo præ calida intemperie & ſicca minuta erit commutandi vis, non minuta trahẽdi, generabitur multa aqua, & reddentur arida ventris excrementa: illud debilitate commutantis facultatis, hoc nimia tractione ſucci. Verum cùm hęc intemperies nimiùm increuerit, adeò vt euerterit iam omnino membri naturam, debilitata tandẽ facultate etiam trahẽdi, accidet profluuium ventris, etſi hydrops ab hepate cœperit initium: id verò fit in vicinis iam morti. Fiunt etiam his œdemata totu ventre, dextra & ſiniſtra parte orta & deſinentia, id eſt, cùm premuntur, euaneſcentia, rurſum leuatis digitis, erumpentia: hoc enim eſt œdematis, id eſt, pituitoſi tumoris, proprium: ſed Hippoc. addit hæc verba, quia apud illum œdemata ſignificant generatim tumores, vt ergo diffiniret ſpeciem, addidit, orta & deſinentia.

Κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες, καὶ πόδες ψυχρὰ ἐόντα, κακὸν, τῆς τε κοιλίης, καὶ τῶν πλευρῶν θερμῶν ἐόντων.

Caput, & manus, & pedes frigere malum, ventre & coſtis calentibus.

Hæc ſententia eſt quadrageſima octaua, 4. part. Aphoriſ. qua ita habetur, in febribus non intermittentibus, ſi externa frigida ſint, & interna vrantur, & ſitim habeant, mortale. Sed hic explicat (quod ille non fecit) quas partes vocet externas, caput ſcilicet, & manus, ac pedes, quæ ſunt membra extrema, & quas internas, ventrem ſcilicet & coſtas. Nomine ventris & coſtarum intelligit totam eam regionem, quæ eſt inter alas & inguina, verùm ex re ipſa, & ex illa ſententia conſtat remiſsiùs locutũ eſſe hîc Hippocratem dicentem, ſignũ hoc malum eſſe: eſt quidem (vt illic ſcripſit) non tantùm malum, ſed etiam lethale. Nam in acutis febribus, de quibus hic eſt ſermo, non poteſt hoc accidere, niſi ob inflammationem internã, quæ magna ſit & maligna, quæ non poteſt non eſſe lethale malum: nam eſt omni ratione malum magnum, & magnitudine morbi, & malitia, & dignitate partis malè affectæ. Id verò quod dicimus de perfrigeratione externorum, quę totum morbi tempus adſit, intellige: nam ſuperuenire quidem poteſt ſine inflammatione, vt his qui vicini ſunt morti, ob debilitatem calidi innati: aut quibus rigor ſuperuenit: quanquam horum neutris admodùm calent venter & coſtæ.

Ἄριστον δὲ καὶ ἅπαν τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακὸν ὁμαλῶς.

Optimum autem, corpus totum & calidum eſſe, & molle æqualiter.

In quouis ſignorum genere ſcripſiſſe Hippoc. videmus peſsima ſigna & optima generis illius, hoc idem facit modò. Hucuſq; diſſeruit de tumoribus duris & mollibus hypochondrij & totius ventris, inflammationibus, & œdematis, & duplici hydrope, & ardore in his regionibus maiori quàm pro calore externorum, præcipiens ventrem ægrotantis attrectare, contemplarique an ſit aliquis tumor, an ſit ardor, hæcq; omnia mala eſſe putare, alia plus aliis: modò contraria (quæ ſcilicet hoc ſignorum genere haberi debet optima) referens, inquit, optimũ eſt totum corpus calidum eſſe æqualiter, id eſt, nullum in ventre ardorem eſſe maiorem quàm in aliis partibus, & æquè molle: id eſt, nullum ibi tumorẽ durum aut mollem eſſe, aut magnam obſtructionem, qua pars aliqua inſigniter dura ſit. Hinc ſatis liquet, cùm tam facilis & dictis antea conſentanea enarratio hæc ſit, nomine molle propriè accepto, fruſtra Galen. & præter Hippoc. mentem nomen illud metaphoricè interpretari, dicentem, molle eſſe corpus æqualiter, quod non ſit aſperum aut aridũ. Quaſi vero aſpero contrarium ſit molle, ac non potiùs læue: aut arido læue, ac non potius humidum.

Στρέφεσθαι δὲ χρὴ ῥηϊδίως τὸν ἀλγέοντα, καὶ ἐν τῇσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι.

Dolentem facile conuerti oportet, & ad eleuandum ſeſe promptum eſſe.

Qui facile ſe hùc & illùc conuertit, & facilè ſurgit, certè non habet magnam doloris cauſam, neq; facultatem animalem debilem: nam qui alterum horum habet, non poteſt illud facere: nam omnis doloris cauſa per motũ, maiorem dolorem infert.

Εἰ δὲ βαρὺς ἐὼν φαίνοιτο, τό, τε ἄλλο σῶμα, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας, ἐπικινδυνότερόν ἐστιν.

Si verò grauis videtur eſſe reliquo corpore, & manibus, & pedibus, periculoſius eſt.

Graue eſſe corpus dicitur, qđ videtur ferri pondere, deſtitutum à facultate mouente: cuiuſmodi eſſe antè dixit, quod fertur in pedes, quod cum periculo eſſe priùs diximus. Si verò manus quoq; ac pedes ægrè moueat, non corpus ſolùm, extremæ debilitatis eſſe, proinde cum maiori periculo, ſatis apertum eſt.

Εἰ δὲ καὶ πρὸς τῷ βάρει οἱ ὄνυχες καὶ οἱ δάκτυλοι πελιδνοὶ γίνονται, προσδόκιμος ὁ θάνατος αὐτίκα.

Si verò præter grauitatem, vngues & digiti liuidi fiunt, vicina mors est.

Colores liuidos lethales esse vbi vbi appareant, antea diximus, vbi de colore faciei lethalis disputauimus. Vituperat modò cum coloré in vnguibus & digitis, non quòd in illis periculi plus habeat, sed quòd soleat ab iis partibos incipere, cùm calidum intermoritur: ergo coniungens, vt semper ferè facit, obseruationem cum regulis, dixit, vngues & digiti liuidi. Causa qua hæ partes liuescunt, ante alias est, quòd extremæ omnium sunt: refugiente ergo calido, amittunt colorem viuidum quem eius influxu accipiebant digiti per se, vngues nonnihil etiam per se arteriis quibosdam terminatis in illarum radices, tum vel maximè per subiectam carnē.

Μελαινόμενοι δὲ παντελῶς οἱ δάκτυλοι, καὶ οἱ πόδες, ἧσσον ὀλέθριοι τῶν πελιδνῶν εἰσιν. ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι χρή· ἢν γὰρ εὐπετέως φέρων φαίνηται τὸ κακὸν, ἢ καὶ ἄλλό τι τῶν περιεστικότων πρὸς τουτέοισι σημείων ἐπιδεικνύῃ, τὸ νόσημα ἐς ἀπόστασιν τρέπεσθαι ἐλπὶς, ὥστε τὸν μὲν ἄνθρωπον περιγενέσθαι, τὰ δὲ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπεσεῖν.

Denigrati omnino digiti & pedes minùs lethales sunt, quàm si liueant. Sed alia etiam signa consideranda sunt: si enim faciliùs ferre malum videatur, aut aliquod signum eorum quæ iuuāt præter hæc annuat, morbum in abscessum verti, spes est vt æger victurus sit, & denigratæ partes corporis casuræ.

Antea disseruit de liuore, quia extinctione calidi naturalis fit semper, nunc de nigritie, quæ per abscessus potest fieri, atque ideo nun est tam certi periculi signum proinde antea dixit, vngues & digiti qui possunt esse manuum aut pedum, nunc digiti & pedes, id est, digiti pedum, aut ipsi toti pedes: qa abscessus boni magis fieri possunt & solent ad pedes, vtpote humiliores & longiùs positas partes, quàm ad manos. Vnguium verò hic non meminit, quia ad solos vngues non fiunt materiæ morbi abscessus. Color niger & liuidus ambo sunt lethales, & extinctione calidi innati ambo solent fieri, atque ideo niger ex grauiori causa, proindeq; magis mortifera fit, si scilicet vterque color ex lethali causa fit. tamen illud interest, quòd liuidus lethalis semper est (nam extinctionem calidi perpetuò sequitur) niger verò non semper, nam fit nonnunquam facultate naturali membrorum expellente malignom soccū, qui est morbi causa, in externa membra, quæ potest esse solutionis acuti morbi, causa, per abscessum: quod eum accidit, solet homo periculum effugere, expulso succo longè à membris principibus. tamen solent manus aut pedes, in quos tales abscessoa socci nigri fiunt, præ malitia succi gangrænam pati: ac putrescentes cadere, nisi à Chirurgo secentur prius. Ergo cùm Hippocr. dicit, denigrati omnino digiti & pedes minùs lethales sunt, quàm si liueant, ita intelligendum est, ac si diceret, digitos & pedes denigratos esse, non est tam certum mortis signum, quàm liuescere: nam liuidos esse, est signū certum: denigratos esse, est ambiguum. Ergo prædicendum est ea arte, qua in signis ambiguis vtendum esse suprà diximus: nimirum adiunctis aliis signis, inquit Hippocr. vt si faciliùs ferre morbum videatur: nam hoc videtur indicio esse, non esse calorem extinctum, sed succum nigrum à visceribus pulsum. Verùm accidit sæpe hominibus prope mortem iam constitutis, & innato calido extincto, fallax quædam tolerantia, vt videatur homo melius habere ad omnia & minùs angi: est ergo adhuc signum anceps nigrities pedū cum tolerantia: proinde addidit, aut aliquod etiam aliud signum eorum quæ iuuant præter hæc annuat: non explicuit quod aliud signum expeti debeat ad præsagij firmitudinem, licet intelligere, quodcunque quod non sit debile, vt vrinam coctam & respiratum facilem. Sed quia ego monui in principio hui⁹ operis, quædam signa quibusdam signis præcipuè valere annuendo aut renuendo, expedit dicamus, quod signum maximè in hoc ægrotante valeat distinguere ambiguitatem. Certè ego requirerem pulsum, nam hic minimè fallet: quia si apparente nigritie pedum & quadam noua tolerantia, mortis tamen citæ periculum subest, illa signa fiunt præ extinctione calidi innati: hæc verò non possit non apparere in pulsu: quum sit actio propria vitalis facultatis, quæ seruatur innato calido: nam si contrà pulsus vehementior est factus, certè calidum innatum non potest debilitatum esse vsque ad extremarum partium liuorem.

Ὄρχεις δὲ καὶ αἰδοῖα ἀνασπασμένα, πόνους ἰσχυροὺς σημαίνει, καὶ κίνδυνον θανατώδεα.

Genitale testesq; contracta, vehementes dolores significant, & periculum mortis.

Genitales partes omnes & in viris & in fœminis natæ sunt mirum in modum tumescere & detumescere, distenta aut contracta. tumēt autem & erumpunt, cùm multo spiritu vitali abundant, hoc expirante subsident plurimum in sese, & contrahuntur, & videntur introuerti. Pati etiam possunt hanc passionem per veram conuulsionem musculorum, qui in testes infero voluntarium quiddam erectioni pudendi præstant, aut per motum conuulsiuum nerui sextæ coniugationis qui ad seminaria vasa venit: ergo extinctio caloris naturalis facere potest penuriam spirituom vitalium, atque ita contractionem earum partium: sed & conuulsious motus potest eam contractionem facere: dolor verò vehemens facilè potest vtramq; passionem facere: nam absumit multos spiritus, & eos qui supersunt, cogit externas partes destituere, & neruos conuulsione contrahi. Potest igitur per summam debilitatem calidi innati genitalium contractio accidere, multò autem magis cùm huic debilitati dolor vehemēs accesserit.

CAPVT XII.

Περὶ δὲ ὕπνων ὥσπερ καὶ κατὰ φύσιν ξυνήθης ἡμῖν ἐστι, τὴν μὲν ἡμέρην ἐγρηγορέναι χρὴ, τὴν δὲ νύκτα καθεύδειν. ἢν δὲ εἴη τοῦτο μετα-

βεβλημένον, κάκιστον. ἥκιστα δὲ αὖ λυπέοιτο, εἰ κοιμῷτο τὰ πρωὶ ἐς τὸ τρίτον μέρος τῆς ἡμέρης. οἱ δὲ ἀπὸ τουτέου τοῦ χρόνου ὕπνοι, πονηρότεροί εἰσι. κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνοίη, ἢ παραφρονήσει ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

DE somnis autem, vt secundùm naturã consuetum nobis est, interdiu quidem vigilare oportet, & noctu dormire. Si autem contrariũ accidat, malum. Minus autem nocebit, si dormiat mane vsq; ad tertiam diei partem. Qui verò ab hoc tempore sunt somni, deteriores sunt: pessimum autem non dormire neq; noctu neque diu, nam aut dolore & labore vigilabit, aut delirium succedet huic signo.

NOn tantùm oportet in somnis considerare qđ Hippocr. monet, quo tempore fiant, diu inquã an noctu, mane an vesperi, & an dormiant, an non dormiant, sed alia quædam: nam hæc ioterrogare oportet hoc ordiue, primò an dormiant: secundò, quanto tempore dormiant: tertiò, quo tempore: quartò, vt dormiant, an scilicet placidè, an contrà implacidè, magna cum inquietudine & stertore: quintò, an somnus iuuet an lædat. In quouis horũ signorum, quod maximè accedit ad naturam, propriam potissimum ægrotantis, & ad consuetudinẽ, optimum esse: contrà, quod maximè recedit, pessimum, epilogistica ratioue probatur: cui etiam ratio analugistica respondet. Qood secundo loco considerandum dixi, quanto, inquam, tempore dormiant, possit intelligi, eum prima interrogatione, an dormiant. de qua dicit Hippocr. pessimum autem non dormire neque noctu neq; interdiu: nam nunquam dormire, & parum dormire in eodeio genere videtur esse, sola ratioue maioris aut minoris noxę diuersa. Sed in hoc etiam genere omisit Hippoc. hoc loco differentiam ootatu dignam: nam in hoc genere est duplex vitium, defectus & excessus: vt si nunquam dormiant, aut semper, si minus quàm pro consuetudine & natura, aut plus. Verùm hoc scripsit alio loco dicens, somnus & vigilia vtraq; si modum excedit, malum. De quinta interrogatione alibi dicit, vbi somnus laborem facit, mortale. De somni qualitate, quæ consideranda diximus, an placidus an implacidus sit, an cum stertore an cum turbulentis insomniis, variis locis scripsit. De reliquis scribit boe loco Verùm nos ad exactam prędictionem omnia censnimus coniungenda. Constat verò omnium optimom somnum esse, qui neq; longior neque breuior sit, qoàm pro peculiari hominis cõsuetudina & natura (nam inane est velle, quod quidã barbarorum faciunt, tempus certum somni salubris definire) & eo tempore quo homo consneuit (id tampus erit nocturnom nisi homo imprudenter viuat vt aulici, vigilans noctu & dormiẽs interdiu, in eo enim diurnum tempus est opportunum somno) & placidus omninu, & qui iuuat: nam hæc omnia naturæ & consuetudmi quadrant maximè, & optimè corpus affectum esse significant: nam vtcunq; ab eo quem descripsimos, somnus euariet, ex mala causa id fiet: nam non potest fieri longior aut breuior nisi ob intemperiem cerebri cum homore aut sine humore: longior fiet ob frigidam & humidam, breoior ob calidam & siccam, aut etiam ob dolorem aliqnem, qui vigilare faciat. Iam verò vigilare eo tempore, quo cousueuit dormire, internã causam, quæ vigilare cogat, significat. Vt si placidus somnus non sit, maligni humores inquietudinem inferentes significentur. Quod si sumnus lædit, internæ inflammationis plerunque est nota, potissimùm per morbos acutos: sed hæc alio loco, quę hîc scribit Hippoc. exequamur. Nox natura iuuat somnum, namq; tenebris & frigore: contrariis omnino iuuat dies vigiliam, præterquam quod plerisque hominibus ita est in cunsuetudine: ergo optimum est dormire noctu: sed addit, minùs nocebit, si dormiat manè. Videtur hîc de vtilitate dicere, affirmans optimum esse manè dormire. Verùm non hoc dicit, nam hîc non est locus differẽdi de vtilitate somni (non enim agitur de tuenda valetudine) sed de bono signo: ergu perinde intelligendum est, ac si diceret, si interdiu dormiendum est, melius signũ est dormire summo mane, qoàm ad meridiem, aut vesperi. Describit scilicet hîc, neque optimum, neque pessimum somnum, sed mediocrem quendam, vt signum. Causa verò est, qnòd si somnus non fit hora solita, non est imputandus causæ eidem à qua naturalis somnus fieri solet, vapori inquam cibi, sed vaporibus ascendẽtibus ex succo qui morbum parit: ergo hora somni horam motus humoris significabit: sed bora motus nonnihil facit ad significandum naturam succi: nam sanguis, vt fert antiquum dogma, summo mane, flaua bilis, die medio, vt pituita nocte media, melãcbolia vesperi mouetur magis. Iam verò natura humoris plurimũ facit ad periculum aut securitatem: ergo hora somni ad morbi euentum magnum momentum habet, atque matutina ad securitatem: nam morbi ex sanguine securissimi sunt, vt 14. cap. dicemus. Accedit quòd somnus qui tribus primis horis (intellige horę nomine duodecimam diei partem) non longè abest à consuetudine hominum, imò nonnulli ad hanc vsque horam dormiunt, cùm bene valent. Addit deinde describens pessimum buius generis signum, pessimum non dormire neq; noctu neq; interdiu: nam tantum peruigilium aut fit dolure aliqno graui, aut labore somnũ impediente, id verò per morbos acutos non potest nun esse graue: aut significabit phrenitidem imminentem: nam fit bile in caput ascendente. Sed est dignum cõsideratinoe, vtrum est deterius, neq; noctu neq; interdiu dormire, an neque noctu neq; interdiu vigilare: nam si hoc est deterius, cur illud dixit pessimum? Certè vtrunq; horum fit læso cerebro: sed cæteris omnibus paribus, quia peruigilium à deteriori succo fit (bile scilicet) quã sopor, qui fit à pituita, videtur illud esse deterius: tamen re vera vtrunq; est adeò graue, vt quàm minimom discrimen sit: nisi quòd ex peculiari natura ægrotantis, & ex anni tempore, & regione, & similibus nascitur: vt grauius est biliosum hominem laborare lethargo quàm phrenitide: pituitosum contrà: grauior etiã est letharg⁹ æstate & Hispali, quàm hyeme & Burgis. Sed hoc caput non indiget pluribus.

CAPVT XIII.

Διαχώρημα δὲ ἄριστόν ἐστι, μαλθακόν τε καὶ ξυνεστηκὸς, καὶ τὴν ὥρην, ἥν περ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει, πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν

εἰσιόν-

ἀποδόντων. τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν.

DEiectio optima est, mollis & constans, & eo tempore excreta, quo per sanitatem solet: multitudo autem ad portionem assumptorũ: nam si talis exit, venter inferus bene valet.

NOn retulit hic Hippocr. omnia, quæ optimæ deiectioni accidere debent: debet enim præter hęc esse etiam coloris subrufi, & sine crepitu excreta, & non grauiter olens: hæc verò reliquit ex iis quæ statim huc capite dicentur, intelligenda. Neq; verò verum est quod quidam effutiunt, dicẽtes referre hic omnia quæ possint significare imum ventrem bene valere: nam odor qui nõ sit grauis, significat etiam bonum vẽtris: nam potest intemperies solius intestini grauem stercoris odoré parere: potest etiam intestini intemperies flatum gignere, & crepitus esse causa. Itaque neque omnia quæ ventrem inferum bene valere significant retulit. Mollis deiectio, est non dura: constans, est non fluxa. Quòd verò quæ talis est, & consueto par sanitatem tempore excreta, & respondens quantitati cibi, seruata proportione, optima sit, constat. Primũ quòd talis est deiectio bẽne valentium, deinde quòd nullatenus potest ab hac euariare sine malo ægrotantis: nam dura non potest fieri, nisi aut facta nimia distributione ex intestinis, aut detentis diutiùs excrementis. Illud nimius hepatis ardor, aut nimia succi per totum corpus penuria potest facere, hoc debilitas expultricis. Fluxa deiectio non potest fieri nisi aut confluentibus multis succis aliunde, patientibusque intestinis fluxionem, aut cessante distributione: hæcque potest cessare, aut ob debilitatem tractricis in hepate; aut inordinatum motum expultricis intestinorum (ita placet magis dicere, quàm debilitatem retentricis: quia intestina, vt instrumenta non habent vim retinendi, sed si quam habent, habent certè vt simplices partes) aut leuitatem intestinorum, aut copiam succi mordentis. Anteuertere tempus consuetum deiiciendi eisdem causis potest, quibus fluxa fit: tardare verò eisdem, quibus fit dura. Atque vt copiosior sit quàm pro cibi copia, fit eisdem causis quibus fluxa: vt minor, eisdem quibus dura, aut detenta bona fæcis parte in cæco aut aliis intestinis. Constat verò vt omnes hæ causæ malæ sint, ergo illa quam descripsi, est optima, & significat imum vẽtrem bene habere. Hic dicitur imus venter, totum intestinum cum ventriculo: dicitur verò ad thoracem: nam totius huius regionis affectionem significat deiectio, quanquã præcipuè ac insigniter significat affectionem intestini: nam in intestino generantur fæces alui, vt lib. 6. Controuers. diximus.

Εἰ δὲ εἴη ὑγρὸν τὸ διαχώρημα, ξυμφέρει μήτε τρύζειν, μήτε πυκνόν τε καὶ κατ' ὀλίγον ὑποχωρέειν· κοπιῶν γὰρ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς ξυνεχέος ἐξαναστάσιος, ἀγρυπνέοι ἄν· εἰ δὲ ἀθρόον πολλάκις διαχωρέοι, κίνδυνος λειποθυμῆσαι.

Si verò sit humida deiectio, confert neq; stridere, neq; crebrò & minutatim excerni: laborans enim homo cupiditate deiiciendi, peruigilio corripietur. Si verò sæpe & confertim fluat, periculum affert deliquij animi.

Apud Hippocratem, & Aristotelem, & Galenũ, & plerosque Græcos auctores ὑγρὸν significat quod fluxum seu fluens est: hoc ergo nomine deiectionis humidæ intellige. Hanc non posse esse optimam, ex dictis constat: quandoquidem posuimus illam esse mollem & constantem: verùm potest esse vtilis per morbos. Si quidem suo tempore accidat, id est post signa concoctionis, tam potest esse vtilis, vt soluat integrè morbum: si verò accidit ante tempus concoctionis, semper est signum malum: est enim euacuatio per symptoma: tamen vt causa, potest tunc quoque esse bona aut mala, debetq; nonnunquam medici opera sisti, nonnunquam duci. Vt libro 5. Controuers. abundè monstraui. Et in omnibus euacuationibus in primis considerandum est, an conferant an non, vt de sudore paulò antè diximus: sed præter hoc, in his humidis deiectionibus modus exeundi nonnihil indicat. Sunt verò in modo exeundi quatuor differentiæ: nam aut expellitur parum & crebrò, aut parum & raró, aut multum & crebrò, aut multum & raró: est etiam in modo exeundi, si stridet aut non stridet. Mala deiectio est, quod ad has differentias attinet, quæ stridet: nam multum flatus interiùs generari indicat. Mala etiam, siue strideat siue secus, quæ minutatim & crebrò deiicitur: minùs mala quàm hæc est, quæ minutatim sed raró: verùm deterior est his duabus, quæ affatim & crebrò deiicitur: illa solùm optanda est, quà affatim & raró deiectio fit. Hippocrates duarum tantùm mentionem fecit, crebræ & minutatim factæ, & copiosæ & crebræ. verùm factarum mentione, reliquæ intelliguntur. Videtur Hippocrates reddens causam, qua duæ illæ deiectiones, quas enumerat, malæ habentur, præter rem confugere ad noxas quas faciunt, sed oportuisse potiùs dici affectus quos indicant, præsentes aut imminentes: quandoquidem hîc de malis signis, disputatio est, non de malis causis Verùm scire licet, in his euacuationibus malitiam causæ respondere malitiæ signi (etsi in aliis quammultis rebus non ita fiat) esseque causam mali signi, quod euacuationes habent malitiæ vt causæ: proinde Hippocrates si res bene intelligatur, nihil omisit quod ad prædictionem faciat. Euacuatio crebrò & minutatim facta significat irritationem magnam, atque aut multum aut prauum succum, & debilem facultatem expellendi: hoc, quia minutatim fit, illud, quia crebrò: atque hic assiduus labor peruigilium facit: rursus labor & peruigilium debilitatem: ergo facit debilitas eam deiectionem, ac rursus ea deiectio debilitatem. Minutatim & raró facta deiectio, etsi debilitatem facultatis expultricis nihilo minorem indicat, tamen irritationem indicat multò minorem. Deiectio copiosa & crebra exoluit facultatem, infertq; animi defectiones: quod aperto indicio est, eam non fieri facultate valente expellente, sed debiliter retinente: itaque non tam ob robur, quàm ob debilitatem facultatis: nam facultas robusta non facit nimiam euacuationem, & vsq; ad dissolutionem (hanc enim solùm facit cùm non potest continere) sed cedit symptomati præ debilitate, expiratque facultas ipsa: itaque hîc rursus debilitas euacuationem, & euacuatio debilita-

tem aoget, idque affatim: quæ affectio pessima est. Sola superest euacuatio magna, & ex longis interuallis, quæ sola ex robore facoltatis fieri consueuit: magna, quia expnltrix valenter agit: ex longis interuallis, quia expultrix, vtpote robnsta, oon grauatur aut irritatur quantulacunqne causa, sed sustinet vsque ad mediocris copiæ congestionem. Vides ergo vt Hippoc. meritò mentionem fecerit ooxæ qoam pariunt illæ deiectiooes, quanquam de signis est sermo: quia illæ ipsæ ooxæ addnot signis malitiam.

Ἀλλὰ χρὴ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰσιόντων ὑποχωρέειν, δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης, καὶ τῆς νυκτὸς ἅπαξ· πλεῖστον δὲ ὑποχωρέειν τῷ πρωΐ, ὥσπερ συνήθης ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ.

Sed expedit pro copia ingestorum deiicere bis aut ter in die, & semel in nocte: plurimum verò subeat summo mane, vt consuetum est homini.

Galeous putat, his verbis nihil aliud contineri, quàm quod priùs dicebatur: deiectio optima debet eo tempore exceroi, quo per sanitatem solet: multitudu autem ad portionem assumptorum: itaque describit hic quoque optimam deiectionem. Quare censet, oon debuisse Hippoc. numerum deiectionum referre, eò quòd oullus uumerus omnibus sit consnetus, atque miuimè videbatur dicendum bis, aut ter in die, semel in nocte: nam hoc noo solùm est consnetum omnibus, sed neque multis, neqne nisi perpaucis: noo ergo potest esse norma optimæ formæ deiectionis. Cæterùm, vt vera dicā, Galenus noo videtor assequutus penitus Hippocr. mentem: non enim hìc de optima deiectione dispotat, neque quod in principio huius capitis dixerat, reperit modò: sed disputat de deiectione humida, quam diximus nunquam esse optimam, sed nunc meliorem, nunc deteriorem prq modo deiiciendi. Dixerat, malum est deiicere miuutatim & crebrò, malum etiam, deiicere affatim & crebrò, modò addit, sed io hoc deiectionis genere optimum est, bis aut ter per diem, & semel per noctem deiicere: scilicet si in morbo acuto homini constituto aluus soluitor, deiicereque humida incipit, optimum est, quod attinet ad formam deiicieodi, bis aut ter per diem deiicere, semel per noctem, & summo mane maiorem deiectionem fieri quàm aliis horis: nam hæc deiectio neque erit minotatim facta, neq; crebrò, neque verò admodum rarò, sed quod morbi materiam possit miuuere, facultate non debilitata. Quòd verò qui bis, ant ter per diem deiicit, semel tantùm deiiciat per noctem, ratiooi est consentaneum: nam somnus impedit euacuationes omnes quæ aguntur opera facultatis animalis, cuiusmodi deiectio per aluom. Verùm dices, nō quadrat cum hac expositione, qaod quasi reddens causam Hippocr. inquit, sed pro copia ingestorum, & rursum, vt homini est consuetum: oam deiectiones humidæ, quæ copiosæ sint (nam tales intelliguntur) & tres aut quatuor contingant vno die, oon possunt in morbo acuto, in quo tenni victu homines vtuntur, respondere copiæ ingestorum. Scire licet respondere quantitati iogestorum, non esse, tantum deiici quantom ingeritur: sed rationem quandam seruare quæ egeruotur, eorum quæ ingeruntur: quod per morbum etiam acutum potest fieri: vt si laborans, quo die plos ingerit, plus egerit, quo minus, minus quoque. Hæc ratio seruari potest, etiam si per eas excretiones, vt per morbos acutos fieri verisimile est, nou tam deiiciātur reliquiæ cibi, quàm mali succi ad intestina confluentes: nam simul cum his succis erumpuot alui fæces: atque ratio hæc excretorum cum ingestis, sigoificat retinere oaturam aliquatenus modum deiiciendi, quo vtebatur per bonam valetudinem, si non exactè, at secundùm analogiam: itaque non est hæc collatio numeri deiectionnm, cum numero, qui per sanitatem accidit: oe cogaris suspicari, affirmare Hippocr. quatuor deiectiones in die esse hominibus per salotem consuetas: nam nihil minùs dicit: sed quasi opponens contrarium ei quod dixerat, sæpe & consertim fluit, dicit bis aut ter per diem, semel in nocte De quātitate dicit, pro copia ingesti cibi oon exactè, sed cū quadam ingestorum ratione, vt explicui: qoare minùs est opus affirmare hìc loqoi Hippocr. de homine constituto in declinatione morbi acuti: nam hîc disputat de deiectione humida sine distioctione temporum morbi: imò verò vt sequeotia statim verba facient palàm, videtur de morbi principio aut incremento potiùs disputare. Plurimum deiicere summo mane plerisque hominibus est in coosuetudine per bonam valetudinem, proinde id etiam fieri per morbos boni signi habet vim: si cui nō est in consuetudine, is meritò ab hac parte prognostici excipietur.

Παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρημα, πρὸς τὴν κρίσιν ἰόντος τῆς νόσου.

Crassescere autem oportet deiectionem, morbo eunte ad iudicationem.

Deiectionem liquidam crassescere paulatim, vt morbus it in iudicatiunem, bouū signum est: nam vt à me alio loco est demonstratum, concoctio omoia reddit crassa: verùm hæc crassities quæ concoctione fit, est mediocris: nimia enim nou fit concoctione, sed causa aliqua noxia: ergo excremeota debere crassescere, eunte morbo in iudicationem, do liquidis intelligi debet: nam duræ potiùs debeot emolliri: est verò illud uptimum signum: nam vt 2. Epidem. docuit, concoctiones celeritatem & securitatem significant: ergn hæc deiectiunis mutatio significat, citò & tutò soluendum morbum. Verùm roges quid facit deiectionem alui coqui, vt possis inde sperare morbi solutionem? quum deiectione non prodeat morbi materia, sed cibi fæces? Certè cùm quispiam morbo acuto corripitor, omnia excrementa solent apparere cruda, & mutatæ omoes excretiones, partim quia redundans succus per omnes euacuationis vias solet regurgitare, partim quia omnes officinæ concoctiooum debilitantur, aliæ aliis consentientes: ergo cùm sanescere incipit homo, incipiūt omnes concoctiones emendari, hæ ante illas: itaq; nulla concoctio nō habet ad quemcunque morbum satis magnum momeotum, vt signum: hac causa vrina, quanquam in morbis venarum habeat maximas vires, nullo tamen io morbo est contemnenda: accedit his, quòd cum deiectione rarò non exit aliquid propriæ materiæ morbi.

Τοιαν-

Ὑπόπυρον δὲ ἔστω καὶ μὴ λίην δυσῶδες.

Subrufa autem esto, neq; admodum fœtida.

Vt in Aphoris. Hippocr. dicit, mutationes excrementorum iuuát, nisi ad mala mutatio fiat: verùm si ad mala mutatio fit, mala mutatio est: vt si ex deiectione liquida fiat crassa, sed nigra & fœtida: proinde inquit Hippocrates, oportet vt crassescat, eunte morbo in iudicationem, & vt sit subrufa neq; admodum fœtida: talis enim est optima sanorum. Itaque hîc Hippocr. & describit, qualis debeat fieri deiectio, vt optima sit, & supplet quæ priùs omisit, describens optimam deiectionem. Subrufa esse debet, quia talis fit mediocri bilis naturalis admixtione: hoc verò intelligatur cum quadam latitudine: sobrufa scilicet, aut rufa pauló plus, minúsve: nam neque sanitas, neque accidentia sanitatis sunt indiuidua. Dictum est, non quidem neque fœtida, sed neque admodum fœtida: nam deiectio quæ nihil fœtet, non est bona, vt signum, imò verò fit ex magna cruditate, intestinis non alterantibus fæces: nã si alterantur, non possunt fæces non fœtere: non enim sunt capaces perfectæ concoctionis, sed mediocris cuiusdam putrescentiæ: fœtida admodum, significat putredinem magnam: optima ergo est nõ multum fœtens.

Ἐπιτήδειον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι μετὰ τοῦ διαχωρήματος, πρὸς τὴν κρίσιν ἰούσης τῆς νόσου.

Expediens etiam, lumbricos rotundos descendere cum excretione, morbo eunte in iudicationem.

Galenus hoc loco ita intelligit hæc verba, quasi diceretur: lumbricos rotundos melius est descendere cum excretione, quàm sursum ascendere & euomi. Certè verum est quod Galenus affirmat, nã si quis per morbum euomat lumbricos, modò verò incipiat reiicere per sedem, melioris affectionis signum est: nam cùm natura potest, per conuenientem regionem euacuat: cum per minùs conuenientem facit, ob imbecillitatem facit: ergo quod p minùs cõuenientem regionem emittebat, per conuenientem modò emittere, naturam meliùs morbi causas vincere argumento est: constat vero conuenientem viam esse ad excretionem vermium intestina & sedem, incommodam verò ventriculum & os: maximè cum monstratum à me sit in Commentario quarti libri Meteoron Aristot. nullos vermes in ventriculo generari, sed ex intestinis ascendere eos qui euomuntur. Itaque vera est enarratio Galeni, sed non satis quadrat meo iudicio cum Hippoc. instituto. Non erat hîc locus conferendi deiectionem cum vomitu, sed deiectionem cum deiectione, docendique quid ex quauis deiectionis forma significetur. Accedit, quòd illa verba, morbo eunte in iudicationem, aliud quiddam videntur significare: nam deiectio vermium, vomitione vermiũ quocunque tempore melior est, non solùm morbo eunte in iudicationem: vt dictum erat, crassescere oportet excretionem, morbo eunte in iudicationem, ita hîc dicit, lumbricos rotundos oportet descendere cum excretione, morbo eunte in iudicationem. Nimirum cùm quis deiiciebat per totum morbum humida quædam, ita vt fit, incipere modò crassiorem fieri & cum lumbricis, concoctionem significat: nõ quidem solùm ob crassitiem, sed ipsa lumbricorum generatio concoctione quadam fit: hoc accidere solet potissimùm in morbis & naturis abundantibus crassa pituita: cùm scilicet hucusque crassa quędam & pituitosa deiicerentur, lumbricos modó deiici, apertè iudicat, calorem membrorum succos illos magis alterare: ita enim ex idonea ad illorum generationem materia lumbrici fiunt: ergo morbo eunte in iudicationem, eos apparere bonum est, quia concoctiones celeritatem iudicij, & securitatem significant. Quare ego non acquiesco in sententia Pauli libro 4. cap. 57. & Aetij sermone 9. cap. 39. qui dicunt lumbricos nunquam præbere bonam significationem nisi in declinatione: in statu enim morbi malignitatem sequi. Intellexerunt fortasse hi nomine iudicationis solutionem: vt idem sit morbo in solutionem eunte, ac morbo inclinante: verùm falluntur, nam lumbrici concoctione quadam generantur ex pituitosis, concoctiones verò etsi inclinatione perficiuntur tamen ante iudicationem inchoantur: quare non solùm in statu potest lumbricus non ex malignitate morbi esse, sed & in incremento, quum proximus iam status est: imò verò haud scio an malignitate vnquam fieri possint: maligni enim succi viuentia omnia enecant: quare morbi per quos multi lumbrici apparent, non possint esse maligni ex materia, sed ex symptomatis quæ ipsimet lumbrici faciunt: vnde etiam quæstio quæ inter Paulum & Aetium locis citatis, & Rasim ac Auicennam alia ex parte intercedit, illis dicentibus, meliùs esse exire lumbricos viuos, his contrà mortuos, decisionem habet facilem: viui enim grauiora symptomata faciunt, anxietates scilicet, deliquia animi, morsus & conuulsiones: mortui verò cum maligniori morbi causa possint esse coniuncti, videlicet ipsa malignitate necati, & arescentes. Qui verò non symptomatis ratione, vt Galenus dicit, sed ob concoctionem, vt in hoc prognostico dicitur, exibunt, erunt sanè viui, recens geniti nõ iuncti, cum fæcibus etiam iam crassescentibus. Sed rogabis, cur dixit descendere, ac non potiùs, ascensus aut descensus nomine prætermisso, apparere? an quia cùm apparent, plerunque descendunt, & quia de deiectione erat hic sermo, cum deiectione verò descendent, nam hanc ascendere perrarum est? Accedit quòd deiiciuntur vtiliùs. Sed est quod dicamus, cur quum sit triplex lumbricorum genus, lati & rotũdi, & ascarides vocati, rotundorum tantùm mentionem fecit. Lati vermes rarissimè reiiciuntur, atque extremitate internæ tunicæ intestinorũ discissa generantur: ascarides minimam vim habẽt ad significandum morbi mutationem, nam non generantur nisi in podice, ex reliquiis fæcum illic putrescentibus, ob intemperiem propriam particulæ: meritò ergo rotundorum tantùm mentionem fecit.

Δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι καὶ εὔογκον.

Oportet omnibus ægrotantibus laxum ventrem esse, & bona molis.

Repletus venter est intentus, cùm fit magna suppressio deiectionis aut flatus: ergo laxum esse, bene

fluentis deiectionis est signnm. Verùm non oportet laxom nimis esse & extenuatum, oam consumptionem significat: sed oportet laxum & bonæ mo lis asse.

Ὑδαρὲς ἢ κάρτα, ἢ λευκὸν ἢ χλωρὰν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα.

Aquosam valde aut albam, vel chlôram vel rubram valde, vel spumantem deiici, hac omnia mala sunt.

Hîc describit deiectiooes malas, quæ nondnm snot pessimæ: atq; quanquam dictum erat de madente, non tamen fuit hîc aquea prætermittenda: nam aquea madans certè est, non tamen omnis madens statim est aquea: madens potest essa booa aut mala, vt aliæ differentiæ illi aecesserint aut noo accesserint: quæ verò iam est aquea, oullatenus posest non esse mala, est enim quæ fluxa oimis ast & tenuis, & decolor, ac sioe odore, omnia denique aquæ similis: hæc magnæ cruditatis signuio est, siquidem neque odotem, neque colorem, neq; substantiæ modum eoncoctione comparauit. Alba deiectio fit, quód nulla bilis genetetur, quæ vrinam tingat, vt per hydropem fieri solet, aut quód [illegible] quę generatur, ooo descendat in intestioa ob aliquam obstructionem, vt solet per icterum fieri: vtraque harum causarum est satis mala. Nomeo hoc χλωρὸν significat aut flauum aut viride, vtrumuis hîc significet, mala est deiectio chlôra, quanquam daterior sit viridis, quàm flaua: oam hæc fit multa bile & admodùm flaua, illa bili viridi, quæ ex maiori inceodio nascitur, admixta. Rubra valde deiectio nō potest nooesse crueota: coostat verò hanc malæ affectionis esse notam. Spumans fieri potest, ob permixtionem multi flatus, vt solet fieri in laborantibus dolore coli, quæ deiectio cum crepito exit & innatat in aqna vt stercus bubulum. Fit etiam nonnuoquam ob ealorem igneum quodam feruora spumam generantem, vt io feruenti aqua videmns fieri. Constat verò vtramque causam esse malam: verùm hac secunda, quæ priori detarior est, verisimilius esse per morbos acutos accidete, atque accidit re vera, soletqua esse nota incipientis colliquationis, atque omncs hæ differeutiæ malæ sunt. Sed oportet hic meminisse eius qood sæpe iam diximus, videlicet à præsagiis debere præscindi causas manifestas: nam hæ semper detrahunt vires signis: ergo hìc quoque suppleri debet, nisi fiat ob cibi ingesti qualitatem: nain si quis ægrotans, cui accideret deiectio squosa, mihi referret iogesisse sa largiter aquam paulò aotè, minùs equidem terrerer, quàm si oihil referret tale: sut si pultem ingesisset, qui album: aot mel, qui flauum: aut lactucam, qui viride: aut legumina multa, qui spumans, deiicit: quanquam oe tum quidem illi colores non essent msli: nam deiecta nimis referre ea, quæ ingesta sunt, paruæ alteratioois, ac proinde cruditatis signum est: id verò non est tam graue malum, quàm cum sioe caofs manifesta aliquis talis color deiectionis apparet.

Πονηρὰν δὲ καὶ σμικρόν τι ἐὸν, καὶ γλισχρὸν καὶ λευκὸν, καὶ ὑπόχλωρον καὶ λεῖον.

Prauum etiam est, exigua, lenta & alba, & subchlôra & leuis.

Noo debent hîc disiuncta legi hæc dictiooū nomioa, vt io sententia proxims: non enim diceret itarum alba, sad coniuncta legantur, noo tamen omnia, sed vt describaotnr duæ differentiæ deiectioois: prima est exigua leota & alba: secunda est subchlôra & læuis: vtraqua significat colliquatiooem: solentque apparere ambæ per eas febres, quæ malî moris snot, & liquant pingues partes. Prima fit pinguedioe recenti liquata: secuoda fit liquata simul & putrescente pinguedioe: nam subchlôra hîc dicitur subflaua, talem verò colorem comparat putrescens pinguedo, vt experimur quotidie in pingoedine veteri: ergo vtraqne dciectio est liquationis signum, deterior tameo est secunda. Pioguia omnia constat essa lenta & læuia, lubrica enim sunt & taoacia, ergo liquata pinguedo facit deiectiooē exiguam quidem, quia magna ex pioguedioe non fiet: albam, si pinguedo oon putrescit sed liquatur solùm: lentam verò ob pinguitudinam: qua eàdem causa læuis arit, id est, non aspera, hæc omoia habet deiectio præterquam quòd erit subflaua, si putrescit pioguedo. Itaque coostat io prima differeotia deiectionis suppleri debere læuis, & in secunda, debere suppleri exigua & lenta: sed Hippoc. ns quidspiam repeteret, ita scripsit.

Τουτέων δὲ θανατωδέστερα ἂν εἴη τὰ μέλανα, ἢ λιπαρὰ, ἢ πελιὰ, ἢ ἰώδεα καὶ κάκοσμα.

His autem magis lethales sunt nigra vel pingues, vel liuida, vel aruginosa, & fœtida.

Lethales colores esse nigrum, liuidum & æruginosum, tam io deiectionibus, quàm vrinis & sputis, & aliis excrementis satis coostat: uam nigræ deiectiones fiunt, descendeute atra bila: liuidæ, descendente humore nigro, sad modico, qui permixtione aliorum excrementorum liuidus fit: æruginosus, descēdente bile viridi, quæ ingētis incendij est soboles. Fœtidæ deiectiooes hîc dicuutur, quæ sunt admodùm grauiter oleotes, nam mediocriter atiam naturales deiectiones fœtēt: grauissimus verò fœtor maximæ putredioìs est indicium: hæ ergo deiectionea lethales sunt: sed intelligēdum est, quantum in his accidētibus agitur, nam ob occasionem, aut modum exeundi, fieri potest, vt deiectio nigra salubrior sit, quàm alia quæ sit subrufa, vt si cui ante signa coococtionis deiectiones superuenniant fluxæ & rufæ, eę́q; sine conferētia & toleraotia, alteri verò post signa concoctionis, in morbo, quē aliis indiciis cogooueram, esse ex atra bile, superuenisnt deiectiones nigræ cum conferētia & tolerantia, constat has deiectiones humini huic salubriter, illas illi insalubriter aocidare, quanquam illæ sint rufæ, hæ liuidæ: verùm id non oascitur ex colore, sed quia nigræ benè, rufæ malè exibant. In quam sentētiam scriptum ast sb Hippocr. 4. par. Aphoris. 47. excretiones in febribus non intarmittātibus liuidæ & cruētæ, & fœtidæ & biliosæ, omoes malæ, sed qoum benè excernuotut, bonæ: & in deiectionibus & in vrinis. Itaqne deiectiones possunt esse booę, qnum benè exeunt: explieat varò statim Hippocr. quas dicat beoè exire, addēs, si verò oihil eorum, quæ confetunt, exeatnatur ab his locis, malū.

Itaq;

Itaque bena exire est excerni, qood morbum faciebat: addit Galenus in commentatione illius sententiæ, & post signa concoctionis, vnde statim fit, vt conserat, & fiat cum bona tolerátia: si contraria acciduot, malè exeát. Itaq. deiectiones nigræ, liuidæ, æruginosæ & fœtidæ lethales sunt, nisi cùm bene exeunt: possunt enim bene axire: quanquam liuidę rarissimè posint bene exire, quia liuidus succus non aliter quàm perfrigeratione fieri potest: si varò mixtione nigri fiat deiectio liuida, id nigrum quod descēdit, modicum erit. Deiectio verò exigua non potest non esse suspecta, debilitas enim expultricis facultatis cum multa copia succi maligni plerunq; significatur: tamen videtur aliquando hęc quoque posse bene exire: ná si succi albi bona copia descendit, vt liuida deiectio fiat, opus est nigro succo non omnino modico: itaque nihil prohibet bas, quæ p se lunt deteriores, quòd meliùs exeant, meliores esse illis, quæ sunt per se minùs malæ: esse autem has p se deteriores, & illas minùs malas agnosces, quia si modus exeundi sit idem, id est æquè bene aut male exeant, hę significabunt grauiùs affectum esse hominē, illæ minùs. Pingues deiectiones scripsit Hippocrates gradatim: primùm eas, quę significant incipientem colliqoationem, tales diximua essa spumantes: deinde, quæ significant colliquationem nondum magnam, sed pingoedinis solùm, tales diximus esse exiguas, lentas & albas, atq; subflauas & læues: modò dicit, pingues deiectiones, non illas, sed quasdam quæ solent fluere copiosè, & sunt oleo similes, quæ magnæ iam colliquationis, & quę non in pinguedinem solùm, sed in carnosas etiam partes serpat, sunt notæ.

Τὰ δὲ ποικίλα, χρονιώτερα μὲν τουτέων, ὀλέθρια δὲ οὐδὲν ἧσσον· ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα ξυσματώδεα, καὶ χολώδεα, καὶ αἱματώδεα, καὶ πρασοειδέα, καὶ μέλανα, ποτὲ μὲν ὁμοῦ διεξερχόμενα, ποτὲ δὲ κατὰ μέρος.

Variegata autem deiectiones diuturniores sunt his, lethales autē nihilo minus: sunt autem tales ramentosæ, biliosa, cruenta, porracea, & liuidæ, nunc quidem simul prouenientes, nunc au tem per partes.

Hippocrates ipse explicat, quas dicat varij coloris deiectiones, dicens ramentosæ, biliosæ (intellige valde flauas) cruentæ, porraceæ & liuidæ: constat verò singulas harū deiectionum esse lethales: ergo si omnes appareant siue simul, siue vicissim, multas affectiones significari, easque omnes lethales: ergo nō erit minùs lethalis nota, imò verò multò magis: nam quo pacto non sit periculosios oaturæ certare cum multis affectionibus, quæ omnes sint lethales, q̄ cum voica? sed qua ratione si lethalior ast affectio, sit diuturnior? nam à multis affectionibus non tantùm certius est naturam oppressum iri, sed id quoqne breuiùs futurum: ergo non tantùm est lethalior, sed & breuior morbus: sed intelligendum est affectionē non dici lethalem, quòd nullus posit ex ea superesse, sed quòd plurimi moriantur: ergo ex affectione, per quam deiectiones hæ variis coloribus excernootur, plures moriuntur, quá ex voici coloris, etsi lethalis: suntq; proinde deiectiones illæ magis lethales, & si qui super-sunt, conualescunt tardiùs, suntq; proinde diuturniores. Causa quà tardiùs coouaIescunt, est, quòd longiori tampore est opus ad superandum multiformia, q̄ vnicum excrementum. Hoc verò intelligi debet, cū varij colores sunt lethales, vt Hippocr. ipse explicat: nam deiectio partim alba, partim pallida, partim rusa, non sit lethalior aut diuturnior q̄ nigra. Dices fieri posse, vt quod moltitudine colorum abundet, quantitate sit minus, aut etiam non sit plus, atq; ita non sit deterius: cur enim deterius sit liuidi, & nigri, & viridis coloris esse singulas libras, quàm liuidi esse tres? certè maligoitas morbi non tam significatur quantitate, q̄ colore: proinde si colores omnes lethales soot, etsi tota deiectio variegata copiosior non sit simplici, tamen multas significat affectiones, nihilomious lethales.

Φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν καὶ πορδήσιος διεξιέναι, ἄριστον· κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι· καὶ οὕτω διελθοῦσα, σημαίνει, ἢ πονέειν τι τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραφρονέειν, ἢν μὴ ἑκὼν ὁ ἄνθρωπος οὕτω ποιέηται τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης.

Flatum autem sine crepitu exire optimum est: melius etiam cum crepitu exire, quàm cum illo recondi: atque ita erumpens aut dolorem significat, aut delirium, nisi libenter homo ita demittat flatum.

Flatus emissio nulla est secundùm naturá: nam qui optimè habet, non colligit flatum: calor enim optimè valentis hominis vt sensim generat, ita sensim eum dissipat: sed cùm omnis flatus sit præter naturam, ille est minimè malus, vt signum, qui erit sine crepitu: nam fit cùm flatus neque est multus, neq; admodùm crassus, & viæ sunt satis laxæ. Exire cum crepitu, malum est contrariis de causis: sed grauius est circumuolui, & non posse demitti: verùm cùm erumpit cum crepitu (nisi libenter demittatur aut ob impudētiam, aut ob consilium) significat dolorem, aut delirium: nam nisi ob dolorem ingentem, qui vehementer irritat, demittit, & alioqui est pudicus homo, oblitus est sui, & distractus mente. Sed nō explicat Galen. neq; verò quisquam alius in commentatione huius sententiæ, cur dictum sit deterius esse retineri flatum vt non posit expelli, quàm emitti cum crepitu: vidatur tamen deterioris affectionis esse signum expelli com crepitu: nam excipi debet voluntas ægrotantis (voluntaria enim expulsio aut retentio nullius affectionis grauis signū est) ea verò excepta, expulsio crepitua potest fieri ob phrenitidem, retentio verò non nisi ob debilitatem expultricis & obturationē viæ quæ phrenitide minùs lethalis affectio est. Certè ego ita puto, inuoluntariam deiectionem, quæ in principio phrenitidis fit, deteriorem esse vt signum (nam de sigois oportet hic agi) quàm retentionem inuoluotariam flatus: eam vero quæ ob dolorem fit, esse minùs malam, nam fit ob dolorem tantùm: cùm enim tanta irritatio sit, non est quòd retentricis debilitatem causeris: retentio verò ob dolorem, (nam hic non posit abesse, neque enim reuolutio flatus fieret, oisi intestina irritarentur) & ob debilitatem expultricis, aut obturationē viæ, aut hæc omnia. An verò demissio inuoluntaria flatus cum

crepitu ob phrenitidem fiat, an ob dolorem, ex aliis signis erit cognitu facile: non enim fiet phrenitis sine multis aliis indiciis. Ergo flatus hunc habet malitiæ in genere signorum ordinem: minimè malus est, qui emittitur sine crepitu, deterior qui emittitur cum crepitu ob dolorem: hoc quoque deterior, qui cum murmure retorquetur per intestina: deterrimus qui cum vera phrenitide fit. Itaque vbi inquit Hippocrates, melius est cum crepitu exire, quàm cum illo recondi, intelligi debet, nisi exeat ob phrenitidem.

Τοὺς δὲ ἐκ τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ τὰ κυρτώματα, ἢν ᾖ νεαρὰ καὶ μὴ σὺν φλεγμονῇ, λύει βορβορυγμὸς ἐγγενόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, καὶ μάλιστα μὲν διεξιὼν ξὺν κόπρῳ τε καὶ οὔρῳ καὶ φύσῃ· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτὸς διαπεραιωθεὶς· ὠφελέει δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία.

Dolores ex hypochondrys, & tumores si sint recentes & sine phlegmone, soluit murmur factum in hypochondrio, maximè erumpens cum stercore & vrina & flatu: si verò non effluat, confert etiam si deuoluatur ad inferna.

In inflationibus hypochondriorum docet hic præsagire: iunguntur verò hæ sæpe cum morbis acutis. Describit has, dicens esse dolores & tumores recentes, qui phlegmones non sint: nam si esset obstructio quæpiam magna, aut scirrhus, profectò nõ esset recens (non enim solet repentè ingruere) neque cum tanto dolore, sed paulatim, longo tempore, & sine dolore. Verùm non esse phlegmonem ex aliis signis quæ adsunt, aut non adsunt cognosces, potissimùm vero ex partis ardore, qui semper aderit parti phlegmonem patienti, & ex pulsu, qui plerumque sentiatur: ergo in his inflationibus grauissimum est, dolorem hærere in parte more infixi pali, & nihil flatus deorsum agi: maximum iam iam futuræ salutis signum, cùm homo iam incipit hàc & illâc, ructu inquam & per sedem cum deiectione aut sine ea, & cum vrina, flatum emittere. Non minimum autem est, etsi nondum erumpat, incipere iam flatum cum murmure deorsum repere, principium siquidem salutis in his esse solet, quia calor membri iam incipit flatum aliquantulum dissipare, & membra non sunt iam tam extensa, sed circa flatum pellendum constringuntur: itaque principium est victoriæ. Quòd si Hippocrates dixit, dolores & tumores hypochondriorum soluit murmur: non proinde dixit, soluit, quod de murmure, vt de salubri causa loquatur, sed vt dicat, bonum esse signum, simulque eadem vocula causam reddat: nimirum est bonum signum, quia soluit. Hæc ratio prædicendi, obseruari debet in inflammatione ventriculi & hypochondriorum, & dolore coli, & vteri, & partis inanis, qui ex flatu fiat. Cùm vrina modicus profectò flatus solet exire, & is qui exit, spuma potissimùm agnoscitur.

Capvt XIV.

Οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν, ὅταν ᾖ λευκή τε ἡ ὑπόστασις, καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἐς ὃ ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος· σημαίνει γὰρ ἀσφάλειάν τε καὶ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. εἰ δὲ διαλείποι, καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοι, ποτὲ δὲ ὑφίσταιτο τὸ λευκὸν καὶ λεῖον, χρονιωτέρα γίνεται ἡ νοῦσος καὶ ἧσσον ἀσφαλής.

Vrina optima est, cùm album sedimentum & leue & æquale per omne tempus est, vsque dum morbus iudicetur: significat enim securitatem & morbum breuem fore. Si verò deficiat, & nunc quidem pura reddatur vrina, nunc autem subsideat albũ & laue, diuturnior morbus fit, & minùs securus.

Describit, vt fecit in aliis generibus signorum, primùm optimam vrinam, deinde reliquas differentias vt ab optima deflectunt vsque ad pessimam. est verò vrina ægrotantiũ optima, quæ est simillima vrinis sanorum, nam hæc erat ratio epilogistica. Expeti vero debet ab vrina optima in morbo, vt simillima sit vrinis sanorum in modo eius quod continetur, & in substantiæ modo ipsius fusuræ, non tamen & in colore, nam in hoc satis erit, si non absit longissimè: non enim, arbitror, eadem sit vrina hominis constituti in summo vigore morbi salubris, & eiusdem cùm bene valeret. Itaque describit vrinam optimam in morbis acutis: nam in his cœpit docere prænotionem: hæc habet sedimentum album, læue & æquale. Constat verò hanc quoque fore mediocrem, in modo substantię, & à naturali colore non longè diuersam. Sedimentum hoc loco dicitur, quod continetur in regione ima vrinæ: vt nubecula dicitur quod attingit supremam: appendiculum, quod attingit mediam. Id sedimẽtum quanquam vt habeatur optimum, debet in fundo esse, nõ tamen residere in matella, sed pendere. nam quod residet, est portio succi crassi & incocti, a quo fæces nullæ secretæ adhuc sunt. Quod in suprema aut media regione pendet, indicat non satis esse consumptum flatum, atque adeò neque coctam esse satis morbi causam. Iam verò id quod continetur, quantò candidius est, tantò plus naturam membrorum succos vicisse declarat: nam fit venis & arteriis contendentibus reddere succos sibi similes. Constat verò quantò candidiores reddiderit, tantò plus effecisse, ac tantò plus valuisse: nam similitudinis cũ solidis membris magna pars est ille candor. Lęuitas quoque & æqualitas secundum tempus eius quod continetor, indicat naturam bene ac integrè superasse succos, non leuiter, aut per partes: nam contrà asperum aut diuulsum fit, succis non bene coactis, ac coagmentatis vt per concoctionem solent, & flatu dirumpente: inæqualis id est, quod vno die apparet, alio non apparet, aut minùs apparet, fit succo aliis partibus victo, aliis non victo: ergo cùm apparet hæc vrina, possis prædicere morbum bene soluendum, idque citò. nam est signum morbi salubris consistentis in summo vigore, cui statim succedit salus. Celebratissimum est illud Hippocratis lib. 1. Epidem. concoctiones celeritatem iudicij & securitatem significant: verùm non est in morbis omnibus expectanda hæc vrina: ad concoctionem summam in biliosis sola nubecula est satis: tamen nulla morborum facta mentione, inter signa, sedimentum album, læue & æquale est aliis omnibus salutis & breuitatis euiden-

euidentius signum. Primus gradus bonarum vrinarum, quæ incipiunt ab optima deflectere, est, habentium album & læue, sed non æquale: nam hæ quoque sunt notæ concoctionis, non quidem perfectæ vt primæ, sed manifestæ: atque inter signa manifestæ concoctionis tenet primas: ergo hæ quoque io primis significant celerem & bonam iudicationem, neutram tamen vt primæ: nam cum signis perfectæ concoctionis, qualia illæ præ seferebant, fieri non potest vt ægrotus intereat: tamen cum signis manifestæ, qualia habent hæ, etsi perrarum sit mori ægrotantem, fieri tamen aliquando potest.

Εἰ δ' εἴη τῷ τι οὖρον ὑπέρυθρον, καὶ ἡ ὑπόστασις ὑπέρυθρός τε καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ πρώτου γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα.

Si autem sit vrina subrubra, & sedimentum subrubrũ & læue, multò diuturnior hæc quàm prima fit, salubris verò valde.

Hæc est tertia differentia vrinæ, earum quas Hippocrates hic describit, earum quæ non sunt optimæ, sed bonæ tantùm. Vrina namque subrubra cum sedimēto subrubro diuturniorem morbum significat, quàm aliqua dictarum, nam minoris concoctionis est nota, quàm illarum quęuis. magis enim accedit ad statum & summum vigorem, quę habet sedimentum album, læue non æquale, quàm subrubra cum sedimēto subrubro. nam hæc, tendente morbo ad statum, concoctione albescet. Neque verò putandum est gratia inæqualitatis posse illam esse hac diuturniorem: nam nunquã coeunt contrariæ, aut admodum diuersæ affectiones (natura omnibus in rebus repugnant contraria) sed non valde dissidentes: non ergo possit fieri sedimentum inæquale, quod vno die appareat album, alio nigrum aut viride: sed quod vno die appareat album & læue sedimentum, alio non adeò hæc habens, sed neque malum: itaque vrina hæc diuturnioris affectionis est nota, quàm priores: sed non vt est diuturnioris, ita est & magis salubris. imò verò quanquam salubris affectionis nota est, quia est signum cœptæ iam concoctionis, & abundantiæ succi benignissimi, non tamē plus quàm duæ priores, imò verò aliquantò minùs: quia, vt dixi, priores illæ sunt maioris concoctionis notæ. Itaque satis cautè Hippocrates, quanquam diuturnitatem cum collatione scripsit, dicens, diuturnior multò est, tamen salubritatem non scripsit cum collatione, sed simpliciter dixit, valde salutaria: & vbi dicit diuturniorem esse, quanquam cōtulit cum prima, non tamen censet non esse diuturniorem ambabus prioribus: quod significauit apertè, dicens. πολυχρονιώτερον, id est, valdè diuturnior: tamen paulo antè differens de secunda scripsit, χρονιώτερον, id est, diuturnior: constat verò dictione hac minorem diuturnitatem significari, quàm illa.

Κριμνώδεες δ' ἐν τοῖσιν οὔροισιν ὑποστάσιες πονηραί· τουτέων δ' ἔτι κακίους αἱ πεταλώδεες. λεπταὶ δὲ καὶ λευκαὶ κάρτα φλαῦραι, τουτέων δ' ἔτι κακίους αἱ πιτυρώδεες.

Farinacea in vrinis sedimenta mala: his sunt deteriora laminea. Tenuia & alba valde mala: his autem sunt deteriora furfurea.

Tres differentiæ earum quæ hic referuntur, significant consumptionē maiorem, quàm pingue, habens sedimentum farinaceum, & lamineum & furfuraceum. Quæ tertio loco dicta est, scilicet habens alba & tenuia fit solùm ob flatum multū diffundentem succum qui continetur in vrina: nam quod à quibusdam dicitur, hæc sedimentum fieri consumptione tanta membrorū solidorum, vt sint veluti comminuta, falsum prorsum est, vt monstraui lib. 3. Contr. vbi etiam monstraui lamineum deterius esse eo, quod hic dicitur farinaceum, & furfureum deterius esse lamineo: nam farinaceum hic dicitur, quod aliis locis ab Hippoc. orobinum: quod fit aut præcisis particulis renum, aut vsto sanguine per particulas: lamineum & furfureū præcisis particulis ex solidis, vt ex membranis, idque ob consumptionem, aut cariem. Verùm quod laminæ est simile, est latius & minoris altitudinis quàm furfureum: quare duobus nominibus furfureum deterius est, & quòd comminutio in minores particulas facta fit, & quòd penitiores partes attingat. Proinde cùm dicit, his antem sunt deteriora furfurea, ne intellige collationem fieri cum proximis, tenuibus inquā, & albis, sed cum omnibus priùs dictis. Pereodē etiam quàm attentè Hippocrates cùm in aliis differentiis comparandi nominibus vtatur: de tertia non dixit, deteriora sunt, sed valde mala: nimirum hæc differentia nulla aliarum deterior est, quanquam est illic interiecta.

Νεφέλαι δὲ ἐμφερόμεναι τοῖσιν οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαί, μέλαιναι δὲ φλαῦραι.

Nubeculæ quæ inuehūtur in vrinis, albæ quidem bonæ, nigræ verò malæ.

Duplex vrinæ accidens hic describit, locum in quo est id quod continetur, & colorem. Color omnia est bonum aut malum signum, & minimè ambiguum, in eo quod continetur, color optimus est albus, pessimus niger: quos solùm retulit hic Hippocrates, intelligi tamen debent mediocres, vt optima nubecula est alba: pessima nigra: subrubra bona, non optima: perrubra mala, non pessima: pallida aut rufa, mala quoque: flaua deterior, nondum lethalis: lethalis iam est viridis, aut liuida. Itaque extremorum nomine mediocres colores debent intelligi. Locus quidem in quo est id quod continetur, ambiguum signū est: non enim idem perpetuò significat, neque perpetuò hoc bonum, illud malum est: sed (vt de æqualitate dictum priùs est) tale est, qualia sunt reliqua quibus accedit. Vt quod album est, melius est cōtineri in fundo, quàm in medio: & in hoc, quàm in summo: quod nigrum, est grauius cōtineri in imo, nam subsidet contentū cùm cessat agitatio & pugna coquentia & putrefacientia principij. hâc cessare, quòd succus coquatur æqualiter, est optimū: quod æqualiter putrescat, pessimum: ergo in imo esse quàm in summo, non simpliciter melius aut deterius, sed nunc hoc, nunc illud est. Quorsum ergo docēs hic Hippoc. prædicere ex coloribus contentorum, mentionē faciens optimi & pessimi, dicit, nubeculæ quæ innehuntur in vrinis, significās scilicet eas quas nos speciatim nubeculas

appellamus diuersas, ab appendiculis & sedimentis? An nubeculas esse, addit vires præsagio? Non certè: imò in vtroq; genere, optimi, inquam, & pessimi coloris detrahit vires: nam nubecula alba est minus bona albo sedimento, & nigra minus mala nigro. Sed Hippocrates mentionem facit sæpe eorum, quę occurrunt crebriùs & citiùs: ea verò oportet haberi loco exemplorum, & suppleri ab enarratoribus reliqua omnia, quorum est par ratio. Nubeculæ ergo meminit magis quàm appendiculi, aut sedimenti, fortasse quia ante hæc fit illa in morbis omnibus.

Ἐς᾽ αὖ ἢ πυῤῥὸν ἢ τὸ οὖρον καὶ λεπτὸν, σημαίνει τὸ νόσημα ἄπεπτον εἶναι· εἰ δὲ καὶ πολυχρόνιον εἴη τὸ νόσημα, τὸ δὲ οὖρον τοιοῦτον ἐόν, κίνδυνος μὴ οὐ δυνήσεται ὁ ἄνθρωπος διαρκέσαι, ἕως ἂν πεπανθῇ τὸ οὖρον.

Cùm est vrina rufa & tenuis, significat morbum crudum esse: si verò diuturnus sit morbus, vrina autem huiusmodi, periculum, ne nō possit homo sufficere, donec cocta sit vrina.

Vrina tenuis proculdubiò est cruditatis, si modò est vera liquoris tenuitas, ac non potius falsa quædam: quam per obstructiones accidere libro 4. Contr. inuulitratum à me est. Color rufus naturalis est, quiq; in coloribus vrinæ, bonæ valetudinis est: nam naturales colores sunt sobrufus & subflauus, constat verò vt rufus inter hos colores sit, quare naturalis quoque hic est. Cur ergo cùm describat vrinam, quæ morbum crudum esse significat, dicit rufa tenuis, ac non potius alba tenuis, vt vtroque accidente significaretur cruditas? Non certè quòd rufus color signum cruditatis sit, sed quòd vrinam tenuem & albam non erat dubium crudi morbi esse, tamen rufa & tenuis poterat esse alicui dubium, an esset morbi in principio consistētis, an non: hoc ergo explicans dicit, rufa & tenuis crudum significat morbum. Est verò hæc vrina principii, etsi morbus biliosus sit (in hoc enim fortasse videbitur alicui esse iam incrementi, cùm in illo ad summum vigorem sola nubecula, ac nonnunquam sola crassities cum bono colore soleat esse satis) quia rufus color in vrina alioqui tenui, nullam manifestam coctionem materiæ propriæ morbi significat: fit enim is color non concoctione propriæ materiæ, nam ita crassesceret quoq; vrina: sed permixtione bilis naturalis. Nihilominus est hæc vrina melior, q̄ alba & tenuis: est enim signum occultę concoctionis: nam cùm ex alba tenui fit rufa tenuis, apertè intelligimus meliùs iam habere vim commutātem cibos in hepate & venis, cū generet iam bilis naturalis portionem, quam priùs non generabat præ debilitate. Id verò cùm fit, probabilis coniectura est, succum quoq; qui morbum facit, commutationē aliquam accipere, etsi ea occulta sit adhuc. Cùm dixerit quale signum sit vrina tenuis rufa, addit artem prædicendi ex hoc signo, ea verò est, qualis ex aliis signis cruditatis: nimirum signa cruditatis per se sunt ambigua, neq; mortem, neq; salutem significantia: sed oportet rationem habere longitudinis morbi & facultatis: nam si hæc appareat, & morbus sit diuturnus, nisi facultas maximè constet, timendum est fore, vt homo moriatur, facultate nō valente sustinere tam longam pugnam. Sed dices, videtur nulla ratione nos posse cognoscere cuius temporis sit morbus, breuis, inquam, an longus, cùm hæ vrinæ apparent: nam nō potest aliter cognosci q̄ per constitutionis morbi notitiam, neq; hæc haberi potest aliter, q̄ collatione temporum vniuersalium: hæc verò conferri non possunt, nisi perspecto iam finito, uel saltem principio: ergo morbo adhuc consistente in principio, non possumus præsentire quanto tempore duraturus sit. Certè exactè nō possumus, neq; cùm in primis diebus apparet hæc vrina, possumus scire an breuis futurus sit morbus: nescimus enim quanto tempore duraturū principium est: sed cùm multis iam diebus durat, scimus longum fore: nam cùm multi dies exacti sint, & vrina adhuc principium indicet, constat morbum non fore breuem: tunc ergo periculum est, ne non possit facultas durare donec morbus coquatur, sed vt priùs homo intereat. Quod si reliqua omnia renuant, indicētq; hominē conualiturum (nimirū facultas fortis sit, & reliqua omnia circa ægrotantē bona appareant) non est verisimile ægrotantē moriturum, etsi vrinę crudæ multo tempore perseuerent: sed tunc quoque verisimile est, ægrum nō perfectè liberandum, sed abscessu facto, qui est mediocris solutionis modus. In quam sententiam scribet statim, duabus interiectis sententiolis, quibus vrinæ tenues & crudæ multo tempore minguntur, si alia omnia vt in superuicturis signa sint, in his abscessum oportet expectare in regionib⁹ infra septum transuersum. hæc est ratio prædicendi ex vrinis tenuibus.

Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων, τάτι δυσώδεα καὶ ὑδατώδεα καὶ μέλανα καὶ παχέα.

Magis exitiales vrinæ sunt, quæ sunt fœtidæ, & aquosæ, & nigræ, & crassæ.

Enumerat Hippocrates vrinas exitiosas, non tamen omnes, sed vt harum exemplo, translata ratione, tu possis supplere reliquas: Hippocrates enim nunquā facit integram omnium enumerationem. Dicit itaque, exitiales vrinę sunt fœtidæ, aquosæ, & nigræ, & crassæ: adde tu, & liuidæ, & virides. Fœtidæ vrinæ hìc dicuntur, non quæcunq; sed quæ admodùm tales sunt, q̄ maximā malignamq; putredinem significant. Aquosæ sunt, q̄ sunt aquæ similes, quas albas & perspicuas 4 aphor. 72. appellauit: hæ significāt tantā cruditatē, vt neq; spem futuræ concoctionis præ se ferre à Gal. t. de Crisib. meritò dicantur: nam nullū indicium habet cōcoctionis cœptæ: neq; ex ipsa vrina possis intelligere, an circa naturā aggressura sit: hæc ergo meritò habetur in exitialibus: nam quanquam est in genere signorum cruditatis, quę per se ambigua sunt, tamen cùm maxima cruditas significatur, fiunt signa mortis: quia facultas non potest sufficere vsq; ad morbi concoctionem. Talis vrina solet esse signum ingrauescentis phrenitidis, vt dicitur citato nuper aphorismo, præcipuè si in delirantibus appareant: sed illæ non fiunt ob solam cruditatem, sed ob raptum bilis in caput: est nihilominus tunc quoq; exitialis, quia signum est magnæ phrenitidis, morbi alioqui lethalis: accedit, quòd tunc quoque crudus morbus est, alioqui etsi vrina fieret alba raptu bilis, tenuis tamē extremè non fieret: itaq; fœtidæ vrinæ, & aquosæ sunt lethales. Verùm oportet hìc quoq; præceptū illud cōmune artis prædicendi obseruari, nimirum

præscin-

præſcindendi cauſas omnes euidentes, & inſuper affectiones, quæ præter febrem acutam id ex ratione poſſunt facere, cùm alioqui non ſint per ſe lethales: nam qui edunt allia, fœtidam vrinam emittũt, vt docet Ariſtoteles ſect. 13. problem. & qui rutam deguſtant, aut ſuccum cyrenaicum, aut medicum, vt affirmat Galen. 2. de Semine. ij etiam qui copioſè aquam bibunt, ſæpe vrinam aquoſam reddunt: nam vt docet Ariſtoteles ſect. 3. problem. 21. copioſus potus facit celerẽ mictum impermutati liquoris: tamen neq; in his aquoſa, neq; in illis fœtida, lethalis eſt: accidit enim in vtriſque ob cauſas procatarcticas. Solet etiam reddi vrina aquoſa per eam affectionem, quæ diabetes à Medicis appellatur, quam non ſolùm non dicit Galenus eſſe minùs exitialem, ſed etiam multò magis q̃ ſi retineatur iuſto tempore: quoniam inquit, ſignificat duplicis facultatis extinctionem, commutantis nempe & retinentis: quæ iuſto tempore retinetur, vnicæ. tamen meritò hoc loco notatur Galenus à quibuſdam: nam conſtat debilitatẽ retinentis facultatis in renibus, affectionem eſſe earum quæ præſcindi debent ad præſagium, & quæ niſi præſcindantur, detrahũt vires præſagio: poteſt ſiquidem ſola debilitas retentricis in renibus cauſa eſſe aquoſæ vrinę, etiam ſine debilitate facultatis commutantis: nam quod non retinetur, nõ poteſt coqui, ne ſi facultas commutãa ſit maximè fortis. Quòd ſi dicas, non poteſt non ſignificari debilitas commutantis, etſi minimùm retineatur vrina, cùm Inalterata penitùs emittitur: nam vel in ipſo lapſu debuiſſet nõnihil commutari: probabiliter argumenteris. Sed eſt quod intelligas, etſi debilitas aliqua facultatis commutantis ſit, tamen eam tantò minorem agnoſci, quò plus debilitatis retinentis accedit: nam quò plus illius euentus imputatur retentioni languidæ, eò imputatur minùs debili commutationi: ergo cùm multò grauius malum ſit, facultatem commutantem in hepate & venis eſſe extinctam aut debilitatã, quàm retinentem in renibus, conſtat deteriorẽ eſſe vrinam, quæ ſolius commutationis defectu ſit, q̃ quæ retentionis ſimol & commutationis: grauius enim ſignũ eſt, quod à cauſa aliqua maligna procedit, q̃ quod partim ab ea ipſa, partim ab alia leuiori: non itaq; ſi illud ab vnica, hoc à duabus cauſis ſit, atque iis quidem malis, ſtatim hoc grauius eſt. Sed hęc de aquoſis vrinis: nigras ſatis notum eſt eſſe in lethalibus: ſed craſſæ qua ratione inter lethales recenſentur, videntur enim tales non eſſe? nam craſſæ omnes ſunt perturbatæ (intelligo craſſas pręter naturam) perturbatæ verò dicuntur eſſe ſigna cruditatis non extremæ, ſed concoctionis obſcuræ: hęc verò ſigna ſunt ambigua, nõ lethalia. Hac de cauſa (quantum ſuſpicor) inſinuauit Galenus intelligi debere nigras & craſſas ſimul, non diſiunctim nigras per ſe, & craſſas p ſe: quod inquit, nigræ quò craſſæ magis ſunt, eò ſunt magis lethales: quod quidem non videtur carere ratione (quanquã in proximo commentario addemus huius ſentẽtiæ idoneam diſtinctionem) nam nigra & craſſa non videtur fieri poſſe aliter quàm atris malignisq; ſuccis affatim cum lotio eiectis: tenuis verò & nigra fiet, eiecto pauco nigro & ſeroſo, quod minorem abundantiam ſuccorum, qui maligni ſunt, indicat. Itaque ſi ita legas, nigræ & craſſæ, addidit Hippocrates craſſæ, nõ quidem quòd nigræ non ſint lethales, niſi ſint craſſæ, ſed quòd magis lethales ſunt, cũ ſunt craſſæ etiam. Sed etſi intelligas craſſas ſolùm eſſe relatas in hac ſententia, eſt locus idoneæ enarrationi, quanquam opus ſit multa diſtinctione: nam craſſa mingitur aut vt ſignum principij morbi, tunque eſt ſignum non lethale, ſed ambiguum: aut prodeunte multa ſuccorum copia cum vrina, vt cum aliis excretionibus ſolet, tuncq; aut ante tempus euacuationibus idoneum, aut ſuo tempore: ſi illud, ſemper eſt mala vt ſignõ (eſt enim euacuatio per ſymptoma, tamen exitialis tũc ſolùm cùm malè excernitur, id eſt, ſine conferentia & tolerantia, aut cùm eſt ſignum exitialis alicuius morbi, vt nonnunquam eſt lethargi. quod 7. ſent. 4. aphoriſ. ſignificatur) cum ſuo tempore, id eſt, quo morbus iudicatur, excernitur, erit, vt alia ſigna atteſtabũtur, aut maximè exitialis, aut vicinę ſalutis indicium, ſcilicet vt criſis eſt bona aut mala. Quidam vt ab his faciliùs ſe explicent, intelligunt nomine craſſarum pingues, tamen falluntur. Primò, quia vrinæ nullæ ſunt tota fuſura pingues, ſed habent pingue inſidens: tamen etiam pinguia vocat Hippoc. λιπαρὰ vbique, & nomine παχέα intelligit craſſa.

Ἔστι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα, τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα.

Sunt autem viris & mulieribus nigræ vrinæ peßimæ, pueris verò aquoſæ.

Hîc non facit collationem ſexus cum ſexu, ſed ætatis cum ætate: atque nomine mulierum intelliguntur adultæ. Verùm potes tu per te ipſum, ſexum cum ſexu, & regionem cum regione, & tempus anni cum tempore conferre. Galenus hîc intelligit de ſententia Hippocratis vrinã nigram omnium vrinarum peſsimam eſſe in adultis, in pueris verò aquoſam: ſed mihi in pueris quoque videtur vrina nigra deterior eſſe aquoſa: nam hæc ſignificat cruditatẽ, & eam quidem maximam (fateor) maioremque in pueris, tamen nigra ſignificat in pueris etiam putredinem malignam aut vſtionem, quæ omni cruditate eſt grauior. Quid ergo eſt quod ſibi vult Hippocrates, ni ego fallor, non confert vrinam cum vrina, ſed ætatem cum ætate. Dictæ ſunt in primis duæ hæ ſpecies exitialium vrinarum, nigra & aquoſa, modò dicit qua in ætate earum quæuis ſit grauior, dicens, nigra in viris deterior eſt quàm in aliis ætatibus, aquoſa in pueris deterior quàm in aliis ætatibus: poteſt nihilominus nigra deterior eſſe aquoſa in quauis ætate. Cauſam qua hæc contingunt, facilè intelliget qui harum ætatum naturales vrinas conſiderauerit. nam vrinæ puerorum ſunt craſſæ, & abundantes interiùs multis ſuccis, iiſque crudis, ob voracitatem & inordinatos motus: virorum vrinæ ſunt tenuiores & puriores ſplendidioreſque: ab illis conſtat longiùs abeſſe tenues, quàm ab his, ab his nigras longiùs quàm ab illis: nam quæ tenuior excerni ſolet per bonam valetudinem, leuioti ex cauſa fiet aquoſa: quæ craſsior & ſuccis abundantior, faciliùs amittet ſplendorem, referetque nigritiem. Ex dictis haud dubium eſt, vrinas nigras & tenues deteriores eſſe in pueris nigris & craſsis: nam vtraque ratione abſunt à naturalibus, nigritie & tenuitate. Quare vbi Gal. dicit (id verò dicit in commentario

proximæ sententiæ) eò deteriores esse, quò sint crassiores, puerorum nigras excipiendas censeo: nam in pueris tenues nigræ, deteriores sunt nigris & crassis: quoniam deteriores etiam hæ sunt in pueris, quàm in iuuenibus: quia quæ nigræ & crassæ fiunt, habent in puerili ætate commoditatem, vt ob redundantiam multorum & crassorum succorum, quæ leui alteratione faciunt vrinam impense turbidam sine splendore, & nigricantem: tamen nigræ & tenues non fiunt ob hos succos: fiunt ergo putredine aut vstione materiæ propriæ morbi: hæc verò tantò grauior erit in pueris quàm in iuuenibus, quantò puerorum calor est mitior, ac minùs vrens, & facultas commutandi fortior. Itaque sententiam Hippocratis, qua apertè dicit, vrina nigra in adultis deterior est, de nigra & crassa intelligi debet: vt tota dictio hæc sit, vrina nigra & crassa deterior est in adultis, quàm in pueris, alba tenuis (hæc est aquosa) deterior in pueris, quàm in adultis.

Ὁκόσοισι δ᾽ αἱ οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέουσι πολλῷ χρόνον, ἢν τ᾽ ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τουτέοισιν ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία.

t.34. *Quicunque vrinas tenues & crudas multo tempore mingunt, si alia omnia signa vt in superuicturis sint, in his oportet expectare abscessus in regionibus infra septum transuersum.*

Enarrata iam est hæc sententia, dictumque vt signa cruditatis multo tempore durantia significet, si facultas non est admodum fortis, mortem: eò quòd metus sit, ne non possit æger durare donec coquatur morbus: quòd si facultas sit satis fortis pro morbi magnitudine & longitudine, sintque reliqua omnia vt in conualituris, sperandum est fore vt homo liberetur, sed ne tunc quidem perfecta solutione, sed permutatione, aut abscessu. Itaque hæc fiunt, quæ abscessum fore indicant: sed cognoscendi in quam partem fiet, alia est ratio: nimirum ex peculiaribus partis symptomatis, vt dictum in aphor. est lassitudinem habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas potissimùm abscessus fiunt: & rursum quibuscunque resurgentibus ex morbis, si quid laborauerit, hic fiunt abscessus. Sed etsi ante morbum aliqua parte doluerint, hic morbus firmatur. Cognoscitur etiã futuri abscessus locus, an supernus, an infernus futurus sit (diuiduntur hic superna ab inferois septo transuerso) ex succorum qui morbum faciunt specie: tenuium etenim & biliosorum in supernis, crassorum in infernis expectandus abscessus est. Constat verò vt cùm multo tempore excernuntur vrinæ tenues & crudæ, succi crassi significentur. Neque verò est quod proinde dicas, hanc sententiam Hippocratis non fuisse huius loci, quo de acutis morbis erat institutũ disputare, nam non omnes acuti morbi fiunt ex bile syncera, & possunt qui acuti primis diebus sunt, decidere ex acutie, protrahique in longum tempus.

Καὶ πὶς λιπαρότητας ἢ τὰς αὖ ἐφισαμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι, συντήξιος γὰρ σημεῖα.

t.35. *Et pinguia innatantia araneis similia vituperanda: consumptionis enim sunt signa.*

Pinguia omnia innatantia in sociis aqueis: non ergo dixit pinguia innatantia, quòd fiat alia quę non innatent, sed est hæc descriptio pinguis, vt solet in vrinis apparere. Pinguia innatantia, & araneis similia. Hæc consumptione fiunt, sunt ergo in signis lethalibus. Verùm oportet hic subaudiri, nisi fiat ex causa manifesta, aut ex peculiari renũ ardore. Sed quo pacto ardor renum pingue in vrinis faciens à febre vrente distinguatur, docuit Hippocrates in Aphor. dicens: Quibus insidens pingue ac aceruatum, his renum malum acutum significatur. Significat eo loco acutũ malum intemperiem calidam, quæ facit mictum aceruatim pinguedinis, quia adiacet renibus multa aceruataque pinguedo, & eã ab eo loco breuis iam expeditaq; via exitus vrinæ, vt quod liquatum est, minùs viis hæreat. Itaque si aceruatim excernitur pingue, non est sine malo acuto renum: sed si non aceruatim, sed telis araneorum similia exeunt, ex consumptione cõmuni est. Quòd si febris vrens simul cum malo renum est, oportet considerare reliqua signa febris vrẽtis, quę tunc temporis aderunt.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσιν αἱ νεφέλαι, ἢν τε ἄνω ἢν τε κάτω ἔωσι, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἴσχουσι· καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι καὶ ἐπαινεῖν, τὰς δὲ ἄνω, ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται κακὰς εἶναι, καὶ μέμφεσθαι ταύτας.

Speculari oportet vrinas, in quibus sunt nubeculæ, an sursum an deorsum ferantur, & quales colores habeant: & eas quæ deorsum feruntur, cum coloribus quales dicti sunt, bonas esse & commendandas, eas autem, quæ sursum cum coloribus quales dicti sunt, vrinas huiusmodi malas esse & vituperandas.

Nubecola hic dicitur vno nomine, quidquid continatur in vrinis: in quo considerare oportet regionem qua continetur, & colorem quo est. Colorum sunt differentiæ quædam quæ semper sunt bonæ, vt subrufus, rufus, subflauus: quidam mali tantùm, verùm id semper, vt albos & rubeus: quidam lethales etiam, vt viridis, liuidos & niger. Locus est triplex, supernus, infernos, & medius: sed non est vt paulò antè diximus, signum certum locus, sed quò est humilior, eò cum bonis coloribus melior, cum lethalibus deterior: ergo intelligere hic debes, quæ deorsum feruntur, cum coloribus quales diximus, id est, cum bonis bonas esse: eas quę sursum cum coloribus quales diximus, id est, cum malis, malas, & vituperandas: aut si vis secondo etiam loco intelligi bonos colores, intellige eas, quæ sursum cum bonis malas esse, id est, minus bonas, quàm si ferrentur deorsum: vtcumque intelligas, sermo hic non videtur posse carere quadam duritie: nam durum est dicere eas, quæ cum malis coloribus feruntur sursum, esse malas & vituperãdas, si deteriores sont hæ eædem cùm ferunrur deorsum: durũ etiam est intelligere malas & vituperandas, quasi minus bonas: sed non est mirum, satis est dici vera.

Μὴ ἐξαπατάτω δ᾽ ἤν τι ἢν ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα, τῶν οὔρων πέπονθε τὰ ἀποδιδῶ. οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος

τὸ σημεῖόν ἐστιν, ἀλλ᾽ αὐτῆς καθ᾽ ἑαυτῆς.

Ne te decipiat, si vesica morbum habens, tales vrinas reddiderit: nō enim totius corporis signū est, sed ipsius solum.

Ob vitium vesicæ descendont sæpe cum vrina, multa eorum quæ dicta sunt: vt quæ solùs aut furfuribus similia sunt: alia etiam ob vitium renum, vt quędam similia carunculis. Debent ergo distingui, quæ vitio peculiari contingunt, ab iis quæ contingunt violentia febris: nam aliter decipient nos, putantes esse nb ardentem febreio: nec enim sola vesica nos potest hac ratione fallere, sed etiam renes, debentque vtriusque partis vitia distingui: renum, vt nuper diximus de pingui consertim micto, & Hippocrates in aphoris. dicit, quibus in vrina crassa carunculæ paruæ, aut capillis similia vnà exeunt, iis à renibus excretio fit: vesicæ, vt Hippocrates rursum alio aphor. dicit, quibus in vrina crassa furfuracea quædam simul exeunt, iis vesica scabie laborat, in his sententiis vrinam bene coctam appellat Hippocrates crassam. Si ergo vrina in qua talia excernuntur, bene cocta est, constat ex malo peculiari renum aut vesicæ esse: nam si ex febre vrente essent, certè vrina non esset bene cocta.

Capvt XV.

Ἔμετος δ᾽ ὠφελιμώτατος, ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα, καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μήτε πολὺς ἐμείσθω· εἰ γὰρ ἀκρητέστεροι, κακίους εἰσίν.

Vomitus vtilissimus est, qui pituita & bile mixtus est maximè, neque crassus valde, neque multus, euomitur: nam qui magis synceri sunt, deteriores sunt.

Non scribit hic Hippocrates vomitū optimum & naturalem, cum quo reliqua illius generis conferantur, sed mala vomitus genera incipiens à minimè malo, procedensq; ad grauiora: non enim vt est deiectio quædam optima, & optima quædam vrina, quæ in homine etiam optimè sano apparere solet, ita est quædam species vomitus: nam quanquam vomitus est euacuatio naturalis genere, vt libro 5. Contr. diximus, tamen non est illius vsus in hominibus cùm optimè valent, sed cùm necessitas quædam vrget. Hæc itaque vomitus species non est expectāda in hominibus optimè habētibus: sed cùm contingant omnes vrgente malo, est optima omnium. Vocat hunc vomitum ὠφελιμώτατον, id est vtilissimum: quod nomen bonam causam significat, magis q̃ bonum signum: quia hic vomitus vtraque ratione est optimus, vt causa inquam, & vt signum: hoc ergo vt vno verbo innuat, quanquā hic locus est disputandi de signis, dicit, vtilissimus est. Est verò vtilissimus, quia plenè expurgat corpus: bile enim & pituita, nam melancholica nō solent ire sursum, nisi ob malignas qualitates: est optimū signō, quia nullam intemperiem excellentem indicat: & quò magis commixti illi humores sunt, eò minùs indicatur excellens intemperies: nam quæ talis esset, alterum tantùm gigneret, aut vtrunque separatim. Maligniores etiam succi esse cognoscuntur, qui separati sunt: nam secretrix facultas solet à malignis irritari. Non debet autē ille vomitus esse valde crassus, quia pituita extremè crassa, est etiā summè cruda, vt vitrea, & bilis vsta, vt vitellina. Quod multus etiam vomitus vituperatus est, intellige valde multum: nam quod magnus sit, non est malus, si tolerantia & conferentia adsint, quę tamen a valde magno semper aberunt: neq; profectò quòd vituperata sit variegata deiectio, nō erat hic vomitus commendandos, non enim omnis variegata, sed ea tantùm quæ vt multis coloribus ita malignis esset, vituperabatur, vt vomitus etiam qui talis est, vituperatur hoc ipso cap. ab Hippoc. præterquam quòd pituita & bilis valde mixta nō faciunt variegatum: sed hæc mox dicemus. Reddit sententiæ huius rationem Hippocrates, dicēs, eam qui magis synceri sunt, deteriores sunt. Certè synceri vomitus excellentes intemperies indicant: & quò magis synceri, eò deteriores. Sunt succi synceri, quicunq; ab aliis succis secreti sunt, vt sola bilis, etsi naturalis sit, & sola pituita: his tamen sunt magis synceri, qui non tantùm ab aliis succis, sed ab eo sero quod in illis secundùm naturam esse consueuit, secreti sunt, huiusmodi est bilis vitellina.

Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμούμενον πρασοειδὲς, ἢ πελιὸν, ἢ μέλαν, ὅ, τι ἂν ᾖ τουτέων τῶν χρωμάτων, νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι. Εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐμέει, κάρτα ὀλέθριον ἤδη γίνεται. τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει τὸ πελιὸν τῶν ἐμεσμάτων, εἰ ὄζει δυσῶδες, πᾶσαι δὲ ὑπόσαπροι καὶ δυσώδεες ὀδμαὶ, κακαὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἐμουμένοισιν.

Si verò id quod euomitur sit porraceum, aut liuidum, aut nigrum, quicunq; horum colorum fuerit, existimare oportet prauum esse: si autem omnes hos colores idem homo euomat, valde mortale iam fit. Citam autem mortem significat liuidus vomitus, si valde fœtet: omnes subputres & fœtidi odores mali in omnibus vomitibus.

Porraceum, liuidum, & nigrum lethales colores esse in quauis excretione monstratum iam est: neq; minùs dictom est, deiectionem his omnibus coloribus variegatam, deteriorem esse, q̃ si illorū haberet vnicum: eadem ergo ratio vomitionis est. Niger color fieri solet ob lethales causas, sed nonnunquā fit excretio nigra ob redundantiam melancholiæ, quod non est adeò graue: liuida quoq; fieri potest aut admixtione nigri succi, quanquam exigui, aut extinctione caloris naturalis: vtraq; causa est exitialis: sed hæc vltima multò exitialior, significatq; citam mortem. Sed quæ erit ratio dignoscendi causam liuidi vomitus? Certè ex odore: nam si liuidus est, & valde fœtet, extinctione caloris fit: quia fœtor fit ex putredine, grauis fœtor ex putredine graui, quam constat extinctione calidi innati fieri, quasi in horum confirmationem addit, omnes subputres & fœtidi odores sunt mali, vocat subputres & fœtidos, quò simul rem ipsam & causam dicat: est enim quasi diceret, omnes fœtidi odores, mali: nam sunt putres, id est, putredinis soboles: sed dixit, in omnibus vomitibus, quia non in solis liuidis, sed in quibus odores fœtidi & subputres, sunt mali. Videtur verò etiam particula illa subputres præter causam, differētiam quandam odoris significare, odorem scilicet malignū, qualis est in mor-

ticinis putrescentibus, talis quoqoe in exeunte extinctionem naturalis caloris indicat.

CAPVT XVI.

Πτύελον δὲ χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀλγήμασι, τοῖσι περὶ τὸ πλεύμονα καὶ τὰς πλευρὰς, ταχέως τε ἀναπτύεσθαι καὶ εὐπετέως.

SPutum oportet in doloribus omnibus circa pulmonem, & circa costas, citò & facilè spui.

HIc nomen sputi nõ de eo quod simplici expuitione emittitur, ex solo inquam ore, neque da eo, quod excreatiooe ex faucibus & gorgulione, sed de eo solùm quod tussi: nam id solùm significat, quo modo habeant morbi pulmonis & thoracis. Id sputum (vt de vomitu dictum est) nõ est expectandum in bomine optimè habante, sed solùm qui aliqua causa male habeat: proinde neq; io hoc signorum genere vti possumus epilogistica ratione, neqoe describi potelt sputum naturale & optimom: quare alium ordinẽ hic obseruat Hippocrates, nimirum considerans seorsum quæ sputis accidont, docensque in singulis quæ sunt bona, & quæ mala. Facit sputum in morbis pulmonis & thoracis ad prænotionem euentus, & cognitionem temporum morbi, non minùs quàm vrina io morbis venarum & arteriarum. Veniunt consideráda in sputo, tempus, & modus exeundi, & id quod excreatur: in teiopore an citò, an longè à principio morbi: in modo, an facilè, an difficilè, atqoe an cum dolore, an sine dolore, an cum multa tussi, an sine multa: in eo quod excreatur veniunt consideráda, substantia, & color: atqoe in substantia, an læuis sit, an aspera: in colore, albos, flauus, ruber, viridis, an niger sit: in vtrisque, an æqualiter, an inæqualiter accidant. Doo prima accidentia hoc loco accepit explicanda, dicens, citò & facilè spui debet vt sit bonum sputum, id est, primis diebus, non longè à primo die morbi (nam hoc breuẽ fore morbum apertè indicat) & facilè (nam ita neque facultatem esse debilem, neque instrumenta contumacia, neq; id quod eõtioetur ineptom spuiòoni satis constabit) & sine dolore, id enim paruæ inflammationis indiciom est. Itaque quantum agitur in his accidentibus, citò & facilè spui bonum est: nõ tamen si quid citò & facilè spuitor, statim bonum est: sed si alia accesseriot quæ simpliciter bona sunt: nam si quis citò & facilè spoat oigrum, aut viride, nihilo melius est, quàm si tardè & difficilè spueretur, imò verò significatur morbus lathalis & acutissimus: ergo citò & facilè spui cum signis lethalibos malum haberi debet, non tamen proinde non est bonum: oam si alia non sint mala, hoc est satis bonum: nam pone sputum tenue erudumq; emitti, quod neque bonum est, neq; malum simpliciter, hoc citò & facilè spoi melius est, quàm nõ spui: quia in morbis quorum iudicia ex sputis spectantur, non cognoscuntur solùm vniuersalia tempora, per commutationes eorum qoæ spuuntur, vt in febribus per commotationes vrioæ: sed primùm ex excreatione aut prioatione illius, deinda etiam ex spuitionis commutatiooa. Principium enim est, in quo nihil spuitur, aut crudum & difficile. incrementũ in quo multum & facile, atsi crudum, aut coctum, sed modicè spuitur: vigor in quo multum & coctum: ergo citò & facilè spuere, etsi io spoto oon sit facta manifesta commotatio, signum est morbi, qui iam venerit ad incrementum: booum ergo est spotum quod citò & facilè excreatur, quantum agitur in hoc signo.

Ξυμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ.

Et permixtum apparere flauum valde, sputo.

Ne intellige valde flaoum, sed valde permixtũ: Non enim probari debet sputũ valde flauum (syncerum enim est) sed id in quo flauum quod apparet, est valde permixtom. Id verò probat eadem ratione qua vomitio bile & pituita permixta probabatur: noo quidẽ bic probat Hippocrates boc sputum vt optimum. nam quod optimom est, est album, lęue & æquale, sed vt bonum tantùm, quodq; incipiente incremento morbi salutaris solet apparere: non ergo hîc dicit Hippocrates, quò bonum sit sputum, debere babere flauũ valde permixtum cum albo, sed si sputum habet flaui aliquid, debere id esse valde permixtom. Idem intellige de rubro: nam bonum etiam erit sputum, in quo rubrom albo valde permistum est. Nimirum cùm particula inflammata siue ea sit membrana succingẽs costas, siue pulmo, laborat phlagmone tantũ, laborat fluxione rubra: cùm erysipelate, flaua, ex his nõ potest album fieri sputum, quin fiat priùs colore referens succum, qui in laborante particula abuodat, id verò quod refert eum succũ, admodùm permixtum cum pituita, quæ secondùm naturam in polmone abundat, apparere oportet.

Εἰ γὰρ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύοι τὰ ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυῤῥὰν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον, κάκιον γίνεται.

Si autem multò post principium doloris spuat flauum, aut rufum, aut multam tussim mouẽs, & non admodum permistum, malum fit.

Modò nihil aliud facit, quàm quod reddit contraria contrariis iis, quæ commendata hactenus in sputo sunt, sed si commendata illa meritò sunt, constat hæc mala esse, intelliges tamen hinc enarratore Hippocrate ipso, quid ille intellexerit, dicens, si citò & prompiè spuit: oam modò inquit, si autem multò post principium (id est, si non citò) flauum aut rufum, & non admodùm permistum, aut multam tussim mouens, id est, nõ facilè. hæc mala sunt.

Τὸ, τε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν, κινδυνῶδες· τὸ δὲ λευκὸν καὶ γλισχρὸν καὶ στρογγύλον, ἀλυσιτελές.

Nam flauum syncerum, periculosum: album autem & lentum, & rotundum, inutile.

Incipit hîc describere differẽtias malę excreationis, procedens gradatim vt fecit in aliis excretionibus à minus malis ad deteriores, describit ante alias duas differẽtias syncerae excreationis, primùm flaoam synceram, id est, non permistam, quæ duos grados synceritatis habere potest, aut q; permixta non sit cum aliis succis, aot q; neq; cum suo sero: secunda hæc est maior synceritas, ac proinde periculosior, sed vtraq; est cũ periculo, quia significat fluxionem

xionem quá thoracis pars patitur, solius bilis esse, fluxiones verò bilis flauæ & atræ vbique solent esse malignæ, nednm in tam nobili parte, & principi vicina: alia sputi differentia est albom lentum & rotundum, quod dicit esse inutile: boc quidam fit ob pituitam (hac enim causa albom fit) redundátem, & ingens in pulmone aut asperis arteriis incendiú: constat verò vt tale sit lentum non mediocriter, sed multum, neq; vtcunq; rotondum, sed quod valda rotundum est, retinensq; moltú eam figuram: nam quod hæc habet com modo quodam, potest conco ctione fieri: album enim cócoctione fit q̃ maximè, lentorem verò quem per se habet pituita, non potest ab ea concoctio tollere, miscet enim concoctio partes, iam verò cú corporatiora etiam & melioris molis fiant spnta cùm coquuntur, comparabunt aliquatenus rotunditatem: intelligitur ergo hîc sputnm album & admodum crassum rotundumqne vt grando quædam, hoc dicit Hippoc. esse ἀλυσιτελὲς, id est, ioutile: remissè quidem dicit, non enim solùm inutile, sed valde malú etiam est: nam per morbos, de quibus hîc agit, pleuritidem scilicet & pulmoniam, nó est verisimile alia ratione fieri tale sputum, quàm ea, qoæ dicta est, redundantia, inquàm, crassæ pituitę in loco affecto & ardore in partibus thoracis: vtraq; causa est valde mala, nam illa facit ad difficilem expurgationé & resolutionem, hæc ad febris vehemétiam. Accedit quod Hippoc. ipse hæc ipsa sputa delirium significare docuit 6. Epid. par. 3. contex. 36. quæ verò deliriom significát per acutos morbos, in valde malis signis habentur.

Κακὸν δὲ καὶ χλωρὸν ἐὰν κάρτα, καὶ ἀφρῶδες.

Malum autem, & chlorum valde, & spumosum.

Chlorum significare flauum & viride anteà dixi, hoc loco viride significare coostat, cùm de syncero flauo iam dixerit, viride ergo malum esse, neqne solùm malum, sed & valde malum, non est quòd modò monstremus dennò, cùm anteà sæpe in letbalibus sit enumeratus color viridis. Spumosum veró hîc non dicitur qoodconq; (nam mediocriter spumosum efferri è pulmone, membro secundùm naturá spumoso nihil habet admirationis) sed quod admodùm est spnmosum, qood ex sordidis pulmonia vlceribus fieri solet, quo pulmonem affectum esse per substantiæ proprietatem apertè intelligimus: refert enim tale sputum substantiæ modo pulmonem: fit enim ant partibns carnis pulmonis, putredine qoasi resolutis, aut proprio pulmonis alimento. Tale sputú esse solet simul spumosom admodùm & fœtidum. de hoc intelligo dictum, spumosum esse malum, eo gradu, vt priús relatis deterius sit.

Εἰ δ' εἴη οὕτως ἄκρητον, ὥστε καὶ μέλαν φαίνεσθαι, δεινότερόν ἐστι τοῦτο ἐκείνων. κακὸν δὲ καὶ ἢν μηδὲν ἀνακαθαίρηται, μηδὲ προΐῃ ὁ πνεύμων, ἀλλὰ πλήρης ἐὼν ζέῃ ἐν τῷ φάρυγγι.

Si verò ita syncerum sit, vt nigrú videatur, grauius hoc est quàm illa: malum etiam si nihil expurgetur, neque emittat pulmo, sed plenus ferueat in gutture.

Nigrum ioter syncera sputa omnium est deterrimum: nam niger est colorum maximè lethalis, nihil exporgari io morbi principio non est magnum malum, oam ea est principij códitio: cùm verò principio elapso, comque tempus iam erat expurgationis, nihil expurgatur, lethale valde, adeò vt ab hoe casu neminem liberatum viderim. cognoscitur veró nihil expurgari, non quòd morbus io principio sit, sed ob debilitatem facultatis animalis, quòd eis accidit feruor quidam magnus in asperis arteriis, confluente scilicet multo succo in pulmonem, ae nullo expurgato, huic feruori statim succedit respiratio sublimis, & mors.

Κορύζας δὲ καὶ πταρμὸς ἐπὶ πᾶσι τοῖσι περὶ τὸν πνεύμονα νοσήμασι, καὶ προγεγονέναι καὶ ἐπιγενέσθαι κακόν. ἀλλ' ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν νοσήμασιν τοῖσι θανατώδεσι τοῖσιν, οἱ πταρμοὶ λυσιτελέουσιν.

Coryzas, & sternutamenta, in omnibus pulmonis morbis, & praire & subsequi malum: sed in aliis morbis, qui maximè lethales sunt, sternutamenta vtilia sunt.

Hîc nomen *κόρυζα*, non significat solam grauedinem, id est, fluxiooem decumbentem in oasum, sed generatim capitur, significatq; etiam catarrhum, id est fluxionem in palatú, & raucediné, id est, fluxionem in larynga: noo enim solùm mala est grauedo p morbos pulmonis, sed magis etiam catarrhns, ae moltò magis raucedo: quæuis enim earum antecedat, sine succedat, est p morbos pulmonis signum malum (magná enim soccorum abundantiam indicat) & mala causa, nam cerebrum & pnlmo facilimè trahót sese ad compassionem, cùm ob rectitudinem loci, tum etiam ob congeneré naturam. Accedit q̃ curationi morbi pulmonis, defluxio ex capite maximo impedimento est: certè id sumns experti in miserrima illa constitutione, quæ totá Europam anno superiori (erat is M. D. LVII. à mortalium salute) adeò oppressit ea potissimú anni parte, qua sæuissimus catarrbus in omnes grassatus est, abstolit siquidem omnes qui morbo thoracis, siue antiquo, siue recenti laborabát: sternutamenta quoq; in morbis pulmonis mala sunt vtraq; ratione: nam caput grauari indicant, quod dictis de causis, io morbis pulmonis est plenú periculo: vt causa quoq; nocét, siue præcedant, siue succedant: nam si quid expurgant, expurgant certè ex capite, pulmonem verò & totum thoracem vehementer concutiunt non expnrgantia, qnod exulceratæ aut inflammatę particulæ noxium esse haud est dublum, neq; video qoo tempore in inflammatione pulmonis sternutamentum vsui esse posit, nisi forte vehementi motu abscessum aliquem in pulmone rumpere opus sit. Iam verò in aliis morbis, qui p se sunt lethales, siquidem illi sint morbi capitis, in illorum principiis mala sunt vtraq; ratione. Nam significat irritationem magoam & intempestiuam naturæ, & connocant fluxionem io caput: in fine vtraque ratinne sunt bona, per alios morbos lethales, quí neque pnlmonis neqoe capltis sint, vt causa certè neque bona neq; mala sunt insigniter: vt signa bona sunt, significant enim robnr cerebri, sed nó sunt optima, imò veró eo gradu, quo signa vocari solent bona tantùm.

Αἷμα δὲ ξυμμεμιγμένον μὴ πολλῷ πτύελον ξανθὸν, ἐν τῇσι περιπνευμονικῇσιν, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου πτυόμενον περιεστηκὸς, κάρτα ὠφελέει. ἑβδομαίῳ δὲ ἐόντι ἢ παλαιοτέρῳ, ἧσσον ἀσφαλές.

Sanguini permiſtum non multo, ſputum flauum in peripneumonicis, in principio quidem morbi excreari, valde confert: ſeptimo autem pòſt, minùs tutum.

Videtur Hippocrates ordinem docendi corrupiſſe: cœperat enim à minùs malis ad deteriores excreationes procedere, modò vero dictis peſsimis, ſynceris, viridibus, & nigris, redit ad excreationem permiſtam flauo & rubro, quam dicit eſſe bonam, (eſt verò eo gradu bona, quo permiſta flauo & albo, de qua erat dictum in principio huius capitis) ſi primis diebus apparet. Certè non corrupit ordinem, ſed eſt hæc ratio & methodus. Cùm habeat inflammatio in thoracis partibus, vt alia quęuis duplicem exitum, reſolutionem, aut ſuppurationem, hactenus retulit ſputorum differentias, reſpiciens reſolutionem magis, modò verò reſpicit ſuppurationem: proinde cùm hactenus rubræ aut cruentæ excreationis nullam mentionem fecerit, modò incipit de ea differere: ex nulla enim magis expectare ſuppurationem oportet, quàm ex rubra: nullus enim ſuccus vt ſanguis in pus mutatur. Sed quorſum commendat flauum permiſtum cum ſanguine: an non eſt mitioris affectionis nota, album cum ſanguine? Eſt certè: nam præterquà quòd pulmoni frequenter accidunt pituitoſæ fluxiones ob naturam & laxitatem membri, bilioſæ raró iiſdem de cauſis, neq; ſine graui cauſa, atq; ex pituita cum ſanguine, mitiores affectiones fiunt (mitiſsimi enim ſunt duo hi ſucci) quàm ex bile & ſanguine: non ergo commendauit ſputum flauum cum ſanguine, conferēs illud cum albo cum ſanguine, ſed coniungens ſputi ſpeciem cum tempore, quo id apparere debet. Nimirum flauum & rubrū, ſi intra primum quaternarium (hoc enim eſt quod dicit in principio morbi excreari valde confert) apparet, bonum eſt: ſi verò ſeptimo, aut pòſt, malum eſt, habetque hoc ſputi genus id inſigniter: albū enim & rubrum ſeptimo, aut aliquantò tardiùs apparere, nō eſt malum adeò, idque duplici de cauſa: primùm quia albo & rubro longior, quàm flauo & rubro, affectus ſignificatur: ergo quanquā ſeptimo appareat, non putabitur tardiùs quàm pro ſua conſtitutione apparere: flauum verò & rubrum cùm ſit affectionis acutiſsimæ nota, ſerum erit ſeptimo, aut tardiùs apparens. Accedit quòd tantò maius periculum eſt in perſeuerantia flaui cum rubro, quàm in albi perſeuerantia, quantò flauus albo ſucco acrior eſt. Nimirum cum ſucco, ex quo expectatur ſuppuratio (huiuſmodi eſt ſanguis) ſuccum rodentem eſſe, nō caret periculo: eſtq; metus ne fiat (quod ſtatim ſcribit, eſſe periculoſum admodum) ſuppuratio bilioſa: quæ quantum habeat periculi, ſtatim ſumus declaraturi. Ergo iis de cauſis ſputū flauum cum ſanguine cùm ſerum eſt, graue eſt: cùm verò non eſt ſerum, id eſt, cùm intra quartum accidit, bonum eſt: quam concoctionis manifeſtæ eſt ſignū: concoctiones verò quò citiùs apparent, eò breuiorem morbum indicant. Sed cur damnatur quod permiſtum eſt cum multo ſanguine? an quia metus eſt rupturę, aut corroſionis, aut anaſtomoſis vaſis in pulmone: atqui & citra hæc, ob redundantiam maximam ſanguinis, fit magis probabile, ſuppurationem fore, quam eo loco nunquam non Medicus reformidat.

Πάντα δὲ πτύελα πονηρά ἐστιν, ὁκόσα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύῃ· κάκιστα δὲ τὰ μέλανα, ὡς διαγέγραπται. τὰ δὲ παύοντα ὀδύνην, πάντων ἀμείνω ἀναπτυόμενα.

Omnia ſputa mala ſunt, quæ dolorem non ſedant: deterrima autem nigra, vt ſcriptum iam eſt. Quæ verò dolorem ſedant, omnium optimæ excreationes ſunt.

Optimam rationem dignoſcendi bonas à malis euacuationibus eſſe in quouis earū genere, ex conferentia & tolerantia, quæ adſunt, aut non, dictum ſæpe iam eſt. cæterùm ſputa quę nō admodùm dolorem ſedant, quanquā hac ratione mala habētur, nō ſtatim ſunt deterrima, niſi aliud ſignum eorum, quæ lethalia eſſe diximus, affuerit: proinde dixit, deterrima autē nigra, intellige aut viridia, aut flaua, ſyncera, aut ſpumoſa, et ſi quæ alia deterrima ſunt.

Ὁκόσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τουτέων τῶν χωρίων μὴ παύεται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, μήτε πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ δίαιτας καὶ φαρμακείας, εἰδέναι δεῖ ἐκπυήσοντα.

Quoties dolor in his ſedibus neq; ſedatur excreatione, neq; ventris ſubductione, neq; ſanguinis miſsione, neq; victu, neq; medicamentis, ſcire licet ſuppurationem futuram.

Eſt huius artis vniuerſale præceptum, quoties morbus non cedit curationi, cui ſolet cedere, neq; tamē homo videtur in mortem labi, expectare morbi permutationem: permutatio inflammationis in ſuppurationem expectāda eſt: ergo ſi pleuritis aut pulmonia (nam de his loquitur) non cedunt curationi idoneæ, niſi hominem labi in mortem alia ſigna indicent, erit ſuppuratio. Conſtat verò vt totam horum morborum curationem Hippocrates ſcripſerit, dicens, excreatione, ventris ſubductione, ſanguinis miſsione, victu, & medicamentis, id eſt, fomentis.

Τῶν δὲ ἐμπυημάτων ὁκόσα μὲν ἔτι χολώδεος ἐόντος τοῦ πτυέλου ἐκπτύεται, ὀλέθρια κάρτα, ἤν τε ἐν μέρει τὸ χολῶδες τῷ πύῳ ἀναπτύηται, ἤν τε ὁμοῦ.

Suppurationes quæ cum bilioſo adhuc ſputo excreantur, lethales admodùm: ſiue per partes bilioſum cum pure excreetur, ſiue ſimul.

Monui iam prius hoc eſſe quod excreatio praua cum ſanguine minabatur, ſi ad ſeptimū vſq; diem durat: ergo dicit modò ſuppurationes eas eſſe lethales, quæ excreantur: cùm ſcilicet iam ruptus eſt abſceſſus bilioſo adhuc ſputo perſeuerante (atſi enim bilioſum anteceſſerit, niſi cum ipſo pure perſeueret, lethalis ſuppuratio non ſit) bilioſum verò eſt flauum, ſyncerum, & viride, eſtq; hoc illo grauius. Duplici ratione eſt lethalis talis excreatio, & vt ſignum,

gnum, & vt causa: nam partibus quibusdam manere succum inuictum & prauum, cùm aliis partibus pulmo pus genuit, difficilimæ affectionis signum est: iam verò & curationi est maximè aduersum biliosum illud: nam corrodet ad putredinemque deducet, & curari vulcus cauum, quod necessario in suppurâti particula fit, nullatenus sinet: erat enim opus ad curationem expurgatione & siccatione: est verò interiùs, quod sordes pariat, putrefaciat, & dirumpat.

Μάλιστα δ' ἢν ἄρξηται χωρέειν τὸ ἐμπύημα ἀπὸ τουτέου τοῦ πτυέλου, ἑβδομαίου ἐόντος τοῦ νοσήματος.

Maximè autem si incipit procedere suppuratio à tali sputo, cùm morbus iam est septem dierum.

Procedere suppuratio dicitur, cùm manifestum pus copiosumque prodire incipit: id qood fit, cùm rumpitur vomica: ea signa quæ diebus decretoriis aut contemplabilibus contingunt, fideliora sunt, q̄ si aliis diebus, siue ea mala sint, siue bona, siue salutis sint, siue mortis: nam vt paulò infrà ipse docet, eisdem diebus moriuntur homines, quibus salui fiunt, & eisdem diebus accidont mutationes bonæ & malæ: ergo si suppurationis illa species, quam lethalem esse diximus, accidat die septimo, qui maximè omnium contemplabilis est, exitialior est q̄ si alio die. Sed obiiciet aliquis, grauios esse hoc signū, si sexto die fiat quàm septimo, quandoqoidem Galenus sextum diem tyranno, & septimum benigno Regi rectè confert: nō enim id verè diceretur, si vt signa bona septimo meliora, ita mala grauiora sunt. Certè longè aliud est iodicationes esse meliores aut deteriores, quàm signa esse certiora, aut minùs certa: nam diebus decretoriis quæcunq; signa apparent, sunt certiora, quàm quæ aliis diebus, siue bona, siue mala sint: iudicationes verò quæ in illis fiont, bonæ qoidem sunt meliores, malæ verò minùs malæ. De prioribus ergo differens, iis inqoam, quæ duráte adhuc sputo bilioso excreaotor, quásqoe lethales esse dixerat, dicit modò lethales esse, maximè si septimo à tali sputo procedant: non quidem dixit simpliciter, cùm morbus iam est septem dierum, sed à tali sputo, hoc est, ab eo die quo apparuit sputū biliosom, & desiit esse rantùm biliosom, aut biliosom cruentum, cœpitq; fieri biliosum porulentum: nsm antè etiam quàm rumpatur puris vomica, necesse est aliquid exsudari & spui, quod pos gigni significet. Itaque intelligit nunc septimum, non à principio inflammationis, sed suppurationis: quasi diceret, lethalis est talis supporatio, maximè si rumpatur septimo die, ex quo gigni pus cœpit: atqui meritò hoc dicit, nam.

Ἐλπὶς δὲ τὸν τὰ τοιαῦτα πτύοντα ἀποθανεῖσθαι τεσσαρεσκαιδεκαταῖον, ἢν μή τι αὐτῷ ἐπιγένηται ἀγαθόν· ἔστι δὲ τὰ μὲν ἀγαθὰ τάδε, εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα, εὔπνουν εἶναι, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τό, τε πτύελον ῥηϊδίως ἀναβήσσειν, τό, τε σῶμα ὁμαλῶς φαίνεσθαι, θερμόν τε καὶ μαλθακὸν, καὶ δίψαν μὴ ἔχειν· οὖρα τε καὶ διαχωρήματα, καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται, ἕκαστα εἰδέναι ἀγαθὰ ἐόντα ἐπιγίνεσθαι· οὕτω μὲν γὰρ ἁπάντων τουτέων ἐπιγινομένων οὐκ ἂν ἀποθάνοι ὁ ἄνθρωπος. ἢν δὲ τὰ μὲν τουτέων ἐπιγίνοιτο, τὰ δὲ μὴ, οὐ πλείονα χρόνον ζήσας ἢ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, ἀπόλοιτ' ἂν ὁ ἄνθρωπος. κακὰ δὲ τἀναντία τουτέων, δυσπετέως φέρειν τὴν νοῦσον, πνεῦμα μέγα καὶ πυκνὸν εἶναι, τὴν ὀδύνην μὴ πεπαῦσθαι, τὸ πτύελον μόλις ἀναβήσσειν, δίψην κάρτα, τό, τε σῶμα ὑπὸ πυρὸς ἀνωμάλως ἔχεσθαι, καὶ τὴν μὲν κοιλίην καὶ τὰς πλευρὰς θερμὰς εἶναι ἰσχυρῶς, τὸ δὲ μέτωπον καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ψυχρούς. οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους, καὶ ἱδρῶτας ὡς διαγέγραπται ἕκαστα εἰδέναι κακὰ ἐόντα· οὕτως γὰρ εἰ ἐπιγίνοιτό τι τῷ πτυέλῳ τουτέων, ἀπόλοιτ' ἂν ἄνθρωπος, πρὶν ἢ ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ἀφικέσθαι, ἢ ἐναταῖος, ἢ ἑνδεκαταῖος. οὕτως οὖν ξυμβάλλεσθαι χρὴ, ὡς τοῦ πτυέλου τουτέου θανατώδεος ἐόντος μάλα, καὶ οὐ περιάγοντος ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας· τὰ δ' ἐπιγινόμενά τε κακὰ καὶ ἀγαθὰ ξυλλογιζόμενον, ἐκ τουτέων χρὴ τὰς προρρήσιας προλέγειν, οὕτω γὰρ ἄν τις ἀληθεύοι μάλιστα.

Talia verò excreantem, fore vt quatuordecimo moriatur, sperandum est, nisi aliquid ei superueniat bonum: bona autem hæc sunt, facilè morbum ferre, facilè spirare, dolore carere, & facilè sputum extussire, & corpus æqualiter videri calidum & molle, & sine siti esse: vrinas autem, & deiectiones, & somnos, & sudores, singula superuenire, qualia bona esse descriptum est: ita enim omnibus his superuenientibus, non morietur homo. Si autem quædam illorum superueniant, quædam non, non viuens plus temporis q̄ quatuordecim dies, morietur quidem homo. Circa contraria horum, difficilè ferre morbum, spiritum magnum & crebrum esse, dolorem nō sedari, sputū vix extussire, sitire valde, & corpus totum ab igne inæqualiter teneri, & ventrē & costas calere valde, frontem autem & manus, & pedes frigere: vrinas & deiectiones & somnos et sudores, vnaquæq; vt descriptum est, mala esse: si superueniat huic sputo aliquid horum, morietur quidem homo, priusquam ad quatuordecimum veniat, aut nono, aut vndecimo. Ita ergo coniectare oportet ex hoc sputo, vt ex lethali valde, & ad quatuordecimum non deducente: bona etiam & mala quæ superueniunt, colligētem, ex his oportet prædictiones facere: ita enim maximè veritatem quis possit inuenire.

Cùm signa lethalia septimo die primū incipiuot apparere, quatuordecimo expectanda est mors, vt cùm bona apparēt manifestè die septimo, quatuordecimo fit solotio morbi: nam est à me monstratum libro to. Controuers. legitimam morbi constitutionem esse, vt tantum temporis vsque ad crisim transigatur, à die quo primùm apparent signa coococtionis (est eadem ratio contrariorum) vsqoe ad tempus crisis, quantum à principio morbi vsq; ad eum diem transactom est: sed non semper seruant

constitotionem regularē morbi, imò verò sæpe incrementum & status producantur plùs aut minùs q̃ pro principij longitudine, id verò signa alia indicant: vt si pus cum succo aliquo bilioso septimo die excreetur, quantū in hoc signo agitur, quatuordecimu morietur: tunc fieri potest, vt antè aut pòst moriatur, aut vt umnino nō moriatur, vt alia signa accesserint: nam dictum à me anteà est, tanti fieri debere consensum dissensumque signorum, vt nullum tam lethale sit, vt si reliqua omnia renuant, nō posit cum eo homo liberari. Præceptum hoc de signis quę annuunt, aut renuunt, tractat modò Hippocrates in hoc axemplo: repetit ergo pleraque signorum, quæ hactenus scripta sunt, atq; in quouis genere optimū & pessimum: atq; definit, cum quibus posit homo euadere, cum quibus posit quatuordecimum diem superare, etsi moriturus sit, & eum quibus non posit quatuordecimum attingere. Sed quomodo cùm recepisset signa omnia bona, scripsit, si quædam illorum superueniant, quædam non, nō viuet vltra quatuordecimum, cùm in principio scripsisset, talia excernētem moriturum quatuordecimo, nisi aliquod ei bonū superueniat, quasi victurus sit vltra quatuordecimum, si aliquod aliud ei bonum accedit: ergo cùm aliqua bona accedunt, quædam non, viuet vltra quatuordecimum. Non itaq; videntur hæc consentanea, neq; reuera sunt: sed putū legendum esse, dempta particula illa (non) nam etsi ita reperi in Gręcis codicibus, vt haberi hic scripsi, tamen in antiqua versione ita legitur: ex quibus si plura defuerint post quatuordecimum diem, mortē futuram prænūciabis: quare cogor suspicari corruptos esse hoc loco codices Græcos, fuisseq; primis interpretibus alios emendatiores. Sed roges rursum, si hic Hippoc. affirmat, enumeratis optimis signis, cùm quædam illorum adsunt, quædam desunt, victurum hominem supra quatuordecimum, quomodo non repugnat dictis, dicēs deinceps, si aliquod signorum lethalium accedat, moriturum hominē ante quatuordecimū? Nam si quædam optima, quædam alia pessima accedant, non intelligas ex dictis Hippoc. quid futurum sit: nam cùm optima quædam adsint, quędam non adsint, videtur homo victurus vltra quatuordecimum, vt cùm sit aliquod pessimū, videtur ante illum moriturus. In quouis signorum genere est optimum & pessimum. & quædam mediocria: affirmat ergo Hippocrates, si optimorum quædam adsint, quædam non adsint, id est, si quædam sint optima, quædam non sint optima, sed neq; pessima, hominem moriturū, sed vltra quatuordecimum: nam vt euadat homo cum illa excreatione, debent omnia alia esse optima: si verò aliquod aliud sit pessimum, non solùm morietur, sed etiam ante quatuordecimum: quatuordecimo verò morietur qui cum illa excreatione habebit alia omnia mediocria signa. Colligens tandem hæc omnia dicit, ita ergo coniectare oportet ex hoc sputo, vt ex lethali valde, & vsq; ad quatuordecimum nō deducente: quod etiam videtur dictis priùs repugnare: nam dictum erat id sputum, quantum in ipso agitur, significare mortem quatuòrdecimo die futurā: quomodo vocat nunc lethale valde, & ad quatuordecimum nō perducens? Ergo quidem hic non puto referri, cùm dicitur ex hoc sputo, sputum purulentum & biliosum, sed hoc cū ei aliud lethale superuenit, de quo dixerat, si superueniat huic sputo aliquid horum, morietur quidem homo priusquam ad quatuordecimum diem veniat, aut nono, aut vndecimo (de hoc ipso differens addit) ita ergo coniectare oportet ex hoc sputo, vt ex lethali valde, & vsq; ad quatuordecimum non deducente. Duo hic notata velim, primùm vbi describens Hippoc. pessima singulorum generum signa, refert magnam & crebrā respirationem, magnæ nomen non dici de propriè nuncupata magna (ea est per quā thorax multùm dilatatur) sed de sublimi, per quam omnes thoracis partes etiam sublimes mouentur, nam hæc cum paruitate & crebritate est pessima omnium. Deinde notatum velim, cùm quædam signa quibusdam annuendo, aut renuendo insignes vires habeāt, excreationi dictæ nihil fortius annuere aut renuere respiratione: nimirum bona respiratio ad salutem aut mortis tarditatem, mala ad mortem & illius celeritatem plurimùm valet.

Αἱ δ' ἄλλαι ἐκπυήσιες ῥήγνυνται, αἱ πλεῖσται μὲν εἰκοσταῖαι, αἱ δὲ τριηκοσταῖαι, αἱ δὲ τεσσαρακονθήμεροι, αἱ δὲ πρὸς τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνέονται. ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐμπυήματος ἔσεσθαι, λογιζόμενον ἀπὸ τῆς ἡμέρης ἧς τὸ πρῶτον ὁ ἄνθρωπος ἐπύρεξεν, ἢ εἴποτε αὐτὸν πρῶτον ῥῖγος ἔλαβεν, καὶ εἰ φαίη ἀντὶ τῆς ὀδύνης αὐτῷ βάρος γεγενῆσθαι ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἤλγεε. ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχῇσι γίνεται τῶν ἐμπυημάτων. ἐξ οὖν τουτέων τῶν χρόνων τὴν ῥῆξιν χρὴ προσδέχεσθαι τῶν ἐμπυημάτων ἔσεσθαι ἐς τοὺς χρόνους τοὺς προειρημένους.

Aliæ suppurationes rumpūtur, plurimæ quidem vigesimo, aliæ trigesimo, aliæ quadragesimo, aliæ ad sexagesimum diem veniunt. Considerare autem oportet principium suppurationis fore colligentē à die, quo primùm homo febricitauit, aut quo primùm illum rigor prehendit, & si dixerit pro dolore pondus ipsi fieri in loco, quo dolebat. Hæc enim in principiis suppurationū fiunt: ab his ergo temporibus rupturam oportet expectari suppurationum fore in dicta tempora.

Adhuc perseuerat in disputatione de suppurationibus contingentibus in thoracis parte aliqua: itaque non hic appellat alias suppurationes eas, quæ in aliis membris contingunt, sed quæ nō sunt quales hactenus descripsit, biliosæ scilicet quas descripsit, dicens, suppurationes, quæ cum bilioso ad hoc sputo excreantur: eas suppurationes dixit, solere rumpi, aliæ verò rumpuntur vigesimo, aliæ trigesimo, aliæ quadragesimo, aliæ sexagesimo, verùm hi dies non computantur hic, vt anteà septimus: nam septimus illic dicebatur, à principio totius morbi, qui potest esse septimus totius morbi, & quartus à principio suppurationis, hic verò accipitur principium computationis ab eo die, quo incipit suppurari inflammatio, vt posit esse vigesimus à suppuratione, & quadragesimus à primo die inflammationis: oportet ergo principium suppurationis agnosci, ne nos prætereat. Sunt suppurationis quæ fit, hæc indicia: si inflammatio erat in ignobili parte, vt febrem non faciat, eo die quo suppurari incipit, febrem faciet: si febrem faciebat

priùs,

priùs, exacerbari incipit vno aut duobus diebus suppurationis (nam deinceps conquiescit, fitq; lenta febris) acciduntque rigores quidam sine causa manifesta, & sine ordine (huius causa est corrosio particularum in inflammato membro) elapsis vno aut duobus diebus, incipit homo sentire pro dolore pungente, aut pulsante, aut tendente (quemcunque haberet) veluti pondus quoddam, colligitur scilicet iam totus succus in cauum quoddam, grauatq; ita membrum. Ab hoc ergo die terminos suppurationis expectare oportet, quæ quanquam terminis acutorum nō finitur, quia permutatione inflammationis fit, non est ab instituto huius libri aliena, quia ex acuto morbo procedit.

Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμπύημα ἐπὶ θάτερα μοῦνον, στρέφοντα καὶ καταμανθάνειν χρὴ ἐπὶ τουτέοισι, μή τι ἔχῃ ἄλγημα ἐν τῷ ἑτέρῳ πλευρῷ, καὶ ἢν θερμότερον ᾖ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου· καὶ κατακλινομένου ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον πλευρὸν, ἐρωτᾶν, εἴ τι αὐτῷ δοκέει βάρος ἐκκρέμασθαι ἐκ τοῦ ἄνωθεν· εἰ γὰρ εἴη τοῦτο, ἐπὶ θάτερόν ἐστι τὸ ἐμπύημα, ἐπὶ ὁκοῖον ἂν πλευρὸν τὸ βάρος ἐγγίνεται.

Si verò sit suppuratio altero tantùm latere, conuertere eos oportet, & discere ab eis num habeant dolorem altero latere, & an alterum altero calidius sit. & collocato homine super sano latere, interrogare an aliquod pondus ei videatur desuper impendere: si enim ita sit, in altero est suppuratio, ab eo in quo pondus incūbit.

Suppurationem intelligo hîc pus ipsum appellari, post ruptum iam tumorē: potest ergo pus contineri in vno laterum, aut quia in latere fuit inflammatio, vt post pleuritidem fieri solet, aut quia fuit in pulmone, qui potest versus alterutrū latus rumpi. Cùm inflammatio lateris antecessit, non est opus signis ad cognoscendum, quo latere suppuratio sit, erit enim profectò eo, quo inflammatio fuit, sed cùm ex pulmonia est, conuersione de latere in latus sentitur, vt Hippocr. docet.

Τοὺς δὲ ξύμπαντας ἐμπύους γινώσκειν χρὴ τοῖσι δὲ τοῖς σημείοισι· πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησιν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡμέρην λεπτὸς ἴσχει, τὴν δὲ νύκτα πλείων, καὶ ἱδρῶτες πολλοὶ ἀπογίνονται, βῆχές τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισι, καὶ ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου· καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ ἔγκοιλοι γίνονται, αἱ δὲ γνάθοι ἐρυθήματα ἴσχουσι, καὶ οἱ μὲν ὄνυχες τῶν χειρῶν γρυποῦνται, οἱ δὲ δάκτυλοι θερμαίνονται, καὶ μάλιστα ἄκροι· καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα γίνονται, καὶ σιτίων οὐκ ἐπιθυμέουσι καὶ φλύκταιναι γίνονται ἀνὰ τὸ σῶμα.

Suppuratos omnes agnoscere oportet his signis: primùm quidem si febris non intermittit, sed per diem mitis est, per noctem maior, & sudores multi superueniunt, & tussis fortis fit, & excreant nihil mentione dignum: & oculi caui fiunt, & maxillæ sunt rubentes & vngues manuum curuantur, digiti autem calent, & maximè extremi: & in pedibus tumores fiunt, & cibos non appetunt, & pustulæ fiunt toto corpore.

Ab eo loco, quo scripsit considerari oportet principium suppurationis fore, scribit ea signa, quæ accidunt suppurationem patientibus, quibusque agnoscuntur. Describit verò illa eo ordine, quo contingunt, nimirum non omnia hucusque scripta signa simul aueniunt illis neque omnibus, sed alia ante alia. Paulò antè descripsit eos qui primùm suppurationem pati incipiunt, & gradatim processit ad hæc vsque, quæ modò describit, quæ iam tabe laborare hominem significant: iis enim qui cum suppuratione iam tabescunt, accidit febricula quædam lenta, sed quæ nunquam intermittit, & quæ per noctem maior apparet: nam commune est omnibus tabescentibus quacunque ex causa incalescere quum humectantur, (ita enim incalescunt à cibo) constat verò vt nox & somnus sint in rebus humectantibus, dies & vigilia, in exsiccantibus. Sudores etiam illis accidunt admodùm, sunt enim ex contentricis facultatis debilitata: tussis etiam iis fit, ob pus in thorace, sed non excreant quicquam affatu dignum: nam si ita excrearant & expurgarentur, certè non tabescerent. Oculos excauare, extenuationem & siccitatem nimiam, & hanc ipsam vngues curuos reddere posse, notius est quā vt monstrari debeat. Quòd rubeant maxillæ, eadem causa facit, quæ ante suppurationem solet in pulmonia, vapores nimirum calidi à pulmone rectà ascendentes. Digiti potissimum extremi calent his eâdam causa, qua manus ardêre solent ob intemperiem calidam iecoris: nimirum emergunt, concurruntque ad manus venæ copiosæ & arteriæ fuligines deferentes: est verò peculiare hoc tabidis ex suppuratione, non adeò cum aliis, qui hectica febre laborant commune: quia habent ij in thorace multum succum conclusum & putrescentem, à quo multæ fuligines per arterias in extremas partes distrahuntur, iis hominibus grauiter iam affectis solent tandem pedes intumescere, & pustulæ per corpus totum fieri, eâdem causa qua hydrops præ debilitate facultatis naturalis malè commutato alimento. Hi etiam ob calorem, in ventriculi ore factum iam, sensum famis amittunt: quanquam vbi necessitas magna iam est, membra arescant. Verùm hæc signa prioribus adiuncta, non solùm hominem suppuratione laborare apertè indicant, sed etiam in difficillima iam affectione esse constitutum.

Ὁκόσα μὲν οὖν ἐγχρονίζει τῶν ἐμπυημάτων, ἔχει τὰ σημεῖα ταῦτα, καὶ πιστεύειν αὐτέοισι χρὴ κάρτα· ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνιά ἐστι, σημαίνεσθαι τουτέων, ἤν τι ἐπιφαίνηται, οἷα καὶ τοῖσιν ἐν ἀρχῇσι γινομένοισιν, ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνούστερος ᾖ ὁ ἄνθρωπος.

Suppurationes ergo diuturnæ habent hæc signa, & credere illis admodùm oportet. Quæcunque autem recentes sunt, his significētur, si quid eorum quæ in principio fiunt, accidat, & difficiliùs spiret homo.

Suppurationes cùm iam sunt veteres, agnoscun tur signis quæ vltimò relata sunt: si sunt recentes, il lis quæ primò diximus (dictum enim à me iam est vt Hippocrates signa hæc scribat eo ordine quo eueniunt) & præterea difficili respiratione quæ sentitur in suppuratione recenti magis quàm in antiqua, quia est difficultas respirandi recēs, vt affectio ipsa recens est.

Τὰ δὲ ταχύτερον αὐτέων καὶ βραδύτερον ῥηγνύμενα, τοῖς δὲ γινώσκειν χρή· ἢν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι γένηται, καὶ ἡ δύσπνοια καὶ ἡ βὴξ καὶ ὁ πτυελισμὸς διατείνῃ, ἐς τὰς εἴκοσιν ἡμέρας ἔχων προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν, καὶ ἔτι ἐμπροσθεν· ἢν δὲ ἡσυχέστερος ὁ πόνος ἔῃ, καὶ τ᾽ ἄλλα πάντα κατὰ λόγον, τουτέοισι προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν ἐς ὕστερον· προσγίνεσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον καὶ δύσπνοιαν, καὶ πτυελισμὸν πρὸ τῆς τοῦ πύου ῥήξιος.

Quæ verò citiùs aut tardiùs, rumpuntur, his agnosci oportet: si dolor in principio fiat, & difficultas respirandi, & tussis & sputum perseueret continenter, vsque ad viginti dies, spectare ruptionem, & adhuc prius: si verò mansuetior dolor sit, & alia omnia secundum rationem, his spectare ruptionem tardiùs. Necesse autem est fieri dolorem, & difficultatem respirandi, & excreationem, ante ruptionem puris.

Dictum antea est, suppurationes pulmonis non biliosas, rumpi solere, aliàs citiùs, vigesimo inquam aut trigesimo, aliàs tardiùs quadragesimo aut sexagesimo, modò docet per signa præcognoscere, an sena suppuratio citò an tardiùs rumpenda sit. Vt docet Galenus 3. de Crisibus, morbi species agnoscitur symptomatis propriis: magnitudo, illorum magnitudine: motus, illorum motu: præsensio tem poris iudicationis morbi, pendet ex notitia magnitudinis & celeritatis morbi: nam magni morbi indicātur, celeres motu, breui: ruptio est veluti quædam suppurationis iudicatio: ergo suppurationem cui signa, quæ suppurationes solent consequi, magna sunt, & celeris motus, hoc est multum & continenter vrgentia, certum est rumpendam citò: cui contraria accidunt, tardiùs. Dictum verò antea est, suppurationi quæ fit, accidere dolorem & difficultatem spirandi, ac tussim cum quâdam excreatione: hæc maiora fiunt cum pus conficitur, atq; cum festinantiùs conficitur, multò maiora, ac minùs intermitteotia: hoc est quod dicit, necesse autem est fieri dolorem, & difficultatem respirandi, & excreationem, ante ruptionem puris.

Περιγίνονται δὲ τουτέων, μάλιστα μὲν οὓς ἂν ἀφῇ ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν μετὰ τὴν ῥῆξιν καὶ σιτίων ταχέως ἐπιθυμέωσι, καὶ δίψης ἀπηλλαγμένοι ἔωσι, καὶ ἡ γαστὴρ σμικρά τι καὶ ξυνεστηκότα ὑποχωρέῃ, καὶ τὸ πύον λευκόν τι καὶ λεῖον ὁμόχροον ᾖ καὶ φλέγματος ἀπηλλαγμένον, καὶ ἄτερ πόνου τι καὶ βηχὸς ἰσχυρῆς· ἄριστα μὲν ἂν οὕτως καὶ τάχιστα ἀπαλλάσσουσιν. εἰ δὲ μή, οἷσιν ἂν ἐγγυτάτω τουτέων γίνονται· ἀπόλλυνται δὲ οἷσιν ἂν ὅ, τε πυρετὸς μὴ ἀφίῃ ἢ δοκέων αὐτοὺς ἀφιέναι, αὖθις φαίνηται ἀναθερμαινόμενος, καὶ δίψαν μὲν ἔχωσι, σιτίων δὲ μὴ ἐπιθυμέωσι, ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ, καὶ τὸ πύον χλωρὸν καὶ πέλιον πτύῃ, ἢ φλεγματῶδες καὶ ἀφρῶδες. ἢν ταῦτα πάντα γίνηται, ἀπόλλυνται· ὁκόσοισι δ᾽ ἂν τουτέων, τὰ μὲν ἐπιγένηται, τὰ δὲ μή, οἱ μὲν αὐτέων, ἀπόλλυνται, οἱ δὲ ἐν πολλῷ χρόνῳ περιγίνονται. ἀλλ᾽ ἐκ πάντων τεκμηρίων τῶν ἐόντων ἐν τουτέοισι σημαίνεσθαι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἅπασιν.

Supersunt ex his, maximè quidem quos febris reliquerit eodem die post ruptionem, & cibos citò appetierint, & sitis caruerint, & venter parua & consistentia deiicit, & pus album, læue & concolor sit, & pituita carens, & sine labore & tussi magna: optimè ergo ita, & celerrimè liberabuntur: sin minus, si propè hæc fiant. Moriuntur autem hi: si febris non dimittit, vel cū videatur dimisisse ipsos, statim videtur incalescens, & sitim habeant, & cibos non appetant, & venter humida sit, & pus chlōrū & liuidum spuant, vel pituitosum & spumosum: si hæc omnia fiant, moriuntur: quibuscunque autem horum quadam fiunt, quadam non, quidam illorū moriuntur, quidam longo tempore liberantur. Verùm ex signis omnibus, quæ in his sunt, significationem capere oportet, & aliis omnibus.

Quanquam ex suppuratione facta in thorace plerique moriantur, tamen nonnulli liberantur: morituros verò & futuros saluos docet hic Hippocrates agnoscere, atque tractandum suscepit in hoc exemplo locum quendam, quem in hac arte dixi ego esse debere omnium celeberrimum, ab aliis signis, siue ab his, quæ annuunt & renuunt. Optima verò signa hic sunt, febrem dimittere hominem statim à ruptura, & cibos citò appetere, & carere siti (nam si hæc accidunt, non erit periculum tabis qua suppurati omnes solent mori) & ventrem parua & consistentia deiicere (nam hanc diximus suprà esse optimam deiectionem) & pus excreari facilè & sine dolore, album, læue, & vnius coloris (nam hoc diximus esse optimè coctum) & beodè excreari: Cōtrà, pessima sunt, cùm febris durat, & quibusdam temporibus recalescit, cùm videretur sedata, & habent sitim, & cibos non appetunt: nam ita solet accidere iis, qui ex suppuratione tabescunt: quia habent febriculam quandam lentam, & vt paulò antè dictum est, singulis noctibus augetur, & præterea quidquid in victu erretur subcrescit, & vrgentur siti perpetua, ob calidam intemperiem, & hac ipsa causa cibos auersantur. His solet cùm in extremo vitæ sunt iam constituti, aluus fieri humida, deiectionibus copiosis & liquidis, accedētibus ob debilitatē retentricis facultatis in membris. Pus chlōrum (siue flauum siue viride fit) & liuidum, & spumosum, malum esse ex dictis constat: vt ergo hæc accident bona aut mala, idque omnia aut quedam, ita euadet homo, aut morietur, idq; citò aut longo tempore.

Ὁκόσ-

Ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα, καὶ ἐμπυΐσκονται, ἢ ἐς τὰ κάτω χωρία, καὶ συριγγοῦνται, οὗτοι περιγίνονται.

Quibuscunque autem abscessus fiunt ex peripneumonicis morbis post aures, & suppurant, aut ad infernas sedes, & fistulantur, hi supersunt

Peripneumonia solui potest, aut resolutione, aut abscessu. Resolutio bifariam fieri potest, aut cum assatim facta euacuatione, vt fluxu sanguinis de naribus, aut copioso mictu, aut deiectione (vocaturque hæc solutio per crisim) aut facta sensim resolutione, & excreatione, vocaturque hæc solutio per concoctionem. Abscessus quoque bifariam fit, aut inflammatione ad suppurationem veniente in ipso pulmone, aut raptu materiæ in aliud membrum facto, vt post aures aut in inguina, aut alas, aut crura, hocque fieri potest aut antequàm in pulmone suppurauerit, aut pòst. Hic differit Hippoc. de solutione pulmoniæ per abscessum secundi generis: reperitur verò in codicibus Græcis duplex litera, quædam ita habet ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα, καὶ ἐμπυΐσκεται ἐς τὰ κάτω χωρία, καὶ συριγγοῦται, οὗτοι δὲ περιγίνονται. id est, quibuscunque autem abscessus fiūt ex peripneumonicis morbis post aures, & suppurantur, versus infernas partes, & fistulantur, hi supersunt. Alia litera habet, ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπλευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα, καὶ ἐμπυΐσκεται, ἢ ἐς τὰ κάτω χωρία, καὶ συριγγοῦνται. Secundam hanc literam probat, sequiturq; Galenus dicens Hippocr. docere, solere homines, qui peripneumonicis affectibus laborant, saluos fieri factis abscessibus post aures, iisque suppuratis, aut factis ad infernas sedes, ad inferni inquam ventris regionem, aut ad inguina. aut ad femora, aut ima crura, iisque fistulatis. Fistula est ruptura longa & angusta admodum fistulæ, quæ cùm inueterascit, callo interiùs obducitur, dum recēs est, est nonnunquam sine callo. Ergo inquit, cùm abscessus fit post aures, satis esse si suppuret, & suppuratio rumpatur, tamen cùm in infernis sedibus fistula est, esse opus, vt ab intimis partibus excrementa effluant. Monitum à me sæpe est, Hippocr. sententias transferri debere ad omnia ea quorum ratio est par: ergo si abscessus & suppuratio non post aures, sed in collo, aut alis fiat, liberari nihilominùs peripneumonicus posśit: neque solùm is posśit per hos abscessus euadere, sed & pleuriticus, & quicunque inflammatione circa thoracē laboret. Verùm inter hos, peripneumonici post aures plerunque abscessus faciunt: nimirū per arterias & venas conspicuas, accipit hæc regio ascendentia è pulmone citisśimè. Hic est sensus satis quidem probandus, quem reddit lectio hæc secunda, tamen quia prior illa reperitur in antiquis codicibus, dicendum est, quem sensum posśit reddere, qui non sit futilis. Certè cùm abscessus aliquis suppurauit, & rumpitur, tunc maximè euadit homo, cùm ruptura idonea est, vt pus expurgetur, nequaquam retrocedens, hæc verò est decliuis, & deorsum facta quam Hippocr. solet vocare εὔρουν, id est, facilè fluentem: nam si suppurato abscessu post aures, eoque rupto sublimi parte, timendum est, ne materia ad interna retrocedat, antequam expurgetur: ergo eum maximè sperabimus euasurum cui rumpetur suppuratus abscessus in parte ima, ruptura decliui deorsumque producta, vt producuntur fistulæ: hic igitur posśit esse huius loci sensus, vt nulla hic infernarum regionum putetur facta mentio, sed quasi ita diceretur, euadunt, si abscessus suppuret post aures, & rumpatur, fistuleturq; deorsum.

Ὑποκέπτεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα ὧδε, ἢν ὅ τε πυρετὸς ἔχῃ, καὶ ἡ ὀδύνη μὴ πεπαυμένη ᾖ, καὶ τὸ πτύαλον μὴ ἐκχωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, μηδὲ εὔλυτοι καὶ ἄκρητοι γίνωνται, μηδὲ τὸ οὖρον κάρτα πολύ τε καὶ παχὺ καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, ὑπηρετῆται δὲ καὶ περιεστηκὸς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεστηκότων σημείων· τουτέοισι χρὴ τὰς τοιαύτας ἀποστασίας ἐλπίζειν ἔσεσθαι.

Considerare autem hæc ita oportet: si febris detinet & dolor non sedetur: & sputum non excreetur ex ratione, neque biliosæ fiant ex ventre excretiones, neque faciles solutionis & synceræ, neque vrina multa & crassa, & multum sedimenti habens, promittitur verò à reliquis quæ supersunt signis superfuturum hominem: his oportet expectare tales fore abscessus.

Rationem agnoscendi an futurus sit talis abscessus, qualis antea dictus est, ex peripneumonia, docet Hippoc. modò. Hæc ratio est ex his quæ adsunt & non adsunt, vt si febris detinet & dolor non sedetur, eo tempore, quo iuxta morbi naturā & constitutionem deberet cessare: nam si eo tēpore duo hæc aut desiissent, aut desinere cœpissent, solutio sine permutatione esset expectanda: siquidem his desistentibus sputum excrearetur ex ratione, id est vt illa remittunt, solutio quam per concoctionem appellari antea diximus: si biliosæ fierent ex ventre excretiones aut facilè fluentes (hoc enim significat dictio illa εὔλυτοι) & synceræ, per crisim posset solutio expectari, aut etiam si multa & crassa, multúmque continens sedimenti: sed si nihil tale adsit, nihilominùs ex aliis signis videatur homo euasurus, superest vt permutatione ac abscessu liberetur. Verùm ego huic præsagationi censeo addi semper accidentia propria in particula, dolores scilicet qui antecesserint, aut modò sint in ea parte, in qua expectatur abscessus: vt si nihil illorum sit, quæ adesse negauimus, sit verò dolor aut post aures, aut in inguine, multò certius tunc est, abscessum in eam partem quæ dolet, futurum. Sed quo pacto cùm antè inter signa moriturorum posuerit aluum humidam, nunc dicit fieri tales abscessus, quibus non fiunt biliosæ ex ventre excretiones, neque facilè fluentes & synceræ, quasi quibus tales excretiones fiunt, non fiant abscessus, sed sine iis liberentur. Hîc intelligit de peripneumonicis nondum suppuratis, antea verò de tabescentibus iam ex suppuratione: de quibus etiam intelligi Aphoris. 16. part. 6. quo dicitur, ei, qui à pleuritide, aut peripneumonia tenetur, alui profluuium succedere, malum, in commentario diximus.

Γίνονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω χωρία, οἷσιν ἂν περὶ τὰ ὑποχόνδρια τῆς φλέγματός τι ἐγγίνηται· αἱ δὲ ἄνω, οἷσιν τὸ μὲν ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον διατελέῃ· δύσπνους δὲ τινα χρόνον γενόμενος, παύσηται ἄτερ φανερῆς προφάσιος.

Fiunt autem ad infernas regiones, quibus circa hypochondria phlegmatis aliquid fit: sursum verò, quibus hypochondrium molle & sine dolore perdurat: ac cùm quodam tempore difficile respirantes sint facti, cessat sine alia causa manifesta.

Nomen phlegma significat ardorem aut vstionē à verbo φλέγω, tamen inualuit vsus vt de pituita succo frigido diceretur. Hic nihilominùs propriè ab Hippoc. vsurpatur pro ardore, ac pro inflammatione vocata, vt palàm faciunt illa verba, quibus obiiciens contraria dictis, scripsit, si verò hypochondrium sit molle & sine dolore. Summa rei hoc loco est, expectari debere abscessus in supernis aut infernis regionibus, vt materia videbitur sursum aut deorsum inclinare, inclinare autem materiam deorsum per peripneumoniam intelligimus, cùm hypochondria attingit dolor & ardor: sursum repere sentimus, cùm nihil tale in hypochōdrio accidit, & homo cùm cœpisset denuò difficulter respirare, rursum sine manifesta causa, illa respirationis noxa cōquieuit: hoc enim signum est, primùm succi ascendentis, deinde emissi extra thoracem. Hic rursum clarioris præsagationis causa, tu considera accidentia peculiaria partiū in quibus expectari potest abscessus, vt nuperrimè monui.

Αἱ δὲ ἀποστάσιες αἱ ἐς τὰ σκέλεα ἐν τῇσι περιπλευμονίῃσι τῇσιν ἰσχυρῇσί τε καὶ ἐπικινδύνοισι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι. ἄρισται δὲ αἱ τοῦ πτυέλου ἐν μεταβολῇ ἐόντος γιγνόμεναι. εἰ γὰρ τὸ οἴδημα καὶ ἡ ὀδύνη γίγνοιτο, τοῦ πτυέλου ἀντὶ ξανθοῦ πυώδεος γινομένου καὶ ἐκχωρέοντος ἔξω, οὕτως ἂν ἀσφαλέστατα ὅ, τε ἄνθρωπος περιγίνοιτο, καὶ ἡ ἀπόστασις ἀνώδυνος τάχιστα παύσεται. εἰ δὲ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέῃ καλῶς, μηδὲ τὸ οὖρον ὑπόστασιν ἀγαθὴν ἔχον φαίνοιτο, κίνδυνος χωλὸν γενέσθαι τὸ ἄρθρον, ἢ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν.

Abscessus quidem in crura in fortibus, periculosisq́; pulmoniis, vtiles sane omnes. Optimi autem qui fiunt, sputo eunte in mutationem: si enim tumor ac dolor sit sputo pro flauo facto purulento, & excreto extra, ita quidem securissimè homo supererit, & abscessus sine dolore & celeriter cessabit: si autem sputum non bene excernatur, neq; vrina sedimentum habere videatur, periculum clauditatis in articulo, aut multi negotij est.

Abscessus, genus quoddam est earum expulsionum, quæ à natura fiunt, fiunt verò cùm natura nō potest succos malignos extra corpus omnino pellere: sed vt extra corpus pellere, maioris roboris esset, quàm in membrum aliquod externum: Ita maioris, in longinquum à parte, quę primaria affectione laborat, quàm in vicinum pelli: atque quoniam in membrum ignobile incumbere, quā in id quod minùs ignobile sit, minor est noxa, & humilia membra sublimibus ignobiliora & remotiora à nobilibus sunt, abscessus qui in ignobilibus & humilibus atque à loco affecto remotis fiunt, quod attinet ad membri naturam boni sunt. In hanc sententiam dictum est ab ipso Hippoc. 2. Epid. sect. j. optimi potissimum sunt inferni & longissimè infra ventrem, & remotissimi à morbo: ergo in pulmoniis abscessus in cruribus boni sunt: constat verò vt hac ratione etiam in pleuritide & hepatis & lienis inflammatione talis abscessus bonus siti erit certè multò melior, cùm fiet, apparentibus iam in parte quæ primùm laborabat, signis concoctionis: nam hoc omnibus euacuationibus commune est, vt cum signis concoctionis plus, sine illis minùs conferant: itaq; meliores erunt abscessus, qui fient sputo iam eunte in mutationem, vt si tumor & dolor, id est, inflammatio, quæ est ipse abscessus, fit excreatione, quę flaua erat, mutata in pus & facilè excreta (nam hæc sunt propria concoctionis signa in inflammatione thoracis) citò tutò & facilè soluetur abscessus: sed si sputum non bene excernatur, id est, neq; facilè, neque cum coctione, neq; vrina sedimentum optimū habere videatur, periculum est clauditatis in articulo, aut multi negotij, id est, magni morbi & multum negotium facessentis ægroto & medico. Primùm est hîc consideratione dignum, cur in signis coctionis non meminit vrinæ, meminit verò in signis cruditatis, dicens, neq; vrina sedimentum bonum habere videatur? Certè in pulmonia non consideratur vrina præcipuè ad concoctionem aut cruditatem, sed sputum, consideratur etiā & vrina, sed secundariò: cumq; vrina secundariò consideratur, maiores habet vires renuendo, quàm annuendo: nam non est tantæ securitatis, vrinam coctam esse per pulmoniam, quanti periculi, non esse coctam. Deinceps est consideratione dignum, cur dicat periculum clauditatis imminet in articulo, cùm hactenus abscessus ad articulos fieri non dixerit? Certè vt vtatur suo breuiloquio, & vt tu dictū putes, abscessus qui ad crura fiunt, ad articulos fieri solere, & ob laxitatem & ob assiduum motum partis: quod Hippocr hic innuit & loco citato, ex 2. Epid. & 4. Aphor. 31. & sæpè alibi dicit. Deinde quo pacto dicit, sputo pro flauo facto purulēto, securissimè homo supererit, cùm biliosam suppurationem tantoperè antea vituperauerit? Certè vituperauit antea eam per quam excernitur pus cum bile, simul aut alternatè. nunc verò commendat sputum quod æqualiter fit ex flauo purulentum.

Ἢν δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες τοῦ πτυέλου μὴ ἐκχωρέοντος, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἔχοντος, δεινόν. κίνδυνος γὰρ, μὴ παραφρονήσῃ, καὶ ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος.

Si verò euanescant abscessus & retrocedant, sputo non excreato, & febre detinente, graue periculū imminet, ne desipiat, & moriatur homo.

Vt nihil magis expetendum est per abscessus, q̃ vt extrà erumpant quàm maximè, quacunq; in parte fiant, ita nihil est magis periculosum, quàm euanescere

ſcere retrocedentes ſi enim euaneſcerent reſoloti, non eſſet malum: ſed cùm euaneſcunt retrocedentes, euaneſcunt repentè & inſpsratò, & ſputo non exeunte ex ratione, & febris nihilominùs detinet, quæ ſanè remitteret feruorẽ ſi bene ſolueretur abſceſſus. Verùm cùm hæc ita accidunt, non bene, neque per reſolutionem ſoluitur, ſed retrocedẽte materia in locum aliquem internum. Parotidibus ergo ita euaneſcentibus, delirium & mors timeri debent: nam ſi ſuccus in cerebrum rapitur, deſipiet homo, incidetq; in lethalem affectionem, ſi in pulmonem morietur ſuffocatus, delirabitque nihilominùs per conſenſum cerebri. Non tantùm autem has affectiones timeri oportet, ſed alia etiam mala, nequequidem eadem ſi in parte anteriori abſceſſus fierit, atque ſi in poſteriori, ſed vt in Aphor. dicitu: quibus à parte poſteriori conuulſiones & diſtentiones: quibus verò ab anteriori, furor aut dolores lateris acuti, aut ſuppuratio, aut dyſenteria, ſi rebri fuerint tumores.

Τῶν δὲ ἐμπύων, τῶν ἀπὸ τῶν περιπλευμονικῶν, οἱ γεραίτεροι μᾶλλον ἀπόλλυνται. ἐκ δὲ τῶν ἄλλων ἐμπυημάτων, οἱ νεώτεροι μᾶλλον ἀποθνήσκουσιν.

Supporati ex peripneumonicis morbis, ſeniores magis moriuntur: ex aliis autem ſuppurationibus iuniores moriuntur magis.

Duo hîc affirmat, primùm ex ſoppuratione, quæ ſuccedit peripneumoniæ, ſeniores mori magis, alterum ex reliquis ſuppurationibos iuniores magis mori: primum illud ſine omni exceptione poteſt intelligi, nam ſenes quicunq; moriũtur magis quã iuuenes ex eo morbo, & quò ſeniores ſont, eò magis: nimirum ſenes habent moltò debiliorem facultatem animalem quàm iuuenes, qua ad expurgationem puris eſt in primis opus, hac ipſa cauſa non hæc ſuppuratio tantùm, ſed omne thoracis malum in ſenioribus eſt periculoſum In ſecund huius ſententię parte eſt opus diſtinctione, nc enim vltimi ſenes, vt qui ſexageſimum annũ iam ſuperauerũt, liberantur meliùs ab aliis ſuppurationibus quàm iuuenes (tales enim ob facultatum omnium debilitatem habent ad omnia deteriùs) ſed qui primi ſenes ſunt, quos alio nomine conſiſtentes vocamus, minùs mori ſolent inflammationibus ſuppurantibus quàm iuuenes, nam ſenes expectant iuſtum ſuppurationis tempus & deinde curationem, cùm illis locis facultate animali opus non ſit, iuuenes verò ſolent ob calorem temperamẽti & ſanguinis copiam, magnitudine morbi & ſymptomatum intercipi, antequam perfecta ſuppuratio ſit. Hac ipſa cauſa iuuenes morbis acutis capiuntur & moriuntur crebriùs quàm ſenes.

Αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ γινόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται, τὰ κάτω ἐκλείπουσαι, ὀλέθριαι κάρτα. προσέχειν οὖν δεῖ τὸν νόον τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισιν, ὡς ἢν τι καὶ τῶν ἄλλων σημείων ἐπιφαίνηταί τι πονηρὸν, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος. ἐκ δέ οἱ δὲ τῶν ἐμπύων καίει), οἷσιν ἂν καθαρὸν μὲν τὸ πύον ᾖ καὶ λευκὸν, καὶ μὴ δυσώδες, σώζονται. οἷσι δὲ ὕφαιμόν τε καὶ βορβορῶδες, ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας, τἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ ἐπιγίνηται, ἔμπυον ἔσεσθαι τοῦτον πολλαὶ ἐλπίδες.

Dolores cum febre facti circa lumbos & infernas ſedes, ſi ſeptum tranſuerſum attigerint relinquentes inferna, lethales valde. Animaduertere ergo oportet alia ſigna ſi aliud etiam prauum appareat, ſine ſpe eſt homo: quicunque autem ſuppuratorum vruntur, quibus purum eſt pus & album & non fœtens, ſeruantur, quibus autem cruentum & cœnoſum, moriuntur. Si autem ſubeunte morbo ad ſeptum tranſuerſum, alia ſigna non mala ſuperueniant, ſuppurationem fore hanc ſperandum eſt.

Vbi nos legimus ſeptum tranſuerſum, Grçcè habetur τῶν φρενῶν, quod nomen ſignificat mentem, idcirco tamen ſepto tranſuerſo ab antiquis Græcis datum eſt, quod ſepto citiſsimè conſentit cerebrũ, quę mentis eſt ſedes: quidam verò hîc putabant nomen hoc propriè vſurpari, dicique de ipſa mente, vt ſenſus ſit, ſi dolores lomborum cum febre facti mentem attigerint, id eſt, delirare hominem fecerint. Verùm Hippocratem non hoc voluiſſe ſignificare, apertum eſt ex verbis quæ ſubdit, in fine totius dictionis, dicens, ſoppurationem fore hanc ſperandum eſt, conſtat enim ex delirio, non expectari ſuppurationem. Omnes ferè interpretes in ſuis verſionibus expungunt ab hac dictione verba illa: Quicunque autem ſoppuratorum vruntur, quibus purum eſt pus & album, & non fœtens, ſeruantur, quibus autem cruentom & cœnoſum, moriuntur. Galenos etiam in ſuis Commentariis verba hæc prætериuit. Verùm ſententia mea neque expungi, neque præteriri debent, ſed excipi ad finem dictionis (vt hæc ſit tota oratio, dolores cum febre facti, circa lumbos & infernas ſedes. ſi ſeptum tranſuerſum attigerint relinquentes inferna, lethales valde. Animaduertere oportet igitur alia ſigna. Si aliud etiam prauum appareat, ſine ſpe eſt homo, ſi autem ſubeunte morbo ad ſeptum tranſuerſum, alia ſigna non mala ſuperueniant, ſuppurationem fore hanc ſperandum eſt: quicunque autem ſuppuratorum vruntur quibus purum eſt pus & album & non fœtens, ſeruantur: quibus autem cruentum & cœnoſum, moriuntur) hærent enim ita cum aliis verbis apte & pulcherrimum ſenſum reddunt, eſt enim hic ſermo de inflammatione partis alicuius earum quæ in regione lumborum ſitæ ſunt, hæ ſunt muſculi quidam hærentes ſpinæ, & renes, & pars quædam inteſtini, & pars etiam meſenterij: hæc ergo inflammatio dolorem ea parte facit cum perpetua febre, qui dolor ſi relinquens partes infernas videatur aſcendere verſus ſeptum tranſuerſum, apertum indicium eſt ſucci eò aſcendẽtis, quę permotatio peſsima profectò eſt ac lethalis. nam duorum alterum afferet, aut ſuffocationẽ, aut ſuppurationem in thorace, quam etiam lethalem eſſe ex dictis conſtat. ergo oportet cùm ille ſuccorum aſcenſus duplicem exitum afferre poſsit, quorum ille eſt ipſa mors, hic lethalis morbus. adhibere alia ſigna ad diſtinguendũ. nam ſi cùm ſuccus aſcẽdit,

suffocatio imminet, non poterit oó adesse aliud prauum signum, quod si adest, sine spe erit homo, sin minùs, suppuratio spectanda est, sed cùm suppuratos iam erit homo, oportet prognostica arte vti: nã etsi suppuratorum plurimi moriuntur, tamen liberantur etiam & nonnulli. Multa scripsit Hippocr. priùs ad prænoscendum an qui suppurationem patitur, sit moriturus, modò tamen tangit omniũ vltimum, obiter tangens vltimam suppuratorum curationem. nimirum cùm alia omnia videntur non esse satis ad curationem eorum qui suppurationem aut in ventre imo aut in thorace patiuntur, secare debemus eadem prorsus arte, qua hydropicos, sin minùs, vstione cutis vtendum erit, affixo ignito ferro, vno aut pluribus locis, vt videbitur, vt per vlcera aut fistulas expurgetur pus. Cum ergo hoc ita factum erit, siquidem pus optimum manabit, facultas profectò naturalis in membris valere apertè cognoscetur, liberandumque ita hominem spes erit, si verò pro pure virus quoddam manabit, morietur homo.

Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, δειναὶ μὲν παντελῶς καὶ ὀλέθριαι. ὀλεθριώταται δὲ ὁκόσαι ξὺν πυρετῷ συνεχεῖ γίνονται. καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων τῶν κυστέων πόνοι, ἱκανοὶ ἀποκτεῖναι, καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσιν ἐπὶ τῶν τοιούτων, εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην. Λύει δὲ οὖρον πυῶδες οὐρηθὲν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον τὴν ὑπόστασιν. Ἢν δὲ μήτε τῷ οὔρῳ μηδὲν ἐνδιδοίη ὁ πόνος, μήτε ἡ κύστις μαλάσσοιτο, ὅ, τε πυρετὸς ξυνεχὴς ᾖ, ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι τοῦ νοσήματος, ἐλπὶς τὸν ἀλγέοντα ἀπολέσθαι.

Vesica dura & dolentes graues quidem omnino & mortales: maximè verò mortales, quæ cũ febre continua fiunt: nam qui ab ipsis dolores fiunt, sunt satis ad interimendum, & ventres nõ excernunt his, nisi dura & ægrè. Soluit autem vrina purulenta micta, albam & leuem habens hypostasim: si verò neq; quippiam cedat, neq; vesica mollescat, & febris continua sit, in primis periodis morbi spectandum est ægrotum moriturũ.

Durities & dolor vesicæ significant illius inflammationem, hæc cum febre perpetua significant nõ tantùm inflammationem, sed hãc etiam magnam, inflammatio verò omnis vesicæ lethalis est, maximè verò quæ magna est: nam præterquã quòd dolores quos affert, sunt satis vt interimat, accidit difficultas raddendi excrementa, reddunt enim pauca & dura, cùm quia calor loci intestino vicini desiccat excrementa, tùm etiam quia cùm erumpunt fæces, comprimitur vesica & dolet grauiùs: refugiente ergo natura dolorem, cessat homo ab excretione, ita fit retentio excrementorum, quæ retenta semper desiccantur & durescũt, atq; si soluendum est malum hoc, aut suppurata aut resoluta inflammatione, siquidem suppuratur & rumpitur suppuratio, mingetur vrina bene aliôqui cõcocta & cum ea pus, & mollescet vesica: si resoluitur, mollescet ita quoq;: si verò nihil horum fiat, & febris perseueret, constat esse inflammationem cõtumacem, quæ septimo aut priùs interimit: est enim acutissimos morbus.

Ὁ δὲ τρόπος οὗτος ἅπτεται τῶν παιδίων μάλιστα τῶν ἑπταετέων, ἕως ἂν ἐς τεσσερεσκαίδεκα ἔτεα γένωνται.

Forma hac potissimùm attingit pueros à septimo vsq; ad quatuordecimum annum.

Omnib. vesicæ morbis sunt magis obnoxij pueri, quàm maiores natu, quia ob inordinatos motus rapiuntur excrementa cum potu in vesicam: hinc fit vt calculo vesicæ laborent crebriùs, quod Hippocr. 5. Epid. his verbis dixit, post mictum concretio in pueris.

CAPVT XVII.

Οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτῇσιν ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίγνονται ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται.

FEBRES iudicantur eisdem diebus numero, quibus supersunt homines, & quibus moriuntur.

CElsus libro 3. cap. 4. statuit, nullum esse in morbis dierum delectum, quod ad solutionis tempus attinet, sed figmentum merum esse, quod Hippocr. de his docet, eò quòd nullo die non contingat homines mori & saluos fieri, quinetiam sæpè morbo in iudicationem eunte, talem permutationem fieri, vt qui dies leuissimus esse cœperat, grauissimus modò fiat, vsque adeò nihil esse firmum in dierum numeris. imò verò censet Hippocr. ac cum eo alios ratione illa ex numeris philosophandi, quã docuit Pythagoras, deceptos, ita de diebus criticis sensisse. Quædam alia argumenta addit, vt ostendat Hippocr. de criticis diebus pugnantia protulisse, verùm hæc diluet quiuis, qui quę Hippocr. affirmat, vt statim declarabo, intelliget. modò perpendendum est, quomodo se possit gerere circa ægrotos, qui omnium dierum criticorum, vt Celsus, curam deposuerit. satis, inquit, est Medicum excrementa semper considerare, & mutationes, quæ circa concoctionem contingunt notare, expectareq; solutionem futuram, cùm materia erit perfectè cocta, quocunque die id fiat. Certè si quis hæc ita consideret ac præterea signa critica vocata cognouerit, vt cũ illa senserit, crisim iam iam instare intelligat, haud multum videtur errare posse, etsi dies non numeret: atque est nobis vtendum hac arte tuò saltem, cùm quotus ægrotationis dies sit, non est qui certò dicat, verùm quum nobis constiterit, quo die morbus cœperit, vt quotus ægritudinis dies sit, facilè possimus supputare, non est quòd sententiam Hippocr. & Galeni, & aliorum omnium Medicorum negligamus, illorum omnium sententiis & experimentis confirmatam, neque enim argumenta Celsi sunt tanti momenti: nam non negat Hippocrates aut alius quisquam posse hominem quouis die mori & à febre liberari, sed nõ esse omnium hac in re parem dignitatem affirmant, eosque qui sæpius & perfectiùs solent iudicare, criticos esse. De causa qua dies quidam critici sunt, disputatum à me est lib. 10. Controuersiarum, indicatumque est aduersus sententiam quorundam, causam non esse solùm in proportione causæ efficientis ad eam quę accipit, sed maximè in motu astrorum, quod præter ordinem & perpetuitatem quæ ad id suadendũ

valent

valēt nō minimū, fides q̄ in iis diebus accidit signis & iudiciis, & quod præfenti loco affirmat Hippoc. maximè fuadent: nam inquit, eifdem diebus homines mori, quibus falui fiunt, id eft, diebus criticia folare homines mori & hbarari. Conftat varò proportionem efficientis ad id quod accipit, quanquam facit ad præfcribendū finem actionis, tamen non effe ancipitem ad vtrunq. eueotum, non enim fi facultas tanto tempore folet vincere morbum, ob hanc facultatis ad morbum proportionem, neceffe aft vt morbus hoc ipfo tempore facultatem vincat: itaqi hoc fit, caufis his inferois accedente virtute alıqua cæli, hanc verò effe in luna cōfentaoeum effe rationi, illic etiam oftendimus, fed quem luoæ motū aut quam pafsionē dies critici maximà fequantur, noo eft iotellectu facile: nam omnino aliquem motum aut pafsionem obferuari debere ad dierum computationem manifeftum eft fiunt in lunæ motibua menfes tres, quidam peragrationis, quidam illuminationis, alius coofequutionis: primua aft tempua quo integrum circulum peragir luna fecundū confequutionem fignorum, in idem punctum rediēs, vnde receſſerat: conftat verò hunc à quocunq; puncto cæli poffe iocipere: nam fphærę quæuis pars eft principium & finis: fecundus eft tempus quo ea facie, quam nos intuemur, luna eft illumioata terti⁹ eft ab hora ad boram coniunctionis eum fole. Galanus præter hos tres menfes alium Inuexit ex duobus, illuminationis inquam & peragratioois cooflatum, in quem caufam dierum criticorum refert quem vocat medicinalem, quemq; 26. diebus & 22. horis conftare affirmat. Aftrologi hae in parta aliter fentiunt, nempe dierum decretoriorum virea nafci ex motu peragrationis lunæ, fieriq́ue menfis huius quibufdam diebus vires ob afpectus, qnos luna aomparat cum eo puncto vnde primùm egreffa aft: qoi funt tetragonus aut medius potifsimùm, deinde & trinus & fextilis: nam obferuatifsimum aft ab iis, qui viribus aftrorum animum aduertūt, aftra omnia, arrantia præcipuè, comparare virea quafdam, & nonas quafdam fignificationes prętare, eùm veniunt ad tales afpectus, aut cum alio nobili aftro, aut cum puncto vnde egreffum id ipfum eft. Sextilis afpectus eft remotio per duo figna zodiaci, hæc eft enim fexta cæli pars: tetragonus, per tria: trinus, per quatuor: medius, per fex figna, huie rurfum fuccedit trinus, ac deinceps tetragonus, & rurfum fextilis, reditq́ue aftrum in locum, vnde recefsit primùm. Nullus certè dictorum menfium lunæ legitimos eft fiua regularis, neqı habet ftatum tempua, certumq; quo compleatur: nam menfem peragrationis & confequutionis, motus aftri in epiciclo, qui nonnunquam celeris, nonnunquam tardus eft, illegitimum facit. Menfem illuminationis facit illegitimum non hoc folùm, fed & acceffus ad folem, qui ad eaput caudàmve, aut ad ventrem draconis vocati, fiat, ae pręter hæe, figna in qnibus coniunctionem fieri contiogit, quæ rectè aut obliquè afcendunt: qui hæc non intelligit, na molestè ferat, fatis ei fit certò fcire, omnes illos lunæ menfes illegitimos effe, eiusq́ua rei demonftrationem apud aftrologos haberi. Quò fit, vt eùm menfis peragratioois illeginimus fit, non pofsint femper afpectua venire io eadem tempora, fed ex puncto vno venit luna tanto tempore in fextilem, tanto in trinum, tanto in medium afpectum, ab alio, lōgiori aut breuiori. Itaq. non tam oportet numerare dies quàm obferuare punctum, quo homo cępit febricitare, & contemplari locum zodiaci quo ea hora luna eft, atqua notare deinceps dies & in illis boras quibus ad puoctum primum facit prædictos afpectus, illi anim afferant magnas in morbis mutationes. Verū quanquam afpectuom tempora inæqualia fint ob illegitimum lunę motum, ea varietas vnius afpect⁹ tépori non pofsit addere, aut detrahara plus quàm diem, quare cùm totus motus lunæ agatur magna ex parte viginti & feptē diebus & octo horis, afpectus medius plerunque incidit io quatuordecimū diem, nam altera menfis pars eft. 13. dies & 16. horæ. Fit itaque maxima aftri vis hora decimafexta diei quatuordecimi, incipit verò aliquanto priùs, ac durat aliquantò plus. Dimidium afpectus tetragoni plerunq; fit intra quartum diem: nam octaua pars menfis eft 3. dies, & 10. horæ, fextilia afpectua fit in fine quinti diei, afpectus quartus fiue tetragoous fit intra feptimum: nam quarta menfis pars eft fax dies & viginti horæ, trinus afpectus fit, ferè inter diem nonum & decimum, verùm vis afpectus, vt dictum eft, incipit ante punctum afpectus ipfius, atq; faciendum maioris tempus quod antecedit, quàm quod fubfequitur. Rurfus afpectus tetragonus poft medium in vigefimum diem incidit, nam tres quartæ menfis funt 20. diea, & 12. horæ, itaque hic afpectus poteft accipere vigefimiprimi diei duodecim horas, & mioùs plùfve, tamen vires capere incipit femper antequā vigefimus finitus fit, dicta priùs caofa: ergo, dicunt Aftrologi, hæc funt momenta iudicationis morborum, quorum fenteotia mihi certè, cùm rem multum diuq́ue cogitauerim, multò magis placet, quàm fententia Galeni. nam quid magis figmēto fimile quàm menfem inuenire, qui nullum lunæ motum aut pafsionem confequatur? cur luna hoc tempore, & huius temporis articulis præftet infignea vires, eùm illi tempori neque affectus lunę neque motus quidam certus refpondeat? An qoia iubet Galeo. at iftud oon aft confentaneum, fed eft caufa fictitia parataq; ad refpondendum. Accedit quòd fi quæ probabilia fint, hìc oportet dici, oulla ratio haberi debet illuminationis ad dies criticos. nam morbi poffunt omni die iocipere, & eofdem dies habent criticos, quocunque die incipiant, tameo non eodem modo procadit lunæ illuminatio, quocuoque loeo luna fit, cum morbus incipit: nam fit vt incipiat morbus in nouilunio, nonnunquam in plenilunio, nōnunquam luna delitefcente: itaq; a illuminationis nulla ratio in reddenda caufa dierum criticorū habari debet: quara neque menfis illuminationis, neque ax eo compofiti, fed folius menfis peragrationis atque dictorum afpectuum: neque verò hoc nō aft fententiis Hippoc. fatis confonom, qui fcieos in dicta tempora, dictos afpectus pleruoque incidere, neque varò femper in eadem, ob illegitimum motum, decretorios appellauit, feptimum, decimumquartum, vigefimumqoartum. nonum, vndecimū, & decimumfeptimum, ac vigefimumfeptimū, intelligens varò illos afpectus neq; in medios dies femper neque in integros femper incidere, vfque adeò vt etiam toto die pofsit afpectus excedere, & in diē feqnentem incidere aut antecedentem, nominauit illos non vt perpetuò omnibus decretorios, fed vt plerifq. Subiunxit varò ftatim, fieri non poteft vt

hæc integris diebus eximiè numerentur, innuens magnam hurę euariationem diebus criticis fieri, vt nonnunquam primis, nonnunquam mediis, nonnunquam vltimis septimi aut quatuordecimi, aut aliorum, crisis fiat, cuius causam nullã reddidit Galen. nos verò apertè diximus: iam verò sæpè fieri vt crisis duos dies occupet, vt incipiẽs à sexto in septimum prorogetur, aut incipiens à septimo prorogetur in octauum, nemo eorum qui medicam artem exercent, negabit, fit enim quotidie: quod qua causa fiat non dicit Galen. deinde cui illorum dierum adscribi debeat illa crisis, ex ipso tempore & crisi ipsa coniectandum putat Galen. scilicet illius maximè diei erit cuius accipit maiorem partem, atq; siquidem bona perfectaq; crisis fiat, septimi, si mala aut imperfecta, sexti; hoc certè omni artificio caret, nam nõ quod bona sit, debet esse septimi, sed quod sit septimi, debet esse bona: ego quidem consentaneum magis esse puto, ob inæqualitatem illam qua motus lunæ illegitimus esse cognoscitur, fieri vt nonnunquam aspectus adeò anticipet, vt antequã finitus sit sextus dies, incipiant vires astri elucere, nonnunquam adeò tardet, vt in octauum etiam diem retineat aspectus astri vires: ex dictis etiam constare posit vigesimum diem horis vltimis afferre iudicationem, vsque adeò vt haud multum referat, siquis vigesimumprimum decretorium esse dicat: certè vigesimus vires habet in fine, septimus in initio, quatuordecimus in medio, quod nosse ad medicam praxim non parum referet: nam quocunq; auxilio vti velis, si diei decretorij vim velis deuitare, septimi quidem satis sit duodecim horas præteriisse, & quatuordecimi, decem & sex, vigesimi verò non nisi vltimæ horę etiam præteriemt, & duodecim primæ vigesimi primi. Hæc itaq; est causa qua quidam dies sunt decretorij, de quibus Hippoc. disputat, dicens, eisdem diebus moriuntur homines, quibus supersunt, nimirum aspectus lunæ qui in dies hos incidunt, committunt in pugnam morbũ & naturam: constat verò iis diebus homines morituros aut superuicturos, quibus pugna fiet. Neque verò dies decretorij omnino sunt indifferentes ad salutem aut ad mortem, qui potiùs sunt iuuantes naturam hominum, nisi concursu aliorum astrorũ fiant infortunati dies, nam aspectus illi per se naturam iuuant, nisi alia astra infœliciter respiciãt. Hinc fit vt qui septimo, quatuordecimo, aut vigesimo iudicantur, si morituri sunt, leuiùs faciliusq; moriantur, si superuicturi, perfectiùs liberentur: nihilominùs his diebus plures moriuntur, quàm aliis, quia illis plurimi iudicantur, quanquam illis diebus ob dierum clementiam plures liberentur quàm intereant: nam quanquam iudices omnes clementissimi essent, quique quo ad ius pateretur, omnes liberarent, & quos non possent liberare, leuissimo mortis genere punirent: nihilominùs verè diceremus, ab eisdem iudicibus homines damnari, à quibus liberantur. Certè, si quis historias quas Hippocr. lib. de Morbis popularibus scripsit, percurrat, inueniet plures occubuisse septimo & decimoquarto, quàm sexto.

Ὅσοι γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες, τεταρταῖοι παύονται ἢ πρόσθεν. Οἱ δὲ κακοηθέστατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσιν ἢ πρόσθεν.

Mitissimæ enim febres, & signis firmata securissimis, quarto die cessant aut priùs: deterrimæ autem & cum grauissimis signis factæ quarto interimunt, aut priùs.

Exemplo manifestat Hippoc. quod nuper dixerat, nimirum eisdem diebus mori homines & liberari, velut febres acutissimæ exactè, si salutares sunt, quarto die soluuntur, si lethales, quarto interimunt: nimirum iisdem diebus moriuntur, non tamen solo. 4. sed quarto aut citiùs, neque sanè solo tertio ante quartum, vt Galen. videtur velle, sed etiam aliquando secundo, etsi rarò: nam Coi sororem ex hepatis inflammatione, secundo interiisse. 2. Epid. scriptum est: & paulo pòst dicetur, grauissimam anginam eadem die tertia aut quarta interimere. Sed si ita est, cur primus & secundus dies nõ ponuntur ab Hippoc. primo Epidem. & in Aphor. in decretoriis? an quia etsi mori posint vi morbi acuti cum febre ægroti quocunque die, tamen non sunt exempla aliquorũ qui illis diebus à dictis morbis liberẽtur, non dicuntur autem decretorij dies quibus mori possunt, sed quibus liberari & mori solent: ergo acutissimæ febres & securissimæ liberare possunt. 4. aut etiam tertio: deterrimæ occiderint 4. aut 3. aut 2. aut etiam prima die. Constat porrò vt hæ febres, quæ 4. die sunt soluendę, mitissimæ sint, & omnia signa salutis aut mortis habeant securissima, nam si quædam haberent non secura, etsi soluendæ essent, soluerentur tardiùs aut imperfectè: contrariarum eadem ratio est. Dixi in mitissimis febribus omnia signa salutis aut mortis esse securissima, quia signa propria, non possunt nõ esse magna & celerrima in tam breui motu.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτῶν οὕτω τελευτᾷ. ἡ δὲ δευτέρη, ἐς τὴν ἑβδόμην περιάγεται. ἡ δὲ τρίτη, ἐς τὴν ἑνδεκάτην. ἡ δὲ τετάρτη, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην. ἡ δὲ πέμπτη, ἐς τὴν ἑπτακαιδεκάτην. ἡ δὲ ἕκτη, ἐς τὴν εἰκοστήν. αὗται μὲν οὖν ἐκ τῶν ὀξυτάτων νοσημάτων διὰ τεσσάρων, ἐς τὰς εἴκοσιν ἐκ προσθέσιος τελευτῶσιν.

Primus igitur illorum impetus ita finitur, secundus autem ad septimum prorogatur, tertius autem ad vndecimum: quartus autem ad quatuordecimum: quintus autem ad decimumseptimum: sextus autem ad vigesimum. hi igitur ex acutissimis morbis, per quatuor ad viginti ex additione finiuntur.

Enumerationem facit hîc criticorum dierum intra terminum morborum acutorum qui vigesimo finiuntur; enumerat verò ordine quaternarios & septimanas: indicatum verò à me est lib. 10. Controuers. intra hunc terminum, antecedentem quaternarium esse sequentis indicem.

Οὐ δύναται δὲ ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν οὐδὲν τουτέων ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. οὐδὲ γὰρ οἱ ἐνιαυτοί τε καὶ οἱ μῆνες ὅλῃσιν ἡμέρῃσι πεφύκασιν ἀριθμεῖσθαι.

Non

Non potest autem integris diebus quidquam horum numerari eximiè: neq; enim annum aut menses integris diebus contingit numerari.

Quidam intelligunt ex hac Hippoc. sententia in annumeratione dierum decretoriorum detrahi debere singulis diebus singulas horas, sed horum sententia refutata à me est lib. 10. Controuers. Galen. ideo putat dictum ab Hippocr. quòd septimanæ quædam communem habeât diem quatuordecimum, & in singulis septimanis duobus quaternariis communis sit dies quidam: ego verò quid intelligam, dixi paulò antè, nimirum Hippocr. sentiens, cùm ex causa dierum criticorum, tum etiam ex ipso experimento, non semper incidere crises in eosdem dies neq; in eiusdem diei easdem horas, sed nūc primis, nunc mediis, nunc vltimis horis, cùm quòd aspect⁹ anticipet aut tardet, tùm etiā quòd causa inferna, humor scilicet acrior agiliórve sit natura sua, aut causa alia, aut errato talis factus (nam causa inferna coniuncta cum superna facit anticipare aut tardare crisim) dicit non posse fieri, vt hæc integris diebus eximiè numerentur: quia neque motus lunæ, quo constant menses, & causa est dierum decretoriorum in acutis: neq; motus solis, quo cōstāt anni, & causa est dierum decretoriorū in longis, sunt regulares: proinde quasi causam reddēs dixit, nam neq; annum neq; menses integris diebus contingit numerari: id verò est verissimum, nam annos non constat quibusdam diebus sed adhuc quibusdā horis, mensis eodem modo, & nullum illorum motuum esse exactè legitimum, monstrant Astrologi, mihi esto hìc petitio.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ κατὰ τὴν αὐτὴν πρόσθεσιν ἡ πρώτη περίοδος τεσσάρων καὶ τριήκοντα ἡμερέων, ἡ δὲ δευτέρη τεσσαράκοντα ἡμερέων, ἡ δὲ τρίτη ἑξήκοντα ἡμερέων.

Post hac autem eodem modo secundùm eandem additionem primus periodus est quatuor & triginta dierum, secundus quadraginta dierum, tertius sexaginta dierum.

Fecit enumerationem dierum criticorum intra terminum morborum acutorum, modò addit dies morborum, qui decidūt ex acutis. Hippoc. hic mos est, raró solet omnium vno loco enumerationem facere, sed quædam vno loco, quædam alio refert: ita modò dies criticos illorum morborum enumerat, non omnes sed præcipuos, atq; hos non omnes sed trigesimumquartum & quadragesimum. Aphoris. 36. quartæ part. refert etiam vigesimumseptimum, qui est vltimus primæ septimanæ post vigesimum, ita scribens: Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quatuordecimo, & decimoseptimo, & vigesimo, & vigesimoseptimo, & trigesimoquarto. Itaque trium horum vigesimiseptimi, trigesimiquarti, & quadragesimi, qui termini sunt trium septimanarum post vigesimum, alterum hìc, alterum illic omisit, verùm quaternariorum non facit mentionē vltra vigesimum, quia in morbis acutis accidūt mutationes in signis per breuissima interualla, in lōgis per longissima, in mediis qui sunt intra vigesimum & quadragesimum, per mediocria: proinde infra vigesimum refert omnes quaternarios, supra quadragesimum, refert vigesimos, vt sexagesimum statim post quadragesimum: inter hunc & vigesimum refert tantùm septimanas. Sed roges an vis dierū decretoriorum in morbis omnib⁹ referri debet ad lunæ aut astri alterius motum? videtur consentaneū, si quæ diximus hactenus, vera sunt: & sanè morbi acuti videntur sequi motum lunę: chronici verò & qui quadragesimum superant, videntur magis sequi motum solis in zodiaco: nam sexagesimo habet sol sextilem, nonagesimo, tetragonum: centesimo vigesimo, trinum aspectum. Scimus verò circū circa dies hos frequentiùs aliis solere morbos longos solui: dixi verò circumcirca, quia morbi longi raró vno die soluuntur, & certè aspectus solis non in illos dies exactè sed circa illos incidunt. si quis alterius astri motib⁹, aut aliis aspectibus dies decretorios longorum morborum meliùs respondere indicabit, acquiescemus profectò libenter, illud mihi videtur (si quid aliud) consentaneum rationi, eos ex causa aliqua superna pendere.

Τουτέων δὲ ἐν ἀρχῇσιν ἐστὶ χαλεπώτερον προγινώσκειν, τὰ μέλλοντα ἐν πλείστῳ χρόνῳ κρίνεσθαι. ὁμοιόταται γὰρ αἱ ἀρχαί εἰσιν αὐτέων. ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης ἐνθυμέεσθαι καὶ καθ' ἑκάστην τετράδα προστιθεμένην σκέπτεσθαι, καὶ οὐ λήσει, ὅπῃ τρέψεται τὸ νόσημα.

In horum principiis difficilius est prænoscere, quæ longo pòst tempore iudicanda sunt: simillima enim sunt illorum principia. Veruntamen oportet à primo die animaduertere, & adiectiones singulorum quaternariorum considerare, & non latebit quò vertetur morbus.

In principiis morborū longorum, id est antequā appareant signa concoctionis aut contraria, difficilius est præsentire quā in acutis: nam in acutis ex signis salutis aut mortis, vt facilitate & difficultate respirationis, ex dolore aut indolentia, ex somno aut peruigilio, & aliis talibus, vt decubitu, pulsu, & facie possumus aliquid præsentire, etiam ante signa concoctionis, aut contraria. In longis verò non possumus, quia horum principia simillima sunt, id est, neq; signa salutis neq; signa mortis, contrariis pollent, sed tanquam æquo marte certatur: proprium enim id est cuiusq; pugnæ futuræ longæ. Hanc esse genuinam huius loci enarrationem 10. lib. Controuer. monstratum est à me, vbi non minùs docuimus per morbos longos cùm iam signa concoctionis adsunt, certiora esse præsagia quàm per acutos. Itaq; facilius esse prædicere in acutis, tamen certiùs in longis, sed hæc ex dicto loco petantur.

Γίνεται δὲ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις, ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου.

Fit autem & quartanarum constitutio ex tali concinnitate.

Vtitur ad præscriptam sententiam de prędictione in morbis longis exemplo quartanæ, quæ natura sua morbus longus est, acciditq; ei, quod de reliquis morbis longis est dictum, & computatio obseruatioq; dierum in eo debet fieri vt in illis. Præter il-

lud quod interest inter febres perpetuas & intermittentes, quod scilicet in intermittentibus circuituum seu paroxysmorum computatio est, vt in perpetuis dierum. Itaq; est decurrendum per quaternarios accessionum: monitum sępè iam est, longos morbos non alia causa esse huius sermonis, quàm quòd ex longis fieri soleant.

Τὰ δὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι, εὐπετέστερα προγινώσκεσθαι· μέγιστα γὰρ τὰ διαφέροντα ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτῶν ἐστίν. οἱ μὲν γὰρ περιεσόμενοι εὔπνοοί τε καὶ ἀνώδυνοί εἰσι, καὶ κοιμῶνται τὰς νύκτας, τά τε ἄλλα σημεῖα ἔχουσιν ἀσφαλέστατα. οἱ δὲ ἀπολλύμενοι, δύσπνοοι γίνονται, ἀλλοφάσσοντες, ἀγρυπνέοντες, τά τε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες.

Quæ verò breuissimo tēpore iudicanda sunt, facilius pranoscuntur, maximè enim à principio differunt: nam qui sunt futuri superstites, bene respirantes & sine dolore sunt, & noctu dormiunt, & alia signa habent securissima. Morituri verò difficilè respirant, & delirè loquuntur, & insomnes sunt, & alia signa pessima habentes.

Enarrata iam est hæc sententia.

Ὡς οὖν τουτέων οὕτω γινομένων, ξυμβάλλεσθαι χρὴ κατά τε τὸν χρόνον, κατά τε τὴν πρόσθεσιν ἑκάστην ἐπὶ τὴν κρίσιν ἰόντων τῶν νοσημάτων.

His igitur ita habentibus, coniectari oportet per tempus, & per singulas adiectiones, morbis euntibus in iudicationem.

Neq; hîc docet Hippoc. quicquam noui, sed sententiam concludens infert, ergo coniectandum est per tempus vt dictum est, considerata singulis quaternariis, idq; est agendū toto morbi tempore, vsq; dum iudicetur.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τῇσι γυναιξὶν αἱ κρίσιες ἐκ τῶν τόκων γίνονται.

Eadem ratione & mulieribus iudicationes fiunt ex partu.

Cùm mulier aliqua aliquanto tempore post partum febre corripitur, computatio dierum criticorū non à primo die febris, sed à partu incipere debet: id verò non perpetuò atq; in mulieribus omnibus enixis ita agi debet, sed tunc solùm, cùm febris ex partu pendere iudicabitur, quod fit cùm partus nō fuit naturalis ac sine vitio, tunc enim accidentis rationem habet febris ad partum: tamen constat, vt cùm febris aliqua alterius morbi est accidens, computatio ab illius morbi principio incipere debeat. Partui certè necessariò accidunt dolores magni: nā & diruptiones acetabulorum, & multæ aliæ solutiones, & motus humorum & corporis intemperies. Verùm constat hæc cùm ita fiunt, vt oportat, & suo tempore nō esse præter naturam (naturaliter enim fiunt) verùm si tempore, vt per abortus: aut quantitate, qualitatéve præter naturam fiunt, vt in partu difficili, erit statim partus morbus. Nam non alia ratione non erat, quàm quòd erat secundùm naturā, statim ergo ac hoc aberit, morbꝰ erit, partim in temperamento, partim in compositione, partim cōmunis. Nimirum erunt obstructiones, & vlcera, & intemperies. His ergo succedet febris vt inflāmationi solet succedere, atq; meritò computatio fiet à partus principio, expectabiturq; per dies decretorios non tam concoctio succorum in venis & arteriis, q̄ solutio huius affectus, quem descripsimus. Febris enim talis cum hoc affectu simul soluetur. Verùm ex his satis constat, Hippoc. hîc partus nomine non intelligere ipsum exitum infantis in lucē, sed tempus illud, quo mulier grauissimis doloribus affligitur pariens, non enim profectò cōputatio fieri debet ab eo tempore, quo infantem emisit, sed ab eo quo cœpit maximis doloribus affligi. Sed de his latiùs scripsimus lib. 10. Controuers. illinc ergo pete.

CAPVT XIIX.

Κεφαλῆς δὲ ὀδύναι ἰσχυραί τε καὶ ξυνεχέες, ξὺν πυρετῷ. ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα. εἰ δὲ ἄτερ τῶν τοιούτων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι εἴκοσιν ἡμέρας, ὅ, τε πυρετὸς ἔχοι, ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπόστασιν, ἐς τὰ κάτω χωρία. ἕως δ᾽ ἂν δὲ καὶ ἡ ὀδύνη ᾖ νεαρά, προσδέχεσθαι χρὴ ὡσαύτως αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐκπύησιν, ἄλλως τε ἢν ἡ ὀδύνη περὶ τοὺς κροτάφους ᾖ καὶ τὸ μέτωπον ᾖ.

Capitis dolores fortes & cōtinui cum febre, siquidem aliquod lethalium signorum extiterit, valde mortale. Si verò sine talibus signis dolor superet viginti dies, & febris detineat, expectari oportet fluxum sanguinis è naribus, aut aliquem alium abscessum ad infernas regiones: atq; etiā si dolor recens sit, expectare oportet eodē modo sanguinis fluxū de naribus, vel suppurationē, si alioqui dolor circa tēpora & frontē sit.

Meritò censet Galen. hanc dictionem esse alio ordine legendam, quàm hîc est scripta, legendumq; esse hoc modo, capitis dolores fortes & continui cum febre si quod mortalium signorum extiterit, mortale valde: verùm si sine signis mortalibus sit, atq; siquidem dolor sit recens, expectari oportet sanguinis fluxum è naribus aut suppurationē: atq; si superet vigesimum diem, & febris hominem detineat, expectare etiam oportet fluxū sanguinis è naribus, aut alium abscessum in regiones infernas, vtrunq; verò auget expectationem fluxus sanguinis è naribus, dolor temporum & frontis. Hæc verba sunt aperta admodum: nam constat dolorem capitis fortem & continuum cum febre significare magnum humorum confluxum in caput, qui mortem poterit inferre facilè per phrenitidem aut conuulsionem, verùm potest etiam solui, id ergo ex aliis signis oportet coniectare. Quod si reliqua vt in conualituris appareant, solui possit fluxu sanguinis de naribus aut pure erumpente per nares aut aures (nam hæc duo emunctoria habent rectitudinem cum meningibus cerebri) aut facto abscessu ad colli partes, aut post aures, aut etiam nonnunquam ad sedes humiles. Sed constat vt cùm recens adhuc est dolor, expectetur magis fluxus sanguinis quā puris aut

aut abſceſſus, quanquam in his poſsit etiam abſceſſus fieri, in antiquioribus verò quàm viginti dierũ magis abſceſſus aut puris eruptio, quàm ſanguinis. Nam criſes perfectæ breui fieri conſueuerũt, abſceſſus per diuturnitatem morborum. Iam verò breui tempore non fit ſanguis permutatus, ſed ſi multo tempore conclusus manet, veriſimilius eſt eum futurum pus. Nihilominùs in his quoq;, etſi rariùs quàm in illis, fluxus ſanguinis fieri ſolet è naribus, maximè verò in vtriſq; fit, cùm anterior pars capitis dolet, frons inquã, & tempora: nam cum hac parte habent nares maiorem rectitudinem: ex poſteriori capitis parte abſceſſus poſt aures aut in partes alias magis fieri ſolent.

Μᾶλλον δὲ χρὴ προσδέχεσθαι τοῦ μὲν αἵματος τὴν ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων. τοῖσι δὲ γεραιτέροισι, τὴν ἐκπύησιν.

Magis autem oportet expectare fluxum ſanguinis in iunioribus quàm trigintaquinq; annorum, in ſenioribus autem ſuppurationem.

In quibus naturis, ætatibus, regionibus, aut temporibus anni (nam omniũ horum eſt eadem ratio) ſanguis copioſior & calidior eſt, fluxum ſanguinis expectare oportet magis quàm ſuppurationẽ, in contrariis, ſuppurationẽ magis. Nam in illis ob multitudinem & calorem erumpit antequã ſuppuret, in his non erumpens, ſuppurat: ergo in infantibus aut iuuenibus (it enim ſunt qui nondũ trigeſimumquintum annum exceſſerũt) & in hominibus natura calidis, & regionibus meridionalibus, & vere, ac æſtate, expectare oportet ſanguinis fluxũ magis: in ſenibus & frigidis, & ſeptentrionalibus regionibus, & hyeme, ac autumno, magis ſuppurationem.

CAPVT XIX.

Ὠτὸς δὲ ὀξέη ὀδύνη ξὺν πυρετῷ ξυνεχεῖ τε καὶ ἰσχυρῷ, δεινόν. κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπολέσθαι. ὡς οὖν τούτου τοῦ τόπου σφαλεροῦ ἐόντος, ταχέως δεῖ προσέχειν τὸν νόον τοῖσι σημείοισι πᾶσιν, ἀπὸ πρώτης ἡμέρης.

Auris acutus dolor cum febre continua & vehementi, graue eſt. Periculum enim, ne homo deſipiat & moriatur. Cum ergo fallax hic locus ſit, celeriter oportet animum aduertere omnibus ſignis à primo die.

IN omnibus Græcis codicibus inuenitur, *ὡς ἂν τούτου τοῦ τρόπου σφαλεροῦ ἐόντος*, id eſt, cùm igitur hic modus fallax ſit, tamen ego, vt alij omnes enarratores, puto corruptum eſſe locum, legendumq; pro *τρόπου*, *τόπου*, vt lectio ſit, cùm igitur hic locus fallax ſit. Quorũ verborum ſenſus eſt, auditũ, id eſt, porum illum auditorium, eſſe locum fallacem, id eſt, facilè medicos fallere. Cauſa eſt, quòd hic locus ſolet ſæpè pati leues morbos. Nonnunquam verò adeo graues vt ante ſeptimum diem ſoleant homines interimere, proinde Hippoc. ſemper monet animum aduertere, cùm hic locus laborat, & ad rectè curationem obeundã, & ad mali grauitatem cognoſcendã. In hanc ipſam ſententiam dictum eſt ab eodem auctore. 6. Epid. Com. 3. cont. 12. ſin auris doleat, lanã digito circundatam vnguento madefacito, deinde iniiciens iterum in volam, lanam auri ſubiicito, vt ipſi aliquid effluere videatur: deinde ſuper ignẽ imponito, dolus. Certè nomen illud dolus, nihil aliud ſignificat poſt præſcripta verba, quàm accuratè eſſe curandũ dolorem aurium, eo quòd fallax ſit. Cauſa qua locus hic fallax eſt, ſatis eſt aperta. Nimirum ſolet leuibus de cauſis dolores pati, vt ob quandam intemperiem, aut flatum qui non ſunt periculoſi, verum ſolet etiam cùm doloris cauſa leuis nõ eſt, vt cùm eſt inflammatio non omnino minima, magna pericula afferre. Nam eſt locus acuti ſenſus, accipit enim inſignes neruos è quinto pari eorum, qui à cerebro oriuntur: & eſt vicinus admodùm cerebro, illiq; dictis neruis continuatus: hac cauſa facilè illi conſentiet cerebrum, facileq; mala huius loci in ipſum cerebrum transfundentur, cerebro ergo timendum eſt, dolente auditu ob inflammatione, timẽdumq; eſt delirium, atq; mors, aut per phrenitidem, aut per carum, aut apoplexiam, aut tale quodpiam malũ, eorum quæ obſtructione cerebri ſolent interimere. Quo inflammationem auris deſcriberet, dixit, dolor acutus cum febre continua & vehementi. Nimirũ morbi aut ſymptomata, quæcunq; deniq; cauſas valde calidas ſequuntur, ſolẽt acuta ab Hippoc. vocari, ita in aphoriſmis hoc nomen accipitur, vbi ſcripſit. Si pingue quod innatat vrinæ confertim fit, renum acutum morbum ſignificat. Hoc ergo eſt quod modò dicit, dolorem acutum. Conſtat verò hunc fore cum febre continua & vehementi, eos verò dolores, qui ſine inflammatione fiunt, ſine febre, aut non cum tali febre futuros. Itaq; poteſt malum hoc accidere poro auditorio, eritq; graue, ac locus fallax eſt. Quid ergo agendum? animum celeriter aduertẽdum ſignis omnibus à primo die. Dictum enim ſæpè iam eſt, quantò referat ſigna omnia conſiderare, ne quod illorum ſeorſum nos fallat.

Ἀπόλλυνται δὲ οἱ μὲν νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων, ἑβδομαῖοι, καὶ ἔτι θᾶσσον ὑπὸ τούτου τοῦ νοσήματος, οἱ δὲ γέροντες, πολλῷ βραδύτερον. οἵ τε γὰρ πυρετοὶ καὶ αἱ παραφροσύναι, ἧσσον αὐτοῖσιν ἐπιγίνονται, καὶ τὰ ὦτα διὰ τοῦτο φθάνει ἐκπυΐσκεσθαι. ἀλλὰ ταύτῃσι μὲν τῇσιν ἡλικίῃσιν ὑποστροφαὶ τοῦ νοσήματος ἐπιγινόμεναι ἀποκτείνουσι τοὺς πλείστους. οἱ δὲ νεώτεροι, πρὶν ἐκπυῆσαι τὸ οὖς, ἀπόλλυνται. ἐπεὶ ἤν γε ῥυῇ πύον λευκὸν ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἐλπὶς τῷ νεωτέρῳ περιγενέσθαι, ἤν γε καὶ ἄλλο τι αὐτῷ ἐπιγένηται χρηστὸν σημεῖον.

Moriuntur verò ex tali morbo iuniores homines ſeptimo die aut citiùs, ſeniores verò multò tardiùs. Febres enim & deliria minùs ipſis accidunt, atq; ideo aures poſſunt ſuppurari: verùm his ætatibus recidiuæ morbi accidentes plurimos interimunt, iuniores verò antequam auris ſuppuret, moriuntur, ſi autẽ fluat pus album ex aure iuniori, ſpes eſt eum ſuperuicturum, ſi aliud etiam optimum ſignum ipſi accidat.

Dictum paulò antè eſt, ex inflãmationibus, quæ ſuppurantur extra thoracem, citiùs mori iuniores, quàm ſeniores, hoc etiam docet hìc Hippoc. exemplo inflammationis auris, reddit cauſam, quam nos paulò antè hinc acceptam reddidimus: quia (inquit) febres & deliria ſenibus minùs accidunt. Intelligi-

mus hic iuniores, vt paulò antè, omnes qui sunt in ætatibus calidis conititoti. His maius periculū est, ne moriantur vehementia fabris, & delirantes, antequam possint suppurari: senibus verò non est id periculum, expectant enim suppurationem: sed alio modo mori solent, tardiùs scilicet & ob debilitatem facultatum corpore non perpurgato, & per recidiuas. Perpetuum certè est in senibus, non tam mori vehemētia morbi, quàm longitudine, & multitudine recidiuarum. Verùm non docet Hippocr. in iunioribus nunquam venire ad sopporationem inflammationes aurium, veniont enim sæpe, atque adeò cum veniūt, molto citiùs, quàm senibus, oam ante septimū aut septimo die: quod si fit, & pus album affluit, spes est fore vt homo superstes sit, si qd̄ aliod optimum signum sit. Sed dices, quorsum hic requirit alia signa? an non est satis vt homo superstes maneat ex inflāmatione suppurata, si pus candidū appareat, quin alia quoq; adsint bona signa? Certè si nullus alius affectus corpus affligebat pręter auris inflammationē, & pus bene exeat, nunquam ad internam partem declinās, non puto cùm benè iam suppurata est, posse mori hominē, iuniorem præcipuè, in quo fortis facultas est & minùs timentur ręcidiuæ. At verò quò intelligam⁹ cùm bonum pus est, an illius aliquid intrò decumbat, aot aliod aliquod malum præterea sit, oportet reliqua signa considerare: verùm vbi Hippoc. dicit, si aliqd̄ aliud optimum sit, intellige, non si quodcūq; aliud quod suo genere optimū sit, adsit (noo enim quodcunque erit satis) sed si quod aliud eorum, quæ ad omnes morbos acutos maximi momenti sunt: vt si vrina quoque optima sit aut respiratio optima: aut intellige (verior enim ac facilior ita erit sententia) ita dictum esse, si aliquod aliod optimum sit, ac si diceretur, nisi aliquod aliud pessimum sit: censeo verò ita legendum, quia plerunque plus valet ad prędicendum signom pessimum vel vnicum, qoàm optima etsi plura sint.

Capvt XX.

Φάρυγξ δὲ ἑλκουμένη, σὺν πυρετῷ, δεινόν· ἀλλ' ἤν τι καὶ ἄλλο σημεῖον γένηται τῶν προκεκριμένων πονηρῶν εἶναι, προλέγειν ὡς ἐν κινδύνῳ ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου.

Fauces exulcerari cum febre, malum. Verùm si aliud signum superueniat eorum quæ dictum est pessima esse, prædicere oportet, cum periculo esse hominem.

Pharynx seu fauces est ea pars oris, quæ inter laryugem & gulam est, quæ pars exposita admodum iniorus est, & per ardentes febres & per destillationes à capite, & per magnam cacochymiā. Proinde cùm caput destillatione acri laborat, exulceratur, aut cùm totom corpus laborat magna cacochymia. Quò fit vt plerisque eurum qui morbo gallico ant elephante tentantur, in faucibos vlcuscula fiant. Sed citra hæc (nam hic de solis acutis febrib⁹ est sermo) per ardentes febres ardent maximè viscera. Raro enim non est prima mali sedes aut in thorace, aut in hypochondrio. Cum ergo dicta particula incumbat viæ quæ venit à pulmone, & qoæ venit à ventriculo, excipit fumos omnes, qui ex illis locis ascendunt. qui si acres ac erodentes sint, quales, cùm laborat aliqua internarum partium erysipelate aot simili affectu, verisimile est esse, fit vt exulceretur. Oportet ergo locum hunc per eas febras assidoè intueri, eadem prorsus caosa, qua linguam, eodem enim modo repræsentat febris vehementiam: nimirum vt per febrem, maximè ardentem, lingua fit arida & multis fissuris affecta, si ingens sit, ita etiam fiunt faucium vlcera, maximè si Medicus curam deposuerit per febris ardorem vtendi auxiliis quæ sitim sedant. Verùm cùm Medicus hęc auxilia non omiserit, exulcerari fauces moltò maioris ardoris in visceribus indicium est: meritò ergo Hippoc. dicit malum esse, est enim malum, non tamen adeo, vt vel sine omni alio signo possis periculum mortis prædicere. Nam fieri potest, vt ob destillationem quæ cum febre coniuncta sit, exulcerentur fauces qood nō adeo malum est, vt hac vna causa mortis periculum meritò possis prædicere: esset tamen, si ob erysipelam in visceribus facta essent vlcera: sed cum hoc affectu non poterunt nō apparere signa alia praua. Oportet ergo signa alia considerare, & si aliquod aliud prauum appareat, periculum mortis prædicere: ego testari possum, me signum hoc magni facere, vidisseq; multos quibus febris ardens iam videbatur inclinare, cum hac affectione perire: quod accedit grauissimum, est fastidiom quoddam maximum, adeo vt nihil possint accipere, sed potum etiam detestentur, quamuis exurantur, in his coniectaui semper internas gulæ partes vsq; ad ipsum ventriculum, vlcere exedi.

Αἱ δὲ κυνάγχαι, δεινόταται μέν εἰσι καὶ τάχιστα ἀναιρέουσιν, ὁκόσαι μήτ' ἐν τῇ φάρυγγι, μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι· πλεῖστον δὲ πόνον παρέχουσι, καὶ ὀρθόπνοιαν. αὗται γὰρ καὶ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι, καὶ δευτεραῖαι, καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι. ὅσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, ἐπαίρονται δὲ καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσιν, ὀλέθριαι μὲν κάρτα, χρονιώτεραι δὲ μᾶλλον τῶν πρόσθεν, ἢν τὸ ἐρύθημα μέγα γίνηται. ὁκόσοισι δὲ ξυνεξερυθαίνεται ἡ φάρυγξ καὶ ὁ αὐχὴν, αὗται δὲ χρονιώτεραι, καὶ μάλιστα ἐξ αὐτέων διαφεύγουσιν, ἢν ὅ,τι αὐχὴν καὶ τὸ στῆθος ἐρύθημα ἔχῃ, καὶ μὴ παλινδρομέῃ τὸ ἐρυσίπελας ἔσω.

Anginæ grauissimæ sunt, & celerrimè interimunt, quæcunque neque in faucibus quicquam manifestum faciunt, neque in ceruice, maximum verò laborem præbent, & orthopnæam. Hæ enim eodem die interimunt, & altero, & tertio, & quarto. Quæcunque autem in reliquis similem laborem præbent, attolluntur autem, & in faucibus ruborem faciunt, lethales quidem admodum, diuturniores autem prioribus, si rubor magnus fit. Quibus verò fauces & ceruix simul rubent, hæ sunt diuturniores, & maximè has euadunt, cùm ceruix & pectus ruborem contraxerint, & non recurrerit intrò erysipelas.

Hippoc.

Hippocrates non distinguit, vt alij, species anginæ per affecta loca, alias vocans synanchas, alias cynanchas, aut parasynanchas, aut paracynanchas: nam hic tres species dixit, quas omnes cynanchas appellat, cùm tamen prima sit, quæ ab alijs cynanche, secunda quæ synanche dicitur. Itaque non ita loquitur Hippocrates, sed omnem morbum ceruici proprium, q suffocationis infert periculum, anginam vocat: fit verò id periculum aut inflammatione alicuius partis earum, quæ ad ceruicem pertinent vel ôs, aut ex vertebrarum colli peruersione ad interna, vt comprimat viam spirationis. Hanc, quæ peruersione tali fit, anginam ab Hippocrate nominari disces, 2. Epidem. constit. 2. Ita igitur vsurpans Hippocrates nomen anginæ, diuidit eam modò in tres differentias, quæ magnitudine periculi, & signis quibusdam distinguuntur. Prima est, quæ neque in faucibus, neque in ceruice facit tumorem, neque ruborem manifestum, tamẽ facit hominem vehementer laborare dolore, & spirare distenta ceruice præ difficultate respirationis. Hac differentia constat contineri inflammationem internam gutturis, & illam anginam, quæ sine inflammatione fit peruersione vertebrarum. Nam hæ solùm nullum tumorem, neque ruborem facient in parte sensui exposita. Hanc dicit esse adeò periculosam, vt quarto die interimat, aut priùs, primo, secundo, aut tertio. Certè inflammationem internam gutturis breuissimè suffocaturam quiuis intelliget, tenet enim ipsam viam spiritus, qua parte est maximè angusta, qua causa statim priuat hominem voce, hiareque facit, & respirare distenta ceruice. Eam quæ peruersione vertebrarũ fit cum perpetua febre esse lethalem, Hippocrates ipse dixit in aphor. dicens: A febre habito si collum peruertatur, & vix potest deuorare, lethale. Secunda differẽtia anginæ est, quæ priori similem laborem facit, attolli verò facit fauces in tumorem, ac ruborem contrahere. Constat verò hanc fieri inflammatis faucibus, quæ quidem quamuis laborem ac dispnœam faciat, vt prior (potest enim id facere, cùm hæc particula insit laryngi) tamen tantò minùs periculosa, & tantò diuturnior erit, quantò pars parti magis externa est. Constat verò ex dictis, Hippocratem 2. Epidem. part. 2. secundæ speciei anginæ, huius inquam, nullam fecisse mentionẽ, quidquid alij enarratores sentiant. Nam illic nunquam dixit de inflammatis faucibus, sed de peruersionẽ vertebrarum. Dictum hîc est ab Hippocrate in descriptione huius differentiæ, si rubor magnus sit, quia non quicunque rubor est ad hanc differentiam satis, sed qui apertè indicet inflammationem in faucibus. Nam quidam rubor non potest abesse à faucibus etiam cùm est prima differentia anginæ: nam, si non aliter, ob viciniam cum parte inflammata, & ob strangulationem: hæ enim solent conuocato sanguine facere ruborem totius oris & faciei, & tumorem venarum sub lingua, & in temporibus. Hanc maximè solent homines euadere, aut si non euadunt, est diuturnior. Est tertia species, qua non fauces solùm, sed & ceruix rubet: nam per hanc constat inflammationem magis spectare ad externas partes, quare constat, hanc ipsam speciem tantò magis salutarem fore, quantò ad externa magis vergent tumor & rubor: magis ergo adhuc salutaris erit, si ceruicem totam & pectus occupet rubor. Addit Hippocrates, & non recurrerit intrò erysipelas: quæ nõ aliorsum addidit, quàm vt causam redderet dictorum. nimirum proinde probantur tumores maximè conspicui, quòd putentur interna libera esse, proinde damnantur qui euanescũt (ita dicebat paulò antè de parotidibus) aut nunquam apparent, quòd putentur ad interna recurrisse. In hanc ipsam sententiam dicet statim ipse Hippocrates, securius verò est tumorem & ruborem quàm maximè extrà vergere. Verùm cùm causa qua tumorem externas partes occupare bonum putatur signum, sit quòd partes internas putetur destituisse, si non destituisse alijs signis intelligatur, non gaudebit meritò Medicus, quòd tumorem in thorace magis dilatatum videat: sed tũc solùm, cùm tantò respirationem faciliorem factam viderit, quantò tumor externa magis occupauerit. Nam aliter non reliquerit humor interna, sed factus fuerit maior confluxus illius ad guttur, adeò vt ad externa etiam regurgitet, quid ergo? certè cùm erysipelam in thoracem & alias externas partes serpere videmus, conscientiam in spiritũ potissimùm debemus contemplari: nam si hæc adest, gaudendum, quòd serpat: sin minùs, non gaudendum.

Ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, μήτε φύματος ξυστραφέντος ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ, μήτε πύον ἀποβήσσῃ, ῥηϊδίως τε καὶ ἀπόνως ἔχειν δοκέῃ, θάνατον σημαίνει ἢ ὑποστροφὴν τοῦ ἐρυθήματος.

Sin autem neque in diebus decretorijs euanescat erysipelas, neque tuberculo ad externa conuerso, neque pus excreet, facileq́; ac sine dolore habere videatur, mortem significat, aut reditum ruboris.

Nomine erysipelatis & ruboris, eadem prorsum affectio significatur hoc loco. Constat verò laborante homine angina ea, quæ ruborem in collo facit, euanescere ruborem repentè, sine sputione copiosa puris, & nullo tumore erumpente extrà, malum esse, foreque vt aut mortem afferat, recurrente humore ad pulmonem, aut vt redeat rursum. Perpetuum enim est in morbis omnibus, qui sine euacuatione aliqua mentione digna remittuntur, aut in grauiores alios mutari, aut redire rursum. Itaq; est suspecta salus, quæ sine euacuatione fit. In hanc sentẽtiam dictum est ab Hippoc. ipso in aphor. Iis, q non ex ratione meliùs habent, nõ oportet fidere. & statim. Plurima enim taliũ stabilia nõ sunt: itaq; si cùm rubor cessat, tuberculo foras erumpente (est verò tuberculum Latinis, & φῦμα Græcis, vt aliis locis explicuimus, tumor quicunq; præter naturam, maximè à succis crudis, quanq̃ aliquando de genere quodam tumoris in adenibus dicitur) aut excreto multo pure, bonũ est. Nam collecto succo toto in tuberculum, ac conuerso ad externa fit, aut foras p excreationẽ pulsa materia, si verò neutro horum facto euanescit rubor, constat malũ esse, dicta priùs causa. Sed est perpendendum, an ita euanescere ruborem in die decretorio, minùs malum sit quàm alijs diebus, an contrà deterius. Nam si deterius est, malè Hipp. videtur dixisse, si neq; in dieb9. decretorijs euanescat erysipelas, neq; tuberculo ad externa

couuerso, neque pure excreato, mortem significat. Non enim eò, quòd non in die decretorio euanescat, significabit mortem, imò verò eò magis significaret, si in die decretorio euanesceret. At verò ita habere quod ad diem decretorium attinet, id est, deterius esse in die decretorio quàm alio die fieri, constat ex iis quæ suprà diximus: nimirum dies decretorios addere fidem signis quibusuis: fieriq; in illis mala, deteriora, & bona, meliora. Videtur ergo hîc Hippocrates incautè scripsisse verba illa, neque in diebus decretoriis: sed verba huius orationis ita intelligenda sunt, atque si diceretur, si verò neque tuberculo foras conuerso, neque multa puris facta excreatione, in die decretorio euanescat erysipelas. Itaq; prima negatio non in proxima verba, sed in posteriora fertur.

Ἀσφαλέστερον δὲ τὸ οἴδημα καὶ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι, ἢν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα τρέπηται, παράνοιάν τε ποιέει, καὶ ἔμπυοι ἐξ αὐτέων ὡς τὰ πολλὰ γίνονται.

Securius autem tumorem & ruborem maximè extrà verti, si verò in pulmonem tendat, insaniam faciet, & suppurati ex ipsis plerunque fiunt.

Hæc oratio enarrata iam satis est, illud modò oportet dicatur, ex angina quæ non vertitur foras, pulmoniam maximè debere timeri: qua ipsa causa Medici prohibent in angina mitti sanguinem vsq; ad animi deliquium, ne scilicet fugiens sanguis ad interna per deliquium animi, tendat in pulmonē.

Capvt XXI.

Οἱ δὲ γαργαρεῶνες ἐπικίνδυνοι, καὶ ἀποτέμνεσθαι, καὶ ἀποσχάζεσθαι, ἕως ἂν ἐρυθροί τε ὦσι καὶ μεγάλοι, καὶ γὰρ φλεγμοναὶ ἐπιγίνονται τουτέοισι καὶ αἱμοῤῥαγίαι· ἀλλὰ χρὴ τὰ τοιαῦτα τοῖσιν ἄλλοισι μηχανήμασι πειρῆσθαι κατισχναίνειν ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ. ὁπόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι, καὶ γένηται τὸ μὲν ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μεῖζόν τε καὶ περιφερές, τὸ δὲ ἀνωτέρω, λεπτότερον ἐν τουτέῳ τῷ καιρῷ, ἀσφαλὲς διαχειρίζειν. ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην ὑποκενώσαντα χειρουργίῃ χρῆσθαι, ἢν ὅ, τε χρόνος ξυγχωρέῃ, καὶ μὴ ἀποπνίγηται ὁ ἄνθρωπος.

Gurgulionem secari, & scarificari periculosum est, quandiu ruber sit & magnus, etenim inflammationes superueniunt ei, & sanguinis fluxus. Verùm oportet tunc temporis talia curare aliis machinamentis extenuare. Cùm verò secretum iam fuerit id totum quod vuam vocant, & factum fuerit summum gurgulionis maius, & rotundum, & suprà est tenuius, hoc tempore tutum est manus admouere. Melius autem est subducta etiam aluo chirurgia vti, si tempus concesserit, & non suffocetur homo.

Videtur totum hoc caput ad artem medendi magis quàm ad prænotionem pertinere: pertinet tamen non parum ad artem prædicēdi: cætera obiter hìc occasione capta à prædictione, scripta sunt. Illud pertinet ad prædictionem, si gurgulio secetur aut scarificetur, cùm est ruber & magnus, periculū est fluxus sanguinis & maioris inflammationis. Particula, de qua Hippoc. hic disputat, vocatur Græcis γαργαρεὼν Latinis gurgulio, & κίων, id est colūna, aut κιονίς, id est, columella. Galen. 6. de Comp. med. secundum locos reprehendit quosdam, qui hanc partem vocant σταφυλὴν, id est vuam, quandoquidem vua non hæc particula, sed quædam in ea affectio, ea inquam de qua hîc Hippocr. dicit, quam vuam nominant, cùm scilicet extrema gargareonis pars vt vua est rotunda, collecta destillatione. Paulus libro 6. cap. 31. non tantùm nomen vuæ tribuit affectioni cuidam gurgulionis, sed & nomen columnę, appellans columnam, non gurgulionem vtcunq; habentem, sed resolutum, cùm productus est plus satis: inter Latinos inualuit iam vsus, vt hęc particula indistinctè columna, columella, gurgulio, & vua appelletur, verùm hoc nihil nos moueat, de nominibus non est quod certemus. Sed quod particulę de qua disputamus substantiam, & vsum, & affectus oratione dicamus. Hæc particula est carūcula quædam laxa adeni similis, pendēs ex palato superno, impendens epiglottidi & laryngi, ad refractionem vocis, & humectationem laryngis, & attemperationem aeris: maximè exposita est hæc particula defluxionibus è capite, & laborat non raró inflammatione, infertque cùm intumescit multum, periculum suffocationis, proinde non raró opus est secare aut scarificare particulam: quod si fit, particula adhuc magna & rubra, accidet fluxus sanguinis, & inflammabitur multò magis. Non ergo statim veniendum est ad sectionem aut scarificationem, sed duplici præparatione priùs facta, alui scilicet expurgatione, & extenuatione particulæ, quā secari debet. quib. machinamentis debeat extenuari, & qua arte curari vua, disces ex Gal. loco citato, & ex Paulo, & Aetio, & aliis, q de morbis curandis scripsēre. Certè toti⁹ corporis ꝑparatio fieri debet sanguinis missione & expurgatione: extenuanda desuper est particula medicamēto astringenti, ac si fieri potest religata desuper filo prætenui, & eo paulatim constricto vsque dum gracilescat gurgulio, qua parte secandus est: deinceps secanda est, aut scarificanda, aut vrenda ferro ignito, aut medicamento caustico. Sed vide quàm cautè facias, ne os vras ferro, aut medicamentum deglutiatur, aut corrodat alias oris partes.

Capvt XXII.

Ὁκόσοισι δ' ἂν οἱ πυρετοὶ παύωνται, μήτε σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν.

Quibus febres cessant, neque cum signis solutionis, neque in diebus decretoriis, recidiuam his expectare oportet.

Signa solutionis præcipua, sunt, signa concoctionis antecedentia, & euacuationes subsecutæ, q̄ prę magnitudine morbi satis copiosę videātur esse. Quæ sine his soluuntur, præter rationē soluuntur, proinde

proinde his non oportet fidere. nam vt dicitur in aphoris. plurima horum stabilia non sunt. Timeri itaque debet recidiua. Et alibi: sine signis leuantia mortem indicant, nam concoctiones non tantùm iudicij celeritatem, sed & securitatem significāt. Securitas verò est, vt non timeatur recidiua. Iam verò solutionem die decretorio fieri, facere ad securitatem & alio die fieri, afferre metum recidiuæ, celebratissimum est apud Hippocratē, alicubi quidem ita dicit, facta mentione sudorum per dies decretorios. Qui verò non ita fiunt, laborem significant & morbi longitudinē, & recidiuam. Alibi, febricitantem nisi diebus imparibus (vocat verò illic decretorios, impares) febris reliquerit, solet recidiuare. Innumera alia loca sunt in hāc sententiam scripta. Itaq; vtrumq; horū est necessarium ad securitatem, signa solutionis, & dies decretorius. Non ergo solùm intelligendum est, recidiuam expectari, cùm vtrumq; deest, sed etiam cùm alterū deest, vtcumq; dasit. Nam etsi cum signis solutionis, solutio fiat, si extra decretorium diem fiat, suspicio est recidiuæ, quanquam tunc non tanta, q̄ si die decretorio, tamen sine signis solutionis, solutio fieret. Nam tunc temporis, si omnia solutionis signa adsint (concoctio videlicet & euacuatio) non solùm malum est, sed deteriùs etiam quàm si id ipsum alio die fieret, vt de euanescentia erysipelatis per anginam anteà diximus. Tamen tunc quoq; cùm neq; die decretorio, neq; cū signis solutionis, solutio fit, est solutio infida, timeriq; debet recidiua.

Ὅτῳ δ' ἂν τῶν πυρετῶν μηκυνόμενος περιεστικῶς διακειμένου τοῦ ἀνθρώπου, μηκέτι ὀδύνης ἐχούσης διὰ φλεγμονήν τινα, μήτε διὰ πρόφασιν ἄλλην μηδεμίην ἐμφανέα, τούτῳ προσδέχεσθαι ἀπόστασιν μετ' οἰδήματός τε καὶ ὀδύνης ἐς ἓν τῶν ἄρθρων, καὶ οὐχ ἧσσον ἐκ τῶν κάτω. μᾶλλον δὲ γίνονται καὶ ἐλάσσονι χρόνῳ αἱ τοιαῦται ἀποστάσιες, τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων.

Cùm autem febris prorogatur, homine affecto, vt conualituro, neq; dolore ob inflammationem aliquam desinente, neq; ob aliquam aliam causam manifestā, huic expectetur abscessus cū tumore & dolore articulorū, & nonnunquam eorum, qui in imis partibus sunt: magis autem fiunt, & minori tempore, tales abscessus iunioribus quàm triginta annorum.

Hactenus disputauit Hippoc. de abscessib⁹ quorundam locorū, hîc de abscessibus generatim, nullius partis facta mentione, disputationem aggreditur. Multa ergo dictorū necessariò repetit. Dictum certè priùs erat, cùm febris prorogatur, plus q̄ propria illius constitutio videatur exigere, cæteris apparentibus vt in conualituro, expectari debere abscessum, vtpote mediocrē quendam solutionis modum, qui tantū ab optima solutione deficit, quantò morte præstantior est: modò addit, neq; dolore detinante ob inflammationem aliquam, neq; ob aliquam causam manifestam, quia cùm nū est aliqua talis causa prorogationis febris, apertū est, ex crassis succis morbum pendere. Fiet ergo abscessus ad articulos (nam ad hos fieri solere anteà diximus) ac nonnunquam, imò verò sæpe ad humiles. Nam crassi succi deorsum ferri naturâ parati sunt. Tales verò abscessus, id est, qui ex crassis succis pendent, iunioribus q̄ triginta annorum crebriùs fiunt q̄ maioribus natu (intelligit hîc eos q calidiores ætates agunt, statuit verò hîc terminum iuuentutis trigesimum, quanquam suprà trigesimum quintum statuerat, significans, ætatū nō posse dici certos quosdam terminos) quia ex succis crassis non potest fieri abscessus sine forti facultate, qualis in senibus multò minùs q̄ in iuuenib⁹ est. Certè senectus idoneos magis habere solet succos ad abscessus, q̄ iuuentus, crassiores enim, verùm alia causa magis accidit, vt ex crassis succis rarò abscessus faciat, nimirum contumaces succi cum facultatis debilitate mortem magis quàm abscessum solent accersere.

Προσκέπτεσθαι δὲ χρὴ εὐθέως περὶ τῆς ἀποστάσιος, ἢν εἴκοσιν ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἔχων ὑπερβάλλῃ. τοῖσι δὲ γεραιτέροισιν ἧσσον γίνεται, πολυχρονιωτέρου ἐόντος τοῦ πυρετοῦ.

Considerare autem statim oportet, quod ad abscessus facit, an viginti dies febris detinens superauerit: senibus enim minus fiunt, cùm febris longior est.

Prima verba huius orationis ita intelligunt enarratores, si febris superauerit vigesimum diem, statim oportet animum ad abscessum conuertere, id est, abscessum expectare, & considerare illius signa, quasi Hippocrates modò declaret, quod priùs dixerat, si qua febris prorogatur. Dicens, illa febris prorogatur, quæ vltra vigesimū producitur (hic enim terminus acutorum simpliciter est) oportet ergo in ea statim cogitare de abscessu. Certè hic sensus satis congruit, tamē congruit multò magis cum iis quæ mox dicuntur, & quæ dicta priùs sunt, si illa verba intelligūtur hoc pacto Considerare oportet inter cætera, quæ abscessuum causa considerantur, quantum febris prorogetur, ac proinde an vigesimum diem iam superauerit. Nam quò productior iam est, eò ex crassioribus succis pendere cognoscitur, qua causa in senibus, eò minùs expectari abscessus debet, quò febris est diuturnior, contra ac in iuuenibus, in quibus eò magis confirmatur spes abscessus quò febris est antiquior, quia cùm facultas senum sit debilis, si qua ratione fieri potest abscessus, certè fiet, cùm succi ex quibus pendet morbus, nō erunt admodùm crassi, quia cùm crassi admodùm erunt, succumbet morieturq;: iuuenis verò cùm facultate firma sit, tunc abscessus faciet, cùm crassus erit succus: nam si tenuis est, priùs faciet expulsionem extra corpus. Verùm inter omnes, pueri habent sæpissimè abscessus, quia ob voracitatem congerunt succos crassos, & habēt per eam ætatem magnum naturalis facultatis robur.

Χρὴ δὲ τὴν μὲν τοιαύτην ἀπόστασιν προσδέχεσθαι, συνεχέος ἐόντος τοῦ πυρετοῦ. ἐς δὲ τεταρταῖον καταστήσεσθαι, ἢν διαλείπῃ τε καὶ καταλαμβάνῃ πεπλανημένον τρόπον, καὶ ταῦτα ποιέων τῷ φθινοπώρῳ προσπελάσῃ. ὥσπερ δὲ τοῖσι νεωτέροισι τῶν τριήκοντα ἐτέων αἱ ἀποστάσιες γίνονται, οὕτως οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τριήκοντα ἐτέων καὶ γεραιτέροισι.

Oportet verò talem abſceſſum expectare in febre perpetua, in quartanam autem permutabitur, ſi intermittit, & accipiat erraticum modum, & ita faciens autumno appropinquet: vt autem in iunioribus quàm triginta annorũ abſceſſus fiunt, ita quartanæ magis agentibus trigeſimum annum, & ſenioribus.

Duplicis permutationis mentionem hic facit, abſceſſus dicti, qui in febribus perpetuis accidere, & febris quartanæ quæ intermittentibus & erraticis ſolet ſuccedere, potiſsimùm verò cùm febris tota ferè æſtate durauit, & autumno appropinquat. Fit quidem hæc in qoattanã permutatio, nonnunquam è febribus, quæ à principio intermittentes ſunt: de his tamẽ non eſt præſentis loci diſputatio: eſt enim de ſolis acutis, aut qui ex illis decidũt, ſed quia ſæpe etiam fit ex perpetuis: quia perpetuæ febres per æſtatem affligentes nonnonquam ſolent finiri in intermittentes, imminuta cauſa morbi expurgatisque interiùs venis & arteriis ac cauſa proxima, manentibusque reliquiis ſucci, qui paratus erat putreſcere, qui per partes extra venas pulſus facit intermittentẽ. Hac in permutatione ſæpe fiunt erraticæ febres, id eſt, nullum typum retinentes, & tandem in quartanas firmàtur: quia vi caloris vſtis craſsis ſuccorum, qui priores morbos committebant, partibus, gignitur multa melancholia, quæ quartanas febres parit: verùm fieri non poteſt, vt tota ſuccorum fæx ſimul ac æqualiter melancholia fiat, ſed inæqualiter, adeò vt per partes varij ſucci fiant, qui varias febrium acceſsiones afferẽtes, omnem typum corrumpãt, tandem multa melancholia facta, in quartanam finiatur malum. Vtrunq; verò magis accidit autumno, aut prope autumnum: erraticæ febres ob inæqualitatem temporis: quartanæ ob melancholiam, quę eo tempore redundat. Qoibus cauſis dictum eſt ab ipſo Hippocrate, autumno verò & plurimi morbi æſtiui & febres quartanæ & erraticæ, harum permutationum vt abſceſſus fit in agentibus ætates calidas magis, ita quartanæ in ſenibus, quia craſsiorem habẽt ſanguinem, ac proinde plus fæcis, quæ ardore febris perpetuæ (nam hãc adeſſe dicimus) in melancholiam poſsit tranſire. Neque verò eſt quòd dicas maiorem ardorem eſſe in iuuenibus qui vrat, ac vrendo atram bilem faciat, atque ita quartanam magis. Nam cùm de febre perpetua, quæ vtrique, ſeni inquam & iuueni, adeſt, loquamur, non poteſt nõ eſſe etiam ſeni calor qui vrat, plus ergo faciet materiæ commoditas, craſsities inquam ſanguinis.

Τὰς δὲ ἀποστάσιας εἰδέναι χρὴ, τοῦ χειμῶνος μᾶλλον γινομένας, χρονιώτερόν τε παυομένας, ἧσσον δὲ παλινδρομεούσας.

Abſceſſus ſcire oportet hyeme magis fieri, & tardiùs ſedari, & minus recurrere.

Abſceſſus hyeme magis fit quàm æſtate, id eſt, ſæpius fit, quia eo tempore ſucci craſsi abundant. Neque verò proinde colligere poſsis, magis etiam fieri per ſenectutem quàm per alias ætates. Nam etſi ſenectus craſsiores ſuccos habeat, quàm illę, habet tamen imbecilliorem quoque facultatem, hyems verò non habet, imò verò eo tempore quæ ad facultatem naturalem pertinent, meliùs aguntur. Cùm etiam factus eſt abſceſſus, in hyeme tardiùs ſedatur, quàm aliis temporibus, ob frigus aeris, quod diſcuſsioni omnis tumoris, & ſolutioni cuiuſuis morbi impedimento eſt. Minùs etiam recurrit tumor qui factus eſt, id eſt, minùs retrocedit ad interna, quia cùm ſucci eo tempore craſsiores ſint, ſunt difficilioris motus, proindeque, qua cauſa per hyemem raró turgẽtes ſunt, raró etiam cùm in partem aliquã abſceſſerint, retrocedunt. Neq; certè illa cura calefaciendi aeris, quæ in exanthematum curatione maior adhibetur hyeme q̃ æſtate, tam eſt, ne retrocedãt (maius enim periculum retroceſſus eſt in æſtate) quàm vt facilè erumpãt. Ex his ſatis conſtat abſceſſus per hyemem, nõ vt fiunt crebriùs, ita fieri citiùs quàm per æſtatem, imò vt ſedantur tardiùs, ita etiam tardiùs generari, ob craſsitiem ſuccorum & frigus aaris. Nam crebritatis abſceſſuum eo tẽpore ſunt duæ cauſæ, robur facultatis, & craſsities ſuccorum: contrarij, eſt vnica, frigus ſcilicet aeris: tarditatis ſunt duæ, frigus aeris & craſsities: contrarij vnica, robur facultatis. ergo fient per hyemem ſæpius, ſed lentiùs.

CAPVT XXII.

Ὅστις δ' ἂν ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδει φῇ τὴν κεφαλὴν ἀλγέειν, ἢ καὶ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι, ἢ καρδιωγμὸς τούτῳ προσγένηται, χολώδης ἔμετος παρέσται. ἢν δὲ καὶ ῥῖγος προσγένηται, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ ὑποχονδρίου ψυχρὰ ἔχῃ, καὶ θᾶσσον ἔτι ὁ ἔμετος παρέσται. ἢν δέ τι πίῃ ἢ φάγῃ ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, κάρτα ταχέως ἐμεῖται.

SI quis per febrem nõ exitialem, dixerit ſe capite dolere, atque ſibi tenebroſum aliquid ante oculos apparere, atque cardiogmos huic acceſſerit, bilioſus vomitus aderit, ſin autem & rigor euenerit, & inferiora hypochondrijs frigida fuerint, citiùs adhuc vomitus aderit. Si verò aliquid bibat aut edat hoc tempore, citò admodum vomet.

DE prænoſcenda ſpecie ſolutionis per criſim, nihil hactenus dixerat, ſed modô dicere incipit, atque in primis quibus ſignis poſsit futurus vomitus præcognoſci: ſigna quæ hic ſcribuntur, puta dolor capitis & ſuffuſorũ viſiones, & cardiogmos, id eſt, dolor, ſiue morſus oris ventriculi (nam veteres os ventriculi cardiam, id eſt, cor nominabant) & rigor & frigus partium infra hypochõdria, nonnunquam ſunt in genere illorum, quæ ſalutis aut mortis vocantur, nonnunquam eorum quæ critica. Cùm prioris generis ſunt, mortis ſunt: nam dictum ſuprà eſt, in capitis doloribus manus ob oculos ferre, aut venari muſcas, quod ſuffuſionem indicat, lethale eſſe. Frigus etiam extremorum lethale eſſe anteà diximus. Reliqua omnia ſigna mala ſunt per ſe. verùm cùm hæc ſunt critica, id eſt, criſis ſigna, vomitum indicant. Proinde in principio huius orationis dixit Hippocrates, ſi quis per febrem non exitialem, id eſt, quæ non exitialis eſſe aliis ſignis intelligatur: quia ſi per febrem exitialem hæc accidant, nõ erunt indicia vomitus, ſed mortis. Verùm

rùm cùm febris salutaris esse cognoscitur, oportet putare, si hęc adsint, vomitus futuri esse signa. Nam morsus oris ventriculi confluxum succorum in illum indicat, dolor verò capitis & suffusorum visiones, si cum tali morso accidunt, apertè per consensum capitis cum ventriculo fiunt. Si verò hæc p totum morbum affligant, meritò faciunt magnam spem futuri vomitus, sed cùm his accesserit rigor & frigus extremorum, imminentis iam iam vomitus est signum: nimirum succus mordens os ventriculi, ob partis acerrimũ sensum rigorẽ facit, vt quodcunque medicamẽtum mordax neruo occurrens, solet facere. Hoc est quod Hippocrates ipse significauit 6. Epidem. his verbis, rigor à superiori ventre. Magis autem confirmatur imminentis iam iam vomitus prænotio, si adsint alia quædam (neq; enim hìc omnia ab Hippocrate relata sunt) vt multa & tenuis sputio, & tremor labij. hæc refert Galenus 3. de Crisibus, tũ etiam 1. Prorhetici, Comment. 30. redditq́ue causam, qua, cùm instat vomitus, hæc fiunt, nimirum ob continuitatẽ tunicæ illius, quæ interiùs per totum os, & ventriculum est.

Τισὶ δὲ εἰσὶν αὖ ἄρξηται ὁ πόνος τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ γίνεσθαι, τεταρταῖοι πιέζονται μάλιστα καὶ πεμπταῖοι, ἐς δὲ τὴν ἑβδόμην ἀπαλλάσσονται. οἱ μέντοι πλέονες αὐτῶν, ἄρχονται μὲν πονέεσθαι, τριταῖοι. χειμάζονται δὲ μάλιστα, πεμπταῖοι. ἀπαλλάσσονται δὲ ἐναταῖοι, ἢ ἑνδεκαταῖοι. οἳ δ᾽ αὖ ἄρξωνται πεμπταῖοι πονέεσθαι, καὶ τ᾽ ἄλλα κατὰ λόγον αὐτέοισι τὰ πρόσθεν γίνηται, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην κρίνεται ἡ νοῦσος.

Quibus autem horũ incipit dolor primo die fieri, quarto die premuntur maximè, & quinto, septimo liberantur. Multi autem illorum incipiunt laborare tertio, vexãtur maximè quinto, liberantur nono, aut vndecimo. Si verò incipiunt quinto laborare, & alia omnia priora secundùm rationem fiunt, quatuordecimo iudicatur morbus.

Cùm morbus aliquis mouetur lentè primis diebus, deinceps quodã die incipit moueri acutè, computatio dierum non debet incipere à primo die totius morbi, sed ab eo qđ acutè moueri cœpit. Huc respiciens Hippocrates in narrandis historiis, narrat quo die homo cœperit febricitare, & quo die cœperit morbus acutus esse. Ergo si primis diebus homo tenetur febre quadam sine insignibus symptomatis, tertio verò aut quinto incipiunt dicta nuper symptomata, ab eo die cõputatio incipere debet, erit verò ab eo die, si primo die febris hæc appareant, acutissimus, finieturq́; proinde septimo die, qui acutissimorum terminus est. Si verò non primo die, erit tantò longior, quantò longiùs à primo die apparere cœperint. Nam statim à principio acutum fieri morbum, renuium succorũ & acrium signum est, pòst apparere acutiem, minùs esse tales succos significat. Igitur si primo die apparentibus his signis, septimo finitur morbus, si tertio apparuerunt, finietur nono (nam nonus est septimus à tertio) aut vndecimo, vndecimus enim est nonus à tertio, prorogatur verò sæpe vsq; ad nonum, quia tertio incipit esse acutus. Eadem ratione, si incœpit quinto, prorogabitur vsque ad quatuordecimum. Quanquam ego non ad quatuordecimum solùm dicerem, sed aut quindecimum: nam decimustertius est nonus à quinto, & quindecimus est vndecimus: verùm quia, vt dictum est à me suprà, motus morborum illegitimi sunt, & astrorum etiam motus, vnde vis eorum procedit, illegitimus, ac proinde crisis non semper incidit in eosdem exactè dies, cùm dicturus esset decimumtertium, & quindecimum, nominauit quatuordecimum, eò quòd nobilissimus in decretoriis hic dies sit: & quia motus lentus qui incepit primo, continetur in acuto qui cœpit quinto, proinde vim etiam magnam habet qui à totius principio est quatuordecimus. Quod Galenus dicit, Hippocratem nominasse nonum & vndecimum eò quòd quanquã decimus sit septimus à tertio, tamen ob motum, qui per impares fit, arripitur iudicium à nono aut vndecimo, non placet. nam primò quid longiùs à veritate abest, quàm decimum esse septimum, cùm tertius est primus? an nõ est octauus: quòd si tertium omittis, cur non omittebas primum, vt octauus septimus esset? certè si dolor fit tertio, tertius est primus dies acutiei, & decimus est octauus. Secundò, cur si nonus & vndecimus arripiunt crisim decimo, quia motus est per impares, tredecimus aut quindecimus non arripiunt quatuordecimo? Itaque in principio rectè dicebatur nono aut vndecimo: deinde cùm dicitur quatuordecimo, perinde est, ac si decimotertio aut quindecimo diceretur. Cætera quæ dicit de diebus, quibus exacerbantur dolores, facilè intelliges, nisi eorum quę de indicatoriis diximus es oblitus. nimirum in indicibus fiunt insignes mutationes, cùm in concoctionibus, tum etiam in aliis accidentibus. Quartum esse septimi iudicem celebratum est. Ergo si primo die morbi fit dolor, & solutio est futura septimo, quarto fiet insignis mutatio: dicit verò quarto maximè & quinto, quia rarò non accipit ambos hos dies mutatio, quartum quia est index, quintũ ob motum, qui per impares dies fit. Si dolor incipit tertio, dolores ingrauescent quinto, si malum soluendum est nono: si malum soluendum est vndecimo, septimo, quanquam septimum Hippocrates non dixit, sed oportet nos addere. Si verò incipit quinto, soluetur quatuordecimo, si reliqua secundùm rationem fiunt, id est, si indicantibus diebus dolores exacerbãtur, vt de aliis dictum est: vt si nono aut vndecimo exacerbatur dolor. Ex his quæ hoc loco dicuntur, nota, quòd plerisq; Medicis hodie est dubium, indices dies solere indicare, nõ tantùm quo die futura sit crisis, sed etiam qua crisis specie soluẽdus sit morbus. Nam constat hãc exacerbationem doloris capitis & morsus ventriculi & reliquorum, quæ dictis diebus fit, significare vomitum fore diebus decretoriis.

Γίνεται δὲ ταῦτα, τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῇσι γυναιξὶ, ἐν τοῖσι τριηκονταέτεσι μάλιστα· τοῖσι δὲ νεωτέροισι, γίνεται μὲν καὶ ἐν τούτοισι. μᾶλλον δὲ ἐν τοῖσι ξυνεχέσι πυρετοῖσιν, καὶ ἐν τοῖσι γνησίοισι τριταίοισι.

Fiunt autem hac viris & mulieribus trigesimo anno præcipuè, iunioribus autem, fiunt quidem & in his, magis autem & in febribus perpetuis & in veris tertianis.

Iuuenibus (hos enim vocat viros & mulieres) vtpote in ætate biliosa constitutis, vel per solam tertianam non exquisitam, accidit vomitus biliosus, minoribus verò non nisi in febribus admodùm biliosis, quales sunt febres perpetuæ & tertianæ exquisitæ: atque multò minùs senioribus (quanquã hos tacuit Hippocrates) neutri enim illorum agunt biliosam ætatẽ: nam minores etsi calidi sunt, habent humorem coniunctum, seniores sunt frigidi. De tertiana obiter est hic facta mentio, nõ quasi huius operis sit.

Οἷσι δ' ἂν τοιουτοτρόπῳ πυρετῷ κεφαλὴν ἀλγέουσι, ἀντὶ μὲν τοῦ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι, ἀμβλυωγμὸς γίνεται, ἢ μαρμαρυγαὶ προφαίνονται, ἀντὶ δὲ τοῦ καρδιώσσειν, ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ ἢ ἐπὶ δεξιὰ ἢ ἐπ' ἀριστερὰ ξυντείνεταί τι, μήτε ξὺν ὀδύνῃ, μήτε ξὺν φλεγμονῇ, αἷμα διὰ τῶν ῥινῶν τούτοισι ῥυῆναι προσδόκιμον, ἀντὶ τοῦ ἐμέτου. μᾶλλον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖσι νέοισι τοῦ αἵματος τὴν ῥῆξιν προσδέχεσθαι· τοῖσι δὲ τριήκοντα ἔτεσι καὶ γεραιτέροισιν, ἧσσον, ἀλλὰ τοὺς ἐμέτους τούτοις προσδέχεσθαι.

Quis in huiusmodi febre dolent capite, & pro tenebris ante oculos, illorum hebetudo fit, aut splendores obuersari videntur, & pro cordis morsu, in hypochondrio aut parte dextra aut sinistra intentio aliqua est, neque cum dolore, neq; cum inflammatione, sanguinẽ è naribus fluxurum his expectandum est pro vomitu: magis autem tunc quoque iunioribus fluxum sanguinis expectare: tamen trigesimum annum agentibus & senioribus minùs, sed vomitus his expectare.

Omnia signa futuri fluxus sanguinis, q̃ hîc scribit Hippocrates, scripta sunt aliis eiusdem autoris locis, & multa alia quæ hîc omittuntur. quod dicit in huiusmodi febre, est qđ paulò antè dixit, si quis per febrem non exitialem, nimirum hęc, vt priùs dictum est de signis vomitus, in lethali febre sunt signa mortis, in non exitiali sunt critica, significantq; sanguinis fluxum è naribus. Dolor capitis commune signum est fluxus sanguinis & vomitus: tamen non eadem doloris species. Nam fluxum sanguinis significat dolor quidam grauans ad tempora. Vomitum dolor mordax toto capite. commune quoque signum est quiddam ante oculus obuersari, tamen non eodem modo. Nam instante vomitu bilioso, ascendunt vapores quidã turbidi ex bile enim multis aliis succis & cibo & ventriculi excrementis confusa, ac proinde faciunt veluti quasdam tenebras ob oculos. Instante fluxu sanguinis, influit in caput nõ vapor solùm, sed multus etiam sanguinis, ac influxus copiosus succi facit oculorum hebetudinem, vapor sanguinis, vtpote splendidus referensque succum ex quo fit, splendorum visiones facit, neque verò vapor qui ex bile syncera & flaua nascatur, non afferat etiam splendores: nam color flauus non minùs splendens est quàm ruber. Tamen bilis quæ euomi parata est, vero nun est aliorũ mixtione conturbata: intentio hypochondrij vtraque aut altera parte, id est, reuulsio, vt videatur sursum esse detractum, idque sine dolore & phlegmone, significat impetum sanguinis sursum ab hypochondrio versus caput fieri, ita enim superna hypochondrij vasa replentur, ac reuellitur hypochondrium, nõ aliter quàm mulieres sentiunt vteros quasi sursum reuulsos ob retentionem sanguinis in iis venis & arteriis, quæ in eos ingrediuntur. Certè cùm hypochondrium sit regio, qua maxima sunt vasa, & qua maximè sanguis abundat, ab eo verisimile est impetum capere sanguinem, cùm multus in aliam partem rapitur, vt hac causa tam pręsentaneum auxilium sit fluxioni sanguinis è naribus, cucurbitula imposita hypochondrio secundùm rectitudinem. Neque tamen hîc Hippocrates dixit, si fit intentio hypochondrij sine dolore & phlegmone, q si cum dolore & phlegmone intentio fiat, non solest succedere fluxus sanguinis (nam dixit cap. 9. huius operis, tumori duro & dolenti hypochondrij solere succedere fluxum sanguinis) sed quòd hîc de fluxu, qui expectatur in febre sine parte affecta, est disputatio, præter hæc signa scripsit alibi, lacrymas inuoluntarias & dolorẽ colli & pruritũ nasi 1. Epid. part. 1. ita scriptum est, in ardentibus autem cæterisque febribus, quas colli dolor, temporum grauitas, caligo oculorum vel hypochondriorum etiam contẽtio sine dolore, his è naribus sanguis profluit. Dictum quoque eodem loco, fluxum sanguinis magis accidere adolescentibus & iuuenibus, quàm senibus, hoc quoque dicit modò. Sed roges quo modo, cùm paulò antè dixerit, hoc ipso cap. vomitum in iuuenibus magis accidere, aliis ætatibus minùs (nam etsi Hippocrates solùm dixit iuuenibus, nos suppleuimus seniores) modò dicit in senioribus vomitum expectare? Certè non dixit in senibus expectari debere vomitum magis quàm iuuenibus, sed magis quàm fluxum sanguinis, nam vtrumque horum accidit magis iuuenibus quàm senibus, tamen senibus fit fluxus sanguinis minùs quàm vomitus.

Τοῖσι δὲ παιδίοισι σπασμοὶ γίνονται, ἢν ὁ πυρετὸς ὀξὺς ᾖ, καὶ ἡ γαστὴρ μὴ διαχωρέῃ, καὶ ἀγρυπνέωσί τε καὶ ἐκπλαγέωσι, καὶ κλαυθμυρίζωσι καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλωσι, καὶ χλωρὸν, ἢ πελιὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἴσχωσι. γίνεται δὲ ταῦτα ἐξ ἑτοιμοτάτου μὲν τοῖσι παιδίοισι, τοῖσι νεωτάτοισιν, ἐς τὰ ἑπτὰ ἔτεα. τὰ δὲ πρεσβύτερα τῶν παιδίων, καὶ οἱ ἄνδρες, οὐκέτι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὑπὸ τῶν σπασμῶν ἁλίσκονται, ἢν μή τι τῶν σημείων προσγένηται τῶν ἰσχυροτάτων τε καὶ κακίστων, οἷά περ ἐν τῇσι φρενίτισι γίνεται.

Pueris conuulsiones fiunt, si febris acuta sit, & venter non excernat, & vigilent, & terreantur, & lugeant, & colorẽ mutent, aut chlorum, aut liuidum, aut rubrum habeant. Fiunt autem hæc facillimè pueris recens natis, vsque ad septimum annum, maiores verò pueri & viri non ampliùs in febribus corripiuntur conuulsionibus, nisi præcedat pessimum aliquod firmissimorum signorum, qualia in phrenitide fiunt.

Alibi diximus conuulsionis nomen nonnunquã propriè strictimq; dici de ea musculorum contractione, quæ à causa omnino præter naturam fit, quæ semper est exiccatio aut inanitio nerui, vel repletio,

pletio: nonnunquam impropriè, & latiùs, de quauis neruorum contractione inuolûtaria, quanquã illius efficiens causa sit facultas mouendi, ab aliqua causa præter naturam irritata, cuiusmodi concussio epilepticorum, & alij quidam motus, quos conuulsioni similes dicimus. Hîc tamen conuulsionis nomen latiùs accipitur, vt non solùm vera conuulsio, sed motus etiam illi similis significetur, nam omnes hæ passiones sunt neruorum quæ proinde faciliùs in pueris quàm adultioribus fiunt, eò quod illis debiliores multò nerui sint. Certè conuulsio ex repletione faciliùs accidit pueris, quod excrementis humidis abundent, & alioqui membra omnia habeant humidissima. Neque verò proinde nõ accidit etiam illis faciliùs ex inanitione. Imò facilis eorum dissipatio facit, vt hac quoq; faciliùs corripiantur. Maiores enim minus habent in membris substantiæ humidę, tamen quia habent solidiorem & firmiorem, tardiùs amittunt. Motibus etiam conuulsioni similibus capiuntur citiùs ob debilitatem facultatis quæ parem irritationem citiùs refugit. Itaq; omni conuulsione faciliùs capitur puer. Quo fit, vt à leuioribus causis id patiatur, & minora signa satis sint, quò futura conuulsio meritò timeatur. Ergo quò in pueris, potissimùm recens natis, aut omnino ante septimum annum conuulsio timeatur, satis est, si adsit febris acuta & venter non reddat, & vigilent & terreantur, & lugeant (intellige, nimiùm & sine alia causa) & colorem mutent alium ex alio, pallidum, viridem, liuidum aut rubeũ (hæc enim conuulsiones antecedere solent) tamen in viris non timebitur meritò conuulsio, etsi adsit febris, nisi simul adsint non ea solùm, quæ in pueris requirebamus, sed aliquod aliquáve eorum quę firmissima conuulsionis indicia esse antea diximus, vt per phrenitidem, labrum aut nasum, aut oculũ, aut palpebram peruerti, aut oculorum alterum altero maiorem fieri, & si quæ alia priùs dicta sunt. Hæc continet præsens oratio, constat verò ex dictis, vt pueri non tantùm conuulsionibus faciliùs capiantur, sed & resolutionibus, & aliis neruorum morbis. In hanc ipsam sententiam scripsit Hippoc. alibi. Pueros in huiusmodi incommodis conuulsiones potissimum corripiunt. Meritò timemus fore vt febris acuta mollissima corpora siccando conuulsiones faciat. Aluum non reddi, siccationis etiã indicium est, maximè in pueris quibus solent semper esse humidæ deiectiones, aut etiam raptus humorum in caput. Quia supprimitur aluus, aut siccatis fæcibus calore, aut rapta humida parte sursum, vt meritò timeamus capiti. Vigilia nimia ad caput pertinet, pauor ascẽsum in caput fuliginum quæ terrere possunt, significat: hæ eædem faciunt pueros lugere, & irritatio dolorifica neruorum.

CAPVT XXIIII.

Τοὺς δὲ ἀπολλυμένους τε καὶ περιεσομένους τῶν παιδίων τε καὶ τῶν ἄλλων, τεκμαίρεσθαι τοῖς ξύμπασι σημείοισιν, ὡς ἐφ' ἑκάστοισιν ἕκαστα διαγέγραπται.

Morituros autem & liberandos, & pueros & alios consectare oportet ex omnibus signis, vt in singulis singula scripta sunt.

Hinc incipit Hippocr. epilogum facere, vt finem imponat huic operi. Ergo inquit ad præsentiendũ an homo moriturus an superuicturus sit, considerare oportet signa omnia, atq; ita de vnoquoq; iudicare, vt in singulis illorum generibus singula scripta sunt, videlicet in quouis genere dicta sunt quędam optima, quædam pessima, quædã mediocria.

Ταῦτα δὲ λέγω, περί τε τῶν ὀξέων νοσημάτων, καὶ ὅσα ἐκ τουτέων γίνεται.

Hæc autem dico de acutis morbis, & quicunque ex ipsis fiunt.

Hic dicit per epilogum, quod in principio operis dixit per propositionem, dicens, ita autem considerare oportet per morbos acutos. Nimirum hoc opus de solis acutis, aut qui ex illis fiũt, est, quod nos toto opere antè notauimus.

Χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγινώσκειν τοὺς περιεσομένους καὶ τοὺς ἀποθανουμένους, ὁκόσοισί τε ἂν μέλλῃ πλείονας ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα, καὶ ὁκόσοισιν ἂν ἐλάσσους, τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα πάντα δύνασθαι κρίνειν, λογιζόμενον τὰς δυνάμιας αὐτέων πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ διαγέγραπται, περί τε τῶν ἄλλων, καὶ τῶν οὔρων, καὶ πτυέλων, ὅταν ὁμοῦ πῦόν τε ἀναβήσσῃ καὶ χολήν.

Oportet autem eum qui sit rectè præsensurus superuicturos & morituros, & quibus multos dies duraturus morbus est, & quibus pauciores, signa omnia discere, & colligentem singulorum vires, aliorum ad alia signa omnia discere, vt scriptum est de aliis, & de vrinis & de sputis, quum simul pus & bilem spuunt.

Ei qui arti prædicendi incumbit, duo præcipuè sunt propositi scopi, scire an homo moriturus sit an nõ, an longus futurus sit morbus, an breuis. Quanquam huius operis præcipuus scopus est, distinguere morituros à superuicturis, operis verò de crisib9 scopus præcipuus, prænoscere per constitutionis morbi notitiam, quanto tempore morbus duraturus sit, & qua vacuationis specie sit soluẽdus. Cùm itaq; hi duo præcipuè propositi sint Medico scopi, vt eos Medicus assequatur, debet signa omnia discere, id est, sigillatim singula genera signorum considerare, & in singulis bona & mala & mediocria: & considerare singulorum vires aliorũ ad alia. Quod vt intelligas, considera quod suprà iam diximus, signa habere quasdam vires proprias ac per se, atque has per se considerari, alias verò ad alia signa, idque quia aut collatum cum alio consideratur an potentius an debilius eo sit, aut coniũctum cum alio addit aut detrahit illius viribus, quæ omnia oportet medicum qui huius artis sit futurus peritus, discere, considerando in primis momentum cuiusq; generis signorum, deinde conferendo differentias eiusdem generis, vt vomitũ nigrum cum viridi, deinde differentias diuersorum, vt vrinam nigram cum pulsu intermittente, rursum coniungẽdo seorsum signa omnia, quæ eidem causæ attestantur, ac tandem habendo omnium rationem. Porro vires singulorum considerari & conferri possunt, simpliciter, aut ad quędam, vt in hoc tempore, hoc loco, aut

hac ætate. Velut coofertur nigra vrina cum aquosa simpliciter, aut aquosa in pueris cum nigra io viris. Ferè omnia hoc opere scripta signa sunt: facies, decubitus, stridor dentium, vlcos, manuom gesticulatio, respiratio, sudor, hypochondriorum affectus, pus, frigus extremorum, liuor vnguium, genitaliũ reuulsio, somnus, deiectio, vrina, vomitus, excreatio, capitis dolor, faucium exulceratio. Quędã bonorum sunt in genere eorum, quæ dicũtur salutis aut mortis, quædam concoctionis aot cruditatis. Atq; non omnia hæc signa sunt æqualis potẽtiæ, etsi bona com bonis, mala cum malis, mediocria cum mediocribus conferantur: sed est vnicuiq; generi sua dignitas, & vt quodq; signum est, ita illi oportet fidere. Certè qui manuum gesticulationi tribueret tantom, quantum respirationi per morbos acutos, grauiter erraret. Illud quoq; oportet hoc loco nosse, quod alio loco diximus, signa salutis aut mortis maiores vires habere significando mortem, q̃ significando salutem: signa concoctionis, contrà. Nam cùm vita cõstet multis facultatibus, & cuiusq; illarum debilitas extrema posit animanti afferre mortem, vitam verò oon posiint nisi omnes simul, fit vt multò maius malum sit illarum aliquam debilissimam significari, q̃ bonum, significari constantem. Certè labi ægrum in pedes lethale est, tamen cubare in latus bonũ tantùm, nondũ tutum & saluberrimum. Ita habet in reliquis. In signis concoctionis contrà accidit: nam morbi materia cocta, nõ potest homo vi illius morbi mori, tamen materia incocta aut putrefacta noo necessariò hominem interimit, potest enim extra corpus pelli. dictum quoq; iam antea est signa omnia consensu aliorum signorum confirmari. Nam Hippoc. vbi vbi scripserat signum aliquod, quod non omnino esset euidens, considerare alia signa præcipiebat. Illa enim præcipuè consideranda sunt, illorumq; syndrome requiréda quę à similibus causis nascũtur. Nam illa signa cùm annuunt, addunt, cùm renuunt, detrahũt plurimum aliorum viribus: vsque adeò vt syodrome taliũ omnium signorum euidentem faciat indicationẽ. Hoc est ergo quod Hippoc. innuit dicens, singulorũ vires colligentem, aliorum ad alia. Vt si adest vnguiũ liuor, atq; simul cum hoc liuore sit facies dicta Hippocratica, vlcus nigrum & reuulsio genitaliũ, & spiritus frigidus, pulsus deficiens, frigus extremorum, euidẽter significatur extinctio calidi innati, morieturq; homo. Tamen si cum vnguium liuore sit bona & calida respiratio, & fortis pulsus, proculdubio liuor ille est fallax, significatq; aliud quã extinctionem calidi innati. Nam hæc videntur esse simul annuentia & renuentia, ob analogiam causarum, & signum quod cootingit esse fallax, arguitur à contrariis analogis: quod firmũ & certom, corroboratur à similibus: qualia etiam sunt, decubitus, spirationis motos, somnus, sapientia aot delirium: vt illa quoq;, stridor, gesticulatio manuũ, capitis dolor, & suffusorum visa, & si quæ alia huiusmodi sunt, quæ ex dictis facilè intelliges, potesq; intra te ipsum tacitus meditari. Mihi satis est aperuisse viam.

Χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων τῶν ἀεὶ ἀπιδημεόντων, ταχέως ἐνθυμεῖσθαι, καὶ μὴ λανθάνειν τὴν τῆς ὥρης κατάστασιν.

Expedit autem impetus morborum semper in vulgus grassantium cito considerare, & non latere temporis constitutionem.

Non parum facit ad rectè præsentiendum, scire, quæuis temporis constitutio quos morbos afferat, & quouis tempore considerare morborum qui populariter vagantur, impetum, id est, qui morbi populariter grassentur, & quo modo moueãtur: illud docet Hippocrates 3. Aphor. hoc, in opere Epid. Duplici ratione hoc confert, primò quia præsentit Medicus qui morbi tempestate instãte grassaturi sint, consulitque vt debeant præcaueri: secundo, quòd morbum eius qui se illi cõmittit, faciliùs agnoscit, & crises euenturas. Nam cùm res per alia signa est dubia, magnam addit coniecturam, hunc morbum esse, aut hunc solutionis modũ fore, quòd hic morbus modò sit popularis, aut hac tẽpestate per hos morbos hæ solutiones fiant. Huc respiciẽs Hippoc. in Epidem. describẽs tẽpestates solet dicere, quales morbi, & quales euacuationes acciderint: quale est illud: neq; sanguis è narib. nisi paucis admodũ effluxit. & alio loco. his è naribus sanguis fluebat.

Εὖ μέν τοι χρὴ εἰδέναι, περὶ τῶν τεκμηρίων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων, καὶ μὴ λανθάνειν, ὅτι ἐν παντὶ ἔτει καὶ πάσῃ ὥρῃ, τά τε κακὰ κακόν τι σημαίνει, καὶ τὰ χρηστὰ ἀγαθόν. Ἐπεὶ καὶ ἐν Λιβύῃ, καὶ ἐν Δήλῳ, καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα. εὖ γοῦν χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἐν τοῖσιν αὐτοῖσι χωρίοισιν, οὐδὲν δεινὸν, τὰ πολλαπλάσια αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν, ἢν ἐκμαθών τις αὐτὰ κρίνειν τε καὶ λογίζεσθαι ὀρθῶς ἐπίστηται.

Rectè quoq; scire oportet de indiciis & de aliis signis, & nõ ignorare quod quidẽ quouis anno & quouis tẽpore mala, malũ significant, & bona bonũ: quandoquidẽ & in Libya & in Delo & in Scythia videntur præscripta signa vera esse. Rectè ergo oportet scire quod quidẽ in his ipsis regionibus nõ est difficile plurima illorũ inuenire, si quis discens ipsa distinguere, & colligere ratiocinando sciat.

τεκμήριον Græcis, Latinis indiciũ, maius quiddam significat quã σημεῖον siue signũ, nimirũ signũ quod maximam coniecturã facit, iodiciũ, quod non tantã, signũ tantùm est. Sed dictũ antea est, signorũ plurima esse bona aut mala, idq; simpliciter aut per se, quædam ambigua, quæ vt aliis accedũt, sunt booa aot mala: huiusmodi esse diximus æqualitatẽ aut inæqualitatẽ, & regiooẽ eius quod continetur in vrinis, & ordinem pulsus, & omnia critica. Quæ simpliciter sunt, semper sunt bona aut mala: alia nõ semper, sed vt accedunt aliis: quare mutãtur gratia anni, aut tempestatis, aut regionis, sed quæ bona haberi debẽt hoc anno, superiori etiã bona erant, quæ mala, mala: & quæ superiori hyeme, hoc quoq; vere, & sequẽti æstate: & quæ in Lybia ardentissima regione, in Scythia quoq; frigidissima, & in Delo tẽperata. Quanquam varietas anni, temporis, & regionis, facit vt hęc mala his annis, temporibus, & regionibus magis, alia aliis fiãt, & vt hìc aut nunc sint minùs mala aut deteriora quàm alibi aut aliàs, eò quòd regioni, aut tempori, magis aut minùs congruant, vt in Aphoris. dicitur, tamen vt quæ nũc hìc sunt bona, aliquando aut alibi mala sint,

sint, aot contrà, si signa sunt eorum quæ per se bona aut mala sunt, non facit. Nam quod ita est bonũ aut malum, semper est tale. Itaque haud opus fuit, meminisse hoc opere singularum regionum, & singulorum temporum: nam de variis malis, quæ variis temporibus accidunt, scriptum est ab Hippocr. 3. Aphoris. quæ variis ragionibus, libello de aere, locis, & aquis: atque de ætatibus hìc sunt dicta satis multa, & de temporibus quædam: à qoibus translata ratione ac syllogismo, posśit qui quæ scripta hìc sunt, didicerit, & alioqui artis ratiocinandi imperitus non sit, per se ipsum discere reliqua.

Ποθέειν δὲ χρὴ οὐδενὸς νουσήματος ὄνομα, ὅ,τι μὴ τυγχάνῃ ἐνθάδε γεγραμμένον. πάντα γὰρ ὁκόσα ἐν τοῖσι χρόνοισι τοῖσι προειρημένοισι κρίνεται, γνώσῃ τοῖσι αὐτοῖσι σημείοισιν.

Neque verò desiderari oportet cuiusq; morbi nomẽ, quod hìc scriptum non sit: omnia enim quæ dictis temporibus iudicantur, cognoscas his ipsis signis.

Hoc libro non fuit institutom referre signa propria morborum, neque enim de distinguendis aut cognoscendis morbis est, sed signa quædam communia & superoenianna mulus, quibus morituros ac superuicturos omni morbo acuto, aut qui ex acuto fieret, prænoscamus Non ergo opus fuit singulos morbos percurrere, sed signa. Neque verò opus omnino fuisset morbum quempiam nominare propter præcepta huius partis (eraot enim satis sola signa) sed propter exercitatiunem, vt exempla nominauit quædam, vt pleoritidem, pulmooiam, empyema. Non ergo est quòd hîc desiderentur nomina morboruio quæ scripta non sunt, sed in omnibus illis ita de signis iudicare, qoemadmodum dictom est: proinde dicit, omnia, quæ dictis temporibus iudicantur, hoc est intra fines acutorum, cognoscas bis ipsis signis.

FINIS.

COMMENTARIA IN LIBROS HIPPOCRATIS DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS, AVTHORE FRANCISCO VALLESIO COVARRVVIANO, PRIMARIO Facultatis Medicæ in Academia Complutensi Professore.

LIBER PRIMVS.

Οἱ ξυγγράψαντες τὰς κνιδίας καλεομένας γνώμας, ὁκοῖα μὲν πάσχουσιν οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νοσημάτων, ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινεν αἰτίων, καὶ ἄχρι μὲν τουτέων καὶ μὴ ἰητρὸς ἂν δύναιτο ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἑκάστου πύθοιτο, ὁκοῖα πάσχουσιν. ὁκόσα δὲ προσκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα, ἐς τέκμαρσιν. ὁπόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν ἐν τουτέοισι, πολλὰ ἑτέρως γινώσκω, ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξήεσαν. καὶ οὐ μόνον διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσιν ἀκέεσιν ἐχρέοντο. τὰ γὰρ πλεῖστα, αὐτέοισιν εἴρηται, πλὴν τῶν ὀξειῶν νούσων, φάρμακα ἐλατήρια διδόναι, καὶ ὀῤῥὸν, καὶ γάλα ἐς τὴν ὥρην πιπίσκειν. εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀγαθὰ ἦν καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νοσήμασιν ἐφ' οἷσι παρῄνεον διδόναι, πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστι. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισιν. ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέγραψαν οὐδὲν ἄξιον λόγου, καίτοι μέγα τοῦτο παρῆκαν. τὰς μέν τοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων, καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων, οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι, τοὺς δὲ ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. μὴ γὰρ καὶ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τουτέῳ τις σημανεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, καὶ μὴ τωὐτὸν νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ ὄνομα ἔχῃ. ἐμοὶ δ' ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα δήκει καλῶς, ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς. καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως. καὶ ὁκόσα καθαρίως, καθαρίως. καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν. καὶ τ' ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας, ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή. μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅς τις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι, πλευρῖτιν, καὶ περιπλευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα, ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστιν, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες, κτείνουσιν. ὅταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νουσημάτων ἀποθνήσκουσι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν ξυμπάντων. οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται, οὐ κάρτα γινώσκουσι τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας, ἑτεροίων τε μᾶλλον ἰημάτων ἐπαινέται ἢ ψέκται εἰσίν. ἐπεὶ μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται, ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τουτέων τῶν νοσημάτων εἰσὶν, ὥστε μελετητέα εἶναι. οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ, ἰητροὶ δοκέουσιν εἶναι, μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νούσους. ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμανθάνειν ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι, πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα κάμνοντας. ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης χυλὸν, καὶ οἶνον τοῖον, ἢ τοῖον, ἢ καὶ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσιν ἰητροὶ ταὐτὰ λέγειν, οἵ τε βελτίους, καὶ οἱ χείρους. τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ, καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων. δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖσιν ἰητροῖσιν, ἐπίκαιρα ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας. ἀκαταμάθητα μὲν οὖν, τάδε ἐστί. διὰ τί ἄρα ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν, οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν, ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελέουσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους, καὶ νομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν. οἱ δέ τινες, περὶ παντὸς ποιοῦνται, ὅκως κριθὴν μηδεμίην καταπίῃ ὁ κάμνων, μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγοῦνται εἶναι, ἀλλὰ δι' ὀθονίου διηθεῦντες τὸν χυλὸν, διδόασιν. οἱ δέ τινες αὐτέων, οὔτ' ἂν πτισάνην παχείην δοῖεν, οὔτε χυλόν. οἱ μὲν, μέχρις ἂν ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων, οἱ δὲ καὶ διατελέος ἄχρις ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰητροί. ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται. καίτοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι, ὥστε ἔν γε τοῖσιν ὀξέσι τῶν νοσημάτων, τοσόνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρωνάκται, ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει

ρες ἡγούμενος ἄριστος εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον, κακὰ εἶναι. καὶ σχεδὸν αὖ κατά γε τὸ τοιόνδε, τὴν τέχνην φαῖεν ὁμοιῶσθαι μαντικῇ. ἐπεὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν νομίζουσιν εἶναι, εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν. καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε ἄλλα ἐπ᾽ ἄλλοισιν. ἀλλ᾽ ἔνιοι τῶν μαντίων, τἀναντία τουτέων. φημὶ δὲ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, καὶ ὁπηκαιροτάτοισι. καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται. καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην, καὶ τοῖσιν ἀσκέουσιν ἐς εὐεξίην, καὶ ἐς ὅ,τι ἂν ἕκαστος ἐθέλοι.

QVi Cnidias vocatas sententias scripserunt, quaecunque quidem patiuntur aegrotantes in singulis morbis, rectè scripserunt, & quomodo quaedam ipsorum euenerunt, & hucusque etiam qui Medicus non sit, posset rectè conscribere, si bene ab aegrotantium quocunque didicisset quae patiuntur: quaecunque autem antea scire oportet ipsum Medicum, non dicente ipso aegroto, horum multa omissa sunt alia in aliis, & quaedam quae peropportuna sunt ad bonam coniecturam. quando autem ad coniecturam dicitur, vt oporteat singula curare, in his multa aliter intelligo, quàm vt illi prodiderũt: & non solùm ob hoc non laudo, sed quòd etiam paucis numero auxiliis vtebantur: nam plurima ab ipsis relata, praeter morbos acutos, pharmaca purgantia dare, & serum & lac opportunè propinare. Siquidem igitur haec optima sint, & quadrantia morbis in quibus dare monent, longè digniora laude essent, quòd pauca cùm essent, sufficerent. nunc autem non ita habet. Qui igitur postea rursum eas disposuerũt, medicè magis transegerunt de iis quae exhibenda sunt singulis. Sed neque de ratione victus antiqui conscripserũt quidquam mentione dignum, atqui res magna hoc est: multos igitur modos in singulis morborum, & multiplicem ipsorum diuisionem, non ignorauerunt quidam, numeros autem cuiusque morborum exactè dicere volentes, non rectè scripserunt: non enim facile numeratu sit, si quis aestimet aegrotantium morbum, quòd alius ab alio aliqua re differat: & non videri eundem morbum esse, nisi idem non habeant. Mihi autem placet in tota arte mentem adhibere, etenim quaecunque opera docet bene, omnia oportet facere etiam rectè: & quaecunque opera celeriter, celeriter: & quaecunque purè, purè: & quaecunque sine dolore exerceri oportet, quàm maximè fieri possit, sine dolore facere: & alia omnia huiusmodi facere oportet aliorum modum in melius mutando. maximè autem laudauerim Medicum, qui in acutis morbis, qui plurimos homines occidunt, in his in melius differat aliquid ab aliis. Sunt autem hi acuti, quos vocant antiqui, pleuritidem, & peripneumoniam, & phrenitidem & lethargum, & causum, & alios morbos, qui his proximi sunt, quorum febres, semper continuae existentes, occidunt: cùm enim non pestilentis alicuius morbi modus aliquis grassatus fuerit, sed sparsi fuerint morbi, & non similes, ab his morbis moriuntur plures, quàm ab aliis omnibus. Idiotae igitur non valde agnoscunt eos qui in his differunt ab aliis, aliarumque magis curationum laudatores & vituperatores sunt. deinde magnum signum hoc est, quòd populares ignorantissimi horum in his morbis sunt, vtpote quae studio consequi oporteat: qui enim Medici non sunt, medici videntur esse praecipuè ob hos morbos, facile enim est nomina discere quae consueuerunt proferri apud ita aegrotantes. si enim nominet quis ptissanae cremorem, & vinum, tale aut tale, aut etiam mulsam, omnia haec videntur vulgaribus dicere, & meliores, & deteriores. verùm non ita habet: Sed in his valde multum differunt alij ab aliis. videntur autem mihi dignissima esse quae scribantur, quaecunque maximè ignorantur à Medicis, cùm opportuna sint vt sciantur, & quaecunque magnas vtilitates afferunt, aut magnas laesiones. quae igitur maximè ignorantur, haec sunt: Cur in acutis morbis quidam Medici totam vitam terunt ptissanas dantes non colatas, & existimant rectè curare, quidam autem omnino faciunt, vt hordeum nullum bibat aegrotus: magnam enim laesionem putant esse, sed colantes per linteum tribuunt. quidam autem ipsorum neque sanè ptissanam crassam tribuunt, neque cremorem alij quidem vsque dum septimam attingat aegrotus, alij autem, & ad finem vsque, donec morbus iudicatus sit. huiusmodi quaestiones ne proponere quidem Medici consueuerunt: fortasse autem neque si proponantur, comperiantur: atqui calumniam sanè habet ars tota magnam apud populares, vt videatur ne esse quidem omnino medicina, quia in acutissimis morbis, tantopere differunt inuicem artifices, vt quae alius exhibet optima esse putant, haec existimet alius mala esse: & ferè ob hoc artem dicunt similem esse diuinationi. Quia diuinatores eandem auem, si quidem sinistra sit, bonam esse existiment, si autem dextra, malam: atqui & in haruspicina huiusmodi sunt alia in aliis: sed quidam diuinatorum, horum cõtraria: dico autem pulcherrimam esse hanc speculationem, & germanam plurimis in arte, & maximè opportunis. Etenim aegrotantibus omnibus ad salutem magnum quiddam potest, & sanis ad securita-

tem, & iis qui exercentur, ad bonum habitum, & in id quod quisque velit.

HIc liber à qnibnsdam inscribitur de Ratione victus in morbis acutis, ab aliis de Ptissena, ab aliis etiam contra Cnidias sententias. neque sanè nouum est dici de ptissana. Plinius lib. 28. cap. 7. dicit Hippocratem de laudibus ptissanæ librum scripsisse, quod de nullo alio intelligi potest. reuerà non multum refert, quo borum modorum inscribatur liber, nam quodámodo hæc omnia in idem tendunt: nàm hîc agitur de ratione victus in morbis acutis, in his semper ferè vtebantur veteres ptissana, aut hac sola, aut omnium maximè. Porrò vituperat Cnidiaa sententias eò maximè, quòd in illis ratio victus, quæ præcipua curationis pars est, aut omitteretur, aut tractaretnr negligenter: ergo hac in parte Cnidias sententias insectari, est rationem rectè instituendi victum tradere: nihilominùs melius est, & magis rationi consonum, vocari librũ de ratione victus in acutis: nam hic est finis huius doctrinæ, & in hoc paratur liber, vt doceamur rectè victum instituere in acutis morbis qui cum febribus sunt: de aliis verò agitur per accidens, & huius gratia: quamqi neq; solam rationem victus in morbis dictis continet hic liber, sed aliam etiam curationem, vt si res tota dicenda sit, videatur mihi liber esse de ratione vict⁹ in acutis qui cum febribus sunt, & reliqua curatione, nó dixi autem simpliciter de curatinne acutorum, sed de ratione victus & reliqua curatione. q̃a ratio victus maxima curationis pars est, & de ea præcipuè agitur hoc opere, etsi non de ea sola. In hoc prooemio Hippocratea non sine magno artificio causam reddit qua hoc opus scribendum suscepit, & aperit operis argumentum, facitq́; dicendorum propositionem. Quod vt intelligas, scias nó omnium primum scripsisse Hippocratem de Medica arte (quanquã fortasse ille primna scripsit bene, & methodicè) sed fuisse ante Coos medicos, quorum ille fuit præcipúus (nescio an primus) & ante Cnidos, qui vt Galenus 1. Methodi affirmat, cnm illis certabát, & Italos etiam qui post hos cœperunt, Rhodios qui iam incipiebant deficere. Illi omnes nixi sunt artẽ medicam constitoere & augere, verùm vt par est, nnn potucrunt nisi inchoare cùm essent primi. Medicina, vt aliç omnes artes, nata est ex vulgari notitia, & naturâ insito sciendi desiderio: cùm scilicet primi illi homines cuperent scire, sibi ipsis & aliis opem ferre ægrotantibus, neq; adhoc vlla haberent præcepta, cœperunt considerare quæ in ægrotis accidebant, & quædam tentaotes facere, & quæ succedebant notare, hęcq́; omnia scriptis mandare, vt ex iis quæ in multis fierent sut plerisq;, præcepta nascerentur, quibus constitueretnr ars: & posteri maiorum chartas excipientes addebant inuentis, & propiùs accedebát iam ad artem. Ita Cnidij, primi quidem scripserunt libros quos vocabant Cnidias sententias, quas posteri rursum emendauerunt & auxerunt: atqni qnoniam ita est naturâ comparatum vt à rudiorib⁹ procedatur ad exactiora, qui primas scripserunt, non describebant morbos, syioptomatá, & signa quibus erat vtendum, nisi vt vulgares etiam & medicinæ imperiti possent, scribentes scilicet ea q̃ videbant obseruabantq́; in ægrotis, & quæ ipsimet ægroti narrabant. hoc genus scribendi principinm dedit arti durauitq́; etiá vsq; ad secula Hippocratis, in hoc enim genere est opus Epidemiôn: maxima enim ex parte cõtinet narrationes & historias. verùm omnium primi, vtpote qui vix scirent aliquid plusquã idiotæ, scribebant cumulatè omnia siue ad rem facerent, siue secus, interim omittentes plurima quæ ad rem faciebant, & ad significãdum affectionem aliquam latentem, aut euentum morbi, aot ad indicandam curationem: posteri qui iam propiùs ad artem accedebant, omittebant aliqnantò magis quæ ad rem nihil faciebsnt, & qnæ erant scitu necessaria, quę toto hoc prooemio vocat [illegible], id est, oportuna, seu ad rem facientia, tradebant. Hippocrates non hoc solo genere scribẽdi vsus est, quanquam & hoc etiam est vsua ob temporis conditionem. Scripsit verò in vtroq. genere vt oportebat, pręceptiuo sanè in Aphorismis & Prognostico exactè ac optimè, & in hoc etiam opere, etsi nõ tam exactè: narratorio in Epidemiis, narrans verò ea solùm quæ ad doctrinam essent oportuna, inepta & vulgaria omittens. ergo, inquit, qui Cnidiaa vocatas sententias scripserunt, rectè scripserunt, id est, fideliter narrauerũt (nó enim rectè & medicè) quæcunq; patinntur ægrotantes in singulis morbis, & quomodo quædam ipsorũ euenerunt: verùm hucusq; etiam qui Medicns non sit, possit rectè conscribere, si bene ab ægrotantibus didicisset quę patiuntur: nimirum ad nos sæpè deferũtur relationes eorum qnæ patiuntur absentes ęgroti à barbitonsoribus aut etiam ab aliis idiotis conscriptæ. qnæcunq; autem (inquit) sntea scire oportet ipsum Medicũ non dicente ipso ęgroto, horum multa omissa sunt, alia in aliis: non scilicet omissa snnt omnia in omnib⁹, neq; in aliqno morbo omnia, sed quædá in hoc, qnædá in illo: itaq; in omnibus omissa ab illis snnt aliqua, alia in aliis. Quæ medicum oportet per seipsum nosse, neq; ab ipso ægrotante discere, plurima sunt, nam morbi essentias & internas causas, non oportet ab ægrotante petere, sed neq; symptomata omnia, colorem enim vultus, linguæ & oculorum, partium quarundam extenuationes, aut peruersiones, & quædam huiusmodi medicum ipsum oportet considerare, ęgrotus enim non narrabit, partim qnòd non sentit, partim qoòd nescit an hæc faciát multum ad rem. Quæ ægrotum narrare oportet, sunt quę ad ipsius sensum pertinent, & animales actiones, vt quę pars doleat aot non doleat, dormiat an non possit dormire, & causæ externæ quæ iam sunt elapsæ, vt iter egisse, vigilasse, potasse, aot aliud hoiusmodi, atqui & hæc ipsa aliquãdo medici ostẽtationis gratia & admirationis teotát per seipsos diuinare, iuxta illud qnod in prognostice dicit Hippocrates: si nondum ex aliis Indiciis coniecturá facere possit, interrogare oportet an vigilsuerit homo, aut famem sostinuerit: itaqoe omittebant Cnidij Medici plorima eorum quæ medicos oportet animadoertere, ea dicentes quæ vulgaris quispiam scribere posset, interrogans de singulis ipsos ægrotos. verùm ea qnę medici solent notare, non omnia sunt æquè scitu necessaria, neque æquè refert omitti: quædam enim plns aliis sunt ad coniecturam oportuna & proinde cum maiori incommodo omittentur: velut si quis narrans quæ laboranti febre acuta accidunt, omittat dicere an sitiat, malè fecerit:

cerit: deteriùs verò, ni dicat an facilè respiret: quia facilitas respirationis magnam habet vim ad salutem in morbo acuto, qui cum febre affligit: hoc est, peroportuna est ad coniecturam faciendam de futura salute: dicit itaq; illos omisisse multa, & quædã quæ peroportuna sunt ἐν τεκμαρσιν, id est, ad coniecturam, non qualemcunqua, sed artificiosam, & veritati proximam: nam vt in calce Prognostici diximus, interest inter σημεῖα, id est, signa, & τεκμήρια, id est, indicia, quòd iodicia dieuntur ea, ex quibus rationales coniecturam facimus proximam euidentiæ: quoniam autem omiserunt multa peroportona ad coniecturam faciendam de occoltis & de foturis, vt de morbi essentia, & causis, & coostitotione morbi, & morbi exitu: & ad coniecturam dicitur, vt oporteat singula curare, id est, & ex his coniecturis nascitur ratio curationis singulorũ, necesse est vt in curationibus errauerint: proinde in his (inquit) molta aliter iotelligo, qnàm illi prodiderunt, id est, in morborum curationibos multùm ab illis dissentio. explicat deiode peculiariter, quomodo errarent io morborum curatiooibus, dieens eos ad morbos longos vsos fuisse perpaucis auxiliis. sed dices, quid ad rem? qnorsum longorũ morborum meminit, nunc agere iocipiens de acutis? Si enim in acutis vtebantur satis multis auxiliis, non videbantur hoe loco ootandi: nisi verò ex professo hic liber scriptus est cõtra Cnidias sententias: non eertè: Sed aliò tendit, nimirum vt dicat illos etsi in aeutis non peccauerint, vt in longis, anxiliorum penuria, peccasse tamen, & priores & posteriores Cnidos, quòd de ratiooe victus oihil ferè egerint, cùm tamen sit hæc maxima pars curationis acutorom. itaque huc tendunt hæc: Et non solùm (inquit) ob hoe nõ laudo (quòd scilicet mnlta omiserint peroportuna ad cooiectoram) sed quod etiam paucis numero auxiliis vtebantur. nam plurima eorum, quæ ab ipsis relata sunt, præter morbos acutos (in quibus scilieet vtebantur aliquantò pluribus) sunt hæc tria, pharmaca expurgantia dare, & serum, & lac. Dices fortasse hos hanc ob caosam nõ fuisse vitoperandos, sed landandos potiùs, quòd paucis vterentur. Ita enim video nunc, qnosdam Medicos eo nomine se præcipuè iactantes apud vulgus, quòd nullis ferè madicamentis vtantur: vt alios contrà se hac causa peritissimos videri volẽtes, quòd abnodent; multis, & singulis horis aliquid circa ægrotantes nouent. peccant sanè vtrique, nam neque methodus sine materia, neque hæc sine methodo aliquid præstare posiir. vtrisque respondet Hippocrates, dicens, siqoidem hęc optima sint, & quadrantia morbis, in quibus dare monent, longè diguiora laude essent, quòd pauca cùm essent, sufficerent: nuoc autem non ita habet res, non enim sufficiuot. Itaque non vituperantor quòd pauca, sed quòd insufficientia: vtendum quã, neque pluribus quàm opua sit, oeque paucioribus quàm vt sufficiant. in omnibus rebus præstat mediocritas. Itaque qui primùm sententias Cnidias scripserunt, in morborum acutorum auxiliis non adeò defecerunt: & qni posteà rursnm eas disposuerunt, medicè magis transegerunt, de iis quæ scribenda sunt singolis, scribentes scilicet iam distioctiùs, & non tam tumultuariè, & confusè. sed neque hi de ratione victus conscripserunt quidqoam mentione dignum. atqui res (ioquit) magna boc est. Meritò profectò dicit rem magnam esse, id est, maximum momentum habere ad curationem, bonum victom. nam qoaotò præstantior est indicatio virtutis quam morbi, tantò victui bono fidendnm magis est, qnàm bonæ enrationi. Certè multo plores liberentur cum bono victu, reliqua curatione dimissa, quàm curatione rectè sosceptа, sine victu bono. Itaqua ioquit, magnam rem essa ad curationẽ, probam victus rationem, hancq; defecisse in antiquorum scriptis. vult deinde indicare, cùm magnum momentum habeat in morbis omnibus, maius tamẽ habere in acutis, & in his magis antiqniores defecisse: vt ob hoe cõstet maximè necessarium fuisse de ratione victus in acutis scribere. In primis dieit illos malè distinxisse morbos à morbis, maleque eos dafiniuisse. Multos igitur (inquit) modos in singulis morborũ, & moltiplicem ipsorum diuisiouem nõ ignoraueront quidam, numeros autem cuiosque morborum exactè dicere voleotes, oon rectè scripserunt. hæc verba nõ possis intelligere, nisi memineris eorum quæ in priocipio huius commentarij diximus, nimirom in illis primordiis artis, Medicinæ Studiosos nihil aliud fecisse, quàm obseruare quæ in ægrotis videbant: ita ergo cœperunt morbos distinguere, eos qui similia paterentur, similibus morbis pati dicentes: quĩ dissimilia, dissimilibus: & fingebant quædam morborum nomina, ex quibusdam qnæ laborantibus accidebant: qnoniam verò oondum agnoscebant essentias morborum, neq; quæ abstrusa in arte, sed quæ vulgares ipsi, faciebant multò plures morborum modos, & moltò plura fiogebant nomina, q̃ illi re vera habent differentias, oceasiooem scilieet accipientes ab aliquo accidente, qood neq; pathognomooicum esset, neqoa per se inesset, sed assidens, ac ob accidens aliquod existens, velot si quis, quoniam tertiana laborantes quidam sitiunt multùm, quidam minùs, dicat tertiaoam siticulosam, & siti carentem, & potet se diuersos morbos dicare. Multa hniusmodi occurrunt in libris de Morbis, q nomine Hippocratis circunferuntnr: vt febris singultiens, morbus siccatorius, febris interficiẽs, morbus liuidus, morbus ructuosus, & multa alia huiusmodi. Nimirũ illi libri non sunt satis exculti ab Hippocrate, & qui satis exculti non soot, sapiunt ruditatem illius temporis. quoniam ergo non capiebãt antiqoi illi differẽtias morborum, vnde oportebat, sed vndecunq; (ex quocunq; scilicet accidente) faciebant plures morbos, qnàm renera sint, atque ita, vt narrat Galenus, dicebãt esse bilis morbos septẽ, vesicæ duodecim, renum quatuor, strangoriæ quatunr, morbi regij genera quatunr, scimus tamẽ oon esse tot. Proinde dicit, eos dixisse multos modos in singulis morborum, boc est, io singulis speciabus modos multos, qui species diuersas non constituerent, numeros aotẽ eornm, secundùm scilicet eorũ veras species, non dixisse exactè. Reddit causam qoa id euanerit, dicens, non enim facile nomeratu fit, si qois æstimet ægrotantium morbom, quòd alius ab alio aliqua re differat. Id est, si æstimet ægrotantiom morbnm euodem non esse, eò q̃ alius ab alio aliqua re qualicunq; differat, etiamsi ea non sit legitima morbi differentia, atqne ob tales differentias diuersa nomina tribuat: ac deiode non videantur ei idem morbus esse, nisi idem nomen habeant. Id dicit, quia etsi ob accidentia quæcunqne, diuersa nomioa tribuereot, si nihilomious iotalligerent,

multa mala habere diuersa nomina, & esse eundem morbum (vt si verbi gratia aliud nomen dedissent tertianæ siticulosæ, aliud sitis experti) minùs peccarent: nunc autem peccabant, quia ob differētias accidentarias diuersa nomina tribuebant, & nō putabant eundem morbum esse, nisi idem haberēt nomen. itaque illi malè distinguebant morbos, & malè curabat, & maximam curationis partem (victus scilicet rationem) omittebant. His dictis, incipit Hippocrates dicere, quid ipse velit, & quorsum incipiat scribere. Mihi autem, inquit, placet, in tota arte mentem adhibere: etenim quæcunque opera docet bene, omnia oportet facere etiam rectè: hoc est, oportet animum aduertere in tota arte, atque eligere ex quacunque secta quod bene docet: omnisque, quæ bene docentur, bene exequi, & nihil eorum quæ necessaria sint, omittere, & quæcunq; opera celeriter, celeriter. Nimirum pręcipua pars curationis est in captanda occasione, quæ præceps est: neque tamen proinde sunt agenda omnia celeriter, sed quæ ars celeriter iubet facere, celeriter, quæ lentè, lentè. Modus tenendus hac in re est, vt celeritas curationis morbi cuiusque, naturali constitutioni illius aptetur, vt acuti celeriter, longi lentè curentur, festineturq; cuicunque malo occurrere, pro ratione vrgentiæ. Addit, & quæcunque purè, purè. Purè curare arbitror dici, gratis medicamentis vti, minimè horrendis, aut etiam sordidis. Hæc igitur deuitentur quoad fieri potest, &, quàm minima fieri possit, molestia ægris inferatur. Nam alacritatem comparant & vigorem virtutes omnes nostri corporis, placidè & purè tractatæ: contrà impuritate, sorditie, & molestia, languescunt. Qua in re peccant vulgares Medici, neq; lineam tunicam mutare, neque lecti syndonem, neque manus faciémue lauare, neq; quidquam aliud quod ad munditiem spectet, suis ægrotis permittentes, ne si longus quidem morbus sit: quasi magni referat voluptari suis sordibus, aut quasi nō augeat hoc omnem putrescētiam. Hippocrates certè consulit, vt ægrotantibus gratiæ præstentur, ad quod etiam genus pertinet quod addit: & quæcunq; sine dolore exerceri oportet, quàm maximè fieri possit, sine dolore facere. Omnia sanè postulant per se sine dolore fieri, præterquā cùm trahendi in partem aliquam causa, aut excitandi, reuocandiue animum, dolor consultò infertur: ea verò in quibus fluxione laboratur, vt quæ inflammata sunt, aut in quibus fluxio timetur, vt vulnerata, confracta, aut luxata, maximè sine dolore tractari postulant: nam præter communem doloris noxam, qua facultates debilitantur, ipse dolor in talibus præcipua morbi causa fit: nihil enim est, quod magis fluxiones conuncet. Insinuās hæc omnia malè tractasse veteres Medicos, dicit: & alia omnia huiusmodi facere oportere, aliorum modum in melius mutantes, hoc est, mutantes in melius modum curandi, quo alij Medici curabāt, atqui cùm multū referat, quuncunque in morbo hæc omnia meliùs exequi, quàm veteres: maximè autem (inquit) laudauerim Medicum, qui in acutis morbis, qui plurimos homines occidunt, in his in melius differat aliquid ab aliis, id est, in his præstandis quæ dicta sunt, differat aliquid ab aliis Medicis in melius, id est, quòd ipse meliùs ea præstet. Explicat deinde, qui sint acuti qui plurimos occidunt, dicens, sunt autem hi acuti, quos vocant antiqui pleuritidem, & peripneumoniam, & phrenitidem, & lethargum, & causum, & alios morbos, qui his proximi seu similes sunt, vt inflammatio hepatis, renum, aut vteri, omnes scilicet, quorū febres semper continuæ existentes occidunt. Probat deinde, hos morbos plurimos occidere, his verbis: Cùm enim non pestilentis alicuius morbi modus aliquis grassatus fuerit, sed sparsi fuerint morbi, & non similes, ab his morbis moriuntur plures, quàm ab aliis omnibus. Pestilēs constitutio est, cū vnica aliqua morbi species populariter grassatur, & plurimos occidit, vt in Cranone carbunculi. Cùm autem plurimi ægrotant, suntque multi morbi, & non similes, vt si alij phrenitide, alij pleuritide, alij lethargo tenentur, tempestas est morbosa, sed non pestilens: & morbi, non Epidemiales, sed sparsi dicūtur. dicit ergo plures homines mori ab acutis cum cōtinuis febribus, & sparsis, cuiusmodi sunt omnes quorum essentia est in acutis febribus, aut internis inflammationibus, quàm ab aliis: non sanè, quòd aliquis sparsorū plures tollat quàm pestis: nam est in ipsa pestis definitione, vt plurimos occidat, sed quia pestis raró grassatur, sparsi verò morbi semper, plus aut minùs, fit vt multó plures ab his moriantur, quàm à peste. Ita igitur eius verba audire debemus, ac si diceret, cùm enim non pestilentis alicuius morbi modus aliquis grassatus fuerit, vt certè grassari ratò solet, sed sparsi fuerint morbi & non similes, vt solent semper ferè, ab his morbis moriuntur plures q̄ ab aliis omnibus. Hæc itaque est causa, qua ab acutis cum continua febre, & sparsis, moriuntur plures, quàm à peste. eadem est ratio aliorū acutorum qui sine febre sunt (esse enim etiam hos acutos, nō nego, cùm sint breues & periculosi) vt apoplexia, catochus, & carus: hi enim etiam morbi rari sunt, atqui constat, etsi apoplexia fortis curari non possit, vix vllum esse acutum morbum à quo pauciores moriantur. Itaque meritó maiori laude digni sunt Medici, qui in horum morborum curatione aliis præstant Medicis, quàm qui in aliis morbis. Accedit, quòd hæc maximè ab idiotis, & imperitis Medicis ignorantur. Idiotæ igitur (inquit) non valdè agnoscunt eos, qui in his differunt ab aliis, aliarumque magis curationum laudatores existunt, & vituperatores: hoc est, quiuis laudat, vituperātque, quam lubet curationem, nequaquam dignoscens bonam & malam: dicit deinde signum quoddam, quod huius partis Medicinæ ignorantissimi sint vulgares, vtpotè ad quam nō satis est empiria, sed quam studio consequi oportet. nam quantò res sunt rariores, tantò minùs ad eas est satis Empiria, ac tantò magis ratiocinatione indigent. magis ergo opus est studio ad consequendum sparsorum curationes, quàm popularium. Signum verò est hoc: quòd qui Medici non sunt, voluntque se Medicos fingere, in his morbis maximè id faciunt, in hisque minimè à vulgaribus deprehenduntur, idque faciunt facilè: quia facile est nomina discere, quæ consueuerunt proferri à Medicis, apud ita ægrotantes. Si enim nominet quis ptissanæ cremorem, aut totam ptissanam: aut vinum, tale, aut tale, vt oligophorum, aut generosum: aut mulsam, aut oxymel, certè vulgaribus hæc eadem vidētur dicere, & meliores & deteriores Medici: eademque facere, ac proinde videntur eis omnes eodem modo curare. Verùm non (inquit) ita habēt, sed in his valde multum

tum differunt alij ab aliis: nam etsi faciant eadem, & vtantur eisdem, tempestiuè tamen, aut intempestiuè facere, aut vti, multum interest, & in acutis q in longis, tantò plus, quantò discrimen est maius, & occasio rapidior: & in sparsis quàm popolarib⁹, qoantò maiori studio ad eos opos ait, & Empiria minùs sufficit. Igitur (oam huc tendũt hæc omnia) dignissima sont qoæ scribaotur, bæc quæ pertinẽt ad victum, & reliquam curatiooeio morborũ acutorum sparsorum, q sunt eum febre cõtioua. Nam videntur (inquit) mihi dignissima esse quæ scribantur, quæcunque ignorãtur maximè à Medicis, cùm tamen oportuna sint vt sciantur, id est, talia sint, vt ea sciri multùm referat, & quæcunqoe magnas vtilitates afferuot, aut magnas læsiones. Facit deinde propositionem eorum, quæ hoc opere sunt disputanda. Sunt verò quædam dubitationes, quarum decisio pendet ex optima victus iostituendi ratione. Quæ igitur (ioquit) maxime igoorantur, hæc sunt. Cur in acuos morbis quidam Medici totam vitam terunt, ptissanas daotes noo colatas, & existimant se rectè eurare: quidam autẽ omnino faciuot vt hordeum nullum bibat ægrotos: magnam enim læsiooem putant esse, sed colantes per linteum, tribount: quidam autẽ ipsorum, neq; sanè ptissanam erassam tribuunt, neq; cremorem: & alij vsquedum septimam attingat ægrotos, alij autem, & ad finem vsq;, donec morbus iudicatus sit. Huiusmodi (inquit) quæstiones ne proponere quidẽ Medici consueuerunt, fortassè autem, neq; si proponãtur, comperiantur earũ dissolutiooes: nam pendent ex exacta notitia rationis victus io morbis acutis, quam illi non erant assequoti. haoc ob causam dicit, calumniam habere artem apud populares, adeò vt quibusdam videatur, ne esse quidem omnino medicinam, sed figmentum aliquod aut illusionem esse: alij verò dicant, eam non artem, sed diuioandi, aut augurum eorum qui ex auibus, aot haruspicum, q ex animalium extis diuinant, arti similem. hæc sanè verba aodimus nunc quoque frequeoter, Medicos nihil habere certi, sed illudere, aut diuinando quædam facere, quia in omnibus, præcipuè verò in acutissimis morbis, adeò vidẽtur discrepare, vt vix vlla de re eodem modo videantur sentire, sed quæ alius vituperat, alius commendet. Verùm hæc dicteria popularium suot, & viris sapiẽtibus indigna; non enim adeò dissentiuot Medici periti. Tametsi enim non eadem fieri iuhesnt, si tamen in aundem scopum intueantur, nullatenus discrepare censendi sont. Quòd aotem verè disseotiant, & vt dicitur, secuodùm diametrum dissideant, non artis, sed artificum culpa est, quód de morbi essentia, aut causa, aut loco affecto, non eaodẽ habeant seotentiam, aut etiamsi de his seotiaot eadem, de ratione curandi, à diuersis autoribus, diuersas imbuerint opiniones. sunt enim in hac, vt in aliis etiam artibus, de quibusdam rebus practicis contrariæ sententiæ. Qoid igitur ob hæc viro sapienti faciendum? certè ars commendanda, ac maximi facienda (nam vir sapiens nõ abhorrebit ab ea) eligendus tamen Medicus peritissimus, & in optimis autoribus versatissimus. Conclodit tandem Hippocrates hoc procemium pulcherrima commẽdatiooe speculationis de ratione victus, dicẽs, dico autem pulcherrimam esse haoe speculationem, & germaoam plurimis io arte, & maximè oportunis, id est, & coniunctam cũ auxiliis plurimis, & maximè scitu necassariis, quibos vtimur: illa enim nihil proderunt, nisi interim rectè victus instituatur. Etenim (inquit) ægrotantibus ad salutem magnum quiddam potest, & sanis ad securitatem, hoc est, ad sanitatẽ tuendam, & iis qui exercantur, ad bonom habitom, & io id quod quisq; velit: hoc est, quisq;, siue ægrotus, siue sanus sit, habere poterit ex victo, qđ velit: ægrotus eoim bono victu sanus euadit: sanus, si solùm vult sanitatem seruare, victu præcipuè id faciet. si etiam velit se robustum reddere, & ad labores comparare, vt athletæ & gladiatores, id quoq; præstare potest rectè institutus. Non tamẽ eadem victus ratio tenenda his omnibus est, neq; eadem præcepta institoendi victum ægrotis & sanis, neque iis qui ad medioeres vires se comparant, & athletis: nam neq; idem scopus est, sed ægrotis vires mediocriter debilitatas cõseruare, quatenus durare possint, donec morbus concoquatur: sanis, non debilitatas seruare: athletis, roborare Ergo ægrotis tenuis: sanis mediocris: athletis, crassus debet esse victus. Ne tamẽ crassus pro robore morbos afferat, oportet pariter exerceri. quia, vt 1 de Diæta dicitur, homo comedens & nõ laborans, nõ potest esse sanus. Sed hæc alterius loci iam incipiunt esse, hic finẽ habet procemium, quo multis rationibus indicatum est, tractatiooem de ratione victus in morbis acutis cum continua febre & sparsis, esse difficilimã pariter & necessariam, ac proinde scriptu dignissimam: hanc præsens opus continebit.

Πτισάνη μὲν οὖν δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τούτοισι τοῖσι νοσήμασι. καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς λεῖον, καὶ ξυνεχὲς καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τούτου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ. ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὁκόσον πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι.

Ptissana igitur mihi videtur omnibus condimentis frumentaceis rectè præferri, in his morbis acutis: & laudo quidem eos, qui eam præferunt: nã lentor illius leuis, & continuus & iocundus, lubricus, & mediocriter humidus, & sitim extinguens, & facilè eluitur, si quis hoc etiam indigeat, neq; adstrictionem habẽs, neq; turbationem malam, neq; intumescit in aluo, intumuit enim in coctione, quantum intumescere potuit.

Πτισάνη ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, id est, à pinsendo, significat condimentum omne, quod pinseodo fit: Hispanis dicitur *pisto*: verùm quanquã nomiois proprietate omnia ita condita significentur, tameo cũ sine vllo addito dicitur, antonomaticè significat hordeaceam: cùm aliquã aliam ptissanã significare volunt, cum adiecto dicunt, vt πτισάνην πυρίνην, id est ptissanam ex tritico: aut χονδροπτισάνην, id est ptissanã ex ehoodro: aut φακοπτισάνην id ptissanam ex lentibus. hic verò, intelligens hordeaceã, simpliciter, & sine vllo adiecto dixit, ptissana igitur mihi videtur omnibus condimẽtis frumẽtaceis rectè præferri in his morbis acutis. Et hęc ipsa est causa, qua antonomaticè dicitur nomen hoc de hordeacea, quia scilicet

hurdeacea omnibos ptiſſanis præſtantior eſt. Videri poſsit, ſi liber hic inſtituitur de ratiune victus in acutis, ac non potiùs de laudibua ptiſſanæ, vt aliis videtur, amethodè incipere à ptiſſanę commeodatioue, cùm deberet incipere, à præceptis obſeruandis iu victus inſtitutiuue: videtur enim periude facere, ac ſi quis tractatiouem de ratione expurgandi, incipiat à rhabarbsri viribus. Sed ratio urdinis hæc eſt: cùm propoſuiſſet dubitatiooem illam, cur quidam vterentur tota ptiſſana, quidam cremore, alij neutru, vt hujus decisiune, tota victua inſtituan di ratio traderetur, incipit tractationem, iocipiens quæſtioni reſpondere, quud nù aliunde meliùs potuit incipere, quàm à ptiſſanæ facultatibus. Galeous, præter ea qoæ in commentariis huius luci dixit, ſcripſit ſeorſum liballum de ptiſſana, qui nihil aliud continet, quàm enarrationeio huius ſeotentiulæ, & alteriua, quæ huic ſuccedet. Ptiſſanæ liber (quanquā alij aliter cenſent) verè eſt Galeni, nam eadem continet, quæ hæc commentaria. ſcripſit verò illum ſeorſum, vt liberiori ſermone traderet rationem faciendi ptiſſanam, & facultates & harum cauſas. quæ ergo ibi rectè dicuntur, inde accipiemus. Ptiſana quædam eſt, quę cruda vucatur, quædam quæ cocta: cruda eſt hurdeum mudu quudam præparatum, & repuſitum ad vſua, quod nunc vulgari numine vocatur far, Hiſpsnis *farro*. Galenus 1. de Alimentorum facultate, reprehendit eos, q comminuentes in fruſtula, in murtariis quibuſdam ligneis parabant, & parandam ducet, ſolùm maceratione & fricatiooe forti, vſque dum nudentur grana, & ſtipula, & cuticula quæ ſub ſtipula eſt, & ſiccatione, atq; ita ſine comminutiune repunendam: quia comminutione ſicciorem fieri putat, quàm vt conferre poſsit ad humectandum, ac bene nutriendum corpora: nihiluminus video nunc vbique parari comminotione, fieriq; vt farinam craſsiurem: pruinde conſuluerim, aut parari vt Galen. vult, aut ex hàc vulgari, eligi quæ grandioribus conſtet froſtolis, excutiq; ue, antequam cuquatur, puluerem: huuc enim ſiccatum & repoſitum, valde ſiccantem eſſe cunſtat. Cocta ptiſſana, partim paratur ex ſicca ptiſſana, cocta in iure galliuæ, aut lacte, aur alio quouis ſucco: partim ex hordeu. atqui, decocto hurdeo parari poteſt tuta ptiſſana, aut ptiſſanę cremor: atque hic, cum expreſsiooe, aut ſine ea. Eligi debet hurdeum optimum, neque vetus admudum, neq; recena: hoc enim excrementitia humiditate abundat, illud eſt valde ſiccom. Aqua etiam ſit optima, omnis ſalſæ, nitroſæ, aut aluminoſæ qualitatis expers. Macereтur hordeum bis aut ter in aqua calida, & frictiune forti excurticetur: mox cuquatur cotyla hordei iu aqoæ cutylis viginti, igne lenio, donec grana omoia, quantum poſſunt, intumuerint, & prę tumore dirupta ſint. hęc ipſa grana, tota ptiſſana eſt. Succus autem exprimi puteſt ex granis, aot, illis in fundo relictis, citra expreſsiunē, hauriri: hodie adiicitur ſaccharum non inutiliter, nam ſuauius facit, & extergēdi facultatem auget, & pectori facit gratius, & nihil detrahit eorum quæ in ea commendaotur. Hæc eſt ptiſſaña ſimplex: fieri etiam poteſt medicamentuſior, incoctia iu ea rebua quibuſdam. Galeni tempure incoquebant porrum & anethum, nunc moltù plura incoquuntur, prò cuiuſqua ioteotioue: oam & adianthum & hyſſopum ſolemua incoqoere, ad pectus parantes: & radices diureticas, cùm obſtructiones vidētur eſſe couiunctæ cum ea affectiuue, quæ petit ptiſſanam. Sed hic de ſimplici agit Hippocrates, cuius, in dictui ū morborum victu, maximus vſus eſt. hanc dicit, umnibus frumentaceia edulíis rectè præferri, quòd lentorem quendam habeat læuem: duplici ratione læuem, vt Galen. dicto libellu explicat, & ad tactum, & poteutiam, hoc eſt, quòd ſi digitis tractetur, ſentitur læuis, & hauſtua aut admotus cuicunque parti, affert lenitatem, & blandum ſenſum: non ſanè vt uleum, quud tactu læue eſt, verùm quaſdam partes exaſperat, vt laryngem & oculos. Itaque lentor ptiſſanæ vtraq; ratiune læuis eſt, & cuntinuus, nulla partium inæqualitate, aut flatu diruptua: & iocuudus, hoc eſt, omnis inſuauis qualitatia expers: uam neq; amaru, naq; acerbu, neq; mordeute ſapore participat: lubricus, quamubrem nù hæret plus ſatia partibus, neq; ubſtruit, vt alia lenra: mediocriter humidua, ac pruinde ſitim extinguena, & facilè eluitur, habet enim facultatem extergeudi, ſi quis etiam hac indigeat: neq; adſtrictiònem habet, niſi (inquit Galen. lucu citatu) quanta opua eſt, ne ventriculi exſulwat robur: neq; turbatiouē malam ventria facit, neq; intumeſcit in ventre, vt alia frumenta cocta faciunt, quia intumeſcena concoctiune, quantum potuit, depoſuit flatum. Hinc fit, vt febribus acutis accommodatiſsimus victus ſit: nam frigidus & humidus, coctu facilis, nutriēs tenuiter, plus aut minùs, vt craſsiuri aut tenuiori ptiſſana vti quis velit: præterea facilè deſcendit, & deiicitur, obſtructiunes nō auget, ſed extergeudo & emulliendo minuit: ad thoracis affectiunea eſt accūmudatiſsima: nam blando & iocuudo leutore & exterſiune, facilitat ſputum. Sed dices, quu pactu poteſt hæc habere ptiſſana, còm hordeum frigidum & ſiccum ſit? Nam cataplaſmatis ex hordei farina vtimur ad ſiccandum? nuſſe oportet hordeo eſſe tres partes, ſtipulam, & medullā, & quæ inter hæc eſt, cuticulam. Stipula manifeſtè eſt ſicca & extergens, medulla exiguum, ac nihil ferè, cuticula tantò plua altera, quantù altera minùs. Quuniam ergo ex medulla fit ptiſſana, minus ſiccitatia inde cūtrahit quàm aquæ admixtiune poſſet amittere, ſi aqua pora, tenuia & expers umnis qualitatis eſt, prodit ergu homida nō multùm, quia humiditatem aquæ temperat exigua illa ſiccitas hurdei: aliter atque in cataplaſmatis, in quibus quia farinæ plus eſt, eiuaq; nun ex ſula medulla, ſed ex toto hordeo, ſiccandi via præualet. Verùm ſitim extinguit ptiſſana plua etiam q̃ ſola aqua, quia ub maiorem cunſiſtentiam quam ex hurdeo accipit, diutiùs muratur in partibus, ac tardiùs caleſit, minusque diſſoluitur. Atqui quoniam lentè tandioq; coquitur, optimam mistionem ea cumparant, ex qua mudua illę ſubſtantię æqualia, blandua cum mediocri leotore naſcitur. Sed ſi hęc ita habēt, & tam multis nominibus ptiſſana cummendatur, cur non ea vtimor frequentiùs? cur eiua vſus tantuperè aboleuit? Hic ſe mirè macerant neoterici neſcientes, vt ſe poſsint expurgare citra veterum notam: ſed oon eſt quùd adeò laburent: nun enim Hippocrates dicit ptiſſanam cibis omnibus meliorem eſſe, ſed umnibus condimentia frumentaceia meritù præferri. quinia ergo Medicus nunc quoq; tribuet ptiſſanam hurdeaceam febricitantibus potiùs q̃ triticeam, aut ex legumine aliquu, nō tamen proinde deteriùs exhibetur ius gallinę, aut pulli, in

quo

quo licat etiam pro febre incoqnera lactucam, boraginem, aut cucorbitulam, aot si vis aliqua diuretica desideretur, radices, semina, aut cicera, aut alia quævis ea facultate prædita. neq; solùm hoc, sed alia etiam dantur nihilo deteriùs, vt sorbilia oua, aut saxatiles pisciculi. non enim victus febricitantium vna aliqua materia definitur, sed quòd tenuia sit, & humidus, coctu facilis, & boni succi. Antiquissimi, & qui à primis hominibus nondum longè aberát, magis vescebantur leguminibus, fructibus & oleribus (his enim escis In principio homines vtebâtur) carnibus nondum adeò assueuerant. proinde Medici quoq; ptissanis par acutos morbos magis q̃ carnibus vtebantur. Iam verò sunt homines adeò carniuori, vt indicatione consuetudinis, non immeritò Medici ad carnes tenues, dimissis frumentis, deflexerint.

Ὁκόσοι μὲν οὖν πτισάνῃσι χρέονται ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασιν, οὐδεμίην ἡμέρην κενεαγγητέον, ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον καὶ οὐ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ, ἢ διὰ φαρμακείην, ἢ κλύσιν διαλιπεῖν.

Quicunq; igitur ptissanis vtuntur in his morbis, ne vnum quidem diem permittant vasa inaniri, vt ita dicam, sed vtendum citra intermissionem, nisi expediat aut ob pharmacum, aut clysterem, intermittere.

Commendauit hactanus ptissanam præ aliis frumentaceis eduliis, incipit nunc docere optimam rationem ea vtendi: in primis vituperans inordinatũ & intercisum victum. Suspicari me cogit hęc oratio ante Hippocratem fuisse eum erroré aut alium ei similem, quem Methodici posteà suscitârunt, alternatè addendi & subtrahendi cibum. hoc enim nunc Hippocrates vituperat, pręcipiens vt qui ptissana vtetur in his morbis, in acutis scilicet cũ febre continua, nullam accipiendi intermissioné faciat: sed omnibus diebus accipiat, nisi fortè ob pharmacum aut clysterem oporteat facere intermissioné: & insinuans causam ob quam intermitti nõ debet, d[illegible]t, neq; vnam quidem diem permittant vasa inaniri. nimirum ob id non debet ptissana intermitti, quòd nõ expediat permittere inaniri vasa. Quibus in morbis expediens sit vti ptissana tota, quibus cremore, non expediens est dicere modò (neque enim potest ante multa alia quæ pertinentia ad morborum constitutiones & consuetudinas, & peculiares naturas, dicenda procedente opere sunt) neque id sanè nunc docere Hippocrates tentat, sed quibus ptissanis vtendum est, siue tota ptissana, siue cremore solo, cauendum esse ne vtendi intermissionem faciant. Neq; tamẽ proinde intellige, eum qui tota ptissana vti cœperit, debere semper accipere ptissanam, & eius tantundem accipiẽdum quotidie: nam ipsemet Hippoc. posteà monebit, detrahendum esse cibum, morbo sonta in iudicationem. Sed detrahendus est sensim, & retenta ea cibationa, prętet id quod ob instantem morbi vigorem paulatim detrahatur. non tamen quibusdã diebus dandum, vt veteres nulla arte faciebant, nam ita eueniet vasa inaniri. Ob hæc verba intelligit Galenus, Hippocratẽ excipere pharmacum & clysterem, atq; cum his intelligi etiam missionẽ sanguinis & euacuationes alias, eò q̃ euacuationibus vtamur, vbi corpora plena sunt, atq; tunc temporis nullum periculum inanitionis vasorum sit. Itaq; censet, iuxta sententiam Hippoc. abstinendum esse à ptissana, quibus sanguinem mittere, aut pharmaco vti oportet, aut alia euacuatione magna, ne repleantur plurimũ vasa, aliòq; plena. Verùm meo iudicio falli tur, quandoquidẽ eàdem ratione abstinendũ fuerit ab aliis cibis vsq; dum factæ fuerint omnes scissiones venarũ: solent verò transigi in his quatuor, aut etiã nonnunquam septem dies, quibus si nullus cibus detur, non poterit æger durare, donec morbus coquatur. Quòd si illis diebus exiguus admodum detur, necessitatis causa, atque factis euacuationibus adiiciatur, certè cùm perpauci morbi fiát nisi ex repletione, semper procedet victus ad crassiorem verius statũ, contrà ac procedente opere docebit Hippocr. & Medicis omnibus receptũ est. Sanè quidam vel ob hunc solum locum contendũt ita agendum esse, detrahendumq; cibum primis diebus magis, q̃ redundantię succorum tunc temporis sint, sequẽtibus verò cùm iam inaniri periclitẽtur vasa, adiiciendum. Verùm hi leuicula quadam ratione falluntur. Nam etsi cibi capiuntur ad reficiendũ sanguinẽ qui in venis continetur, non tamen sanguis in venis iam repositus recentis cibi necessitatem tollit: alioqui athletæ & q̃ plurimo succo abundát, nullo cibo indigerẽt, sed in inedia diu contineri possent: scimus tñ eos indigere pluri cibo, & inediam minùs pati posse. Nimirum indigẽt corpora ad retinendas vires, succo vtili, vt partes solidæ nutriantur, & recenti cibo & potu vt spiritus reficiantur, alioqui animo viribusq; omnibus linquũtur homines, etsi sint pleni succo. Non igitur quòd euacuatione sit opus, non sit etiam opus cibo, quin etiam fortasse aliquando erit opus crassiori, vt facultas possit sustinere morbum & euacuationem, mirum si quia mittendus est sanguis, iubeas ægrotũ nihil cibi accipere, facies profectò vt linquatur animo, antequã vacuatũ sit quantum expedit. quid est ergo quod Hippocrates significauit, dicens, nisi expediat ob pharmacum aut clysteris vsum intermittere? certè, non oportere vt cibus q̃ congruat morbo, dimittatur vel diem vnam, nisi quid aliud intercurrat, quod cogat intermittere. huiusmodi verò possunt esse multa: Si enim qua hora prandendum erat ægroto, superuenit rigor insperatò, ob alterius accessionis initium, constat, intermittendum esse prandium: ita si cùm quotidie ad meridiẽ cibum soleret ægrotus capere, vna quadam die pharmacum expurgans bibat, cibandus erit ea die nõ vt prioribus, sed vt ipsa expurgatio indicat. de ratione autem victus eorũ qui expurgantur, procedente opere dicẽtur multa, quorum illud est præcipuum. purgatione in media cibos dandos non esse: ergo ob pharmacum meritò cibus intermittatur: sed & nonnunq̃ cum clysterę est vtendũ. Nimirum cùm cibus prior nõ descendit, dispositio exigit vt clyster infundatur, & intermittatur cibus. Itaque ob hæc licet cibum, qui aliis diebus accipiatur, dimittere: alioqui intermitti non debet. hoc verò non de sola ptissana, sed de quibusuis aliis cibis q̃ ægrotis rectè concessi sint, intelligi debet. noxæ autem multæ, quæ cibi intermissionẽ sequuntur, vt si quis solitus prandere, nõ prandeat, aut cœnare, nõ cœnet, procedẽte opere dicentur, quę ad vasorum inanitionẽ ferè referuntur, nõ certè venarũ & arteriarũ solùm, sed ventriculi, & intestinorũ, &

hepatis. hæc enim cibo recenti destituta, excrementa vndique commouent, & trahunt, vnde mala innumera nascuntur.

Καὶ τοῖσι μὲν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον. τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην, ἐκ προσαγωγῆς δὲ, ἢν δὲ ἐνδέχηται, τούτοισι καὶ δὶς δοτέον, ἢν τι δοκέῃ προσδεῖν.

Et consuetis bis in die cibum capere, bis dandum, consuetis autē semel comedere, semel dandum prima die, paulatim autem, si fieri possit, his etiam bis dandum, si quid videatur adijcere.

Quanti faciat Hippocrates consuetudinis indicationem in victus institutione, vel hinc disces, quod de ratione instituendi eum dicere incipiēs, eius indicationis ante alias omnes meminit, præterquam quòd maxima pars operis in disputationē de consuetudine insumetur. Seruari itaque debet indicatio à consuetudine ante alias omnes, non tamen ea sola, sed ita vt locus detur etiā alijs indicationibus, alioqui eodem victu vti deberēt ægroti & bene valentes, non debent autem. sed satis diuerso, non tamen adeò, vt non seruetur semper ratio consuetudinis. Nimirum alijs æqualibus, qui multis cibis vesci consueuerunt, minus tenuiter alendi sunt, qui paucis, tenuiùs. Ita qui bis die cibum capere consueuerunt, bis etiam cibandi sunt, & qui ter, ter, ac qui quater, etiam quater, nisi quę alia indicatio obstet. Et qui semel consueuerunt comedere, semel etiam cibum capiant prima die: verùm si ob aliam causam videatur adiiciendum, paulatim, si fieri potest, his etiam bis dandum. Nimirum consuetudini est primùm faciendum satis, si quæ alia indicatio eam mutare cogit, paulatim mutanda est. Sed quo pacto ab vnica cibatione ad duas potest victus paulatim procedere? quid interest inter vnicā & duas cibationes? certè quod ad numerum attinet, nihil verùm si qui prima die octo vncias ptissanæ vnica oblatione hodie accepit, cras qua hora consueuit cibum capere, accipiat sex, alia verò qua non consueuit, accipiat duas, rursum die sequenti prima oblatione accipiat quinque, alia tres, tandem alia vtraque hora accipiat quatuor, hic sensim ab vnica cibatione ad duas mutatus sit, ad duas scilicet æquales. Sed est consideratione dignum, cur eis qui consueuerunt bis cibari, consulit bis cibum dare p totum morbum, eis autē qui semel, semel prima die, deinde autem paulatim offerre etiam bis? sunt qui putant ob hoc & ob quædam alia quę procedente sermone dicentur, iuxta legitimam & veram Hippocratis sententiam in morborum principiis esse cibandum tenuissimo, mox apparere incipientibus concoctionis signis, adiiciendum paulatim: verùm hos falli, esseq; contrà faciendum, in Controuersiis mihi monstratum est: esseque quod dicunt contra Hippocratis sententiam, citra dubium constat ex aphor. 10 part. 1. quo ita dicitur: Quibus igitur statim vigor est, his statim tenuis victus exhibendus est, quibus verò vigor posteriùs, his ad illud, & paulò ante illud tempus subtrahendus est. Anteà verò vberiùs agendum, quò durare possit. Itaque in initiis morborum vberiùs agendum, eunte verò iam malo ad iudicationem, & concoctione procedente, detrahendum. Cur ergo dicit, prima die cibandum semel consuetudinis gratia, mox verò adiiciendam aliam cibationem? certè nō dicit adiiciendam cibi quantitatem, sed cibationem alteram, vt si, vt diximus, qui semel octo vncias capiebat, ad duas cibationes, quibus accipiat binas, mutetur. Huius autē rei causa est, quia morbus ad sanitatem habet eandem rationem, quam dispositio debilium ad dispositionem robustorum. Vt ergo robustis consultum est, multum crassumq; offerre semel, aut bis, debilibus autem paucum & tenue pluries, iuxta id quod Galenus docet in comment. aphor. 17. part. 1. ita ægrotis quàm sanis, indicatione accepta à morbo, minus tenuiusq;, pluries autem offerri debet. Hanc ergo ob causam eos qui bis cibari consueuerunt, consuetudinem retinere: eò quòd consuetudo & morbus in eandem indicationem conspirent, eos verò qui semel, consuetudinem mutare iubet ad cibationem repetitam, eò quòd hanc petat morbus, & indicatio à consuetudine, cui ante alias omnes faciendū satis est, indicationi à morbo paulatim debeat locum dare. Itaq; vbi dicit, si quid videtur adiiciendum, intelligit, si quam aliam cibationem videtur adiiciendum. Sed rogabis: Si hoc fieri morbus, quā morbus, petit, cur dicit, si quid videtur adiiciendū? Videri enim debet? certè perinde est ac si diceret, nisi quid aliud obstet. Nam etsi satiùs sit, eum, qui semel cibum capere consueuerat, ad duas cibationes permutari: sæpe tamen erit quod impediat id fieri, vt si in horam cœnæ aut prandij initium alicuius accessionis incidat. Proinde dicit, si quid videtur adiiciendum, id est nisi quid sit, quod impediat adiicere.

Πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι, μὴ πολὺ, μὴ δὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ' ὁκόσον εἵνεκεν τοῦ ἔθεος ἐσιέναι τι, καὶ κενεαγγίην μὴ γίνεσθαι πολλήν.

In principio autem neq; multam copiam, neq; valde crassam dare oportet, sed quantum causa consuetudinis, & vt vasorum inanitio multa non fiat, oporteat ingerere.

Videtur docere, in principio morbi neque multam, neque crassam ptissanam dari oportere, quasi post principium plus crassiusque dari liceat, atque ita cibus ægrotantium incipere debeat à tenuissimo, & paulatim eunte morbo in indicationem augeri, quod falsum esse nuper dixi, & vel hac sola ratione constat, quòd Hippocrates nihil maioris momenti esse putat in victus institutione quàm consuetudinem, nulla autem ratione magis mutetur repentè, quàm si ex crasso quo sani vtuntur, ad tenuissimum victum ipsis primis morbi diebus permittentur. Quidam ob hæc intelligunt, hîc illud in principio, non dici de principio ægrotandi, sed de principio accipiendi ptissanam. Atqui dicunt, ptissanam tribui solere plerunque in febrium acutarum inclinationibus, cùm intemperies videtur in habitum abire, tunc ergo non oportere incipere à multa & crassa, sed à tenui & pauca, & paulatim adiicere, vt paulatim ei ventriculus assuescat. Certè hi vera hactenus dicunt, quòd cùm vt medicamentoso cibo ptissana vti incipimus in arescentibus, paulatim debemus offerre, tamen cum Hippocratis instituto hîc non congruit hæc enarratio. Non enim

inquitur

loquitur de ptissanæ vsu simpliciter, sed in morbis acutis, vt ipsis acutis morbis est accommudatus cibus. Intelligit ergo in principio morbi acuti. Potest verò hæc sententiola duobus modis explicari, aut seorsum & sula, aut simul cũ iis quæ sequuntur: primo modo continet finitioné eius cibi, quo in principio morbi vtendũ est: quoniam verũ is collatione aliorũ morbi temporũ debet esse crasſiſsimus: dicit primùm, nõ debere esse neq; multam copiam, neq; valde crassam, non scilicet quantam antea per bonã valetudinem. Nam etsi q̃ maximè dictum est, seruandam esse consuetudinem, non ita tamen vt idem victus retineatur, sed minor, ac minus crassus ob indicationem morbi. Quantum ergo & q̃ crasſi accipi debeat, ex duabus conſiderationibus nascitur, consuetudinis & morbi. Quia accipi debet tantum, vt vasorum inanitio multa non fiat, tanta scilicet, vt eum ea durare nõ poſsit ęgrotus, donec morbus concoquatur, consuetudinis habita ratione. Alius modus enarrandi hanc sententiam simul cum proxima est, nõ debere in principiu accipi multam neq; crassam ptissanã, quia morbi in principio sunt sicci: in iis verò qui sicci sunt, non est ptissana vtendum, sequentibus verò temporibus oportet ptissanam vberiùs accipere, cùm scilicet illi incipiunt humectari. Verùm hæc pendẽt ex iis quæ sequuntur.

Περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσιος εἰς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν ξηρότατον ᾖ τὸ νόσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλεῖον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος, ἢ μελίκρητον, ἢ οἶνον, ἢ ὁκότερον ἂν ἁρμόζῃ· τὰ δὲ ἁρμόζοντα ἐφ᾽ ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται. ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἴῃ, ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ ὡς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι. τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα, ταχυτῆτα κρίσιος σημαίνει, τὰ δὲ βραδύτερον καὶ ἧσσον, βραδυτέρην σημαίνει τὴν κρίσιν.

De adiectione autẽ in sorbitionis multitudinem, si sanè siccior sit morbus q̃ quis existimet, non oportet multam dare, sed præbibere ante sorbitionem, aut mulsam, aut vinũ, aut quodcunq; magis quadrabit: quod sit autem accommodatissimum, in singulis modis dicetur. Si autem humectetur os, & quæ efferũtur ex pulmone sint qualia oportet, augere oportet quantitatem sorbitionis, vt in summa dicatur. Nam quæ citiùs & magis madescunt, celeritatem iudicationis significant, quæ verò tardiùs & minùs, tardiorem significant iudicationem.

Galenus in commẽtariis huius loci & libello de Ptissana dicit, dum morbus siccus est, non esse vtendum ptissana eò quod hæc parùm humectans sit, sed aliquo humidiori, vt mulsa, aut vinu, aut alio quopiam, vsque dum os madescat, & morbus incipiat fieri humidior esse: agnosci autẽ morbum siccum nõ eodem modo in omnibus, sed pleuritidem & peripneumoniam esse siccam cùm nihil excreatur, febrẽ siccam esse agnosci ex arido calore, & ex lingua arida. Itaque dicit, in his non esse vtendum ptissana, quòd parùm humida sit, sed pro ea, mulsa aut vino, quòd sint hæc magis humectantia. mihi verò non placet hæc enarratio. nam cùm dicimus pleuritidem aut peripneumoniam siccam, quòd non excreetur quidquam, non vtimur propriè nomine: non enim re vera minus humoris est in principio q̃ cùm excreator, sed videtur esse minus, quia est crudior, ac proinde non effertur, neq; apparet. Dicitur ergo sicca pleuritis, quæ cruda: constat verò non occurri morbo crudiori humidioribus, sed magis coquentibus: proinde non intelligo prohiberi ptissanam in crudis pleuritide & peripneomonia, q; parùm humectet, sed q; non adeò coquat, & concedi mulsam aut vinum quasi magis coquẽtia. Mirum enim si prohibeatur ptissana in pleuritide cruda ob siccitatem, & concedatur hecticis marcescantibus. Non igitur quasi parũ humida, sed quasi parùm concoquens deuitatur in principio, in quo extersione indigatur minùs, & concoctione magis; additur verò, cũ iam os madescit, quia os madescere & talia excreari qualia oportet, concoctionis horum morborum notæ sunt, & significant incrementum, atq; hæc citiùs & magis fieri, celeritatem iudicationis significant, tardiùs verò & minùs, tarditatem. Igitur iam os madescere, & concocta manifestè excreari incipere, significat instare iam iudicationem, quare facilitatibus sputum vti iam indicat, & attemperatione aliquantò magis iam est opus, & concoctione aliquantò minùs, ac proinde ptissana rectè iam augetur, eadem prorsus ratione, qua Galenus in orthopnoicis, cùm iam excreant, largiori potu vti iubet, vt sputa faciliùs efferantur. Eadem prorsus ratione in febre quacunq; putrida in principio q̃ maximè oportet potũ interdicere, cùm verò iam apparent concoctionis signs, aliquantò liberaliùs concedere. Nimirum cùm summa est cruditas, potus concoctionẽ prohibet: cùm verò iam cœpit materia manifestè coqui, non adeõ potest prohiberi, & attemperatione recreatᷣ facultas & diluuntur succi, paranturq; ad expulsiones. Augeri itaque debet potus morbis euntibus in summũ vigorem, contrà ac cibus, qui debet minui. Et certè hoc præterquàm quòd secundùm artem fit, est ægrotis gratiosum, tunc enim febribus crescentibus, incipiunt sitire, & fastidire cibos magis. Verùm quod de minuendo cibo dicimus, morbo eunte versus statùm, in iis solùm morbis intelligimus, q̃ citra fluxionem in certam aliquam partem consistunt. Nam in inflammationibus & vlceribus, & doloribus ex fluxione, & catarrhis tenuiſsimè cibandum esse p initia, & augendum deinceps, monstratum mihi est in Controuersiis. Quapropter in morbis, de quibus hîc agitur, in pleuritide inquã & peripneumonia, ptissana augeri debet, cùm os madescit, vtraque ratione, & qua alimentum, & qua medicamentũ sputum facilitans. Quanquã Hippocrates hîc ob qualitatem potiùs medicamentosam hæc videatur dicere, quàm ob nutritionem. Quare frustrà laborãt quidam, contendentes ob hunc locum in morbis omnibus esse augendum cibum cùm abeunt in iudicationem, alij dicentes os madescere, & talia excreari qualia oportet inclinãtis iam esse pleuritidis aut peripneumoniæ, atq; ita Hippocrátem nõ præcipere, vt augeatur potio ptissanę vsque ad inclinationem. Nam præterquam quod ad huius loci legitimam enarrationem, vt ex dictis iam constat, non est necesse quęstionem hâc ingredi de augendo aut

minuendo cibo, crescente morbo, vtrique falluntur. Qui dicunt in morbis omnibus augendum cibum vt ad statũ magis accedũt, imperitissimi sunt doctrinæ Hippocratis & Galeni: sed & qui dicunt, os madescerere & excreari qualia oportet, dici hic vt notas inclinationis morbi, falluntur. Nam principium pleuritidis & peripneumoniæ est, cùm nihil excreatur, aut parum & crudum, ac difficulter: incrementum, cùm multum, facilè & crudum, aut parum difficileq́; sed manifestè coqui cœptum: status inclinatioq́;, cùm multum, facile & coctum. Hîc verò os madescere dicitur, cùm incipit spuere, & talia excreare, qualia oportet, id est, cocta, non sanè perfectè, sed manifestè. Cùm enim dixisset, si morbus siccior sit q̃ quis existimet, in principio scilicet, quo nihil spuitur, addit, obiiciẽs contrarium contrario: at si os madescat, id est, at si iam desinat esse siccus morbus, incipiatq́; ægrotus excreare, quod sanè incrementi est. Ineptè enim diceretur, in morbi principio nõ est vtendum multa ptissana, at in inclinatione augenda sorbitio est. Quid enim in incremento & statu? sed & ex iis quæ subiungit, constat, hoc os madescere, citra morbi statum contingere, non vltra. Nam addit: Nam quæ citiùs & magis madescunt, celeritatem iudicationis significant. Si igitur os madescere iudicationẽ futuram significat, cùm iudicatio ab statu incipiat, os madescere ante statũ continget, non in inclinatione. Iubet itaque augere sorbitionem ptissanæ in incremento pleuritidis, ac peripneumoniæ, idq́; vtraque ratione rectè fiet, siue suscipiatur vt alimentum, siue vt medicamentum facilitans sputum. Et vtraq; ratione prohibetur in principio. Et quia in horũ principiis minùs est opus re tam nutriẽte, & est opus magis coquente, vt mulsa aut vino. Quoniam verò non hæc sola ad hunc vsum bona sunt, sed multa alia, nam serapia plurima, quibus vtimur, ac fortasse etiam quoniam vinum in his suspectum est, addit, aut quodcunque magis quadrabit. Quod sit autem accommodatissimum, in singulis modis dicetur, nimirum lib. 3. huius operis dicetur de horum atque plurium aliorum facultate.

Καὶ ταῦτα αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ τοιάδε ἐστί· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα πάρεστιν, οἷσι προσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον.

Et hæc quidem ipsa per se ipsa talia omnino sunt. Multa autem etiam alia sunt peropportuna, ex quibus præindicari oportet, quæ dicentur posteà.

Quidam intelligunt illud præindicari, pertinere ad partem prognosticam, estq́; sensum, hæc quidem quæ de præsensione iudicationis dicta sunt, puta quæ citiùs & magis madescunt, celeritatẽ iudicationis significare, quæ tardiùs & minùs, tarditatem, vera esse per sese, tamen nõ ex his solùm præsentiri iudicationem posse, sed esse etiam alia multa peropportuna, ex quibus præindicari oportet iudicationem. Quæ scilicet continentur aphorismo 12. 1. sectionis. Iuuant hanc enarrationem quæ in principio procœmij dicta sunt. Vbi reprehendens eos, q̃ scripserunt Cnidias sententias, dicit eos omisisse multa peropportuna *τῶν ἐπικαίρων*, id est, in coniecturam. Nunc enim in illud alludit, dicens se nolle omittere quæ sint peropportuna: sed cũ sint alia peropportuna ex quibus præindicari possit, hæc dicenda esse postea. Vsus verò est anteà nomine *ἐπικαίρων*, & hîc verbo *προσημαίνεσθαι*, *ἐπικαίρων* verò & *σημείων* nomina signorum sunt, quorum in prognostica parte est vsus. Nihilominus magis placet enarratio Galeni, qui illud præiudicari ad diæteticam transfert, dicens alia esse à quibus præindicari oportet rationẽ victus, & quantum ac quale dandum cibi sit. Itaq; dicit Hippocrates: Hæc quidem quæ de cibi quantitate exhibenda, & sorbitione augenda dicta sunt, per se ipsa talia sunt, hoc est, hoc modo habent, non solùm autem hæc consideranda sunt ad rectè instituendum victum, sed & multa alia. Multa enim alia sunt peropportuna, ex quibus præiudicari potest, hoc est, indicatio capi ad institutionem victus pertinens, quæ dicentur posteà. Hanc enarrationẽ plurimùm iuuant hæc verba: non enim dicendum hoc opere est de signis prognosticis, sed de rebus considerandis ad victum rectè instituendum.

Καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίνηται, τοσῷδε χρὴ πλείον ἐπιδιδόναι ἄχρι κρίσιος. μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολὴ δύο ἡμερέων, οἷσί γε ἢ πεμπταίοισιν ἢ ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐνναταίοισι δοκέει κρίνεσθαι, ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθῇ. μετὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν ῥοφήματι ἐς τὸ πρωῒ χρῆσθαι, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν.

Et quò maior purgatio fuerit, tantò plus dare oportet, vsq; ad iudicationem. Præcipuè autem iudicationis impetus duorum dierum, quibus quinto, aut septimo, aut nono fieri videatur iudicatio. Tanquam paris & imparis ratio habeatur. Post hoc autem potione manè vtendum, vesperi ad cibaria te conferes.

Quidam intelligunt illud vsq; ad iudicationem, exclusiuè vt dicũt, quasi in ipsa iudicatione & duos à iudicatione dies minuenda potio sit, & postea ad crassiorem cibum transeundum. verùm hi contra primum huius doctrinæ præceptum peccant, quo dicebatur, ei cui ptissana accipienda sit, nullam eius capiendæ intermissionem fieri debere. & ne vnam quidem diem permittendum vasa inaniri. Qui igitur potionem indies augeret vsq; ad iudicationem, in ipsa verò iudicatione, & duob⁹ ab ea diebus, detraheret, aut minueret potionẽ: posteà verò etiam cibos solidos adderet, intermissionem cibi faceret: neq; eam æqualitatem eius capiendi, quam illo loco commendari diximus, obseruaret. Quare ego non ita intelligo, sed vsque ad exactam iudicationem, augendam potionem esse. Dixerat, si os madescat, & quæ efferuntur ex pulmone, sint qualia oportet, augere oportet quantitatẽ sorbitionis: addit nunc, & quò maior purgatio fuerit: hoc est, quò excreatio magis processerit, tantò plus dare oportet, vsque ad iudicationem exactam. Nam tunc temporis, cùm scilicet iam morbus manifestè inclinabit, nõ sola potione contenti erimus, sed transferemus ægros paulatim ad cibos solidiores, & vesperi ad cibos solidos. Neque tamen iudicationem æstimabimus vt momentum aliquod indiuisibile: sed gratia iudicationis, duos dies continebimus ægros cum sola potione, ita vt præcipuè putetur indicationis

tionis impetus durare duos dies, vt paris & imparis ratio habeatur: id est, quò min⁹ nos posit fallere tempus iudicationis, cùm parem & imparem dies caueamus: alioqui enim fallere nos posit: cùm aliquando in diem parem casura, à proximo impari subripiatur, atq; aliquando, partim subrepta ab impari, in parem etiam producatur. Expectantes ergo cùm ad summum vigorem videbuur esse peruentum, & copiosè æger expurgari, parem & imparem dies erit satis expectare cum sola potione, ac posteà ad solidiores cibos transire. Non tamen hoc in quibusuis morbis fieri debet, sed iis solùm, qui quinto, septimo, aut nono, ad summum, iudicandi videantur. Nam qui ad vndecimũ, aut quatuordecimum, aut vigesimum producendi sint, nõ posint transigi cum sola ptisana, sed solidiori aliquo cibo indigebunt. Sed cur potiùs manè dandum potionem, & vesperi solidos cibos, q̃ bis solidos cibos, aut cibos manè & vesperi potionem? certè nõ mox dandum est bis solidos cibos, ne repentè mutatio tanta victus fiat. dandum autẽ solidos cibos vesperi, quia nisi quid aliud sit quod obstet, consentaneum magis est cibos in cœna dari quàm in prandio, qa meliùs datur ante somnum post motum, quàm ante motum post sumnũ. Sed huic quæstioni ego dedi caput septimum libri sexti Controuersiarum.

Ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσιν αὐτίκα χρεομένοισιν. αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν, αὐτίκα αὐτόματοι παύονται, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αἵ τε καθάρσιες πολλὸν τελεώτεραί εἰσι καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίνονται, ἢ εἰ ἄλλως τις διαιτώη. καὶ αἱ κρίσιες ἁπλούστεραι, καὶ εὐκριτώτεραι, καὶ ἧσσον ὑποστροφώδεες. τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ κριθέων ὡς βελτίστων εἶναι, καὶ κάλλιστα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι. μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, τῆς πτισάνης τὸ ὀλισθηρὸν τῆς κριθῆς καταπινομένης, ποιέει μὴ βλάπτειν, οὐδαμῇ γὰρ προσίσχεται, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν. ὀλισθηροτάτη δὲ, καὶ ἀδιψοτάτη, καὶ εὐεκπλυτωτάτη, καὶ ἀσθενεστάτη ἐστὶν ἡ κάλλιστα ἑφθὴ· ὧν πάντων δεῖ.

Conferunt autẽ talia magna ex parte iis qui totis ptissanis statim vtuntur. Dolores enim in pleuriticis statim sponte sedantur, cùm incipiunt spuere aliquid mentione dignum, & expurgari. Et purgationes multò perfectiores sunt: & suppurati minùs fiunt: quàm si aliter quis victum instituat: & iudicationes simpliciores, & meliùs iudicantes, & minùs habentes recidiuas: ptissanas autem oportet ex hordeo optimo esse, & optimè esse coctas, præcipuè nisi solo cremore sis vsurus. Nam præter alias ptissanæ virtutes, lentor facit hordeum potum non lædere, nullibi enim hæret, neq; hæret secundùm thoracis rectitudinem: lubricissima autem est, & maximè extinguens sitim, & concoctu facillima, & debilissima est, quæ optimè est cocta. Quibus omnibus opus est.

Non dicit, conferre dicta præcepta de victus institutione iis qui tota vtuntur ptissana mox ac morbus incipit, aut mox ac ptissana vti incipiunt, magis quàm iis qui incipiunt à ptissanæ cramore. Falsum enim prorsus hoc est. Nam siue tota ptissana, siue cremore, siue etiam aliis cibis quis vtatur, hæc eadem præcepta debet obseruare, atque iis omnibus æquè prosunt. Quid est ergo quod Hippocrates dicit? certè redit tota hac dictione ad ptissanæ laudes, dicitque in primis hæc omnia quæ conferunt, puta excreare facilè, & iudicari, magis meliusque accidere iis, qui statim vtuntur totis ptissanis, id est, iis qui à principio totoque morbo vtuntur ptissana, neque ab aliis cibis incipiunt, vt ouis, piscibus, aut carnibus, vt fortasse in Cnidiis sententiis erat scriptum. Itaque cùm dicit, talia magis conferunt, non de præceptis victus instituendi intelligit, sed de excreatione, & iudicatione, & reliquo morbi decurso: cumq; dicit, qui vtuntur totis ptissanis, non id dicit totas ptissanas opponens cremori. Sed ptissanam omnino reliquis cibis. Hunc autem esse legitimum sensum horum verborum, declarant, quę mox subdit: dicens, dolores enim pleuriticis statim sponte sedantur, cùm incipiũt spuere aliquid mentione dignũ, & expurgari. Supple, ptissana autem à principio meliùs citiusq; excreari facit, quàm alius quispiam cibus, & proinde purgationes thoracis multò pfectiores sunt: & suppurati minùs fiũt, qui à principio vtuntur totis ptissanis, quàm si quis aliter victum instituat, alius tribuens cibos: & iudicationes fiunt simpliciores, hoc est, magis sine difficultate, & symptomatis: & meliùs iudicantes, hoc est, perfectiùs soluentes morbos, & minùs habẽtea recidiuas. nimirum alterum ex altero fit. Is enim perfectè liberatus à morbo est, cui causa etiam morbi est eradicata: is verò non habebit recidiuã. Cætera quæ de modo faciendi, & laudibus ptissanæ dicuntur, explicata ferè iam anteà sunt. Cùm dicit, præcipuè nisi solo cremore sis vsurus: ne intellige, ex optimo hordeo debere fiari, cùm tota ptissana vsurus quis est, potius quàm si solo cremore. Sed optimè debere esse coctam. Nam minùs interest valde coctam esse, cùm solo cremore vsurus quis sit, q̃ cùm tota ptissana. Nisi enim valde cocta sit, & tota ptissana quis vtatur, minus habebit mollitiei & lubricitatis, ac proinde hærebunt grana in via, & in rectitudine thoracis, non sanè in aspera arteria (non enim per gulam deglutitur ptissana, præcipuè tota) sed in gula è regione thoracis. Cùm dicit debilissimam esse, intellige, vt Galenus optimè interpretatur, nullius qualitatis esse vehementis, & quę alicui parti nocere posit, vt alia quàm multa. Concludit dictionem, dicẽs, quibus omnibus est opus, quasi ita diceret: hæc omnia sont necessaria iis, qui pleuritide, aut peripneumonia laborant, vix autem vllus alius cibos sit, in quo hæc omnia sint: meritò ergo omnia agentur meliùs iis, qui toto morbo vtuntur ptissanis, quàm qui aliis vtuntur cibis: diximus iam anteà cùm de ptissanæ laudibus ageretur, etsi ea commenderetur meritò tantoperè, nõ tamen proinde damnandos esse Medicos, qui aliis cibis idoneis etiam vtantur. Mirum enim si is solus posset esse satis idoneus. Sed contingit dubitare hoc loco, qui fiat vt dolores statim sua sponte sedentur pleuriticis, cùm incipiunt spuere, si incipere spuere signum est incrementi pleuritidis, vt anteà diximus. Nam signa pathognomonica cum morbo pa-

riter augentur & minuuntur, dolor verò in primis signum pathognomonicum est pleuritidis. Verùm dubitationis huius gratia, & aliarum quæ procedente opere occurrent, nosse oportet, pleuritidem esse morbum compositum, & pertinere partim ad compositionem, partim ad temperiem. Illud quidem ob molem, in quam pars inflammata intumescit, hoc ob alterationem, quæ materia alteranda fit vt in febre. Neque sanè hæc duo pariter procedunt, sed magna ex parte, primùm quidem distentionem summam comparat pars, mox distentione remittente procedit materiæ alteratio. Nam distenditur ob fluxionem, cessat verò distendi cessante fluxione, & exeunte materia. Atqui cùm materia incipit altereri, incipit resudare, & ob hanc ipsam causam pars laxari: plerunq; enim iam tunc cessauit fluxio. Porrò non eadem symptomata sequuntur vtramque partem morbi. Dolor enim distentionem sequitur, exereatio, materiæ alterationem, meritò ergo incipit decrescere dolor cùm incipit crescere exereatio, atqui tunc crescit morbus secundùm alterationem, decrescit verò secundùm tumorem: quoniam verò ad sanitatem vtriusque mali solutio est necessaria, non dicitur simpliciter inclinari morbus, vsq; dum secundùm vtrunque inclinat: & meritò sanè: nam omni in re bonum, quod simpliciter, constat integra caosa, quod non est tale, dicitur secundùm quid, vt cùm os incipit madescere, dicetur pleuritis crescere simpliciter, decrescere verò secundō distentionē & dolorē.

Ην ὖν μὴ προσωφελήσῃ τις ὁκόσων δεῖται, αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανορροφίης, πολλαχῆ βεβλάψεται. ὁκόσοισι γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, ἢν μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δοίη, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προσπαροξύνειεν ἂν· μὴ ἐνεοῦσαν δ' εὐθὺς ποιήσειεν, καὶ πνεῦμα πυκνότερον φύοιτ' ἄν. κακὸν δὲ τοῦτο ἐστι, ξηραντικὸν γὰρ πλεύμονος καὶ κοπῶδες ὑποχονδρίων, καὶ ἤτρου, καὶ φρενῶν.

Nisi igitur quis auxilietur omnibus quibus opus est, vt sit sufficiens modus talis ptissanæ potionis, multis modis lædetur. Quibus enim cibus statim inclusus manet, nisi quis deorsum priùs vacuans potionem dederit, dolorem quidem, si adest, auxerit, si non adest, statim fecerit, & spiritum densum fecerit. Prauum autem est hoc, desiccatiuum enim pulmonis, & dolorem inferens hypochondriorum, & imi ventris, & septi transuersi.

Dixerat antè, alia multa esse peropportuna ad ptissanæ exhibitionem, posteà dicenda: nunc polliciti memor, incipit ea scribere. Dicit ergo, quandoquidem præter ea quę dicta sunt, multa alia sint scitu necessaria, vt rectè ptissanæ potio detur, & multa quæ nisi caueantur in ptissana exhibenda, continget ægrotum lædi *Nisi quis auxilietur omnibus, quibus opus est, vt sit sufficiens modus talis ptissanæ potionis.* Id est, nisi quis circunspiciat, apponatq; omnia quę sunt necessaria, & caueat omnia, quæ caueri debēt, vt sit idoneus exhibendi modus, multis modis lædetur qui ptissanam accipiet. Probat hoc ita habere, narrare incipiens quæ caueri debent, & incommoda quæ nisi caueantur, fient. Si quis enim (inquit) potionem dederit iis, quibus cibus inclusus manet, non vacuans priùs deorsum, dolorem quidem si adest auxerit, si non adest, fecerit, & spiritum densum fecerit. Hîc illud ἐγκατακέκλεισται non significat vtcunq; manere, sed inclusum ex multo iā tempore, quare cibus etiā significet hic, vt Galeno etiā videtur, stercus, & duratas fæces. Itaq; quod hic dicitur, aliud est ac quod posteà dicetur, nō esse exhibendam potionem, donec cibus prior descenderit: hîc enim nō de priori cibo solùm agitur, q non descenderit, sed de veteri, qui multo iam tempore inclusus manet, neq; solùm exigitur, vt descendat, sed vt subducatur. Quid est ergo quod nunc dicit? certè explicat, quod anteà dixerat, quicunque igitur ptissanis vtuntur in his morbis, ne vnam quidem diem permittant vasa inaniri, sed vtendum citra intermissionem, nisi expediat aut ob pharmacū, aut clysterem intermittere. Nunc explicat quando ob clysterem intermitti debeat ptissanæ potio. Nimirum vbi stercus conclusum hæret intestinis, abstinendum est à potione, vsq; dum clysteribus subductum sit. Nam aliter potio nō descendet, quare morabitur in superiori parte ventris, indeq; flatus mittet ad superna qui latera distendant: tametsi enim ptissana non est flatuosa, nullus tamen succus adeò flatus expers est, vt nisi descēdat aut diducatur, sed in hypochondrio moretur, non fiat ex eo flatus, q inflet, & latera distendat Quare si ea habēt iam dolorosam affectionem, vt in pleuriticis dolorem auxerit: distenta enim parte inflammata, necesse est dolorem augeri. Nam & iis etiam quibus ibi dolor non est, solet ob copiosiorem potum, aut cibum malè è ventriculo descendentem, excitari. Profectò nō pleuritidi solùm, sed omni etiam morbo accommodatum præceptū est hoc, magni enim momenti in omni febre & in omni morbo, ante aliam curationem ventrē vacuare, ne in eo sit vlla redundantia, aut vetus stercus. Plurimi enim morbi inde nascuntur, & omnes qui ex materia pendent, inde fouentur. Quare magni semper momenti est ventris curam gerere. Sed dices, quorsum differens de pleuritide dicit, si nō adest, statim fecerit: si dolor est signum quod nō potest abesse à pleuritide: certè nō de sola pleuritide dicere cœpit, sed de pleuritide aut peripneumonia. Hæc verò nō habet adiunctū dolorem. Fiet ergo vt si huic obturatis intestinis detur potio, excitetur dolor, q non aderat. addit, & spiritum densum fecerit. Causa est in promptu, nam potione nō descendente, ventriculus distendetur, & septum transuersum comprimēs liberè moueri prohibebit. cùm ergo respiratione multa indigeat homo, & ob hanc compressionē cogatur facere minorem, faciet crebriorem. Prauum autē (inquit) est hoc. per se sanè constare cuiuis poterat, hoc nō esse bonū, sed exaggerādi gratia dixit, prauum autē est hoc, quasi dicat, valde malum est. præcipuè in pleuritide, in qua facili respiratione opus est & ad occurrendum inflammationi, & ad exereādum. nam siccat pulmonem. Si enim respiratio pulmonē & thoracem temperat, constat eius difficultatem ardoris & siccitatis esse causam. Quàm graue autem sit in pectoris morbo exori ex difficili respiratione, paulò pòst dicet, indicans, siccari interiùs sputum, siccatumque rursum facere respirationem difficiliorem,

ciliorem, & hanc rursum siccari magis, vsque dum spirandi difficultate, & siccitate se mutuò augentibus, homo suffocatur. Dolorem etiam infert hypochondriorum, & Imi ventris, & septi transuersi, quia hæc omnia mouentur cum thorace, crebrius ergo solito agitata dolent, & inflammantur.

Τὸν δὲ, ἢν ἐπὶ τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ ξυνεχέος ἐούσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀπέπτως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα ταμὼν, ἢ ὁκότερον ἂν τουτέων ξυμφέρῃ. τὰς δὲ πτισάνας, ἢν οὕτως ἔχουσι, διδῷς, ταχέως οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίνονται.

Quin etiam si adhuc dolore lateris continuo existente, & qui non sedetur calfactoriis fomentis, & sputo non exeunte, sed citra concoctionem facto valde viscoso, nisi quis soluat dolorem, aut aluum emolliens, aut venam secans, vtrum horum magis conferet: ptissanas autem ita habenti tribuens, citò mors horum fit.

Explicat aliud quod in exhibenda ptissana teneri maximè debet. Hoc verò est, pleuritide in principio consistente, & dolore affligente citra intermissionem, & sputo non exeunte, sed citra concoctionem facto valde viscoso, nō esse dandam ptissanam, neque verò cibum alium, antequam dolor sedetur, aut fomentis, aut si his nō cedat, expurgatione aut missione sanguinis, vtro horū magis videbitur indigere. Nam si quis nihil horum faciens cibum det, fluxionem auxerit, & dolores, qui rursum conuocata fluxione seipsos auxerint, atque ita fiet, vt antequam cedere incipiat tumor, in ipso principio homo moriatur: quod insinuās dicit, citò mors horum fit: id est, intra principium morbi moriuntur. Quare quod Galenus dicit, præcipere nunc Hippocratem, ne quis vtatur ptissana, in vigore existente inflammatione intelligendum venit, de vigore ipsius tumoris & doloris, non totius morbi. Vt autē distinguantur hi vigores, dictum iam satis est. De fomentis, expurgatione, & venæ sectione in pleuritide, posteà dicetur. Nūc illud vnum docetur, quod & tonsoribus etiam notum est, in pleuritidis principio tenuissimè esse cibandum, atque adeò vsque dum facta sit mediocris missio sanguinis, [illegible] nihil

---

Διὰ ταύτας οὖν τὰς προφάσιας καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον, οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεώμενοι, ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι θνήσκουσιν. οἱ μέν τι, καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες. οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τοῦ ῥέγχεος ἀποπνιγέντες. μάλα δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα. οὐχ ἥκιστα δὲ ἔτι καὶ ἀποθανόντων αὐτέων, ἡ πλευρὴ πελιὴ εὑρίσκεται, ἴκελόν τι πληγῇ. αἴτιον δὲ τουτέου, τόδε ἐστίν, ὅτι πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην, θνήσκουσι, ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται. ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος, ὡς ἤδη εἴρηται, καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως, κωλύει τὴν ἐπάνοδον γίνεσθαι, ἀλλὰ τὴν ῥέγξιν ποιέει, ἐνισχόμενον ἐν τοῖσιν βρογχίοισι τοῦ πλεύμονος, καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ, θανατῶδες ἤδη ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ ἐστί. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύελον ἐνισχόμενον, κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα ἔσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι. καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι συντιμωρέουσι. τό,τε γὰρ πτύελον ἐνισχόμενον πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει, τό,τε πνεῦμα πυκνὸν ἐὸν, ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον, καὶ κωλύει ἀπολισθαίνειν.

Ob has igitur causas, atque ob alias similes adhuc magis qui totis vtuntur ptissanis, septimo die, aut citiùs moriuntur, alij quidem mente læsi, alij autem orthopnœa & stertore suffocati. Bene autem hos antiqui syderatos esse putabant, ob hoc præcipuè, non minimum autē quòd ipsis morientibus latus liuidum inuenitur plagæ simile. Res autē huius hæc est causa, quòd priusquàm soluatur dolor, moriuntur: celeriter enim anhelosi fiunt: à multo autem & crebro spiritu, vt iam dictum est, summè viscidum, sine concoctione factum sputum, prohibet fieri egressum, sed stertorem facit, impactum in bronchijs pulmonis, & cùm ad hæc peruentum erit, lethale magna ex parte est. Etenim ipsum sputum impactum prohibet spiritum intrò ferri, cogit autem celeriter extrà exire: & ita in malum mutuò se se iuuant. Sputum enim impactum, densum spiritum facit, & spiritus densus existens, lentum facit sputum, & prohibet fieri lubricum.

Galenus censet causas hîc vocari potiones ipsas, quasi Hippocrates diceret, ob has potiones, ptissanæ scilicet, atque ob alias multò magis, vt vini, mulsę, oxymelitis, aut etiam aquę, si quis intempestiuè eis vtatur, moriuntur multi septimo die, aut citiùs. Verùm mihi non placet causas vocari potiones, nam præterquàm quòd impropria sit nominum acceptio, oratio ipsa sit inepta. Perinde enim sit ac si diceres, ob potionem ptissanę, ac multò magis ob potiones vini, oxymelitis, aut mulsę, moriuntur qui vtuntur ptissanis. quid ineptius? an qui vtuntur ptissanis, moriuntur propter potiones vini, oxymelitis & mulsę. Non igitur est hic legitimus huius loci sensus, nam præter dicta, de vino, mulsa, & oxymelite, mox dicet ipsemet Hippocrates, quod frustrà repeteret? quid ergo est quod Hippocrates dicit? certè respondere incipit illi quæstioni, quam in principio totius operis scripsit, in cuius solutione totius huius libri est constitutio. Interrogabatur, qui fieret, vt quidam ptissana semper vterentur, & alij eius vsum magnoperè vituperarent, quasi magnas noxas afferentem: causa certè est, quia ptissana, si quis ea tempestiuè, vtatur, est vtilissima, si intempestiuè, maximè noxia. Medici verò hæc nō valentes distinguere, alij intuentes in illud, laudant, alij in hoc, vituperant. Dicit ergo nunc, ob has causas, id est, quia hæc non obseruant, sed intestino repleto fæcibus, aut vigente adhuc dolore, neque missionē sanguinis præmissa, accipiunt, atque ob alias similes causas adhuc magis, id est, & ob alia etiam præterea, quæ obseruari oportet, & procedente opere dicentur, qui totis vtuntur ptissanis, moriuntur se-

ptimo die, aut citiùs, nimirum in ipso vniuersali principio pleuritidis, quę si acuta tantùm sit, vsque ad septimum est in principio, si acutissima, solùm vsq. ad quartum: alij quidem moriuntur mente læsi, alij autem orthopnœa, aut stertore suffocati. Nimirum quib⁹ mora fit permotato morbo in veram peripneumoniam, delirare solent, quibus nō fit in pulmone inflammatio, sed collectio solùm excrementorum in asperis arteriis, suffocantur cum orthopnœa & stertore. Moriuntur verò ij, qui ita delinquunt in victu, tam breui, vt benè hos antiqui vocauerint syderatos: ob hoc præcipuè, id est, quia tam subitò moriuntur, & quia ipsis morientibus latus liuidum inuenitur, quasi percussi essent fulmine. Quòd autē hoc fiat, causa est, quòd moriuntur priùs quàm soluatur dolor. Nimirum quia moriuntur antequam soluatur, aut remittat dolor, constat eos mori præ inflammationis magnitudine, materia neq; cœpta coqui, neq; excreari. Si enim aut resolui cœpisset inflammatio, aut expurgari materia, dolor cœpisset remitti. Quoniam autē præ magnitudine inflammationis moriuntur, totū latus gangræna corripitur, & liuescit morientibus, & quoniam materiæ nihil excreatur, sed lenta & sicca hæret in pulmone, suffocantur. Explicat deinde satis disertè, hūc casum esse lethalem, quòd lentum hærensque sputum, & respiratio difficilis sese mutuò augeant. Tota hac dictione admonemur, ne antequàm missione sanguinis dolorē fecerimus remittere, cibo vtamur, nisi fortè mulsa aut oxymelite coquendi, aut incindendi causa.

Καταλαμβάνει δὲ ταῦτα οὐ μόνον ἢν πτισσάνῃ ἀκαίρως χρέωνται, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ἢν τι ἄλλο φάγωσιν ἢ πίωσι πτισσάνης αἰεὶ πλησιέστερον.

Prehendunt autē hæc non solùm eos q intempestiuè vtuntur ptissana, sed multò magis, si qd aliud comedant, aut bibant, ptissana deterius.

Ecce hìc dicit Hippocrates apertè, quæ illū proxima oratione dicere Galenus putabat. Videlicet hæc incommoda quæ dicta sunt, apprehendere nō solùm eos, qui intempestiuè vtantur ptissana, sed multò magis si quid aliud comedant aut bibāt ptissana deterius, neq; obseruent, quæ oporteat obseruari. Si enim ptissana, quā aliis omnibus cibis prætulit, tantas noxas parere potest, intempestiuè accepta, alia certè maiores pariant, si intempestiuè accipiantur. Sed quæ sunt alia? quicunque cibi aut potus, vt carnes, pisces, oua, legumina, oxymeli, mulsa, vinū, aut aqua. Porrò quæ sunt illa incommoda, quæ apprehendent vtentes intempestiuè? Certè quæ dicta sunt, inflari ventrem, dolorem, si adest, augeri, si nō adest, excitari, dispnœa corripi, ac præterea mori breui. Sed quæ sunt obseruanda vt tempestiuæ sint potiones? nunquid eadē ad ptissanam, & oxymeli ac mulsam, an diuersa? huic interrogationi respondet, mox dicens.

Μάλα μὲν οὖν τὰ πλεῖστα παραπλήσιαί εἰσιν αἱ τιμωρίαι, τοῖσί τε ὅλῃσι τῇσι πτισσάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε τῷ χυλῷ αὐτέων· τοῖσι δὲ μηδετέρῳ τουτέων, ἀλλὰ ποτῷ μούνῳ· ἔστι δ' ᾗ καὶ διαφερόντως τιμωρητέον.

Bene igitur maxima ex parte similia sunt auxilia vtentibus totis ptissanis, & earum cremore: iis verò qui neutro horum, sed solo potu, aliquando aliter auxiliandum.

Intelligunt hìc neoterici, sermonem esse de reliqua curatione, ac dici, eis qui vtuntur tota ptissana, aut cremore, eandē curationē, quod ad reliqua auxilia attinet, cōuenire: iis verò q sola potione aquæ, diuersam. Quia nō debent solo potu contenti esse, nisi qui acutissimo exactè laborāt morbo, illis verò ob morbi acutiem non potest eadem curatio, quæ aliis, congruere, sed falluntur. Nam si tota ptissana vtendum est in acuto, & cremore in acutissimo, & aqua in acutissimo exactè, nō minùs differret curatio eius qui cremore vtetur, à curatione eius q tota ptissana, quàm eius q sola aqua, à curatione eius q cremore. Nam differentia curationis nō fit à causa, neq; essentia, neque loco affecto (hæc enim eadem sunt) sed solùm ab acutie, hæc verò æqualis est interdicta. Gal. nihil certi dicit, neq; explicat quę sint hęc auxilia, sed ego dicam nunc apertè. Dixerat nuper, nisi igitur quis auxilietur omnibus, quib. opus est. Quo loco explicuimus, illud auxiliari ex omnibus, esse nihil aliud q̄ obseruare omnia præcepta, quibus sit opus, vt sit sufficiēs modus exhibitionis ptissanæ. Eodem verbo vtitur hìc, & illic, nimirum *τιμωρέειν*. Æquum ergo est eodem significato hìc accipi, atq; ita intelligere, igitur maxima ex parte similes sunt cautiones, & eadem obseruanda iis, q ptissana tota vtuntur, & qui cremore, iis verò q neutro horū, sed solo potu, simplici scilicet aut medicamentoso, vt aqua, aut mulsa, aut oxymelite, aliquando opus est aliis peculiaribus obseruationibus. Quæ sint autem illæ, partim dicetur mox, plurimum autem dicetur lib. 3. huius operis. Hic sensus est verissimus, & cum proxima sentētia plurimū congruit. Cùm enim dixisset, dicta pericula præhendere non solùm eos qui intempestiuè vtuntur ptissana, sed multò magis si aliud quid intempestiuè accipiant, explicare volens quæ sint obseruanda, vt tempestiuè accipiantur ptissana, & aliæ potiones, dicit ad ptissanam & cremorem esse easdem obseruationes, ad alias potiones non omnino easdem.

Χρὴ δὲ τάγε πάμπαν οὕτω ποιέειν, ἢν νεοβρῶτι ἐόντι αὐτέῳ, καὶ κοιλίης μήπω ὑποκεχωρηκυίης, ἄρξηται ὁ πυρετὸς, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπισχεῖν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ' ἂν οἴηται κεχωρηκέναι ἐς τὰ κάτω μέρεα τοῦ ἐντέρου τὰ σιτία. χρέεσθαι δὲ ποτῷ, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἔχῃ, ὀξυμέλιτι, χειμῶνος μὲν θερμῷ, θέρεος δὲ ψυχρῷ· ἢν δὲ πολλὴ δίψα ᾖ, μελικρήτῳ καὶ ὕδατι. ἔπειτα μέν τοι, ἢν ἄλγημά τι ἐνῇ, ἢ τῶν ἐπικινδύνων τι ἐμφαίνηται, διδόναι τὸ ῥόφημα, μήτε πολὺ, μήτε παχὺ, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἢ ἐνάτην, ἢν ἰσχύῃ. ἢν δὲ μὴ ὑπεληλύθῃ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρῶτι ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κλύσαι, ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρήσασθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.

Oportet autē hoc omnino ita facere, si nuper pasto cuipiam, et alui onere haudquaq̄ purgato, febris, vel cum dolore, vel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper temperandū, donec cibū ad infernam intestini partē descendisse coniectatū fuerit.

fuerit. Vbi autē dolor aliquis tenuerit, oxymelite in potu vtendū, hyeme calido, æstate autem frigido: quod si multa sitis fuerit, mulsa vtendum, & aqua. Deinde quidem si dolor quis insit, vel periculū aliquod apparuerit, dare potionem, neq; multam, neq; crassam, sed post septimam vel nonam si validus sit. Si verò non subiit vetustus cibus ei, qui recentem acceperit, si fortis fuerit, vel ætas vigens, clystere vti, sin autem fuerit debilior, glande vti, nisi sponte exierit bene.

Duo hic facit, addit aliud præceptū, quod in exhibenda ptissana tenendum est, & explicat exemplo quod mox dixeret, nimirum non omnino esse easdem obseruationes in aliis potionibus, vt in ptissana & eius cremore. Præceptum est, si nuper pasto cuipiam, cui neq; aluus deiecerata sit, neque recens cibus ex ventriculo descenderit, febris inceperit siue cum dolore, siue sine eo, non esse dandam ptissanam vsq; dum cibus descenderit ad intestina. Meritò sanè dicit, siue cum dolore siue sine dolore. Nam non solùm in pleuritide vtilis est hæc obseruatio, sed & in omni alia febre, atq; adeò omni morbo, qn & in bona valetudine. Semper enim nocet cibus alius, antequam è ventriculo prior descēderit. Nam prior posteriorem corrumpit, si plurimùm immoretur, sin minùs, incoctum descendere facit. Hæc ergo incommoda in omnibus habet, quædam etiam alia peculiaria habet in dolore, q̄ antea dicta sunt. Nimirum dolorē auget & dispnœam. Non tamen proinde putandum est, hoc idem esse, & quod antea dixit, quibus cibus statim inclusus manet, satis enim differt. Illic enim de cibo veteri qui non exeat, hic de veteri qui non exeat, & recenti qui nō descēderit à ventriculo: quo casu ob duas causas iam prohibetur ptissanæ atq; adeò cuiusq; alterius cibi exhibitio, quarum altera alteram conseruat. Nam fæces non euacuatę descensuro cibo impedimento sunt. Itaq; tunc temporis à cibo abstinēdum. Quid ergo agendum? certè abstinendum à cibo, vtendū verò glandibus aut clysteribus quæ fæces subducant, & potionibus quæ è ventriculo detrudant. Nam fæcibus subductis, locus dabitur descendenti cibo, atq; ita is facilè à potionibus detrudetur. Si igitur eum cui hæc sint, dolor aliquis tenuerit, itaq; iam laboret dolore, & fæces habeat impactas, & cibum non descendentem, vtendum est oxymelite. Nam etsi antea, cùm diceret, si siccior sit morbus q̄ quis existimet, non oportet multum dare, sed præbere ante sorbitionem, aut mulsam, aut vinū, quasi non ea solùm vsui esse possent, neq; ea maximè, adiecit, aut quodcunq; magis quadrabit: nunc autem magis quadrat oxymeli quàm mulsa, quia ponitur dolor crudus & in principio, & fæces impactæ, & ventriculus cibo occupatus, in tanta autem ventris totius & thoracis constipatione, oxymelitis qualitas desideratur, quia incidit & exterget multò potentiùs quàm mulsa, & coquit non minùs quàm ea: verùm sitim auget multò magis quàm mulsa, quia căpit multò plus mellis quàm ea, & acetum etsi sit refrigerans, est tamen siccans, ac proinde sitim infert, nisi tam exiguum, & tam multa aqua dilutum, vt vim siccandi amittat, tunc enim extinguit sitim magis etiam quàm sola aqua, quia vim siccandi deponit, & refrigerandi auget. In oxymelite autē maior aceti quantitas, atq; cum eque minori est, quàm vt possit siccandi vim amittere. Proin, si multa sitis fuerit, mulsa vtendum potiùs: aut etiam aqua sola, si sit sitis maxima. Constat verò ex his, si vtraq; necessitas incidat simul, incidendi scilicet, & sedandi sitim, licere parare oxymeli aliud quod aquæ plus, mellis & aceti recipiat minus solito, aut in mulsam tantillum aceti infundere. Quin & ipsa mulsa vtemur in quibusdam dilutiori, in quibusdam minùs, vt magis minúsve biliosa esse videbitur pleuritis. Mulsa enim est biliosa, tantò autem minùs, quantò est dilutior. Ergo vt erit pleuritis biliosior, ita vtemur dilutiori, vsque adeo vt si res ita exigat, possimus venire ad solam aquam, quàm constat neq; coquentem neq; incidentem esse, sed attemperātem. Hinc verò discemus, quandoquidem Hippocr. vel in pleuritide ad solam aquam frigidam venit, non debere nos admodum pertinaciter, vt quidam faciunt, indicationi à causa adhærentes, intemperiem negligere, satius enim aliquando est morbum protrahi permittere, quàm breui hominem exuri. Itaq; vides vt exhibendi oxymeli, & mulsam, & equam, non eædem sint regulæ, sed peculiares quasdam habent cautiones. Considera etiam Hippocr. serapia omnia præbere hyeme calida, æstate frigida, contrà ac vulgares quidā medici, qui tepida tribuunt, non considerantes ventriculum lædi maximè tepidis, frigidis verò & calidis iuuari & delectari. Rectè autem tribuuntur calida hyeme, frigida æstate, ita enim sunt iucundissima, & intemperiei aeris occurritur. Verùm dices, durum esse, ægrotum sine sorbitione ptisanæ aut alio cibo continere cum solo oxymelite aut sola mulsa tandiu. Quid enim, si etiā si hęc omnia agas, tamen dolor duret diu? & deliquia animi, aut peruigilia, aut alia huiusmodi succedāt, quibus indicetur non posse durare hominem, donec morbus concoquatur? nunquid ne tunc quidē sorbitionem dabis? ita sanè, nam tunc vrgentiæ gratia dari debet, etsi alia obstent. Hoc vt doceat, dicit, deinde quidē si dolor quis insit, id est, persistat duretq;, vel periculum aliquod apparuerit, periculum scilicet mortis se insinuet ex tam longa inedia, dare potionem. Sed si hoc est quod Hippoc. docet, quorsum addit, neq; multam neque crassam, sed post septimam vel nonam? nam vrgentiæ nullum tempus, nulla quantitas præfinitur, sed dandum est, quantum, & quocunque tempore necessitas exigat. Ita est, sed indicationi ab vrgentia fieri debet satis cum quàm minimo auxilio fieri possit, itaque dari debet, quantum sit necessarium, nihil tamen præterea. Proinde dum præter methodum datur ptissana ob vrgentiam, neque multa neque crassa, neque ante septimum aut nonum diem dari debet, si æger validus sit: si enim non ferant vires, dandum est quantum & quandocunque poscent. Itaque potionibus trudentibus ex ventriculo ita succorritur, si tamen vetustus cibus non subiit, sed hæret in intestinis, ipse impediet recentis cibi ex ventriculo descensum, quare frustrà laborabitur potionibus, nisi fæces subducantur, vtendum ergò erit clystere si fortis fuerit virtus & vigeat ætas, sin minùs, glande, nisi sponte exierit bene. Quo loco consideratione dignum in primis est, quanto studio Hippocrates velit deuitare omnia auxilia, vtque eis vti nolit, nisi necessitate compulsus.

Nam ne glandem quidem immitti leniter permittit, sed nisi sponte exierit aluus. Quasi diceret, si enim citra eã potest aluus deonerari, ne glande quidem vtendum. Quid enim aliud instrumenta medica faciunt, nisi valde necessaria sint, quàm negotium facessere naturæ? considera præterea, quá cautus sit Hippocr. & quàm longè absit à temeritate, qui ad clysteris vsum exigit vt facultas fortis sit, & ætas firma. Certè veteres fortioribus clysteribus vti consueuerant, ex fortioribus inquam paratis, & longè plus infundere quàm nunc, proinde plus virium ad id sustinendum exigebant, & vt potentiori auxilio fidebant. Vidaas enim sæpissimè, Hippocratem in Epidem. in difficillimis curationibus vt præstantissimi auxilij clysteris mentionem facere. Verùm ad fæces duratas non opos erat clystere ex toto corpore trahente, sed extergẽte solùm & emolliente, quare minùs videbatur tam multas vires exigere. Sed solùm, ne homo esset debilissimus. Quid enim? nunquid si fæces seni duræ & impactæ sunt, non vtemur clystere? quid si glans non sufficit? an casus iam est incurabilis? nõ certè, sed Hippocr. hoc dicit, nos commonens, vt quocunq; auxilio vti velimus, curemos, sit facultas quæ satis superq; ferre possit. Tutissimè enim ita proceditur. Nam etsi qd à medico peccetur (nihil autem peccare magis quá humanum est) cùm facultas est fortior quàm pro auxiliorum magnitudine, possunt etiam errata vinci. Non tamen proinde si non detur tam tutò procedera, & res vrgeat, supersedendum à curatione est, sed tentandum etiam aliquando cum temeritate aliquid.

Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος, τόνδε μάλιστα φυλάσσεσθαι κατ' ἀρχὰς, καὶ διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος. ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι. ὁκόταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι, καὶ νομίζειν μάλα δύνασθαι τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ἁπάσῃσι τῇσι νούσοισιν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι, μάλιστα δὲ ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι καὶ ἐπικινδυνοτάτῃσιν.

Occasionem autem danda sorbitionis hãc maximè seruari oportet & per initia, & per totum morbum. Cùm quidem pedes frigidi sint, abstinere oportet à sorbitionis exhibitione, præcipuè autem à potu abstinendum. cùm autem calor ad pedes descenderit, tunc dare, & putare plurimum posse occasionem, in omnibus morbis, præcipuè autẽ in acutis, & maximè in magis febricitantibus, & in maximo periculo constitutis.

Hactenus loquutus est de tẽpore vniuersali quo dari aut non dari debet cibus, docens in totius morbi principio abstinendum, vsq; dum dolor remittat & os madascat, & fæces exierint, & cibos descenderit: nunc de tempore particulari, & hora cibo accommodata agit, dicẽs in principio paroxysmi abstinendum à cibo & potu esse, dandum verò in inclinatione, idq; obseruandum & circa principia & per totum morbum, nimirũ pedes & reliquas partes extremas refrigerari, principij est, quia calor accurrit ad viscera, & ab extremis partibus se subtrahit: calorem verò ad pedes descendisse, est inclinationis, quia tunc temporis fuligines vstæ per extremas partes expirant. Simile ergo est quod nunc dicit, & quod in Aphoris. 11. Sect. 1. præterquam quod illic dicitur, in paroxysmis abstinendum, quia cibũ dare in illis noxium est, hìc verò definitur quæ paroxysmi pars sit ad cibum capiendum ineptissima, & quæ minùs inepta. Nimirum in ipso paroxysmi principio, cum maximo, in inclinatione cum minimo periculo datur. Quia in principio periclitatur reconditus calor velut à viridibus lignis suffocari, crudi autem cibi obruunt. Maiori autem cum periculo datur ea occasione frigidus potus quàm cibus, quia potus & obruit, & in constipatum calorẽ confertim incidens, refrigeratione extinguit. Nõ tamẽ vt potus frigidus minùs etiam quàm cibus dandus in principio paroxysmi, ita in inclinatione est minus vtilis, quin potiùs cibus, si fieri potest, ne per totum quidem paroxysmum dandus, sed expectanda infebricitatio, potum verò in plerisq; febribus, non solùm licet, sed etiam expedit dare inclinante febre, atque adeò in quibusdam vigente vt inclinet, plus autem aut minus, citiùs aut tardiùs, frigidiusq; aut nimis frigidum, vt febris inclinabit magis ad biliosam, aut pituitosam. Dicta sũnt multa alia ad hunc locum pertinentia in Commentatione dicti Aphorismi, vbi docuimus ab hac regula excipi debere biliosos valde, & qui picrocholi cùm sint, citra partis alicuius phlegmonem, aut putrescentiã, bilis vstione febricitant: illos enim oportet ventriculo non omnino cibo vacuo paroxysmum expectare, aut in ipso paroxysmo accipere: quia aliter nõ possunt bilis confluxum in ventriculũ sustinere, & magis periclitantur à syncope cardiaca, quàm à calidi suffocatione. Exaggerat deinde Hippoc. hoc præceptũ, dicens, putare oportere plurimum posse occasionẽ cibi exhibendi. Certè tantum potest, vt putem plurimos ob malè institutum victum periisse, qui alioqui fuissent liberati, atq; adeò plurimos solo victu liberatos esse à maximis morbis citra aliam curationem. Dicit plurimum posse in morbis, pręcipuè autem in acutis, maximè in magis febricitantibus, & in maximo periculo constitutis. Hęc dicit allodens ad ea quæ in procemio dixit, puta victus institutionem rem magnam esse, præcipuè in morbis acutis quorum febres continuæ sunt, & occidunt. Sed dices. quo pacto potest pertinere hęc occasio cibi prębendi ad acutos morbos, non enim vidẽtur in acutis febribus accidere frigora, rigores aut horrores, sed in solis intermittentibus, quæ neq; periculosæ sunt neq; acutæ. Certè multæ continuę febres sunt horridæ, vt vocatæ semitertianæ, & aliæ ob alias occasiones. Sed præter has omnes, quæ non sunt continentes, habent exacerbationes, in quarum principiis accidit pulsus constrictio, atque adeò in multis etiam quædam refrigeratio pedum. In omnibus autem cauendum est cibum dare in exacerbationis principio: In acutis verò vt sunt periculosiora & mutabiliora, cæteris paribus quodcunq; erratum habet plus periculi.

Χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ πτισάνῃ, κατὰ τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα ἀκριβῶς θεωρῶν.

Vti autem primùm maximè quidem cremore, deinde autem ptiſſana, ſecundùm cõiecturas præſcriptas diligenter conſiderans.

Hoc ſanè in pleuritide & peripneomonia manifeſtum eſt, quia in his incipiẽdum à tenuiori cibo, procedendumq; ad craſsiorem, ſed & in alius febribus, niſi ptiſſanæ aſſueuerint ægroti, non erit præter rem à ptiſſanæ cremore incipere, vt mutatio cõſuetudinis paulatim fiat, poterit enim ita etiam dari plus in principio, aucta quãtitate cremoris, quan tum tenuitate ſuperat. Hæc verò debeas facere ſecũdùm præſcriptas coniecturas diligenter conſiderans, an profutura an verò læſura ſit ptiſſana. Quia enim hæc non diligenter conſiderabant quidam attendentes commoditates ptiſſanæ oportunè epotæ, commendabant ſummoperè ptiſſanam: alij videntes incommoda ex ptiſſana accepta importunè, imputantes ea ipſi ptiſſanæ, dicebãt ea nihil eſſe deterius. Vides ergo vt in dilutione propoſitæ in principio quæſtionis, totius libri huius primi, qui hic iuxta Galeni partitionem finitur, conſtitutio fuerit.

MAGNI HIPPOCRATIS COI DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS, LIBER SECVNDVS.

Ὀδυνὴ δὲ πλευροῦ ἤν τι κατ' ἀρχὰς γένηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐστὶ χρησάμενον, πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην.

DOlor autem lateris ſiue in principio fiat, ſiue poſtea, non abs re eſt calidis fomentis tentare ſoluere dolorem.

NOMEN doloris lateris hîc non de vera pleuritide ſolùm, quæ in inflammatione lateris habet eſſentiam, dicitur, ſed de quocunq; lateris dolore. Hanc enim ob cauſam, tam variam curandi huius doloris rationem ſcribit, ſcripturus alioqui ſimpliciorem. Nimirum vera pleuritis non admodum poteſt diſsidere, cùm omnis ſit inflammatio, ſiue exquiſitior aliquantò, ſiue alterius generis tumoris aliquantum ſit particeps, ſiue membranam ſuccingentem coſtas, ſiue muſculos ſolùm teneat. In omni itaq; pleuritide ea curatio erit idonea quã inflammatio petit, adiuncta partis indicatione. Verùm dolores laterum à diuerſis morborum generibus naſcuntur: nam & ab inflammatione, & à flatibus, & à ſuccis crudis eo loco hærentibus, & à qualicunque in latus incumbente deſtillatione, quin etiam ab affectionibus hepatis aut lienis ob alligationem eorum viſcerum cum coſtis inferois. Nihilominus poſſunt curationes omnium dolorum lateris habere præceptionem aliquam communem, præcipuè in initio. Omnes enim morbi qui ſunt eatenus ſimiles, vt ambiguitas aliqua in eorum dignotione eſſe poſsit, in initio minimè dignoſci poſſunt, & proinde curationes minimè differunt: cùm verò procedunt, & apertè differunt, curationes etiam faciunt diſsidere. Vt doloris colici & nephritici in primis eadem, poſtea curatio ſatis diuerſa eſt. Ita hæc præceptio ad omnem lateris dolorem pertinet. Dolorem lateris, ſiue in principio fiat, id eſt, nullo alio morbo prægreſſo, ſiue poſtea, alij ſuccedens, non ab re eſt tentare calidis fomentis diſſoluere. Fiunt verò ſępe (nam & de hoc dubitant quidam neoterici) vtroq; modo, vtrique laterum dolores, & veræ pleuritides, & reliqui laterum dolores, à principio & poſtea. Quanquam veræ pleuritides crebriùs fiunt à principio quàm multæ aliæ inflammationes internę, vt quæ phrenitides, quàm lethargi: verùm & aliis morbis ſuccedunt, grauedinibus præcipuè cùm malè curantur. Sed & alij quicunq; morbi poſſunt poſtremò in pleuritides euadere, quod ſanè genus lethalis abſceſſus eſt. Itaque vtcunq; dolor incipiat latus obſidere, oportet tentare calidis fomentis diſſoluere. Quo fit, vt illud tentare nõ ad morbi cognitionem pertineat, vt pleriq; accipiũt, quaſi fomẽtis tentantes an vera pleuritis ſit, an nõ, quandoquidem & in vera pleuritide fomentis tentandum eſt, ſed ad curationẽ. Quaſi tentare debeas an fomentis curari poſsit, ne, niſi opus ſit, maioribus auxiliis vtaris. Sed quoniam tentantes admouemus fomenta, conſtat non ſemper admouenda eſſe, ſed tunc ſolùm cùm ſpes aliqua eſſe poteſt, fore vt ſolis fomentis cedant dolores: nimirum ſi dolores ex flatu aut ſuccis frigidis ſunt, cedent fomentis calidis, contrarij ratione, niſi cauſæ plurimum redundent, nam ita etiam opus erit priùs expurgare totum corpus: ac nonnũquam etiam mittere ſanguinem, ne dolor alia ex cauſa incipiens, ſanguinem conuocãs inflammationem faciat. Sed & inflammationes laterum ſi exiguæ ſint, & corpore vacuo, poſsint fomentis ſolis cedere, & quia fomenta quod in parte eſt diſſoluent, & ſedantia dolorem (anodyna cùm ſint) qui mouebat, fluxionem ceſſare facient. Nam cùm aliæ nonnullæ trahendi cauſę ſint, nulla eſt cũ dolore conferenda: quare cùm dolor fluxionis cauſa maxima ſit, anodyna in corporibus non admodum plenis, fluxiones ſedantia ſint, non minùs quã quæ repercutiunt. Verũ ſi quis mox ac accedit ad ægrotum, videt quinq; pleuritidis ſigna (hæc ſunt, febris perpetua, dolor pungẽs, tuſsis, difficultas reſpirationis, & pulſus durus) cõſpicua & magna, malè faciet incipiens à fomentis, ac non potiùs à miſſione ſanguinis. Si etiam videat, citra hęc, lateris dolorem, cũ magna tamen redundãtia excrementorũ in toto corpore, ab expurgatione debebit incipere, his enim caſib. nulla ſpes eſt, forè vt ſolis fomentis res cedat. Alioqui agendũ eſt à principio fomentis calidis, quia partis natura non fert frigida, neq; repercutientia, ſed laxantibus, ab initio indicat vti.

Θερμασμάτων δὲ κράτιστον μὲν ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, ἢ ἐν κύστει, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐν ὀστρακίνῳ. προϋποτιθέναι δὲ χρὴ, μαλθακόν τι πρὸς τὴν πλευρὴν, προσηνείης εἵνεκεν. ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς, μέγας, ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος προστιθέμενος. περιστέγειν τι ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή. πλείω τε γὰρ χρόνον αὖ διαρκέσει καὶ διαμενεῖ, καὶ ἅμα ὡς μὴ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος προσφέρηται. ἢν ἄρα μὴ δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι. ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι. ἔτι δὲ καὶ κριθαὶ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξει κεκρημένῳ, σμικρῷ ὀξυτέρῳ ἢ ὡς ἄν τις πίοι, διέντα καὶ ἀναζέσαντα, ἐς μαρσίππιά τι ἀπορράψαντα, προστιθέναι, καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον. πυρίη δὲ ξηρὴ, ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν εἰρινέοισι μαρσιππίοισιν ἐπιτηδειόταται. καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς ὁ κέγχρος.

Calidorum autem fomentorum optimum est aqua calida, in vtre, aut in vesica, aut in aeneo vase, aut in crustaceo. Substernere autem oportet molle aliquid ad latus, lenitatis gratia. Bonū autem & spongiam mollem magnam ex aqua expressam apponere: contegereq́ linteo fomentū oportet, pluri enim tempore sufficiet, & permanebit, simulq́ ne vapor ad ægrotantis spiritum efferatur: nisi videatur hoc etiam vtile ad aliquid esse, est enim cùm ad aliquid oportet. Adhuc autem & hordeum, & eruum in aceto diluto, vt paulò acidius sit, quàm vt quis bibere possit, macerata ac feruefacta & in marsupia consecta, apponere. & furfures eodem modo. Fomentum autem siccum præbent sal, & milium torrefactum, in laneis sacculis conuenientissimū. Etenim lene & blandum est milium.

Fomenta differentiam recipiūt ex facultate qua sunt, & ex instrumentis quibus admouentur, ex facultate, & ex substantiæ modo. Quòd simplicia sint & medicamentosarum facultatū expertia, aut medicamentosa, & insignibus prædita qualitatibus: ex instrumentis, quod admoueantur in vtre, vesica, aut vase æneo, aut crustaceo, aut in spongia, aut in lineis, laneisve sacculis, & si quæ alia ratio ast admouendi: ex substantiæ modo quòd humidum fomentum sit, aut siccum. Humidum enim hìc, vt & multis aliis locis, vocat Hippocrates quod fluxile & liquidum, siccum verò quod solidum & humoris expers: vt humidum sit decoctum quodcunque etiam siccissimarum herbarum, & merum acre, & aliud quodcunque liquidum: siccum verò quidquid in sacculis admouetur, quacunque facultate sit. Ita enim accipi hìc duo hæc nomina constat, qa cum meminisset duorum fomentorum, aquæ scilicet solius, & aceti diluti cum hordeo & eruo, apponens tertium, puta sacculos sale & milio torrefactis plenos, dicit, siccum autem fomentum, quasi duo priora humida fuerint, constat verò si facultatem consideres, secundum fomentum fuisse siccū: nam ex hordeo, milio & aceto. Constat ergo humidum siccumq́ue hìc dici fluxile & solidum, vt libello de alimento, vbi diuidit alimentum in humidum & siccum, id est potabile, & solidum. Quanquam & facultas siccandi aut humectandi in dictis tribus fomentis substantiæ modo proportione respondet, vt enim secundum siccius est primo, ita & solidius, quia constat & cremore & seminibus commistis & vt tertio minus siccum, ita minùs solidum. Sed contingit dubitare, cur dicat aquam calidam esse optimum omnium fomentorum, cum ad quædam sint alia potiora? Vbi enim flatus multi ac crassi sint, & succi crudi multi & lenti, melius sit secūdum, quod succos absumere potiùs, & incidere possit, ac tertium quod hæc potentiùs adhuc præstet, & flatus dissipet. Tunc ergo solùm aqua sit optimum fomētum, cùm potentiori non sit opus, vt quum succus tenuis biliosus aut salsus, aut inflammatio exigua, aut flatus tenues, alioqui alia sint meliora. Cur ergo simpliciter dicitur aqua omnium optima? An quia leuissimum auxilium, & quoad fieri potest tale exoptandum? An quia simplicissimum & facultatibus efficacibus maxime carens, tale verò quum sit, ad affectiones quibus congruit, omnium maximè est congruens, sed & in aliis omnibus, si res est dubia, & de succi specie, aut affectionis magnitudine dubitatur, minima cum noxa admouetur. Secundum fomentum videri possit alicui minimè huic morbo congruens, si rectè hactenus dictum est, indicatione huius partis prohiberi refrigerantia & adstringentia. Hordeum enim frigidum est, acetum frigidum & astringens. Sed oportet considerare acetum adeo dilutum vim suam magna ex parte deponere, & hordei frigus erui calore temperari, vt totum fomentum moderatum sit. Porrò hæc fomenta non demittuntur in parte, sed admouentur actu calida, & retinentur solùm dum is calor durat, mox abiiciuntur. Omnia autem quacunque facultate sint, operantur primo occursu secundùm id quod actu habent, etsi id illis per accidens insit, deinde diutius manentia recidunt in facultatem quæ illis per se inest. Fomenta ergo quæ actu calida admouentur, cum non vltra primum occursum retineantur in parte, necesse est calfaciant, etsi alioqui calida non fiat. Hæc & huiusmodi omnia, quæ liquida sint, admoueri possunt in vtre aut vesica, aut spongia imbuta ac expressa, aut vase aliquo duro, vt æneo aut testaceo, hoc est parato ex concha animalis alicuius grandioris eorum quæ vocantur ὀστρακόδερμα, atqui eodem modo fieri potest vas fictile. Habent enim aliqui vasa huiusmodi talia, vt admoueri idonea sint lateri, aut ventri, aut humero, aut coxæ. Constat verò hæc debere esse accommodata, magnitudine & figura, vt partibus aptè admoueantur. Mihi verò magis probantur fomenta in vesica aut vtre, quia molliora, & ob id semiplena meliùs admouentur, & per eas pelliculas succi vis meliùs transmittitur, in æneo enim aut testaceo vase, haud multum interesse puto, aqua calida contineatur, an alius quiuis calidus succus. Ad modum etiam admotionis pertinentia scribit Hippocrates quędam, quorum caput est, vt cum quàm minima molestia admoueantur. Nam & in aliis omnibus medicis auxiliis, molestia quoad fieri possit, vitāda est. Substernere ergo oportet molle aliquid lateri, vt linteum, aut lanam lenitatis gratia. Constat verò hoc vasis solùm æneis aut testaceis intelligi, non etiam de vtre aut vesica, quæ per sese mollia sunt. In admouenda spongia duo admonet, vt

admo-

admoueatur expressa, ne succus versus quaque per corpus effluat, & vt spongia admota linteo contegatur, vt calor diutius permaneat, sufficiatque, neque opus sit crebrò spongias mutando ambienti aeri locum dare, & ne vapor ab spongia ad os & nares efferatur faciatque difficiliorem respirationem: nisi, inquit, videatur hoc etiam vtile ad aliquid esse, est enim aliquando vtile. Hoc sanè consideratione dignum est. Videtur enim nulla re meliùs thoracis & capitis & pulmonis malis succurri posse quàm vapore. Nam vt crassa intestina clysteribus, ventriculo vomitoria, renibus diureticis, succurritur, quia hæc in partes pertingunt, ita & vaporibus videtur partibus respirantibus succurrendum. Nihil enim aliud fertur in eas partes integrum. Non ergo videtur cauendum, ne vapor in spiritum feratur thorace laborante, sed procurandum potiùs, si id quod admouebatur, idoneum erat medicamentum, talis enim erit etiam vapor. Ego sanè vaporibus sæpè vtor ad thoracis affectiones & capitis, admouens lectulis ægrotantium, lebetes cum decoctis idoneis, aut in prunis suffitus. Nimirum parari possunt vapores coquentes & incindētea vt res exiget. Quare sæpè oportebit sinere vt vapores ex admotis spongiis efferantur, quò dum fomenta exterius admota dolorem sedant, & succos ac flatus discutiunt, vapores intrò lati coquant aut secent, non tamen semper id erit vtile. Nam si magna periculi & vrgentiæ pars est in difficultate respirationis, vt sæpe est, prohibere oportet vapores, illi enim etsi coquendo aut incindendo prodesse deinceps possent, mox tamen & primo occursu non possunt non difficultatem respirationis augere, in qua periculum maximum esse ponebamus. Hoc ergo casu satius erit fouere latus calidis, ad os autem & nares aerem temperare. Si etiam thorax à capite recipiat, fieri poterit, vt fomentum thoraci bene faciat, vapor verò caput repleat & fluxionem augeat. Quanquam aliquando esse poterunt pariter vtilia fomentum thoraci & capiti vapor. Vt si flatuoso thorace, & humido capite, & corpore non adhuc redundante excrementis, admoueantur lateribus sacculi ex cumino, sacculi enim thoracem, & vapor caput siccabit. Multas huiusmodi affectiones possis per te meditari, quibus vaporem fomētorum in spiritum efferri vtile sit, multas etiā quibus noxium. Cùm noxium esse videbitur, prohibere poteris, vt Hippocrates dicit, linteis fomenta obuoluens. Tertium fomentum siccum maximè est: nam sal & milium talia per se sunt, & torrefactione fit siccandi ac calefaciendi facultati accessio. Commendatur milium quod pondere sit leue, ac non comprimens, & lene, minimeq́; exasperans, nimirum deuitanda molestia est. Cælius Aurelianus è Methodicorum secta secutus Soranum, obiicit salem vstum acrem esse, ac necessariò febres accendere: milium torrefactum graueolens esse, & capiti graue. His respondemus, vt siccans valde & acre fomentum, vsurpari salem ab Hippocrate, non pro quocunq; pleuritico, sed in quo siccatione maxima opus sit. Milij graueolentia non probatur, sed neq; vllum aliud est auxilium magnum, quod nulla ratione obsit.

Λύει δὲ μάλθαξις ἡ τοιήδε, καὶ τὰς πρὸς κληῗ-

A δας περαιούσας ἀλγηδόνας. τομὴ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς τὴν κληῗδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη.

Soluit autem emollitio huiusmodi etiam dolores clauiculam attingentes. Sectio autem non similiter soluit dolorem, nisi ad clauiculam dolor pertingat.

Emollitionem vocat anodynorum admotionē, B commendat verò eam hoc nomine, quòd ad omnes dolores laterum sit vtilia, non vt sectio venæ, quæ non æquè omnes soluit, sed eos qui attingunt clauiculam. Hoc per anticipationem nunc dicitur, mox enim explicabitur, diceturq́; iterum.

Ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πολὺν χρόνον θερμαίνειν· καὶ γὰρ ξηραντικὸν τοῦ πλεύμονος τοῦτο ἐστι καὶ ἐμπυηματῶδες. ἀλλ' ἢν μὲν σημαίνῃ ἡ ὀδύνη ἐς τὴν κληῗδα, ἢ ἐς τὸν βραχίονα C βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τάμνειν ἀρήγει τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα, τὴν εἴσω. καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ καὶ ἐρυθροῦ, πελιόν. ἀμφότερα γὰρ γίνεται. ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῗδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν δεῖ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ· μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνησον, ἢ ἄλ-D λό τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα· πεπλίῳ δὲ, ὀπὸν σιλφίου. ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισιν, ὁμοιότροπα ταῦτα ἐστίν. ἄγει δὲ μέλας μὲν καλλίω, καὶ κρισιμώτερα πεπλίου. πέπλιον δὲ, μέλανος μᾶλλον φυσέων καταῤῥηκτικώτερόν ἐστιν. ἄμφω δὲ ταῦτα ὀδύνην παύει· παύει δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων, κράτιστα δὲ ταῦτα ὧν ἐγὼ οἶδα ἐστίν· ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα, ἀρήγει, ὅκόσα E μὴ ἄγαν ἐστὶν ἀηδέα, ἢ διὰ πικρότητα, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀηδίην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τινά.

Si autem non soluitur ad fomenta dolor, non expedit multo tempore calfacere, etenim siccat hoc pulmonem, & suppurationem facit. Sed si dolor significationem sui præbeat ad clauiculam, aut grauitas in brachium, aut circa mammam, aut supra septum transuersum, secare iuuat ve- F *nam internam in cubito, & non cunctari confertim auferre sanguinem, vsque dum multò magis rubicundum fluat, aut pro puro & rubro liuidum. Vtrunq; enim euenit. Si autem sub septo transuerso sit dolor, non præbet autem sui significationem ad clauiculam, mollire oportet aluum aut helleboro nigro, aut peplio: nigro quidem daucum, aut sesele, aut cuminum,* G *aut anisum, aut aliud quidpiam eorum quæ bene olent, miscendo: peplio autem succum silphij. Verùm etsi hæc miscean, eiusdem modi sunt. Euacuat autem nigrum meliùs, & ad iudicationem magis facit quàm peplium: peplium verò,*

quàm nigrum flatus magis pellit. Ambo autem dolorem sedant. Sedant autem & alia multa, aluum subducentia. Optima autem sunt hæc, eorum quæ ego noui: alioqui & ea quæ in sorbitionibus dantur, aluum subducentia prosunt, quæcunque non valde insuauia sunt, aut ob amaritudinem aut aliam insuauitatem, aut ob multitudinem, aut colorem, aut aliquam aliam suspicionem.

Quandoquidem fomenta non edmouebantur quasi certò dolorem solotura, sed gratia teotandi an valerent soluere, constat, si dulor oon soluatur, noo esse perseuerandum plus satia in eorum admotione, sed transeundum ad alia, illis dimissis, non enim solùm inutilia sunt, si non soluunt, sed etiam lædunt, præcipuè si secundi, aut tertij generis fomentorum sint. Si enim sint moderatissima, aqua calida, aut simile aliud sine magna vi calfaciēdi aot siccandi anodynū, non opus erit reilcere, etiamsi dolorem non soluant, sed satia erit, his reteoris ad alia auxilie transire: alioqui non erit satis transire ad alia, nisi reüçiantor, quia siccando & calsaciēdo pulmonem, sputa reddunt sicciora, & excreationi ineptiora: vnde contingit strangulari, ant inflammationes maiores fieri (aucta fluxione) qoàm resolui possint: qoare nisi præueniant strangulare, ad supporationem vertentur. Fomenta ergo iosigniter calida, nisi doloreio soluant, dimittere oportet. Noo enim hæc, quòd omnia secundùm rationem facienti viderentor certò profutura, sed qnasi in re incerta, tentando, admouebantur. Non tamen mox sunt reiicienda, nisi primo occursu solüant, sed cùm tantum admota permanserint, qoantum ad tentandū fuerit satis. Sæpè enim calida fomenta, in passiooibos, etiam frigidis & flatuosis, primo occursu videntur lædere, quòd extenuati flatus distendant plua, & dolor crescat, perseuerantia verò soluunt, qoem primò auxerant, dolorem. Proiude non dixit, expedit mox fomēta tollere, sed, nō expedit multo tempore calfacere. Quanto tempore calfaciendum sit non definit, neque certo numero dierum aut horarū definiri potest, sed tunc potandum est, plua satis esse calfactum fomentis, cùm augesceotis affectionis, eut mutationia in phlegmonem, quæ antea non erat, notæ cœperint apparere. Vt si, cùm antea nō esset febris, iam succrescat, aut cùm esset exigna, crescat, & pulsus duritiem accipiat: cùm aliquid tale apparere cœperit, mox à fomentis abstinendum. Quid ergo agendum? mittēdus sangnis, aut expurgandum: non enim vt dixit, sectio æquè omnes iuuat, sed quosdam exporgatio, magis proinde distinguit Hippocrates dolores, in quibus hoc aut illo opus est. Quo loco Galeo, atque post eum alij omoes intelligunt, ex Hippocratis sententia in pleuritide qoæ tenet costas superiores, mittendum sanguinem, in ea verò quæ inferiores octo, expurgandum: tentantque caosam reddere. Alij causantur, cor esse inter brachium & venam sine cōiuge, à qua costæ infernæ nutriuntur: Alij, succos tenues & calidos, qoique missioni sanguinis magis cedant, in superiores partes ferri solere, crassos & frigidos, qui exporgationi, in inferiores. Verùm & rationes hæ futiles sunt admodū, & quod asseritur falsum, & absurdum. Nam vena sine cooiuge non fit ex caua, antequam ea in cor se iosinuet, sed iam prætergressa: neque sanè vena caua penetrat per cor, sed mittēs in illud ramulum, prætergreditur: quare nō est cor inter veoam cauam & ioternam in cubito: sed etsi esset, non proiode necesse esset, sanguinem, qui ex spaciis costarum inferiorum, sectiooe venæ in brachio, effuo deretur, per cor transire: nam oō per venas grandiores, & quæ medium corporis tenent, necesse est venire, sed per ramulos, qui per carnes diducti, rete quoddam commune texunt, sanguis educitur. Iam verò supernas partes calidis, infernas frigidis laborare, non est perpetuum, cùm crura laboreot sæpè erysipelate, & ceruix œdemate: Sed intra thoracem eam partium differentiam esse putare, est ridiculum, quum io thoracis medio cor sit, & illi subsitet hepar. Sed præter hæc per sese absurdum sit, si quis pleuriticum curans, quòd inflāmatio teneat sextam aut septimam costam, à missione sangoiois prorsus abstioeat, præter id, quod petit inflammatio partis internæ, & proximæ cordi, & vtatur expurgatione, ventrisque fluxum moliatur, præter thoracis naturam, qui alui fluxione parum iuuatur, vt hac ratione à pleuritide alui profluuiom soleat esse lethale. Coosentaneum ergo magis est putare Hippocratem hoc non ducere, si verba id ferunt, quàm commentis fingendis, pro re absurda laborare. Mihi saoè nihil minùs videtur dicere, quàm esse aliquam pleuritidem, in qua mittendus sangois non sit, cum dicat: Si dolor significationem sui præbeat ad clauiculam, aut grauitas in brachium, aut circa mammam, aut supra septum transuersom, iuuat secare venam internam in cubito. Si enim in omni inflammatione, quæ supra septum transuersum, cùm infra septum nulla pleuritis esse possit, in omni pleuritide, iuuat secare veoā. Quare satius sit, aliis dimissis, quod Hippocr. docet, enarrare. Certè, vt diximus, nō de vera exquisitaque pleuritide hoc loco agit, sed de omni dolore ad latus pertineote. Potest verò dolor tenere latus ob affectionem intra thoracem consisteotem, aut etiam ob affectionem hypochondrij. Condolere enim solent iofernæ costæ cum hepate & liene: atque harum partium affectio, inflammatio esse potest, vel citra hāc moltitudo sanguinis in parte, vel citra inflammationem & sanguinis multitudinem, intemperies cū excrementosis succis, aut flatu. Dolor sopra septū transuersum cum grauitate io brachio, ant circa mammam, aut ad clauicnlam, significat sangoinis redondantiam intra thoracem, siue cum inflammatione, siue ea nondum facta. Significatio autem doloris ad clauicnlam, fieri potest, non solùm ob pleuritidem sopernarum costarū, sed nihilo mioūs ob ioflammationem hypochondriorum, hepatis præcipuè: quia tument tunc temporis venæ vsque ad iugulares. Cùm ergo distentio & grauitas multitudinem sequi soleaot, illa ad vasa, hæc ad vires, constat significationes esse omoeaeas quæ dictæ sunt, veræ inflammationis in hypochondriis aut intra thoracem, aut saltem doloris consistentia cum multitudine, qoæ cùm adsunt, secanda veoa est. Si verò dolor sit infra septum transuersum (coostat hoc esse extra thoracem) non præstet aotem significationē sui ad clauiculam (nam si præstet, mittendua tunc qooque sanguis est) mollire opottet aluom & à sanguinis missione abstinere. Humores enim qoi citra phlegmonem in hypochondriis continentur, facilè

ad

ad aluum deriuantur, ob viciniam & rectitudinam cum intestinis Ecce diximus, quibus in doloribus mittendus sit sanguis, & quibus expurgandum: ex quibus cōstat, Cælium Aurelianum, qui hanc quoque sententiam refutauit, non esse eam satis assequutum. Nunc quomodo præstandum vtrunque sit, explicemus, redeuntes ad sanguinis missionem. Secare (inquit) iuuat venam internam in cubito. Hic consentaneum est internam vocari axillarem, dicique ad humeralem, quæ est externa, & ad communem, quæ ex illis fit, quanquam aliis locis internas vocare solet omnes venas magnas. Constat præterea ex regula rectitudinis, internam cubiti eiusdem lateris secari debere. Iubet præterea non cunctari confertim auferre sanguinem, vsque dum perrubrum, aut pro rubro liuidum fiat: denique vsque dum mutetur color sanguinis in deteriorem, quia scilicet qui impactus in inflammatione est, aut partem inflammatam obsidet sanguis, minùs integer est quàm qui longè abest. Quare nisi vsque ad mutationem sanguinis fluat, constat non exhauriri ab ipsa inflammatione, neque verò à proximis inflammationi locis. Quando verò excrementa contemplamur (vrinas præcipuè) vt inde coniectemus, vt habeat in venis sanguis, constat contemplari ipsum exeuntem sanguinem magni momenti esse. Significationes vero similes sunt iis, quæ in succo ex inflammata particula fluente. Nam phlegmoneque ex affluente sanguine fit in particula impacto: vt ergo ibi dum manet integer, ruber est cum quadam mediocritate crassitiei, cùm vritur, perruber & crassus fit primùm, deinde & nigrescit, aut ad chlorum colorem tendit: cùm putrescit malignè, liuescis, aut sanies quædam atra sine concretione cum graueolentia fit, cùm mediocriter putrescit (quod & suppurari dicimus) fit candidus: ita & qui intra venas est, pro ratione alterationis afficitur, itaque optimus sanguis fit, qui ruber, mediocriter crassus, cum sero quodam non multo, vrinæ benevalentium simili, & concrescens: vtcunque ab hoc deficiat, malus fit: non tamen eodem modo, neque æquè. Cacuchymiam quidem significat omnis, quę aut vsui prauorum ciborum imputatur, vt in iis qui ob longum esum leguminum, olerum, aut carnium salitarum, prauum sanguinem paulatim congesserunt, aut qualitati corrumpenti, vt in iis, quibus cùm antea bono sanguine essent, breui, ob febrilem calorem, aut phlegmonem, corruptus est. In quibus ante febres erat cacochymia, color sanguinis significat speciam succi, quæ qualitatem ciborum, quibus homo vsus antea est, consequitur. Quare quibus ad album colorem sanguis vergit, crudis succis abundare, & eduliis pituitosis vsi esse deprehenduntur: quibus ad viridem aut flauum, biliosis: quibus ad nigrum, in his verò sunt liuidus & fuscus color, & quicunque nigritiem participat plusquam viridis, melancholicis. In quibus verò, vi febris, aut phlegmones, mutatus sanguis est, color perruber, flauus, & viridis, & niger, significat calorem vrentem: liuidus, calorem etiam putrefacientem: candidus calorem suppurationem facientem. Quare eorum qui non sunt boni, albus est minimè malus Est quum putrescentia non tam se insinuat colore, quàm substantiæ modo, vt cùm exit sanguis ruber, sed non concrescens: Cum enim caloris sit cogere & densare, iuxta cuiusque rei naturam, qui nō concrescit, magnū naturalis caloris languorem indicat: Ergo pro rubro mediocriter, valde rubrū sanguinem apparere, indicat, eum iam exire, qui in inflammata particula exuratur: pro rubro verò & puro, hoc est pro valde rubro, & qui à sero proprio purus sit, apparere liuidum, indicat, exire iam, qui in particula inculcatus putrescit. Aliquando etiam auenit contraria mutatio, vt scilicet primo vasculo deterior sanguis appareat, & secundo melior, & à naturali minùs alienus, quod sanè facilioris affectionis est. Nam minoris copiæ mali succi, & minùs in alto reconditi signum est. Verùm hoc in febribus quæ citra internam inflammationem sunt, euenire solet. In iis quæ sunt cum interna inflammatione, euenit, vt in pleuritide nunc expectari iubet, vt scilicet effluxio incipiat à meliori sanguine, & in deteriorem mutatio fiat. Ne tamen intellige, quia mutationem hanc sanguinis expectare iubet, expectandam in omnibus citra distinctionem esse, sed tunc solùm cùm vires permittunt. Nam si in omnibus affectionibus cauere oportet facultatum lapsum, certè in iis magis, quæ ad thoracem pertinent, quippe ad quas non satis est naturalis, sed animali etiam est opus, ac proinde in iis, nunquam est mittendus sanguis vsque ad animi deliquium. Si ergo non expectes mutatum iri sanguinem ad deteriorem, antequam homo animo linquatur, cohibebis fluxum, antequam mutetur. Licebit tamen etsi cohibueris, quodammodo etiam hoc præceptū seruare, repetitione scilicet, secando inquam (ita vt fit) iterum atque iterum, neque à sectione desistendo, vsque dum vitiosus iam extrahatur sanguis: Atqui profectò, ita meliùs, faciliusque ad praxim deducitur hoc præceptum, quàm semel fundendo. Nam fluente adhuc sanguine difficilè agnoscuntur hæ colorum mutationes, sed plerunque postquam refriguit effusus. Itaque si neque deliquium animi, neque quidquam aliud obstet, quo minùs vnica effusione expectes sanguinis mutationem, possisque mutationem affatim exeuntis agnoscere, ita facies: sin minùs, at repetitione poteris eam mutationem expectare. Expurgationis est duplex ratio, vt & expurgantia medicamenta duplicia. Quædam enim (vt Hippocrates ipse libello de Medicamentis expurgantibus docet) sunt propriè expurgantia, quę potenter extrahunt succos certos: quædam quæ non tam extrahentia, quàm turbantia aluum sunt. Hæc vulgò vocant lenientia. Hippocrates illo loco vocat cibos leues, vt ago interpretor. In his enim pono casiam, mannam, betam, maluam, quin & mercurialem, & cnicum. Prima illa medicamenta dari debent seorsum à cibis, & vt paulò infrà dicetur: secunda verò hæc cum ipsis cibis, aut parum ante cibos optimè dantur, quin & post alios accipiunt nonnulli, & nihil læduntur: dantur enim non vt ex toto corpore trahant, sed vt quod in aluo est, deturbent cibi verò tractionem possent impedire, deiectionem non possunt. Qui igitur ob dolorem lateris, deiectionibus curari postulant, nonnulli magna purgatione indigent, nonnullis mediocris alui subductio sufficit, per ea quæ cum cibis dantur, quod significat, dicens: Quæ in sorbitionibus exhibentur: quum enim toto hoc libro sorbitiones vocet cibos febricitantium acutè, perinde est dicere, quæ in sorbitionibus, atque quæ cum cibis. Verùm quia prima illa medicamenta noxiam quali-

tatem habent, vt contingat dubitare an lethalia sint, nulla re magis indigent, quàm correctione, & præparatione idonea: hæc autem secúda, quia cum cibis accipiuntur, suauitatem desiderant, alioqui quis possit omnino insuauibus vesci? proinde de primorum vsu differens, dicit, mollire oportet aluú veratro nigro (album enim venenosius est) aut peplio. Vtrunque est vulgaris cognitionis, & fortiter purgans. Et nigro quidem (inquit) helleboro, daucum, aut seseli, aut cuminum, aut anisum, aut aliud quippiam eorum quæ bene olent, miscendo. His vltimis verbis insinuat, cur hæc illorum correctiua sint: nimirum quia bene olent, ac proinde, grata cùm sint, aliorum abominabilem qualitatem emendant. Non tamen idonea ad hanc rem sunt, quæcunque bene olent. (non enim muscus, aut gallia odorata) sed quæ cum aromatica qualitate, vt quæ dicta sunt, & cinamomum, & spica nardi, & huiusmodi. Peplio autem (inquit) succum silphij. Silphium est quod & laser, seu laserpitium dicitur, cuius succus ad hanc rem est accommodatissimus, is præcipuè qui cyrenaicus est. Hic certè succus veratrum etiam corrigere possit. & daucus, seseli, cuminos, & anisum, corrigunt peplium, ob communem illam causam odoris grati & iocundi. Verùm sunt singulis expurgantibus propria correctiua, præcipuè idonea, experimento cognita. Hippocrates ergo qui illis crebró vtebatur, his corrigi optimè, experimento cognouerat. His dictis de correctione, dicit, licere etiam miscere ambo hæc medicamenta, helleborum scilicet & peplium, quia etsi misceantur, eiusdem modi sunt. Itaque insinuat hanc regulam, quam ego lib. 9. Controuersiarum medicinalium abundè explicui, oportere vt medicamenta quæ miscentur, eiusdem modi sint. Explicat verò Galenus libello Quos & quando purgare oport. hunc locum, dicens ὁμοιότροπα vocari, non quę succos similes vacuent, sed æquali, aut non valde inæquali tempore. Itaque considerari oportet in primis, quo medicamento vsurus sis, vt an helleboro: quo pacto eligi debeat, vt an nigro: quo pacto corrigi, vt an dauco, seseli, cumino, aut aniso: quo pacto parari, aut simpliciter corrigi, an cum alio misceri, vt an cum peplio, atque quanto tempore quodque illorum vacuare soleat, citò an serò, vt inde agnoscas ὁμοιότροπα sint, an non. Porrò prima consideratio, quo inquam medicamento vsurus sis, nó aliunde accipi potest, quàm ex cuiusque medicamenti facultate: aliquando enim indigemus bilem educente, flauam aut atram, aliquando educente pituitam, aut aquam. Proinde explicat nunc Hippocrates facultates dictorum medicamentorum, dicens: Euacuat autem nigrum veratrum meliùs, quàm peplium, & ad iudicationem magis facit, hoc est, ad perpurgationem, quia scilicet extrahit vndique potètiùs succos melancholicos. Peplium succos extrahit minùs, flatus verò magis pellit. Ambo verò dolorem sedant: quia dolor nonnunquam fit ab excrementis congestis, nonnunquam etiam à flatu. Ex his quę Hippocrates dicit de peplio, quę sanè sunt verissima, & eius qualitatibus consentanea, constat cùm Galen. 8. de Simpl. facultatib. dicit semen peplij esse flatuosum, intelligendum esse, non quasi ex sua substantia gignès, augensq; flatum, sed quasi eum erumpere faciens, vt 4 huius operis dicetur, alliú flatuosum esse, quanquá profectò flatum discutit. Est itaque flatuosum, non vt rapa, & legumina, & fructus horarij, sed vt allia, & merum. In alui leui subductione, illud vnum petit, vt quando cum cibis dantur medicamenta, suauitas procuretur, atq; ita condiantur, vt neq; amaritudinem, neq; saporem alium valde insuauè, retineant, neq; copia intolerabili præstetur, neq; colorem habeant teterum, odorémve ingratum, aut aliam suspicionem, id est, aliam quampiam qualitatem, à qua ægrotus abhorreat. Meritò sanè amaritudinem vocauit insuauitatem, colorem verò suspicionem. Color enim per se nihil facit ad iniocunditatem: sunt verò qui colores quosdam, & quosdam substantias modos detestantur, quasi suspicionem inde capientes, subesse aliquid maligni. Tantoperè mos gerendus est ægroto: neq; solùm sanè in his cibis leuib⁹, sed quoad fieri potest, etiam in omnib. medicamentis. Nulla enim prosunt, nisi natura eis vtatur, neq; vtetur, nisi amplectatur, quomodo autè amplectetur, à quibus omnino abhorret?

Τὴν μὲν πτισάνην, ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμακον, ἐπιῤῥοφεῖν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μὴ ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὅκοσον εἴθισται. ἐπεὶ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ, μεσηγὺ τοῦ καθαίρεσθαι, μὴ διδόναι ῥοφεῖν. ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφείτω, ἢ ὁκόσον εἴθισται. μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγέτω αἰεὶ ἐπὶ τὸ πλέον, ἢν ἥ τε ὀδύνη πεπαυμένη ᾖ, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶται. ωὑτὸς δέ μοι λόγος ἐστὶ, καὶ ἢν χυλῷ πτισάνης δέῃ χρέεσθαι.

Ptissanam quidem, postquam bibit pharmacum, sorbendam statim dare oportet, non insigniter minori quantitate, quàm consueuerit. Quoniam & rationi consonum est, media in purgatione sorbitionem non dare: cùm autem cessauerit purgatio, tunc sorbeat minùs quàm consueuerit, postea verò redigatur semper in plus, si dolor cessauerit, & nihil aliud aduersetur. Idem autem mihi est sermo, siue succo ptissanæ oporteat vti.

Apertè satis docet hic Hippocr. rationem victus, quam die, qua pharmacum acceptum est, teneri oportet, contrariam satis vulgarium medicorú consuetudini. Nimirum plerique media in purgatione præbèt ius gallinæ salis expers, & pauló post, ea vix perfecta, cibos præbent solidiores, maiori quá superioribus diebus licentia, sperantes, arbitror, vt si qd viriú detraxit euacuatio, mox cibo reficiatur. Qui duplici ratione peccant. primùm, quòd præter Hippocratis prçceptum purgatione in media tribuunt cibos, atq; ita purgationem in medio faciunt interrumpi: vt enim vigilia, motus & inedia augèt, ita cibus, & somnus & quies purgationes sistunt: deinde, q recens debilitata facultate, & inanitis venis, affatim repenteq; cibant, quod noxium valde esse multis probauit Hippocrates: permittit sanè mox ab accepto pharmaco, cremorem ptissanæ accipere, ad deglutiendum bene pharmacum, vtq; in fundum ventriculi descendat, quo loco & ad actú meliùs transferatur, & minùs angat, & minùs euomatur, q̃ si in ore fluitet, & ne quid pharmaci in gula hæreat. Constat verò hoc in malignis solùm, & fortibus

tribus pharmacis esse necessarium, & tũc præcipuè, A cùm aliquid videatur, circa fauces & gulam hæsisse. Conferet etiam hic potus mox ab accepto pharmaco, quandoquidem nunnihil nutrit, vt meliùs possit totũ diem transigere sine cibo, & mox acceptus, frangit mollitq; malignas medicamenti vires, purgatione autem in media nihil boni præstans, impedit, & repugnat purgationi faciendæ, non autẽ datus mox ab accepto pharmaco (vt Cælius hác quoque partem refutans, obiicit) quin potius tunc ad meliorem amplexum, & quã vocant vulgò, actua B tionem facit. Quoniam (inquit) rationi consonum est, purgatione in media, sorbitionem non dare: cũ autem iam cessauerit purgatio (si modò tempestiuè cessare incipiat. Nam si plus satis ꝓducatur, durum fuerit, sine cibo transigere) tunc sorbeat, seu cibum alium capiat, minori quantitate quàm consueuerit, quia facultas debilior est. & vasa recens inanita. Quoniam autem refectio minor pro debilitate maiori non erit satis, redigatur postea paulatim in plus cibi, & quàm mox ab expurgatione acceperit, C & quàm anteaquam expurgaretur, acciperet, si dolor cessauerit, & nihil aliud aduersetur: nam hoc erit signum purgationis perfectæ. quæ morbum fecerit inclinare: in inclinatione autem augendus cibus iam est. Eadem autem cibi ratio seruanda est in iis qui expurgantur, siue ptissana tota, siue succo ptissanæ, siue alio quouis cibo vsurus quis sit: non enim hęc ob hunc aut illum cibum dicebantur, sed ob cibum omnino.

D

Φημὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἄρξασθαι ῥοφεῖν τὸ ἐπίπαν μᾶλλον, ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξασθαι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἢν γε μὴ προκριθῇ ἡ νοῦσος ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ. αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ ἐπὶ τουτέοισι παραπλήσιαι ποιητέαι, ὁκοῖαι περ εἴρηται. περὶ μὲν οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτω γινώσκω. ἀτὰρ καὶ περὶ ποτοῦ ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν E γεγραψομένων, αὑτός μοι λόγος ὡς ἐπίπαν ἐστίν. οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα ἢ ὡς δεῖ ποιεῦντας. βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ καὶ πλέονας ἡμέρας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα καὶ τὰ ποτά. καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτοῖσιν εἶναι, μεγάλης τῆς μεταβολῆς γινομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν. τὸ δὲ F μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει, μὴ ὀλίγον. ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολή. καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς. ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. μάλιστα μὲν οὖν βλάπτοιντο ἄν, εἰ μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμενοι. βλάπτοιντο δ' ἄν, καὶ οἱ μούνῳ τῷ χυλῷ χρεόμενοι. βλάπτοιντο δ' ἄν, καὶ οἱ μούνῳ τῷ ποτῷ χρεόμενοι. ἥκιστα δὲ οὗτοι.

G *Assero enim melius esse, statim incipere sorbere omnino plus, quàm præuacuatis vasis incipere sorbere, aut tertia die, aut quarta, aut quinta, aut septima, nisi priùs iudicatus morbus sit in hoc tempore. Præparationes autem in his simi- A les facienda quales dicta sunt. De sorbitionis igitur exhibitione ita sentio, sed & de potu, quidquid aliquis potaturus sit, eorum quæ scribẽtur, idem mihi sermo omnino est. Noui autem & medicos, maximè contraria ac oporteat, facere: volũt enim omnes sub initia morborum præmacerantes homines aut duos, aut tres, aut plures dies, ita offerre sorbitiones & potus. Atqui fortasse B iustum illis esse videtur, magna corporis mutatione facta, magnam etiam aliquam mutationem contrariam facere. Mutare autem non parũ bene habet, si rectè mutatio fiat. Atq; ex mutatione appositio ciborum adhuc magis. Plurimùm quidem igitur lædentur, nisi rectè mutatio fiat, qui totis ptissanis vtuntur: lædentur verò etiam, & qui succo solo vtuntur: lædẽtur autem & qui solo potu. Minime verò hi.* C

Pergit probare, plurimùm errare eos, qui recens ioanitis affatim cibos offerunt, arreptaq; hinc occasione, simul docet, quæ ratio teneri debeat in ægrotantium victu, & exponit aliorum errores, eosque conuincẽs, probat quod dictum est. Asserit melius esse, statim à primo morbi die incipere sorbere, omnino plus, id est, quantum per morbum illum licere potest, ita vt nullo morbi tempore plus cibi accipiat, quàm in principio (dixi iam antea, excipi hinc D debere morbos ex fluxione, dico autem nunc, eos etiam qui ex ventriculi satietate) melius inquam hoc esse, quàm, vt alij medici faciunt (certè & hoc tempore faciunt vulgares omnes) præmacerare primis duobus, aut tribus, aut pluribus diebus, fame, ægrotantes, & præeuacuatis vasis, incipere sorbitionem dare, tertia die, aut quarta, aut quinta, aut sexta, aut septima, nisi priùs iudicatus morbus sit hoc tempore: dicens, nisi prius iudicatus sit morbus hoc tempore, mihi insinuat stultam quandam E vulgarium considerationem. Nimirum macerant ægrotos fame inprimis, nulla alia arte, quàm tentantes an sola inedia possint morbos vincere, cùm vident se non posse, neq; his diebus inediæ morbũ fuisse iudicatum, tunc volunt offerre sorbitiones & potos: & tunc quidem aliud iam consilium capientes, velut penuriam resarcientes, offerunt multa, quia (fortasse inquit) iustum illis esse videtur, magnam corporis mutationem, quæ facta est, magnã alia emendare. Itaque ita faciunt. Non est autem i- F ta faciendum, sed à principio non permittere vasa plurimùm inaniri, vt primo libro dicebat, sed dare plus quàm vllo alio morbi tempore. Præparationes autem eædem faciendæ, quæ dictæ eodem libello sunt: nimirum à principio cauendum, ne detur cibus alius, antequam prior descenderit, neque antequam fæces duræ subductæ sint, & quæcunq; alia huc pertinentia, sunt iam dicta. Atqui hoc perinde obseruandum, siue sorbitione, siue potu, atqui siue potu aquæ hordei, siue mulsæ, siue vini, si- G ue cuiuscunque alterius eorum, de quibus procedente opere scribetur, vsurus quis sit. Hæc itaq; sic fieri debent, quocunque cibo quis vtatur, errantq; medici qui faciunt vt diximus, & quia (quod etiam est grauissimum) à principio facultatem debilitãt, faciuntq; vt non possit durare, donec morbos con-

coquatur, sed, vt in Aphorismo dicitur, priùs deficiat, atque hebetescat: sed & quia se in eas angustias coniiciunt, vt cogantur postea valde inaoitos ad copiosos cibos repentè transferre, quod per sese est valde noxium, vt iam hinc incipit probare. Ac primùm quidem respondet illi rationi, cui vulgares illi medici innitebantur. Nimirum dicebát, cùm magna mutatio corporum facta est, oportere contrariam aliam magnam etiam mutationem fieri. Respondet, mutare quidem non parum bene habet, si rectè mutatio fiat. Hoc est, cum male aliquid circa corpora agi cœperit, vt cùm inaniri, aut repleri, aut calefieri, refrigerarive, aut aliud quippiá tale, plus quàm oporteat, expedit mutare, si rectè mutatio fiat: nam nisi fiat rectè, etiamsi ad melius mutatio fiet, afferet noxas. Nimirum mutatio omnis debet paulatim fieri, repentinas enim mutatiooes nó fert natura. Atqui cùm omnis mutatio fieri rectè debeat, tamen appositio ciburum adhuc magis, quia si repentè fiat, plus lædere potest, quàm aliæ plurimę mutatinnes, quanquam non æquè in omni cibo, sed tantò plus lædet repentina appositio, quantò cibus qui apponetur erit crassior. Proinde nisi rectè mutatio fiat, plurimùm lædentur, qui totis vtuntur ptissanis: minùs qui socco, eo scilicet qui cũ expressione fit: minimè qui solo potu aquæ, in qua cocta ptissana sit.

Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει. εἰ γὰρ δὴ τοῖσί γε ὑγιαίνουσι φαίνεται διαφέροντα μεγάλα, τὰ τοῖα ἢ τοῖα διαιτήματα, καὶ ἐν ἄλλῳ τινὶ πᾶσι, καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι πῶς οὐχὶ καὶ ἔν γε τῇσι νούσοισι διαφέρει μεγάλα, καὶ τουτέων ἐν τῇσιν ὀξυτάτῃσι μάλιστα; ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν γε ἐστιν, ὅτι φαύλη δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος, αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς αἰεὶ, ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγείην, ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρεῖττον.

Oportet autem discere, & in victu hominum adhuc sanorum, quæ conferunt. Si enim in benevalentibus videntur plurimùm differre, tales aut tales victus, cùm in alijs quibusdam, tum in mutationibus, quomodo non etiam & in agrotantibus different multùm? atq; horum in acutissimis maximè? verùm facile est intelligere, prauum victum & cibi & potus, ipsum sui semper similem, tutiorem esse omnino ad salutem, quàm si quis repentè & multùm mutetur in alium meliorem.

Probat, repeotinas in victu mutationes plurimũ lædere ægrotantes, acutis morbis præcipuè, ducto argumento à bene valentibus, hoc modo: si qui benevalent, non possunt ferre eas mutationes, sed ab eis maximè læduntur, quantò magis verisimile est, læsum iri ægrotos. Atque si ægroti quicunq;, quantò magis qui acutissimis laborant morbis? facile autem est intelligere, in bene valentibos, cibum & potum, etsi prauus sit, sui tamen semper similem, tutiorem esse, quàm si quis repentè & multùm mutetur in alium, etsi meliorem. Duo hic veniunt excutienda, primùm quod ad consaquutionem illam & argumeotum attinet: alterum quod ad victum sui similem. Vtrunque enim indiget aliquibus animaduersionibus. Nam si quæ lædunt bene valentes, multo magis lædent ægrotos, cùm corpora sana ab expurgantibus medicamentis lædantur semper, profecto ægroti nunquam iuuabuntur. Præterea, si homo cùm bene valeret, victu tenuissimo, vt potu solo lædebatur, profectò ægrotus lædetur multò plus, atque generatim, quod sani ferre citra noxam non poterant, ægrotis non erit imperandum: quare neque medicamentis vllis erit vtendum, neque victus extenuandus: nihil enim horum possunt sani homines bene ferre. Ergo ratio hæc eleuat totam artem, si vniuersim accipi debet propositio, ita scilicet, omne quod lædit bene valentes, lædet multò magis eos qui ægrotant: sin autem nó capitur vniuersim, ratio consequutionis non est legitima, cum ex particulatim dictis procedat. Galenus propositionem, mutatis quibusdam voculis, interpretatur, dicens, detrimenta omnia minùs lædunt fortes quàm debiles: ita enim videtur assertio per sese suasibilior. Videtur verò Galenus indicare propositionem non esse veram de omnibus quæ circa sanos & ægros agi possunt, sed de iis solò quæ sunt noxia, & detrimenta. Quædam enim sunt, quę sanis sunt detrimenta, ægrotis remedia, vt pharmaca: alia cõtrà, sanis vtilia, noxia ægrotis, vt cibi crassi. In iis ergo quæ non sunt vtrisque noxia, est quod argumenteris, ægrotis id fore magis qoàm sanis: ab iis verò quæ vtrosque lædunt, consentaneum est ægrotos lædi magis: sanitas enim firma, omnibus noxiis causis meliùs fortasse possit obsistere, quàm dispositio præter naturam: quanquam hæc etiam omnia suasibiliter dicuntur potiùs, quàm vt dubitatio nulla subire posit: præterquam quód propositione ita explicata, argumentum deficit in assumptione minori: probari enim oportuit, mutationé repentinam noxiam esse vtrisque: consentaneum quoque est, ac proinde argumentum totum tale etiam est: rhetoricum scilicet & colligens à maiori suasibiliter, non tamen est monstratorium: quanquam res ipsa, puta mutationes repentinas noxias esse, experimento satis constat: ad alteram dictionis partem veniamus. Videbitur Hippocrates commendare victum semper sui similem, hoc est perseuerantiam in eadem, certaque victus ratione, contrà ac in Aphorismo 50. secundæ, quo consulit ad insueta transire: quia scilicet, nimis constitutus victus, & semper sui similis, periculosus est. Verùm Hippocrates neque hoc loco sui semper similem commendat, sed dicit, tutiorem esse, quàm si quis repentè, & multùm mutetur in alium, etsi meliorem: satius tamen sit, si paulatim mutetur in aliom, fortasse, etsi deteriorem: omnium verò optimú sit, si mutetur paulatim in alium, non tam constitutú, & meliorem. Cum verò dicit, melius esse paulatim mutari in alium, etsi deteriorem, quàm io sui semper simili cósistere. & Hippocrates dicit, melius esse consistere in eodem & sui simili, quàm repentè & multùm mutari in alium, etsi meliorem, intelligendum est, deteriorem aut meliorem, non quantumcunque, sed quadantenus. Fieri enim possit, vt in tantò meliorem, aut ex tanto deteriori mutatio fiat, vt hanc ob causam liceat vel repentè mutare. Intelligendum est, quadantenus: iuxta illud, Pau-

lò

lò deterior cibos aut potus, suauior tamen meliori, sed insuauior, præferendos: non enim dixit, vtcunque deterior, sed paulò deterior, ita ob consuetudinem paulò deterior ferri potest, non tamen omnino deterior.

Ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τῆς ἡμέρης, καὶ τοῖσι μονοσιτέουσιν αἱ ἐξαπιναῖοι μεταβολαὶ, βλάβας καὶ ἀῤῥωστίην παρέχουσιν· καὶ τοὺς μέν γε μὴ μεμαθηκότας ἀριστᾷν, εἰ ἀριστήσουσιν, εὐθέως ἀργοὺς ποιέει, καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα καὶ ἀσθενέας, καὶ ὀκνηρούς. ἢν δὲ καὶ ἐπιδειπνήσωσιν, ὀξυρεγμιώδεας. ἐνίοισι δὲ καὶ σπατίλη γένοιτο ἄν, ὅτι παρὰ τὸ ἔθος ἠχθοφόρηκεν ἡ κοιλίη, εἰθισμένη ἐπιξηραίνεσθαι καὶ μὴ δὶς διογκοῦσθαι, μηδὲ δὶς ἕψειν τὰ σιτία. ἀρήγει οὖν τουτέοισιν, ἀντισηκῶσαι τὴν μεταβολήν. ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὡς νύκτα ἄγοντα μετὰ τὸ δεῖπνον. τοῦ μὲν χειμῶνος, ἀῤῥιγέως, τοῦ δὲ θέρεος, ἀθαλπέως. ἢν δὲ μὴ δύνηται καθεύδειν, βραδέην συχνὴν περίοδον πλανηθέντα, μὴ στασίμως, δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ ὀλίγα καὶ μὴ βλαβερά. ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖν καὶ μὴ ὑδαρές. ἔτι δὲ ἂν μᾶλλον πονήσειεν ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτέοιτο τῆς ἡμέρης ἐς κόρον, ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ πλεονάκις. καίτοι γε πολλοί εἰσιν οἳ εὐφόρως φέρουσι τρὶς σιτεόμενοι τῆς ἡμέρης ἐς πλῆθος, οἳ ἂν οὕτως ἐθισθῶσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, ἢν μὴ ἀριστήσωσιν, ἀσθενέες καὶ ἄῤῥωστοί εἰσι, καὶ δειλοὶ ἐς πᾶν ἔργον, καὶ καρδιαλγέες. κρέμασθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτέοισι, καὶ οὐρέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν, καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται. ἔστι δ' οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται, καὶ τὰ ἄκρα διαψύχονται. καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων, οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον· δειπνήσαντες δὲ βαρύνουσι τὴν κοιλίην, καὶ δυσκοιτέουσι πολὺ μᾶλλον, ἢ εἰ προηριστήκεσαν. ὁκότε γοῦν ταῦτα τοιαῦτα γίνεται τοῖσιν ὑγιαίνουσιν εἵνεκεν ἡμίσεος ἡμέρης διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος, οὔτε προσθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται, οὔτε ἀφελέειν. εἰ τοίνυν οὗτος ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας ὅλην ἡμέρην, κενεαγγήσας δειπνήσειεν ὁκόσον εἴθιστο, εἰκὸς αὐτὸν εἰ τότε ἀνάριστος ἐὼν, ἐπόνεε καὶ ἠῤῥώστει, δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πολὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι. εἰ δέ γε ἐπὶ πλείω χρόνον κενεαγγήσας, ἐξαπίνης μεταδειπνήσειεν, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρύνοιτο.

Quandoquidem & iis qui bis in die cibum capere consueuerunt, & iis qui semel, repentinæ mutationes, læsiones & debilitatem præstant: & eos quidem qui non consueuerunt prandere, si pransi fuerint, statim infirmos faciũt, & toto corpore graues, & debiles & pigros: si autẽ insuper etiam cœnauerint, acidum eructates: quibusdã aũt etiam liquida alui egestio fit, cùm præter consuetudinẽ ventriculus grauetur, assuetus super siccari, & nõ bis intumescere, neq; bis coquere cibos. Confert ergo his exæquare mutationẽ: dormire enim oportet, quasi noctẽ quæ post cœnam iam redierit, hyeme quidẽ sine frigore, æstate sine calore: si verò no possint dormire, vbi multã lentam deambulationẽ, non stado, oberrauerint, cœnare nihil, aut pauca, & minimè noxia: adhuc aũt exiguum bibere, & nõ aquosum: adhuc aũt magis laborauerit huiusmodi, si ter in die cibum abundè capiat, & adhuc magis, si pluries: atqui plurimi sunt, qui facile ferũt, ter in die multũ cibum capere, quia ita assueti sunt. verũ & ij, qui soliti sunt bis cibari in die, si nõ fuerint pransi, debiles & infirmi sunt, & ad quoduis opus timidi, & cardialgici: suspendi sanè videntur eis viscera, & mingũt calidũ & chlorum, & detectio cõburitur: quibusdã aũt & os amarescit, & oculi excauãtur, & tempora palpitant, & extrema refrigerãtur: & plurimi eorũ, qui prandiũ dimiserunt, nõ possunt cœnare: cœnantes aũt grauantur ventre, & ægrè in lecto decumbũt, multò magis q̃ si fuissent pransi. Quando igitur talia hæc fiunt benevalentibus, causa mutationis insolitæ victus dimidiata diei, neq; apponere, neq; detrahere vtile videtur. Si igitur hic tota die semel cibum capiens, præter consuetudinẽ vacuatis vasis, cœnauerit quantũ consueuerit, verisimile est ipsum, si tunc cùm impransus existens doluit, & debilis fuit, cœnans autem tunc grauis erat, multò magis grauari: si autem pluri tempore inanitis vasis, repentè deinde cœnasset, adhuc vtique magis grauaretur.

Probat primùm, sanos homines lædi repentinis mutationib. circa victũ, deinde concludit argumẽtum. Probat verò illud enumerans modos præcipuos, quibus contingit, repẽtinas mutationes fieri, & læsiones, quę singulas mutationes sequũtur. Sũt qui semel in die cibum capere consueuerũt, sunt q bis, atq; etiã qui ter, aut pluries: atq; qui semel, aut prandent & non cœnant, aut cœnant, & non prandent. Qui prandeãt & nõ cœnent, hoc nostro seculo sunt multi, antiquitus vix erat, frequens tamen erat consuetudo, & Græcis & Romanis, diem aut nullo, aut exiguo cibo transigere, vesperi lautè cœnare. Proinde non dicit noxas, quæ fiunt, si qui tantùm solent prandere, cœnẽt etiam, aut dimisso etiã solito prandio, vtantur insulita cœna. sed quę, si qui tantùm solent cœnare, prandeant: accedit quod ex iis quæ dicuntur, intelligi illæ læsiones poterunt: nam eædem erunt, eorum qui præter consuetodinem, post prandiũ consuetũ cœnẽt. & eorũ, qui cœnent post prandiũ inconsuetum: nimirũ angentur, grauabuntur & iactabuntur in lecto, ac fortasse eructabunt acidum: ij verò qui vtroq; modo mutabuntur, & q soliti non prandeãt & insoliti cœnent, subibunt vtrorunq; noxas. Itaq; dicit, eos qui nõ solent prandere, & prandent, & eos qui bis solent cibos capere, & nõ prandent, vtrosq; lædi, non tamen eodẽ modo, illos enim fieri infirmos & debiles, graues & pigros: quę nomina pigritiem & languorẽ ex aggrauatione significãt: hos verò debiles, infirmos, & ad

quoduis opus timidos, quod debilitatem propriè, atq; ex penuria significat, sed percurramus singula, vt ab illo dicuntur, reddentes singulorum causas. Repentinæ (inquit) mutationes, eos qui non consueuerunt prandere, si prandent, statim infirmos faciunt, & toto corpore graues, & debiles, & pigros. Nimirum vt solita fiunt quodammodo naturalia, ita insolita sunt aliena, ac proinde cibis insolito acceptis, vt alieno pondere grauatur ventriculus, ac cum eo totum corpus. Si autem insuper etiam cœnauerint, cùm incocto priori cibo, nuus ingeratur, fiunt acidæ eructates, & aliquibus accidit egestio liquida. Nimirum ventriculus non consuetus, bis in die cibo intumescere, neque bis coquere, sed semel, & alia hora siccari, non potest nunc coquere, sed in incoctionē incidit, & humectatur, ac ob id liquida incoctaq; quibusdam horum egerit. Neq; sanè hi sunt cum quib. agitur pessimè: deterius enim est vitiata retineri, quàm mox egeri. His dictis, obiter docet modū curandi eos qui satietate laborant, quòd pransi fuerint præter consuetudinem. Confert (inquit) his, exæquare mutationē, hoc est, hanc mutationem à qua læsi sunt, alia causa contraria, æqualiq; compensare: dormire enim oportet longū, quasi dormirent noctem, quæ post cœnam iam recedisset. Nimirum quia cœna lædi nō solēt, nunc autem læduntur quia pransi sunt, faciant vt post cœnam solent, dormiantq; longum, vsq; dum concoquat. Est enim hoc mutationem æquare. Quia mutatio causa incoctionis fuit, somnus verò est causa omnium maximè concoquēs, si sit satis longus, & in accōmodato loco, hyeme scilicet in loco calido, æstate in frigido: alioqui somnus noxius fuerit, & cruditates potiùs auxerit, quàm soluerit. Nam per somnum, calidum naturale colligit sese in interna corporis, & externa destituit: Si ergo in hyeme locus frigidus quo decumbimus sit, profectò corporis habitus refrigerabitur multùm, & cutis obstruetur, quare per habitum malè perficientur cōcoctiones, & opportunus manebit homo febribus putridis, ob cutis densitatem: si verò in æstate sit calidus, externus calor internum distrahet, interturbabitq; concoctiones, facietq; incocta distribui, vnde pigritiē, torporem, & lassitudines faciet, & homines etiam febribus opportunos ob distributionem excrementorum, & naturalis caloris debilitatem. Si igitur ita dormierint multùm, fieri poterit, vt coxerint adeo, vt possint etiam cœnare: si tamen dormire non potuerint, deambulent lentè, neq; stent quieti & erecti, & postea ne cœnent, aut nō nisi exigua, & coctu facilima. Nam motus ille non est tam efficax ad coquendum, quàm somnus. Deambulent vero, vt cibus descendat ad fundū ventriculi, quia in ore magis angit, & minùs coquitur: lentè verò, quia motus vehemens distribui facit incocta. Ne stent autē: qui enim stant quieti, multò laborant plus, quàm qui deambulant. & illa musculorum abdominis intentio comprimit aluum, quæ si plena est, plurimum anguntur homines. Ne cœnent aūt, aut, vt dixi, exiguum. Bibant etiā exiguū, ne potu distendatur venter, & id minùs dilutū solito, vt scilicet calfactus roboratosq; ventriculus, coquat. Caueri tamē hìc debet, ne quis sit eorū, quibus vinū acescere solet, talibus enim satius sit dare decoctū aliquod calidū, aut stillatitiam aliquam aquam. Hāc enim ob causam, multi eorum quibus cibi acescunt, detracto solùm vino, sunt curati. Nimirum vini corruptio propria, aciditas est. Si itaq; cœnauerit, qui præter consuetudinem est pransus, ita lædetur. Lædetur autem (inquit) multò magis hic idem, si ter in die cibū abunde capiat, & adhuc magis, si pluries. Quanquā plurimi sunt, qui citra noxam possunt cibos ter in die abunde capere, qui scilicet assueti sunt: tāti momenti est consuetudo. Verū & ij (inquit) qui soliti sunt bis cibari in die, si non fuerint pransi, debiles & infirmi fiunt (nimirum facultates omnes cibo recenti reficiuntur) & ad quoduis opus timidi. Duplici sanè causa timidi sunt, & quia se sentiūt debiles, quare aggredi non audent, & quia in spirituum penuria calidum innatū sese intro colligit in cor: hic verò motus, timoris mœstitiæq; motui est analogus: vt ergo qui recenti cibo madent, sunt hilares & animosi, ita qui penuria marcescunt, sunt tristes & timidi. Sunt etiam cardialgici, id est, dolore oris ventriculi laborantes, quia ventriculos penuriam cibi patiens, conuocat vndiq; excrementa. Videntur etiam eis suspendi viscera, videntur scilicet sursum cōtracta, quia vasis inanitis, velut cōuellūtur. Mingunt etiam calidum & chlōrum, & deiectio illis exuritur, quia bilis toto corpore acrior redditur, cùm cibo & potu non diluitur: quibusdam autem & os amarescit, bilem effusam sentiente lingua quæ acerrimo sensu est: & oculi excauantur consumptione humorum spirituumq; & carnium siccatione, quā ea pars omnium citissimè prodit, quia externarum omnium humiditate & spiritu est affluentissima. Tempora palpitāt: palpitationem haud dubie hoc loco vocat pulsum. Non enim propriè palpitāt his tempora, sed arteriæ in eis pulsant, adeò conspicuè, vt ab ipsismet sentiatur, aut ab aliis videatur: quod sanè calidæ fuligines, exortæ & commotæ bilis, illae ascendentis calorē vrentē augendo, faciunt. Et extrema refrigerantur, debilitatu naturali calore, aliquādo etiam ob mordicationem partiū sentientiū, refugiente ad interna, vt per rigorem solet. Et plurimi eorum qui prandium dimiserunt, nō possunt cœnare, quia illa met excrementa quæ per inediam in ventriculū tracta sunt, fastidium faciunt, sine appetitu autē nō possunt homines deglutire, quia villi longi gulæ non mouentur: si autem cœnant, grauantur ventre, ægrè in lecto decumbūt, multò magis quā si fuissent pransi: si enim pransi fuissent, nō redundaret ventriculus excremētis, atq; ita meliùs amplecteretur, & coqueret. Concludit argumentū à maiori, dicens: si igitur talia hæc fiunt beneualentibus causa insolitæ mutationis victus dimidiatæ diei, neq; apponere neq; detrahere vtile videtur, intellige multū & repentè, nam modicū & paulatim, & apponere & detrahere sæpe licet. rursum: Si igitur (inquit) hic tota die semel cibum capiēs præter consuetudinem, vacuatis vasis cœnauerit, quantū consueuerit, verisimile est ipsum si tunc eum impransos existens doluit, & debilis fuit, cœnans aūt tunc grauis erat, multò magis grauari (videntur hìc deesse voculæ aliquot ad perfectam orationem, mihi videtur supplendum, si cœnaret lautiùs) si aūt (anget argumentō) pluri tempore inanitis vasis, repentè deinde cœnasset, adhuc vtiq; magis grauaretur. Errant ergo medici (nam huc tendūt hæc) qui postquam multis diebus fame macerauerūt, repētè deinde reficiūt ægrotos, cū neq; inanitiones neq; repletiones neq; aliud quidquā fieri repentè debeat,

iuxta

iuxta id quod in aphor. dicitur, vbi ita scriptum est: plurimùm ac repentè vacuare, aut replere, aut calfacere, aut refrigerare, aut omnino vtcunq; corpus mouere, periculosum est, & omne nimium naturæ contrarium: quod verò paulatim fit, tutum est, tum aliàs, tum si ex altero ad alterum mutatio fiat.

Τὸν γοῦν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα, ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι ὧδε ἀῤῥιγέως καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως. ταῦτα γὰρ ἅπαντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι, καὶ τὸ δεῖπνον συχνῷ ἔλασσον ποιήσασθαι, ἢ ὅσον εἴθιστο καὶ μὴ ξηρὸν, ἀλλὰ τοῦ πλαδαρωτέρου τρόπου, καὶ μετὰ ταῦτα, πιεῖν μὴ ὑδαρὲς, μηδὲ ἔλασσον, ἢ κατὰ λόγον βρώματος, καὶ τῇ ὑστεραίῃ ὀλίγα ἀριστῆσαι, ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται ἐς τὸ ἔθος. αὐτοὶ μέντοι σφῶν αὐτῶν δυσφορώτερον δὴ τὰ τοιαῦτα φέρουσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω· τὴν δὲ ἀσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος, οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω ἀδιαφορώτερον φέρουσι τὰ ἐπίπαν, ὥστε καὶ τὴν μονοσιτίην, τὴν παρὰ τὸ ἔθος, ἀδιαφορώτερον ἂν οὗτοι ἐνέγκοιεν. ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖον, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων μάλιστα νοσοποιέουσιν.

Eum igitur qui præter consuetudinem vasa vacua fecerit, confert hac ipsa die exæquari sine frigore, sine calore, sine labore: omnia enim hæc grauiter tulerit, & cœnam multò minorem facere quàm consueuerit, neque siccam, sed modi humectantioris, & post hæc bibere non aquosum, neque minus quàm pro cibi ratione, & sequenti die pauca prandeat, vt sensim deducatur ad consuetudinem. Quidam autem ipsorũ hæc eadem difficiliùs ferunt, qui picrocholi parte superna sunt: cibi verò abstinẽtiam præter consuetudinẽ pituitosi superiori parte meliùs ferunt omnino: quare & cibũ semel in die capere præter consuetudinem faciliùs hi sustinent. Sufficiens igitur etiam hoc signũ, quod maximæ mutationes quæ circa nostras naturas & habitus accidunt, maximè morbos faciunt.

Docet qoid agendum sit eis, qui præter consuetudinem vasa vacua fecerint, hîc sanè de iis solùm agent, qui insolita cibi abstinẽtia id fecerint. verùm & iis qui euacuatione inanierint, eadem procuratio congruit: nempe hac ipsa die exæquari, id est, contraria causa compensare, deuitando frigus, calorem & laborem: omnia enim hæc grauiter tulerit: laborem quidem, quia vt in aphorismo dicitur, vbi fames, laborandum non est: frigus, qoia inanitio per se frigida causa est, quare ambientis frigore accedente, euenit naturalem calorem debilitari: calorem, quia debilem iam inedia factum, exoluit naturalem calorem. Debet itaque qua die quis ieiunat, maximè sese continere, loco, neque calido, neque frigido vehementer: vt vel hac ratione constet (quod in aphorismis etiam aliis rationibus indicauimus) iuxta præcepta veterum Medicorum delegisse Ecclesiam tempus quadragesimalis ieiunij (quidquid impij quidam hæretici dicant) tempus sanè omnium maximè caloris & frigoris expers. Debent etiam qui præter consuetudinẽ à prandio abstinuerint, cœnare solito minùs, & sequenti die aliquantò plus prandere, & ita redire sensim ad solitam cibi copiam. Hæc sanè est forma veteris ieiunij: antiquitus enim, vt ferunt, vsque ad cœnam ieiunabatur: verùm & in ea forma ieiunandi, qua hoc tempore vtimur, vtentes prandio, & abstinentes à cœna, est idem præceptum, præterquam quòd id quod de cœna hîc dicitur, prandio sequentis diei est faciendum: nimirum quia insolito abstinuit à cœna, sequenti die debet prandere minùs, quàm consueuit: contrà sanè quàm nunc hominum vulgus facere video: volentes enim mox repentèque exæquare, vt Hippocrates dicit, tantò plus sequenti die accipiunt, quantũ priori videtur detractum. Verùm id paulatim faciendum est, nõ repentè. Sed quia hæc procuratio curiosa nimis esse videtur pro tam leui causa, neque ea omnes indigent, quòd vna die aut etiam duabus ieiunauerint, sed ij solùm, qui ita sunt naturâ comparati, vt ieiunium difficilè ferant, & eo plurimùm lædantur, dicit qui sint, qui ieiunio lædantur plurimùm: ij verò sunt, qui superiori ventriculi parte sunt picrocholi, hoc est, ore ventriculi plurimùm redundantes bile amara. Illis enim maximus oris ventriculi morsus accidit, quòd cibo bilis non temperetur: eandem ob causam linquuntur animo, & conuelluntur, ac rigent, & cibos deinde capere non possunt, bile prohibente. Sunt verò quidam horum reliquo corpore non æquè biliosi, quin etiam quidam pituitosi, quibus bilis crebrò euomitur, nõ quòd in toto homine redundet, sed quòd vitiosa eis sit constructio viarum fellis, & ea via quæ à bilis vesica ducit ad intestinũ ieiunum, altiùs illis procedens, in ipsum ventriculum inseratur: alij sanè vomũt crebrò bilem, quòd toto corporis habitu sint biliosi, vtcunque autem picrocholi sint, difficile ferunt ieiunium, easdem ob causas. Contrà, qui pituitosi sunt superiori ventriculi parte (nam vt diximus, sunt quidam pituitosi, qui superiori ventriculi parte tales non sunt) facilè ferunt ieiunium, quia cibo minùs indigent, cùm pituita ipsa pro cibo esse possit. Itaque nõ omnibus cùm ieiunant, est illa procuratio necessaria, sed picrocholis. Vnde fortasse fit, vt non omnibus, qui ieiunio læduntur, liceat à ieiunio abstinere, sed multi horum ieiunare teneantur, discentes à Medicis, vt se debeant gerere, quandoquidem est medica ratio cauendi eas noxas, aut omnino, aut magna ex parte. hoc (inquit) sufficiẽs signum est, multùm facere ad morbos hos aut illos contrahendos, qua quis sit naturâ, & in compositione partium, & toto corporis habitu, ac partium temperie. Nã quidam à quibusdam causis facilè, quidam difficilè læduntur. Velut omne picrocholi, aut ob compositionis vitium aut temperamenti, plurimùm læduntur ieiunio, pituitosi ꝗ minimum, nimirum naturæ ad quosdam morbos meliùs, ad quosdam deteriùs habent. Itaq; dicit omne Hippoc. sufficiẽs hoc signum est, quòd maximæ mutationes circa naturas & habitus, id est, differentiæ maximę compositionis aut temperamenti naturalis, maximè morbos faciunt, id est, multum faciunt, vt hi aut illi morbi fiant, & ab iis aut illis causis homines lædantur.

κενεαγγείας ποιέειν, οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων, καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν, οὔτε ἐξαπίνης οἴομαι τῷ ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, οὔτε ἐπὶ τὰ, οὔτε ἐπὶ τα.

Neq; igitur intempestiuè neq; fortes vasorum inanitiones facere oportet, neq; cū morbi vigēt: neque cùm in inflammatione consistunt offerre, neq; repentè, aut huc aut illuc quippiam in re tota mutare.

Epilogus est hic eorum quę dicta hactenus sont. Dicit ergo, nó oportere facere inanitiones vasorum fortes neq; intempestiuè, velut sane & in aphorismo dictum est, quod prohibet inanitiones ad extremum ducere. Sed neque refectiones fortes fieri debent, aut intempestiuæ, quod significans dixit, neq; cùm murbi vigent, aut in inflāmatione consistont, id est, cùm febres maximè ardēt, offerre oportet. Nimirum nunquam magis intempestiue offertur cibus, q̃ cùm febres in summo vigore consistūt, quia io aphorismo dicitur tunc: & parū ante illud subtrahendus est. proinde velut exemplum intempestiuè exhibiti cibi scribens, dixit, neq; cùm morbi vrgent, intellige tu etiam, neq; in accessionibus, neq; cùm cibos prior nō descendit, aut deniq; cùm aliquid deest curum quę 1. lib. definita sunt. Neque deniq; oportet repentè qoippiam huc aut illuc mutare in re tota. Hoc est, neq; in victus institutiune, neque in auxiliurum vsu, neq; in vlla alia re earum quæ ad Medicum spectant. Nam neq; repentè euacuare, aut replere, out calfacere, aut refrigerare, aut omnioo quocunq; modo corpus mouere licet, quia vt in aphorismo dicitur, periculosum est.

Πολλὰ δ᾽ ἄν τις ἀδελφισμένα τουτέοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι. ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ εἰθισμένοι εἰσὶν, εἰ καὶ μὴ ἀγαθὰ ᾖ φύσει. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά. δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα ἃ μὴ εἰθισμένοι εἰσὶν, εἰ καὶ καλὰ ᾖ. ὡσαύτως δὴ καὶ ποτά. καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιουτότροπα, μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειε, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει, τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων· ἀλλ᾽ εἰ καταμάθοι, ὅκως ἂν μᾶζα τε ὄχλον, καὶ ὄγκον, καὶ φῦσαν, καὶ στρόφον τῇ κοιλίῃ παρέχοι παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα, τῷ μὴ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ, ἢ αὐτός τε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς, οἵην δίψαν παρέχει, καὶ ἐξαπιναίην πληθώρην, διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ βραδύπορον, καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκομιστοὶ παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες, οἷα διαφέροντα ἀλλήλων ποιέουσι. καὶ μᾶζά τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος, ἢ ὑγρὴ, ἢ γλισχρὴ, καὶ τὰ ἄλφιτα οἷόν τι ποιέει τὰ ποταίνια, τοῖσι μὴ εἰωθόσι, καὶ τὰ ἑτεροῖα, τοῖσι τὰ ποταίνια εἰωθόσι. καὶ οἰνοποσίη καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος εἰς θάτερα μεταβληθεῖσα ἐξαπίνης, καὶ ὑδαρής τε οἶνος καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς. ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει, καὶ φῦσαν ἐς τὴν κάτω. ὁ δὲ παλμὸν φλεβῶν καὶ καρηβαρίην, καὶ δίψαν· καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβάλλουσι, εἰ καὶ ἀμφότεροι οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα. ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα οἶνον, ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι, μὴ τωὐτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβληθέντα.

Multa quoq; his germana eorum, quæ in ventrē, & alia quis referre posit. Et facile quidem ferunt cibos, quibus assueti sint, etiamsi boni non sint natura: eodem autē modo, & potus: difficile autē ferunt cibos, quibus nō sunt assueti, etiamsi boni sint: eodē aūt modo & potus. Et quæ multus carnis esus præter consuetudinem assumptus facit, aut alliū, aut silphium, aut succus ipsius, aut caulis, aut quæcunq; alia huiusmodi, proprias vires magnas habentia, minus vtiq; quis miretur, si quæ talia sunt, labores inferat ventriculis magis quam alia: sed si didiceris quantā maza turbationem, & tumorē & flatum, & tormen ventriculo afferat præter consuetudinem comesta ei qui nō consueuerit maza vesci, aut ipse quidem panis calidus comestus, quantā sitim præstet, & repentinam repletionem, propter vim siccandi, & tardum descensum, & quàm diuersa inuicem faciant, & qui valde puri, & q ex toto constati, præter consuetudinē comesti: & maza sicca præter consuetudinem, aut humida, aut lenta, & quale quid faciant polenta recentes non consuetis & aliæ iis, qui recentibus assueti sunt: & vini potus, & aquæ potus præter consuetudinem repentè vicissim mutatus, & vinum aquosum & meracum præter consuetudinem repentè potatum illud enim humiditatem in superno ventre facit, & inferno flatum: hoc verò venarum palpitationē, & capitis grauitatē, ac sitim & album ac nigrū vinum si quis præter consuetudinem permutet, etiamsi ambo vinosa fuerint, tamen multa in corpore alterarint: vt minus quis dixerit mirabile esse, dulce & vinosum vinum repentè mutata non idem poss.

Multa dicit esse dictis germana, hoc est, ad id quod dictum est pertinentia, & ex quibus facile intelligi iudicarique potest, verum esse quod de consuetudine mutanda dictum est, in iis quæ in ventre contingunt. Probare itaque incipit ex iis quæ circa ventrem contingere experimur, magnum periculum esse in repentina mutatione consuetudinis, hoc modo. Facile ferunt homines cibos & potus, quibus assueti sunt, etiamsi boni non sint naturā. difficile autem ferunt cibos & potus, quibus nó sunt assueti, etiamsi sint boni: ergo periculosum est mutare repentè quancunque consuetudinem, nam lædentur, etiamsi mutentur ad meliora. Vbi animaduerte, Hippocratem, vbi dicit, difficile ferūt cibos & potus, quibus non sunt assueti, addidisse, etiamsi sint boni, non tamen, vbi dicit, facilè ferunt quibus assueti sunt, addidisse, etiamsi sint mali, sed etiamsi nō sint boni, insinuenté, arbitror, nō quantamcunq; malitiam ciborum, & putuū posse adeó consue-

consuetudine superari, vt bene a ferātur, sed certam quandam, cōfirmans, exaggeransq́; quod dictum est, addit. Minus vtiq; mirum esse, si vsus rerum habentium vires insignes, quibus lædere possint, lædant eos q repentè & præter consuetudinem vtantur, plusquam res aliæ, vt si quis insolitus, plurimo carniū esu vtatur, aut allio, aut silphio, aut eius socco, aut caule. Hæc enim etsi in cibis sint, nō tamē in mediocribus & moderatis, sed in medicamentosis & habentibus vires insignes, adeò vt lasere seu silphio hoc tempore nulli iam in cibis vtantur: sed mirum magis esse, & in aliis rebus moderatissimis, vt maza, vt pane, vt vino, læsiones insignes accidere, si quæ circa ea mutatio præter consuetudinem fiat. Vbi considera, multum carnium esum ab Hippoc. poni in magnis erratis circa victum, & in magnis lędeodi causis, nō certè q carnes insignes habeāt vires medicamentosas (paucæ enim habent) sed q coquantur difficulter, sintq́; grauis cibus iis, qui non vesci illis consueuerint. Dicit itaq;: miraberis meritò, si didiceris, quantam turbationē, & tumorem, & flatum, & tormen, afferat maza ventriculo non consueto maza vti. Maza etsi multis modis parabatur antiquis, simplex tamen nihil erat aliud q̄ pulticula ex polenta & aqua: polenta verò, farina quæ fiebat ex hordeo recenti & vsto, satis molito. Docet Gal. 1. de Aliment facult. insinuat Hippocrates 2. de Diæta. Ego in hoc genere pono omne genus pultium, vt non longè absit genus mazæ à genere ptissanarum. Hunc cibum laudauerūt antiqui, vt citra noxam vllam insignem consistentem, vtebanturq́; polenta, & ad parandam mazam ad cibos, & inspersa in aqua aut vino ad potus, quod sanè in consuetis vti amicè recipitur, in inconsuetis tamen dictas noxas facit, quia refrigerat, ac proinde inflat, flatum & tormina facit. Neq; solùm (inquit) maza, quę etsi esui idonea est, non est tamen communis cibus, sed ipse etiam panis communis, triticeus scilicet, quo quotidie vtimur, lædit, si quæ in eius vsu consuetudinis mutatio fiat repentè, vt si calidus comedatur ab eo q frigido assueuerit, aut si purissimus ab eo q assueuerit pani conflato ex toto tritico, cum furfuribus scilicet, quem ob id autopyrum vocat Gal. 1. de Aliment facult. aut si contrà comedatur autopyrus ab eo, qui assueuerit purissimo. Nam calidus panis & recens eductus è furno, præterquam qđ replens vaporibus capitis dolorem ciet, sitim facit, & repentinam repletionem: sitim, quia siccat: repletionē, quia nō benè descendit (repletionē enim intelligit non venarum & corporis totius, etsi plethorę nomine vtatur, sed ventriculi & hypochondriorum, quam proinde repentinā vocat. Nimirum talis repletio vel vna hora fieri consueuit, non vt totius corporis, lentè & multis diebus) siccat verò ob vapores calidos & ignitionis participes, q nondum expirārunt (nam alioqui panis recēs humidior est antiquiori) non bene descendit, quia est lentus magis, q̄ qui expiratione vaporum iam refrigeratus ac nonnihil siccatus est. Hanc ergo ob causam plenitudinem ventris facit, quia scilicet non descendit tempestiuè, vt alij cibi, ac præterea quia flatibus replet. Purissimi & autopyri panis differentiam Gal. loco citato optimè docuit, illum scilicet esse copiosioris & melioris nutrimenti, hunc facilioris descensus. Igitur q assuetus purissimo, repentè vtetur autopyro, debilitabitur, q a minùs nutrietur, & minùs retinebit, ac præterea deteriores succos gignet: q verò assuetus autopyro, vtetur purissimo, laborabit alui adstrictione, atq; ob id etiam plenitudine ventriculi, vt q vtebatur calido ac recēti. Sed maza si siccior duriorq́;, aut humidior & rarior, aut lentior sit solito, & polenta ex qua paratur, sit vetustior, recentiórve solito, solet ob hāc causam malè à ventriculo recipi & nocere. Sed & vini, & aquæ potus, præter consuetudinē repentè vicissim mutatus, læsionem facit. Aqua enim incoctiones & flatus, & frigidas intemperies faciet: vinū tentabit caput, & neruos, & febres faciet. Neq; solùm si quis ex aqua in vinū, aut ex vino in aquā se transferat repentè, læditur: sed etiam si q diluto assueuit, repentè se trāsferat ad meracū, aut eadem ratione, q oligophoro, ad vinosum. Illud enim (inquit) hoc est, quod valde dilutum est, humiditatē facit in superno ventre, & in inferno flatum (nimirum ventriculus locus est omnium maximè pituitosus, & aluus, flatuosus. Ex pituitosis enim cibis multā pituitā ventriculus semper gignit, ob naturam suam p se se frigidam, & substantiam albam. Aluus verò ex flatuosis flatum, q a locus est tepidi caloris, quiq́; gignere potest flatus, discutere non potest) hoc verò, hoc est meracū vinum, venarum palpitationē, hoc est, insignem magnumq́; venarū pulsum, & capitis grauitatem ac sitim. Pulsum & sitim calfaciendo, capitis grauitatē rependo in caput, facit. Sed quod multò magis miteris, si solam mutes repentè consuetudinē vtendi vino albo aut nigro, etsi vtromq; vinosum sit, lederis, quia multa in corpore alterātur. Nimirū album penetrat magis, & deobstruit, mouet vrinas, & insensilem euacuationē, nutrit verò & humectat minùs: nigrū hæc facit magis, tamē ad extenuandum & aperiendum minùs est idoneū. Non mirū ergo si q albo multùm diuq; est vsus, nunc repentè vti incipiat nigro, obstructionē aliquam hepatis aut renum cōtrahat, & è ventre minùs egerat: & q̄ nigro assuefactus, incipiat vti albo, vrinæ ardorē, aut diarrhœam incidat, aut sitim, aut huiusmodi alia. Vt minus (inquit) quis miretur, dulce & vinosum vinum repentè mutata non idem posse, sed diuerso modo corpora alterare, si quis inquā, qui vsus fuerit dulci, nunc vtatur vinoso, aut q vinoso, dulci. Maior enim mutatio est ex dulci in vinosum, aut contrà, etiam si vtrumq; sit albū, aut vtrumq; nigrum; q̄ ex albo in nigrū, si ambo sint vinosa. Nam maior differentia est, dulce aut vinosum esse, q̄ albū aut nigrū. Si igitur album & nigrū mutata, diuerso modo corpora alterāt, nō mirum est, dulce aut vinosum mutata, nō idem posse, sed diuerso etiam modo corpora alterare. Multis itaq; exemplis ostendit Hippoc. mutationes consuetudinis etiam exiguas, etiam in rebus quotidiani vsus, repentè factas lædere. De vini differentiis & facultatibus initio 3. lib. cogemur dicere plura, proinde nunc supersedemus.

Τιμωρητέον ἢ τοιόνδε τι μέρος, τῷ ἐναντίῳ λόγῳ. ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης τῆσι τοιῇσιν ἐγένετο ἐν μεταβαλλομένου τοῦ σώματος, ὅτι ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥστε προσθέσθαι δεῖν σιτία, ἤτ' ἐπὶ τὴν ἀρρωστίην, ὥστε ἀφαιρεθῆναι.

Auxiliandum autem parte quadam contrario sermoni: quòd mutatio victus his fiebat

non mutato corpore, neque in robur, vt oporteret cibos adiicere, neque in debilitatem, vt auferre.

Sermo quem hactenus habuit, confirmauitque, est, non esse mutandam consuetudinem: ne tamen hinc intelligas, ægrotos quoque esse cibandos eodem modo quo antequam ægrotarent, ne vlla mutatio consuetudinis fiat, temperat dictum sermonem, dicitq́; fauendum etiam esse quadam ex parte sermoni contrario, ei scilicet qui astruit mutandam esse consuetudinem, verus enim etiam is sermo est, non simpliciter, neq; omnino, sed quadam ex parte, puta in ægrotis. Nam in iis quæ diximus de sanis, ponebatur consuetudinis mutatio fieri corpore non mutato, atq; ita non mirum, si ea mutatio læderet: at verò ægroti corpus mutationē recepit, atq; ita nō mirum, si consuetudinis etiam mutationem desideret Neq; sanè id, quia consuetudo in ægrotis negligenda sit (non est enim, sed quoad fieri posit, seruanda etiam) sed quia sunt alia molta consideranda, à quibus capiuntur indicationes quibus debet fieri satis, vt robur, natura, & modus morbi. Cùm ergo tam multis sit faciendum satis, non potest omnino seruari consuetudo, neq; debet omnino mutari, vt nulla illius ratio habeatur, sed partim seruanda, partim permutanda est, atque ita optimè ipse dixit, auxiliandum sermoni contrario, qui dicit, consuetudinem esse mutandam, non omnino, sed parte quadam Nimirum consuetudo mutanda est, non omnino, sed in quibusdam & quadam ex parte, & modo quodam. Nam antea etiam dixerat, mutare quidem non parum bene habet, si rectè mutatio fiat. Sed quod nunc obiter dicit, est considerandum. Mutatio (inquit) victus his fiebat corpore nō mutato, neq; ad robur, vt oporteret cibos adiicere, neq; ad debilitatem, vt auferre. Itaque quibus plus roboris est, dandum est cibi plus, quibus minus, minus quoq; : videtur tamen hoc & rationi & Galeni eiusdemq; Hippocratis placitis aduersum. Nam Gal. 1. de Arte curatiua ad Glauconē, cap. 10. inquit: Inedia quidem in valentioribus vtaris viribus, largiori autem cibo, vbi vires sunt debiliores: cui ratio subscribit, nam vt passim dicit Hippocrates, cibo vtendum, quò ægrotus durare possit, donec morbus concoquatur: constat verò robustam q̃ debilem durare magis posse, ac proinde minori cibi auxilio indigere: debilem minùs, ac proinde indigere maiori. Sed res hæc non eodem modo habet in beneualentibus, & in ægrotis. In illis enim quia mēs est seruare aut augere robur quod adest, dandum est, quantum rectè posit coqui, atque ita tantò plus quantò plus est roboris, quia tantò plus poterit coqui: in his verò, qa nihil aliud curamus, q̃ vt posint durare donec morbus coquatur, non quantum posit coquere, damus, sed quanto indigeant vt durēt, id verò tantò plus est, quantò facultas debilior. Hippocrates hic de mutationibus in beneualentibus id dicit: Gal loco citato de victu tertiana notha laborātium agebat, quare vterq; verè.

Προσεκμαρτέα δὴ καὶ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστου, καὶ τῆς φύσιος τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν.

Coniectandum ergo & robur, & modus morbi cuiuscunque, & natura hominis, & consuetudinis victus laborantis, nō solùm ciborum, sed & potuum.

Itaque in ægrotis consuetudo partim est retinenda, partim mutanda, quia præter consuetudinem consideranda sunt alia. Consideranda sanè consuetudo victus, & ciborum, & potuum, & quoad fieri posit, seruanda, sed præter hanc consideranda etiam robur & natura hominis, & modus morbi cuiusque. Non idem est robur (ne quis putet) idem enim homo retenta sua natura, quę in compositione & temperamēto est, est nunc robustior, nunc debilior: velut picrocholus parte ventriculi superiori, aut toto corporis habitu, hac natura nō mutata, est aliqoādo robustior, aut debilior solito. Constat verò vtriusq; haberi rationem in victu: nam picrocholus febricitans, cæteris paribus accipiet plus cibi q̃ alius, & is ipse si simul febricitet, & debilis esse sentiatur, accipiet adhuc plus, si robustus, minus. Modus morbi esse videtur, vt breuis aut longus sit, contumax aut concoctu facilis, quod in succo expectatur, habens symptomata hæc, aut illa. Ob hæc autē omnia mutatur victus. Nā quò morbus est breuior, eò dandum minus, quò longior, plus: cùm succus cōcoctu est cōtumax, minus, vt natura concoctioni vacet, cùm minùs contumax, licet dare plus hāc ob causam. Neq; sanè idem est, neq; simul necessariò fiunt, morbus longus & succus concoctu contumax, & morbus breuis & succus nō cōtumax. Cùm enim longitodo & breuitas nō ab hac solùm causa fiant, sed ob alias quasdam, vt ob multitudinē, aut paucitatem, ob firmam, aut leuem partis præcipuè affectæ intemperiem, fieri posit, vt morbi sit longitudo maior, q̃ succi contumacia, aut contrà. Atque seorsum sunt considerandæ notę longitudinis morbi ex accesionibus, & circuituum inuicem incrementis: seorsum contumaciæ succorum, ex excuntibus: atque ex alterutro seorsum capienda indicatio, à longitudine morbi, addendi, à cōtumacia succi, detrahendi cibum. Ex his intelliges caput 10. libri 1. ad Glauconem Galeni, alioqui difficillimum. Symptomata etiam quædam addi, quædam detrahi iubent: addi quidem, vt deliquia animi, & dolores, detrahi, vt somni & apepsiæ. His quæ Hippocrates enumerat, adiice alia naturalia, vt ætatē, & non naturalia, vt tempus anni & regionē. Omnia enim hæc aliquid in victus mutatione indicare, primo aphorismorum dixit.

Πολλῷ δὲ ἧσσον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον, ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις ἂν τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ. ἐν ὁκοίοισι δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον, γεγράψεται.

Multò tamē minùs in ciborum adiectionem procedendum, nam in ablationem omnino incumbere sæpe prodest, cùm suffecturus eger sit, donec morbi vigor concoctus sit. In quibus autē hoc faciendum sit, scribetur.

Galeno videtur, atq; post illū aliis Hippocrates nōc decidere controuersiam illam vulgatissimam, quam ego 1. cap. libri 8. Contr. medic. scripsi, vtrum sit

sit periculosius, si ab exacta cibi quantitate decerrandum sit, inclinare ad crassiua, an ad tenuius, videturq; id erratum quod ad crassius fit, magis vituperare. Mihi de ea quæstione dictum satis superq; est dicto loco, nunc illud solùm dicam, non videri mihi Hippoc. de ea re loqui, sed de ratione procedendi in victus institutione, doceréq; nō esse procedendum à morbi principio p totum eius decursum addendo, vt ij faciebant, quos erroris arguebat paulò antea, atq; adhuc refellere perstat (vt ex iis q mox dicentur, intelliges) continētes duobus aut tribus primis diebus ægrotos sine cibo, mox velut exaquaturi, dantes multū: sed detrahēdo sensim: nam ita maximè deuitatur repentina mutatio, & vt magis ad summū vigorē acceditur, datur cibi minus, vt fieri sanè oportere 1. lib. huius operis, & 8 Contr. (exceptis tamē quibusdā morbis) monstrauimus. Quod ergo continent hæc verba, perinde est ac si nunc diceret, quandoquidem ergo dictum est per morbos consuetudinem non posse omnino retineri, sed mutandam esse ex parte, scias eam mutationē non debere fieri detrahendo cibum in principio, & procedendo ad adiectionem, sed detrahendo semper. Primis quidem diebus detrahendo ab eo cibo, quo sanus vtebatur, sed & ab eo qui primis diebus detur, detrahere sæpe expedit, vt æger videbitur suffecturus cū minori, donec morbus soluatur, aut inclinet. Nimirum vt morbus magis procedit ad statum, ita minùs superest, atq; ita cum minori cibo sufficiet ægrotus. Quare detrahendum ita quoque. Verùm hoc in acutis potiùs fit, quorum summus vigor est pars breuissima, in longis enim ipse status solet multos dies occupare, ac proinde nō ita audemus extenuare victum, qui à principio visus est, etiamsi morbus ad statum videatur procedere. Quia ergo in acutis magis agendum est id quod dicitur, & hoc opere de acutis est scribendum, dicit, in quibus autem hoc faciendum sit, scribetur.

Πολλὰ δ᾽ ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι, τὸ γε μὴν κρέσσον μαρτύριον. οὐ γὰρ ἠδελφισμένον ἐστὶ τῷ πρήγματι περὶ οὗ μοι ὁ πλεῖστος λόγος εἴρηται, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ πρῆγμα, ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον. οἱ γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νουσημάτων, ἔστιν ὅτε οἱ μὲν σιτία ἔφαγον αὐθημερὸν, ἠργμένοι ἤδη· οἱ δὲ καὶ τῇ ὑστεραίῃ. οἱ δὲ καὶ ἐῤῥόφεον τὸ προστυχόν. οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐῤῥόφεον. ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μέν ἐστιν, ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη. πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἁμαρτηθέντα, ἢ εἰ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς κενεαγγήσειε τελέως, τεταρταῖος δὲ ὢν, τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος. ἔτι μέντοι κάκιον, εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσιν ὕστερον ἡμέρῃσιν, οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον. οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείστοισιν, ἢν μὴ παντάπασιν εὐήθης ἡ νοῦσος ἔῃ. αἱ δὲ κατ᾽ ἀρχὰς ἁμαρτάδες, οὐχ ὁμοίως ταύτῃσιν ἀνήκεστοί εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι.

Multa autem & alia ijs quæ dicta sunt germana scribere quis posset, hoc autē testimonium efficacius est. Non enim germanū est rei de qua multus habitus est sermo, sed res ipsa commodissimū est documētum. Quidam enim incipientes acutè ægrotare, quandoque quidem cibos comedunt eadem die qua laborare cœperunt: quidam autem etiam sequenti: quidam verò sorbent quidquid occurrit: quidam autem & cyceonem sorbent. Omnia autem hæc deteriora sunt q̄ si quis aliter cibaretur: multò tamē minorem læsionem inferunt, quæcunq; hoc tempore peccata sunt, quàm si quis primis duobus diebus aut etiam tribus, vacuari omnino vasa permittat, quarto verò aut etiam quinto ita cibet. Sed peiùs deterius aget, q omnibus his diebus vasa prius inaniens, sequentibus quibusdā diebus ita pauerit, priusquàm morbus concoctus sit. Ita enim mortem apertè afferet plurimis, nisi omnino morbus benignus sit. Errores verò qui in principiis committuntur, non similiter sunt insanabiles, sed multò faciliores victu.

Refutauit hucusque errorem eorum, qui primis diebus in inedia continebāt ægrotos, & deinde ad cibos affatim transferebant, quòd mutationes consuetudinis facerent repentinas, & varias; primam enim à sanorum victu ad inediam, mox alteram ab inedia ad cibos: probauit verò has mutationes noxias esse, translato argumento à germanis mutationibus, ab iis scilicet, quæ contingunt bene ualentibus. Vocat verò ea germana, quia non sunt eadem, sed similia. Nimirum mutationes quæ contingunt in victu beneualentium, & quæ in ægrotantibus fiunt, nō sunt omnino eædem, neque verò eandem habent rationem, sed similes, & à quibus similitudinis gratia argumentum ducitur probabile. Nunc ergo persistens in refutatione eorundem dicit, multa etiam alia iis quæ dicta sunt germana scribi posse, vnde argumenta caperentur, malle autem se nunc ipsam per sese rem indicare absurdum eius quàm a germanis rebus argumentari. Efficacius autem (inquit) testimonium hoc est. Hoc inquam, quod modo scribam. Non enim est germanum rei, de qua multus habitus est sermo, id est, de qua iam diu disputamus, sed est res ipsa commodissimum sui documentum. Sed quod est huc documentum? certè quod in ægrotis ipsis experimur. Quidam enim incipientes acutè ægrotare, quandoque quidem cibos comedunt eadem die, qua laborare cœperunt, cibos scilicet eosdem, quos sani comedebant, quidam autem etiam sequenti die quidam verò sorbent quidquid occurrit, vt antea scilicet quàm ægrotarent, quidam verò sorbent cyceonē, vulgatissimam scilicet apud antiquos potionem, quæ parabatur ex polenta & vino. Itaque vtuntur quidam primis diebus morbi eisdem cibis & potionibus quibus anteà. Hæc autem deteriora sunt, q̄ si quis aliter cibaretur, id est, quàm si cibaretur tenuiùs, detrahens aliquid propter morbum. Multò tamen minorem læsionem inferunt quæcunq; hoc tempore peccata fiunt (vocat hîc peccata, nō quæcunq; in victu peccantur, sed excessus exsuperantiasque ciborum) quàm si quis primis duobus diebus, aut etiā tribus, vacuari omnino vasa pmittat,

quarto verò aut etiam quinto ita cibet, id est, plurimùm tribuat. Sanè (inquit) deteriùs aget, qui omnibus his diebus (quarto scilicet & quinto) vasa priùs inaniens, sequentibus quibusdam diebus ita pauerit, priusquam morbus concoctus sit. Videtur hæc repetitio inutilis eiusdem sententiæ, tamē non est, quia continet aliquid noui, idque vtile: In primis dicit, grauius errare, si quis totis quinque diebus inaniri permittat vasa, cùm posteà cibos daturus sit, quàm si solis tribus: deinde insinuat, esse quosdam qui continendi sint sine cibo, eò quòd sine eo possint durare donec morbus conecoctus sit. Non enim vituperat simpliciter eos, qui dictis diebus vasa inaniri permittunt, sed cum sequentibus diebus cibos daturi sint, antequàm morbus concoquatur, hoc verò iam graue esse dicit, vt mortem apertè afferat plurimis, nisi omnino morbus boni moris sit. Morbus boni moris est, qui valde salutaris, vt contrà mali moris, qui periculi plus ingerit, quàm pro ea, quam ostentat, magnitudine. Vt igitur mali moris morbus facultatem plurimùm debilitat, ita qui boni moris, debilitat minimè, robusta verò facultas errores etiam magnos & victus & curationis ferre potest. Hic autem error tantus est, vt nisi morbus omnino boni moris sit, plurimis afferat mortem. Reddit deinde causam, qua hic error maior est, quàm si quis primis diebus plus accipiat, quàm oportet. Ea est, quia errores (id est, cibi excessus, & exsuperantiæ) qui in principiis committuntur, non similiter sunt inuincibiles, sed multo faciliores victu, quàm qui procedente iam morbo ad iudicationem. Ergo vel hac solùm causa grauius est, primùm vasa inanire, deinde cibare, quàm primùm cibare, posteà inanire, quia quantò citiùs datur nimius cibus, tantum superest plus temporis, vt antè summum vigorem, quo facultatem maximè oportet vacare à cibo, emendetur: quantò verò posteriùs, tantò minus temporis superest, vt emendari possit, & tantò propiùs accedit crassus victus ad statum, à quo debet status esse alienissimus. Porrò ea additio meliùs emendatur detractione, quàm detractio additione, quia post illam additionem venit detractio tempestiuè, vtpotè morbo eunte in iudicationem, additio verò intempestiuè eandem ob causam: deteriùs ergo emendabit additio, quia intempestiua, & quia debilitata priùs inedia facultate, & inanitis vasis, nihil faciet aliud quàm incoctionem, & crudorum distributionem. Videbitur fortasse contrarium esse his, quæ nūc Hippocrates, quod Galenus in commentatione proximæ seotentiæ dixit: conferens enim cibi excessum, cum defectu, dixit, qđ minus est, facilè emēdatur, quod verò plus est, exuperatque, noxas facit inemendabiles: Hippocrates verò dicit, faciliùs emendari, si quis plus cibi quàm par sit, primis diebus det, quàm si minus. Non est tamen contrarium. Galenus enim dixit, faciliùs emendari defectum quàm excessum, Hippocrates faciliùs emendari excessum primis diebus factum, quàm posterioribus: constat verò hæc esse diuersa, neq; collationes eas esse eorundem. præthereà constat toto cœlo errare eos, qui cùm morbus in initio agnosci non posset, consulunt victum extenuari: satius enim sit non nisi paritm extenuare. Nam si ignoratione morbi aliquid delictum erit, tamen emendabitur meliùs, quod mediocritatem superauerit.

Τοῦτο οὖν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τοίου, ἢ τοίου τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασιν, ἢ τοίοις, ἢ τοίοις χρέεσθαι. πυνθάνονται μὲν οὖν οὐκ ἴσασιν, οὔθ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτῇσι κακοῦνται, ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, ἢν προκενεαγγήσωσι, δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ πλείους, οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γινώσκουσιν, ὅτι αὐτοὶ βλάπτονται ῥοφέοντες, ὅταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος. τόδε μὲν φυλάσσουσι καὶ γινώσκουσιν, ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπειρον τὴν νόσον εἶναι, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων, εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι. πάντα οὖν ταῦτα, μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσιν ἐς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας, ἀλλ' ἐν ᾗσί γε νούσοισιν οὐ χρὴ κενεαγγέειν τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι, κενεαγγέουσιν. ἐν ᾗσί τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν, ἐκ κενεαγγείης ἐς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἁμαρτάνουσιν. ἐνίοτε δ' ἐν τοῖσι καιροῖσι μεταβάλλουσιν ἐς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης. ἐν οἷσι πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἢν οὕτως τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος.

Hoc igitur existimo maximum docum̃etum, quòd non sint priuandi primi dies potione tali, vel tali, iis qui posteriùs vsuri sint potionibus talibus, vel talibus. Omnino igitur ignorāt, & qui granosis ptissanis vtuntur, se eos malè afficere, cùm sorbere incipiunt, præuacuatis priùs vasis duos aut tres dies, aut etiam plures: neque sanè qui cremore vtuntur, intelligunt lædi eos qui sorbent, cùm non rectè incipiunt sorbere. Hoc quidem cauēt & agnoscunt, magnam læsionem afferre, si antequàm morbus concoctus fiat, granosam ptissanā sorbeat ægrotus, solitus cremore vti. Omnia igitur hæc magna testimonia sunt, non rectè medicos perducere ægrotos in victum: sed in quibus non oportet vasa inanire, vtpotè sorbitionibus cibandos, inaniunt vasa: in quibus, non conuenit mutare ex inanitione vasorum in sorbitiones, in his mutant, & plurimùm errant. Aliquando verò & in ipsis occasionibus mutant in sorbitiones ex vasorum inanitione, in quib. sæpe expediebat ex sorbitionibus accedere ad vasorum inanitionem, si ita fors ferat, in exacerbatione morbi.

Colligit ex dictis errare Medicos, q cùm posteà cibum daturi sint ante morbi coococtionem, primis diebus vasa inaniri permittunt, speciatimque perstringit eorum errores, atque ex iis quæ ipsimet faciebant, eos conuincit. Hos consentaneum est fuisse Cnidos, aduersus quos hic liber à principio scriptus est. Hoc igitur (inquit) existimo maximum documeotum, quòd non sint priuandi primi dies potione tali vel tali, iis qui posteriùs vsuri sunt potionibus talibus vel talibus, hoc est, quacunque potiona quis vsurus sit, si modò aliqua vsurus est posteriùs

sterius, antequam morbus concoquatur, non esse eum omni ponone primis diebus priuandum, sed concedendam ei esse aliquam. Nesciunt igitur quid faciant, seque ægrotos magnoperè lædere non intelligunt, qui granosis ptissanis (totis scilicet ptissanis) vtuntur, cùm sorbere incipiunt, præeuacuatis priùs vasis duos aut tres dies, aut etiam plures: neque qui cremore vtuntur, intelligunt lædi eos qui sorbēt, nisi rectè sorbere incipiant, nō scilicet præinanitis priùs vasis: tamen cùm hęc non intelligant, illud cauent, & agnoscunt, magnam læsionem afferre, si antequam morbus concoctus fiat, granosam ptissanam sorbeat ægrotus, qui cremore vti cœperit. Itaq; cauent, ei quem cremore cibare cœperint, granosam dare, antequā coquatur morbus. tamen non cauent ei, cui nihil dare cœperint, antequam coquatur morbus; dare cremorem, aut etiam ptissanam, cùm tamen eadem ratione, atq; adeò maiori hoc caueri deberet, plus enim auget, qui nihil capienti dat cremorem, q̄ qui capienti cremorem, dat ptissanam. Omnia igitur (inquit) hæc magna testimonia sont, non rectè Medicos perducere ægrotos in victum, sed eos in quibus non oportet vasa inanire, vtpotè sorbitionibus cibandos (antequam scilicet morbus concoctus sit) inaniunt vasa: in quibus non conuenit mutare ex inanitione vasorum in sorbitiones (vtpote qui possint sine cibo transigere vsq; ad morbi concoctionem) in his mutant. Nimirum illi in morbis omnibus vulgarium mora, neque essentia, neque constitutione morbi præcognita, continebāt ægrotos primis diebus, alij duobus, alij tribus, alij quatuor, sine cibo, moxq; cibum dabant, alij ptissanæ cremorem, alij ptissanam totam. Atque ita quibus necesse erat cibum dare, vtpote nō suffecturis sine eo vsq; ad morbi vigorem, denegabant, & iis qui sine eo poterant transigere, ante vigorem tribuebant. Accedit, inquit, quòd hi cùm primis diebus cōtinuerint ægrotos sine cibo, incipientes deinde virtuti timere, omnia perturbant, & in ipsis occasionibus mutant ex vasorū inanitione in sorbitiones, in quibus sæpe expediebat ex sorbitionibus accedere ad vasorum inanitiones: hoc est, coguntur sæpe eis horis cibum præbere, quibus etsi cibum anteà indulsissent, oporteret denegare, vt si ita sors ferat, in exacerbatione morbi, & in ipso paroxysmo Itaque non ita oportet agere, sed vt quibus daturus cibum sis, ab initio des, vel vt possis deinde citra perturbationem horis incommodis denegare.

Ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπό τε κεφαλῆς, καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα, ἀγρυπνίαι τε συνεμπίπτουσιν αὐτέοισι, δι' ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος. περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίνονται, καὶ παραφρονέουσι. καὶ μαρμαρυγώδεα σφέων τὰ ὄμματα. καὶ αἱ ἀκοαὶ ἤχου μεσταὶ, καὶ τὰ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα. καὶ οὖρα ἄπεπτα, καὶ πτύσματα λεπτὰ, ἢ ἁλυκὰ, καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι σμικρά. καὶ ἱδρῶτες περὶ τὸν τράχηλον. καὶ διαπορήματα. καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, πυκνὸν, ἢ μέγα λίην. ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, λειποψυχώδεα πονηρὰ, καὶ τῶν ἱματίων ἀπορρίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος, καὶ χεῖρες τρομώδεες. ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖλος τὸ κάτω σείεται.

Aliquando autem & cruda attrahuntur de capite & regione thoracis, biliosa, & vigiliæ coincidunt eis, ob quas non coquitur morbus: tristes quoque & amari fiunt, & delirant: & splendores obuersantur ante eorum oculos, & aures sonitu plenæ, & extrema perfrigerata, & vrinæ incoctæ, & sputa tenuia & salsa & mero colore tincta, pauca. Et sudores circa ceruicem perplexitates, & spiritus offendens, in latione sursum densus, aut magnus valde: supercilia grauiter se habentia, deliquia animi praua, & reiectiones stragulorum à pectore, & manus tremulæ: aliquando autē & labium infernum concutitur.

Dictum est anteà, tantū esse eum errorem quem Coidij in victo committebant, vt plurimi morerentur, atque adeò omnes, quorum morbi non essent benignissimi, nūc narrat sigillatim noxas, quæ illis succedere solent. Earum quas narrat, quædam succedere natæ sunt inediæ primorū dierum, quædam cibationi repentinæ post tantam vasorum inanitionem, quædam vtrique, aut ambabus causis simul. Quoniam verò vtrunque ab illis fiebat, & vtrunque ab Hippocrate vituperatur, frustrà contenditur à quibusdam enarratoribus, adscribenda sint hæc huic an illi causæ. Satius sit, citra contentionem, quamcunque harum læsionum referre. in quam maximè congruat causam. Aliquando dicit trahi biliosa cruda de capite & regione thoracis. Est qui non intelligens cur trahatur bilis de capite & thorace, partibus adeò pituitosis, in ventrem, ac nō potiùs ex hepate, velit intelligi, trahi à capite & thorace, vt scilicet caput & thorax sint quæ trahant. Tuncque videntur, vigiliæ, & tristitiæ, & deliria, & alia omnia huiusmodi, rectè sequi pleno bile capite, & spiritus difficilis pleno pectore. Verùm hoc, vt de re ipsa nihil dicam, nō fert ipsa sermonis proprietas: dicit enim, ἐπισπῶνται ἀπό τε κεφαλῆς, καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου. ἀπὸ verò nō coniungitur facienti aliquid, sed ei à quo, velut à loco. Nos ergo oportet legitimam lectionem enarrare. Non inquit simpliciter, trahuntur à capite, sed, aliquando trahuntur. Nimirum incipiente fame non trahuntur biliosa in ventrem, nisi ex hepate, & vicinis hypochondriis, aliquando autē procedente plurimùm vasorum inanitione, trahuntur etiam vndique, atque adeò de capite & thorace. Hoc verò dicit fieri in febricitantibus alioqui febribus putridis, qui longa inedia in initiis macerātur, in illis verò necesse est bilem crudam, id est, non consequutam eam coctionem, quę morbo ad summum vigorem iam accedente consequutura est, toto corpore abundare: trahetur ergo versum ventrem præ fame vndique, ea verò quę ex capite & thorace confluet, noxas faciet apertiores. Nam commota agitataque in capite bile, vigiliæ accident, & delirabunt, & splendores obuersabuntur ante oculos, & aures erunt sonitu plenæ. Nimirum bilis commota oculos & aures titillabit, debilitas verò quæ ex inedia etiam nata fuerit, fecerit vt à leuissimis etiam causis multum ea instrumenta patiantur. Ita fit, vt qui capite plurimū debilitati sunt, suffusorum visa semper habere, & tinnitum aurium, videantur. Neq; sanè hæc symptomata post multam inediam tollet cibus repentè & copiosè datus, sed augebit, quia malè coquetur, &

multus crassusq; vapor inde ascendens debiles oculos & aures præterlabetur. Quia vigilant, fieri dicit, vt morbus nõ coquatur. Nimirum somnus concoctiones omnes promouet. Vbi consideratione dignissimum est, inedia fluxiones moueri & augeri, & concoctionem morbi impediri, cùm tamen nihil adeò à Medicis celebretur, quàm cibo & vino fluxiones augeri, inedia & aqua cohiberi (& hanc ob caosam Hippocrates ad recentia vlcera tenui cibo & aqua: & Galenus in inflammationum initiis tenuissimo victu vti censent, & ego morbos omnes pendentes ex fluxione à communi cibandi ratione excepi) & concoctionem morbi cibo prohiberi, ac proinde morbo consistente in summo vigore, & parum ante illum detrahere Hippocrates iubeat, vt natura vacet concoctioni morbi, quæ eo tempora maximè viget. Sed etsi hoc ita sit, nihil faciendum est nimis. Pleraque enim facta nimis, per accidens afferunt noxas, quas cum mediocritate suscepta nata sunt prohibere: nam & motus, & calida balnea, nimia cùm sunt, refrigerant. inedia solet morbi concoctionem properare, ea si tanta sit, vt eleuet somnum, hanc ob causam eam impediet. Ita etiam inanitio mediocris facit, vt nulla pars in aliam mittat, nimia facit vt quæcunque à quacunque alia extorqueat: incoctionem ergo cùm afferant vigiliç, fiunt vrinæ incoctæ, & sputa tenuia, & pauca. Verùm qa ea cruditas non frigore, sed vrente calore fit, sunt etiam falsa quæ ex pituita, & syncero colore tincta, valdè scilicet flaua aut chlora, quæ ex bile. Eadē ratione vrinæ fuerint tenues, non tamen albæ, sed flauæ. Tristes quoque fiunt & amari. Tristes & iracundos intelligo vocari tristes & amaros. Tristes, scilicet, & leuissimis de causis irascentes. Nimirum ob debilitatē, & bilem effusam, & hac & illac daerrantem. sunt sibi magnoperè displicentes, & irritãtur facillimè: extrema his perfrigerantur ob naturalis calidi debilitatem, ob quã etiam fiunt deliquia animi praua: hoc est, cum magna debilitatis significatione euenientia, cùm in pulsu, tũ etiam in vultu, & aliis. Sudores etiam circa ceruicem instante deliquio fieri solent, expirante humore cum spiritu, eo loco qui grandioribus poris ob oscula venarum & arteriarum, quç in eam cutis partem finiuntur. Auxerit etiam eos sudores post magnam debilitatem cibus aut potus copiosè acceptus. Sodores enim fiunt iis, qui pluri cibo aut potu vtuntur q̃ pro sua facultate: qua causa conualescentes solent frequenter sudare, & à cibo magis. Perplexitates etiam eandem ob causam fiunt. Nimirum qui debiles sunt, ac multò magis si dabiles simul & distenti cibo, anxij sunt, & nesciunt quid sibi faciant. Stragula etiam reiiciunt è pectore, & habent supercilia demissa, & velut pondus incumbẽs sentiunt. Sola enim debilitas facit partes ipsas esse graues & demissas, si vapores multi & crassi ex cibu repentè dato accedãt, sensum ponderis auxerint. Spiritum etiã dicit esse eis offendentem, in latione sursum densum, aut valde magnum. Intelligunt omnes enarratores fieri offendentem in latione aeris sursum, hoc est, in expiratione. Non video tamẽ quî dicat, cur in expiratione potiùs q̃ in inspiratione: cùm præcipuè in inspirationem plus virium natura apponat, ac proinde faciliùs cuiusque necesse sit in ea offendat, q̃ in expiratione. Ego me ab hac difficultate facilè expadio: non enim legi canseo, offendens in latione sursum, sed, offendens, in latione sursum versus densus, aut valdè magnus. Nimirũ est offendens, vt esse solet in inspiratione, & in expiratione densus aut valdè magnus. Offendens quidem, vt in aphor. dicitur, conuulsionem significat in febribus. Fieri verò poterit, vt ob manifestã causam citra conuulsionem fiat, vt lugentibus pueris solat, atq; his, ob ventris inflationem instromentorum spiritus motum impedientem, & priori inedia comparatam debilitatem. Fit enim vt quia debilis virtus impedita instrumenta nõ potest dilatare, motum in medio intermittat: atq; hanc ipsam ob causam dilatatũ thoracem dimittere properat, dimittitque multùm, & quietē externam breuem facit: hocq; est facere crebrum in expiratione: aut constrictionem magnam, quod est facere in expiraitona magnũ. Fiunt his manus tremulæ, & aliquando labium infernum concutitur. Tremor si propriè, & vt à Gal. solat, hoc loco accipiatur, solam significet animalis facultatis debilitatem, nõ potentis partes firmiter continere: verùm apud Hippoc. vt sæpe animaduertimus, de omoi motu tremulo, siue ob conuulsionē, siue ob rigorem, siue vtcunq; aliter fiat, dicitur. Euenit verò sæpissimè manuũ conuulsiuus motus ob satietatem ventriculi ascendẽtibus in caput vaporibus: & manuum neruos in via offendẽtibus. Hanc ob causam cùm fiet talis tremor, meritò & tremor labij inferni succedet. Fit enim hic ob passionem oris ventriculi per communem membranam communicatam, atq; ita solet vomitum instantem significare.

Ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσι τὰ παραφαινόμενα, παραφροσύνης δηλωτικά εἰσι σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπί τε πολὺ ἀποθνήσκουσιν. οἱ δὲ διαφεύγοντες, ἢ μετ' ἀποστήματος, ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινός, ἢ πύον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσιν, ἄλλως δὲ οὔ.

Hac autem in initiis apparentia, significant delirium vehemens, & plerique moriuntur: qui verò effugiunt, aut cum abscessu, aut fluxu sanguinis ex naribus, aut crassum pus excreantes effugiunt, aliter autem minimè.

Hic censet Galenus initij nomen dici de tempore cruditatis, docereque Hippocratem hæc quæ dicta sunt, si ante signa concoctionis appareant, significare mortem, aut difficila iudicium, ac proinde plerosque mori: & eos qui effugiunt, difficulter iudicari, ac proinde cum abscessu (nisi hunc, vt solet, fluxus sanguinis narium anteuertat) aut cũ puris crassi excreatione. Possunt enim hæc signa esse mortis, & iudicij. Lethalia verò quæ decretoria esse possunt, cum signis concoctionis sunt bona, cum contrariis, sunt lethalia: cum cruditata sunt etiam mala plerunque, si tamen facultas valdè robusta sit, fiunt difficilis iudicij. Sed contingit dubitare, quî possint hæc signa dictis ægrotis in initio apparere, cùm illi acutò laborēt, & plures dies insumantur in eum victum, à quo ea fiunt: raró enim non, dum in victu error committitur, tempus cruditatis præteribit. Præterea cur post tantam vasorum inanitionem expectetur fluxus sanguinis? Ego certè in alium sensum feror: non ob hæc solùm, sed quia ipsa series eorum quæ dicta sunt, moxque dicendorũ, aliud mihi insinuat. Nimirum dixerat hæc ob errorem illum in victu fiati solere: explicat nunc

nunc quàm grauia sint. Non sunt tamen æquè grauia, cùm ob victus errorem fiunt, atque cum citra omnem occasionem. Nam & in facie illa pessima quam Hippocrates initio Prognostici describit, interrogare iubet, an famem sustinuerit homo, quasi ita minùs graue signum futurum sit, atque adeo minùs, vt intra diem & noctem tolli solere dicat. In his ergo omnibus perinde eueniet, si ob famem seu vasorum inanitionem facta sint. Sed rursum dices, si tantum detrahit fames prægressa, vt intra diem & noctem tollantur, falsò profectò dixerit Hippocrates nuper, plurimos eorum qui fame vexantur primis diebus, & posteà multum accipiunt, mori. Certè vera sunt hæc omnia, neq; repugnantia vllo modo. Nam aliis omnibus paribus, haud dubiè causa manifesta minuit periculum, quæcunque signa in ægroto esse ponantur. Nihilominus ab ipsis causis procatarcticis euenit lædi homines, nunc plus, nunc minùs, vt illæ sunt grauiores, & homines affici magis parati. Videmus enim plurimos mori, qui quibusdam occasionibus cœperunt laborare. Nunc ergo apparatus ponatur esse æqualis: tamen constat, in initio Prognostici, minoris multó causę mentionem fieri quàm hic. Nō enim interrogare iubet, an tantoperè confectus fuerit fame, sed an fames eum teneat, intermisso fortasse cibo die vna aut duabus: hîc verò maximus quidam in victu error, qui grauior multò causa est, dicitur hæc facere. Hæc ergo causa etsi procatarctica sit, tamen quia maxima, periculosam affectionem fecerit, quanquàm ne ita quidem adeo, atq; si sine omni causa hæc symptomata fierent: neque sanè eodem modo subueniendum erit ei, cui ob factam vasorum inanitionem insint, atque cui ab initio, id est, nulla tali causa prægressa. Hæc videtur mihi insinuare, dicens, hæc apparentia ab initiis, id est, per sese & nulla causa manifesta, nulloque victus errore antecedente, adeò grauia sunt, vt significent delirium vehemens (meritó addit vehemens, leue enim in ipsis signis esse ponebatur) & plerique moriuntur: qui verò effugiunt, aut cum abscessu, aut fluxu sanguinis è narib⁹, aut crassi puris excreatione. Omnia enim illa si fiant sponte, significant multitudinem, in ventre, capite, & thorace: ex ventre verò abscessum, ex capite fluxum sanguinis, ex thorace excreationé puris, meritò expectes: Si verò (hæc insinuantur, suppleri autem debent, vt intelligatur ipsa sermonis series) nō ab initiis, sed postquam victus extenuatione sint debilitati, fiant, grauia sanè, sed non adeo, sunt, & curandi refectione præcipuè sunt. Errant verò Medici, hæc neque distinguentes, neque dignoscere valentes. Nam addit.

Οὐδὲ γὰρ τῶν τοιῶνδε ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητρούς, ὡς χρὴ διαγινώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισιν, αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀποτελοῦνται. αἵ τε δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμόν, αἵ τε διὰ πόνον καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς νούσου, ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτίκτει πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα. καίτοι σωτηρίην ἢ θάνατον φέρει, γινωσκόμενα ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα. μεῖζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προσφέρῃ τις ποτὸν, ἢ ῥόφημα πλεῖον, ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα, μὴ γνῶναι, καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ. φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἥσσονα τῆς ἑτέρης, κατεγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς, ἢ καὶ ἰδιώτης ἐσελθὼν, καὶ γνοὺς τὰ συμβεβηκότα, δοίη καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν, ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκέοι ὠφεληκέναι. τὰ δὲ τοιαῦτα μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐσελθὼν ἰητρὸς ἢ ἰδιώτης, ὥσπερ ἐκ τεθνεώτων ἀναστῆσαι. γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τουτέων σημεῖα, οἷσι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν.

Neque enim harum rerum video expertos esse Medicos, vt oporteat dignoscere debilitates in morbis, quæcunque ob vasorum inanitionem perficiuntur, & quæcunque ob aliam aliquam irritationem, & quæcunque ob dolorem, & ob morbi acutiem, & quascunque passiones & species omnigenas nostra natura, & habitus, parit quibuscunque. Atqui salutem aut mortem afferunt cognita aut ignorata hæc. Maius enim malum est, si ob dolorem aut acutiem morbi debilitato offerat quis potus aut sorbitionis plus aut cibi, putans ob vasorum inanitionem debilitatum esse. Indecens etiam est: & ob vasorum inanitionem debilitatum non agnoscere, & premere victu. Affert enim etiam hic error periculum aliquod, multò autem minus quàm alter, ridiculus tamen multò magis hic error altero. Si enim alius Medicus, aut etiam idiota, accedens, & agnoscens quæ acciderunt, dederit & cibum & potum, quæ alter prohibuerit, manifestò vtique videatur auxilium attulisse. Talia verò maximè omnium quæ fiunt, vituperantur ab hominibus. Videtur enim ipsis qui accessit, Medicus, aut idiota, velut mortuum suscitasse. Scribentur autem & de hoc signa, quibus oportet horum quæcunque dignoscere.

Quatuor causas esse dicit debilitatis in morbis acutis, vasorum inanitionem, & aliquam aliam irritationem, & doloris vehementiam, & morbi acutiem. In inanitione vasorum est omnis euacuatio magna, siue effuso aliquo succo fiat, vt missione sanguinis, aut expurgatione, aut sudore, aut euacuatione insensili: atque siue hæc fiant sponte, vt sanguis ex hæmorrhoidibus, vtero, aut narib⁹ exit, & diarrhœa, dyssenteriáve vltrò cietur, aut sudor copiosaque expiratio: siue arte prouocantur hæc, aut secatur vena, aut pharmacum propinatur: siue per accidens, detracto cibo euacuatio vasorum fiat. Irritationis nomine intelligit causas omnes manifestas: atque proinde dicit, & quæcunque ob aliam aliquam irritationem. Nimirum inedia aut euacuatio causa externa & manifesta est. In hoc genere est omnis vehemens animi aut corporis motus, & passio, vt si homo linquatur animo, aut debilis sit ob tristitiam, metum, timorémve ingentem, aut gaudium profusum, vel ob vigiliam longam, vel ob la-

borem crebrò desidendi, aut molestiam aliquã vtcunque illatam, dolor omnis vehemens deiicit magnoperè vires, atque hanc ob causam cogimur sæpe narcoticis occurrere, etiam ipsam affectionem præter naturam augentes: quia vix fieri potest vt morbus aliquis cũ assiduo dolore diu duret, quin vires omnes magnoperè prosternat. In morbi acutie sont omnes debilitates, quæ p morbi vehementiam fiunt: siue, inquam, ex magnitudine affectiæ propriæ procedat debilitas, vt cùm ob solam febris magnitudinem ægroti linquuntur animo: siue ob cacoethea, vt cùm ob malignitatem febris: siue ob naturam partis affectę, vt cùm linquuntur animo ob cris ventriculi, aut vteri, aut cerebri affectionē, siue ob multitudinem excrementorum, siue ob duo pluráve horum simul. Hæc oportet Medicos posse dignoscere, quia illis non eodem modo occurritur, sed pro causæ differentia variè. Debilitato enim ob febris magnitudinē, nulla ratione occurretur meliùs quàm aqua gelida, quæ si ob vterinam affectionem labente facultate detur, strangulabit. Si ob malignam facultatem vires labantur, occurrēdum est alexipharmacis, quæ ad facultatem multitudinis succorum oppressam nihil contulerint, sed dum inaniter citra necessariam euacuationē tempus teritur, calor naturalis suffocabitur. Oportet ergo agnoscat hæc Medicus, atq; etiam quascunque passiones, & species omnigenas nostra natura & habitus patit quibuscunq;. Hoc est, & omnium passionum species, in quas quæcunque naturalis temperies & cōpositio prona est, & à quibus causis quæcunque natura facilè patitur, aut non. Nam his ignoratis, in multa incommoda ægrotos adducet: velut si Medicus hominem superna parte pituitosum in inedia continuerit. parùm lædet, si verò picrocholum, fortasse interimet. Vsque adeò verum est quod Hippocrates dicit, salutem aut mortē afferunt cognita, aut ignorata hæc. Eius quod nos susiùs diximus, de diuersa ratione occurrendi debilitati ex diuersis causis ortæ, vnum produeit exemplum, quod ad præsentem sermonem magis facit. Maius enim (inquit) malum est, si ob dolorem, aut acutiem morbi debilitato, afferat quis sorbitiona aut potus aut cibi plus, q̃ si (hoc enim oportet suppleri) debilitato ob vasorum inanitionem. Indecens etiam est, debilitatum ob vasorum inanitionē non agnoscere, & victo premere, quasi ob repletionem debilitatus sit. Itaque inanitum non oportet victu premere, sed reficere, quia morbos ex repletione curat inanitio, & ex inanitione repletio: eis verò q ob dolorē aut morbi magnitudinē debilitati sunt, nō oportet cibi aut potus dare plus. At verò vtrunque horum videtur falsò dici. Nam si inanitum nō oportet victo premere, oportet ergo ei cibum dare, si autem oportet cibum dare, malè dicit Hippocrates, maius malum esse cibum augere debilitato ob dolorem, aut acutiem morbi, q̃ debilitato ob vasorum inanitionem. Hæc enim dictio innuit, malum etiam esse cibum augere debilitato ob inanitionē. Porrò quandoquidem dolor assiduus euacuationis quantitati detrahit, vt r. ad Glauc. Galenus dicit, quia debilitat, certè eadem ratione cibum peteret augeri. Verùm hæc ita definiuntur. Debilitato & inanito malum est cibū repentè dare, qa vt dictum antea est, non sustinet: tamē multò grauius malum sit, victo premere, & cibo amplius priuare: grauior

A etiam sit debilitato ex dolore cibum multum dare, quia refectionem quæ cibo agitur, magis petit inanitio quà dolor. Petit nihilominus debilitas, quæ ex dolore fit cibi plus, q̃ dolor ipse peteret, nisi debilitaret. Nimirum recenti cibo vires refectionem quandam recipiūt, quacunq; causa debilitatæ sint, maiorem autem multò, cùm causa ipsa debilitatis, penuria est. Itaq; eùm penuria debilitat, vteris refectione, ne tamen ea nō feratur, reficies paulatim & cibo nouo, repetito crebrò: & sola hæc refectio cu-

B ratio fuerit idonea: cùm verò debilitat dolor, aut morbi magnitudo, si debilitas instanter vrgeat, tùe quoque cibo reficies aliquo: ad curationem autem te conuertes mox, per anodyna, aut narcotica, in dolore: per euacuationem in multitudine, & per idoneam propriamq; curationem morbi cuiuscunq;. Explicat deinde cur cibum dare debilitato ob dolorem, aut morbi acutiem, vocauerit malum, & victu premere inanitum, vocauerit indecens, dicens, secundum hūc errorem afferre ægroto periculum

C minus q̃ priorem, verùm esse multò magis ridiculum apud vulgus. Meritò autem malum dicitur quod periculum: indecens, quod ridiculum. esse tale ostendit, dicēs, si enim alius Medicus aut etiam idiota accedens, & agnoscens quæ acciderunt ante etiam non agnosceos) dederit & cibum & potū quæ alter prohibuerit, manifestè vtique videatur noxium attulisse. Talia verò maximè omnium q̃ fiunt, vituperantur ab hominibus. Videtur enim qui accessit Medicus aut idiota, velut mortuum suscita-

D sse, & id quidem sine multa opera, sed cibo & potu. Certè ridiculum esse hoc, atque eam ob caosam sæpe Medicos derideri, verisimè dicit: verùm quod minus periculi afferre hunc errorem, etsi magis ridiculus sit, dicit, magnam dubitationē habat. Nam hominem inanitum & debilem inedia macerare, nihil videtur aliud q̃ facultatem extinguere: præ dolore autem aut morbi acutie debilitato cibom dare copiosum, augendi morbi causa est. Quantò igitur plus spei superest aucto quantumuis morbo, q̃

E extremè debilitata facultate, tantò maius periculum in eo errore esse videtur, q̃ in contrario. In primis hīc intelligi debet, eum dolorem, atq; eam morbi acutiem, ob quæ debilitatos quis esse ponitur, ex omnia materiæ copia pendere, atque adeò eam debilitatem esse ex aggrauatione tanta, vt fecerit dolorem ingētem, aut morbum acotissimum. Si quis enim ob dolorem, qui ex intemperie quapiam, citra magnam succi copiam consistat, debilis sit, tam longè abest vt lędatur cibo, plusquam inanitus, in e-

F dia, vt ne lædatur quidem, nisi maxima quantitate detur. Itaque conferontur hic duo hæc, debilem & inanitum, tenui victu premi, & dolentem, aut acotè laborantem præ multitudine, debilemq; ex aggrauatione, crasso onerari. Atque tunc quoque longa est quæstio, à qua Galenus se expedit, dicens, si quis eos qui ob vasorum inanitionem parū valent, tenui victu protulerit, læsurum quidem, tamen aut non tam euidenter, aut non tam celeriter. Itaq; læsionem ex victo crasso in repletis non dicit esse ne-

G cessariò maiorem, esse tamen affirmat euidentiorem ac citiorem, quia qui ita moriuntur, suffocantur, solentque apoplectica aliqua passione, aut repentino alio casu cadere: qui verò moriuntur præ inopia, moriuntur paulatim, marcescente naturali calore. Itaque eueniunt hæc pericula ignoratione distinguendi

distinguendi causas imbecillitatis: oportet ergo Medicum notas habere earum. Quas quidem, quia hîc non erat locus differendi de causis morborum aut symptomatum, alibi se promittit scripturum. Verùm quia neque toto opere occurrent, neque verò alio aliquo nisi sparsim, non fuerit inutile à me nunc dici breui. Ex tribus mihi videtur pendere tota ea dignotio: iis quæ adsunt, affueruntve, aut non: propria cuiusque hominis natura: & propriis singularum passionum signis. Iis quæ antecesserunt, aut non, quale est illud in initio Prognostici, interrogare oportet an vigilauerit homo, aut aluus soluta sit, aut fames aliqua ipsum teneat. Nunc quoque ab iis quæ antecesserunt, ita procedit coniectura. Si homo ad quem accedis, tres aut quatuor dies sine cibo transegit, aut copiosissima diarrhœa, aut fluxu sanguinis laborauit, aut alioqui à Medico immoderatè inanitus est, meritò coniectes, ob vasorum inanitionem esse debilem: ita enim Hippocrates conuulsionem ab inanitione esse suspicatur, si à vehementi pharmaco, si à longo alui profluuio, si à fluxu sanguinis. Verùm quia fieri potest, vt homini aliquid tale passo, non inde malum cœperit, sed aliunde alias considerationes adhibere debes, vt iudices an ab ea causa quæ præcessit, malum originem trahat. Primùm quidem æstimare debes, ac conferre causæ illius & læsionis magnitudinem. Si enim læsio maior sit quàm pro causæ magnitudine, constat non ab ea causa, aut saltem nó ab ea solùm esse factam. Deinde considera hominis naturam & habitum, an scilicet ab ea causa parata sint ita affici, an non. Si enim homo superiori parte, aut etiam toto corporis habitu pituitosus, succis crassis, cute densa: qui duos aut tres dies ieiunauerit, debilis esse videatur, non est quòd putes, vasorum inanitione eum laborare: si verò sit toto corpore & superno ventriculo picrocholus, atque etiam rarus cute, vel si vnicum diem ieiunauerit, causam esse meritò vasorum inanitionem. Si igitur debilitatis magnitudo & hominis natura causæ tali & tantæ attestatur, certo certius inde esse debilitatem suspicaberis. Sin autem non respondent hæc, alias notas requires, quæ cuiusque affectionis propriæ sunt. Velut etiam, si coniectura procedere incipiat negatiuè, ab iis quæ non adsunt, quia inde non colligitur quæ causa sit, sed quæ non sit, ad alias notas est procedendum. Velut si occurrat ægrotus cum dictis notis debilitatis, & videas neque tenui admodum victu esse vsum, neque sponte aut arte valde inanitum, debilitatem verò esse magnam, affirmabis non esse ex vasorum inanitione, vnde autem sit, non dices, nisi aliarum passionum signa requiras. Si neque alias irritationes factas esse videas, vt neque prouocatum ad iram, aut mœstitia, timoréve affectum: neque dolore aliquo magno aut continenter affligente occupatum (dolor enim etiam est res per se conspicua) liquidò intelliges, acumine morbi esse debilitatum. In acumine autem morbi ponebamus malum morem morbi, & multitudinem excrementorum, & magnitudinem morbi secundùm essentiam propriam. Hæc verò distinguuntur propriis notis. Si pulsus est debilis, exiguus & creber æqualiter, debilitatem in essentia indicat, & intemperiem factam in corde & partibus præcipuis: si verò debilis sit & exiguus, sed inæqualis inæqualitate collectiua, significatur aggrauatio, & excrementorum multitudo: præcipuè si simul se exhibeant multitudinis notæ in exeuntib⁹, vt vrina, deiectionibus, sudore, & sputis. Si neutra horum appareant insigniter, sed morbus in essentia ꝓpria maximus sit (quod ex magnitudine signorum pathognomonicorum agnoscitur) in eam debet referri debilitas. Velut si pulsus sit debilis & creber, non tamẽ adeò exiguus, & febris tactu vrens, & sitis vrgentissima,

---

Παραπλήσια μέντοι πάσχει κατὰ κοιλίην καὶ ταῦτά ἐστι. καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πολὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἐῤῥώσεται μᾶλλον. ἢν δὲ δὴ καὶ πλείω χρόνον διελινύσας, ἐξαπίνης ἐς τοὺς πόνους ἔλθῃ, φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. οὕτω δὲ καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώματος. καὶ γὰρ ἢν οἱ πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης πρὸς τὸ πονεῖν ἔλθῃ. ταῦτα δ᾽ ἂν καὶ οἱ ὀδόντες καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ πάθοιεν, καὶ πᾶν ἁπάντων, ἐπεὶ καὶ κοίτη ἡ παρὰ τὸ ἔθος μαλθακὴ, πόνον ἐμποιέει, καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος καὶ ὕπαιθρος εὐνὴ παρὰ τὸ ἔθος, σκληρύνει τὸ σῶμα. ἀτὰρ καὶ τὰ τοιῶνδε πάντων, ἀρκέει παράδειγμα γράψαι. εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ μήτι λίην ἐπίκαιρον, μήτι λίην εὐήθες ὂν, καὶ μήτι ἄγαν δυσελκὴς ὢν, μήτι ἄγαν εὐελκὴς, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο, καὶ μηδαμῇ μετεωρίζοι τὸ σκέλος, ἀφλέγμαντος μὲν ἂν εἴη ἐς ... εἴη καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον οὕτω γίνοιτο, ἢ εἰ πλανώμενος ἰητρεύοιτο. εἰ μέντοι πεμπταῖος, ἢ ἑκταῖος, ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω ἀναστὰς, ἐθέλοι προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε, ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρεύοιτο. εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειεν ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονέσειεν, ἢ ἐκείνως ἰητρευόμενος ταῦτα ταλαιπωρήσειεν ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσι. διὰ τέλεος οὖν μαρτυρεῖ ταῦτα πάντα ἀλλήλοισιν, ὅτι πάντα ἐξαπίνης μέζω πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα, ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ βλάπτει. πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶν, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης, ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσαίρηται. ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι, πολὺ πλείω βλάβοιτο, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι. δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισιν ἐλινύειν. καὶ ἢν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τι καὶ ῥαθυμίην ἐμπίσῃ, δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν πλήθεος βρώμης. ἢν δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει, καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος. ὁ δὴ οὖν πλεῖστος μοι λόγος γέγονε, περὶ τῆς μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τῆς διαίτης, καὶ ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τά. ἐς πάντα μὲν οὖν εὔχρηστον ταῦτα εἰδέναι. ἀτὰρ καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν, ὅτι καὶ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς κενεαγγείης. μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη. ἔπειτα οὐ χρηστέον ῥοφήμασι, πρὶν ἢ νοῦσος πεπανθῇ, ἢ ἄλλο τι σημεῖον φανῇ, ἢ κατ᾽ ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια, ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.

Proxima autem iis quæ circa ventrem contingunt, & hæc sunt. Etenim si totũ corpus quiescat multum præter consuetudinem, non statim corroborabitur multum. Si autem & cùm multũ tempus quieuerit, repentè veniat in labores, vitiosum quiddã operabitur manifestè. Ita autem & quæcunque pars corporis seorsum. Nam & pedes tale quiddam facient, & alij articuli, non assueti laborare, si multò pòst repentè ad laborem veniant. Hæc autem & dentes & oculi patientur, & quæcunque alia pars, quandoquidem & lectus præter morem mollis, laborem infert, & durus præter morem. Et sub dio stratus præter morem durat corpus. Verùm & omnium quæ huiusmodi sunt exempla scribere præstat. Si quis enim accipiens vlcus in tibia, neque valde magnum, neque valde mite, ipsiq́; neque difficile neque omninò facile vlcera sanescant, curetur ab initio statim decumbẽs, & nequaquam vlcus eleuet, magis sine phlegmone hic sit, & multò citiùs sanus ita fiat, quàm si curaretur obambulans: si quidem quinta die, aut sexta, aut superiori aliqua surgens, velit deambulare, magis vtique dolebit tunc, quàm si statim à principio deambulans, curaretur. Si autem etiam multum se afflixerit, repentè multò plus dolebit, quàm si illo modo curatus ita se fatigauerit in his diebus. Omnino igitur testimonium sibi præbent mutuò hæc omnia, quòd omnia repentè multum supra mediocritatem mutata, in hac, & in illa, lædunt. Multiplex igitur secundùm ventrem læsio est, si ex multa vasorum inanitione repentè supra mediocritatem offeratur. Sed & secundùm reliquum corpus, si ex multo otio repentè in multum laborem veniat, multò plus lædit, quàm si ex multa exhibitione in vasorum inanitionem mutatio fiat. Oportet quidem & corpus his quiescere: atque si ex multa defatigatione repentè in otium & segnitiem incidat. Oportet autem & his ventrem quiescere à multo cibo. Alioqui laborem in corpore facient, & totius corporis grauitatem. Plurimus mihi sermo habitus est de mutatione victus, & in alia, & alia: ad omnia igitur vtile est hæc nosse. Sed id de quo sermo erat, quòd in acutis morbis ad sorbitiones mutant ex vasorum inanitione. Mutandum enim vt ego iam iubeo. Deinde non est vtendũ sorbitionibus antequam morbus concoctus sit, aut aliquod aliud signum appareat, vel secundum intestinum vacuatorium aut irritatorium, vel secundùm hypochondria, qualia scribentur signa.

Rursum redit ad disputationẽ de mutanda consuetudine, confirmatq́; dictam assertionem multis exemplis. Nam hactenus ea tantũ scripta sunt, quæ ad ventriculum pertinẽt, nunc ad alias omnes corporis & actiones & passiones pertinẽtia scribit, atq; translata ab illis ratione probat, quæ de mutatione repentina victus aduersus Medicos illos è Gnido dicta sunt, esse vera. Ergo, inquit, proxima iis quæ circa ventrem contingũt, & hæc sunt. Hoc est, similia & similes habentia rationes. Nimirum cibi adiectio est labor ventriculi, detractio requies. Itaq; ex adiectione repentina detractio, aut ex detractione repentina additio, est vt mutatio ex labore ad otium, aut ex otio ad laborem. Tamen (inquit) si totum corpus quiescat multùm præter consuetudinem, non statim corroborabitur multùm. Tametsi enim corpori laboranti quies remedium sit, tamen quæ repentè suscipitur, quia non, vt oportet, suscipitur, nõ statim corroborabit, sed aliquando etiam lædit, quia natura destituta auxilio exercitationis, cui iam assueuerat, neq; bene distribuit alimenta, neq; egerit excrementa. Si autẽ, inquit, & cùm multum tempus quieuerit, repentè venit ad laborẽ, vitiosum quiddam operabitur manifestè: hoc est, vitiosè mouebit, aut debiliter: vt autẽ totum corpus hęc patitur, ita & quæcunq; pars corporis seorsum. Nam & pedes tale quiddã operabuntur, & alij omnes articuli, non adsueti laborare, si multo pòst tempore ad laborem repentè veniant. Nimirum & qui saltatores aliquãdo erant, si saltandi fecère intermissionem, malè saltant, & gladiatores, si digladiandi, malè digladiantur. Hæc autem (inquit) & oculi patientur, & dentes: nam oculi è tenebris erumpẽtes nõ possunt in clara luce videre, neq; è luce, in tenebris: & dentes eorum qui dulcibus vesci consueuere, non possunt sustinere contactum acidorum pręhæmodia: ita autem euenit toti corpori secundùm passionem tactus: quandoquidem & lectus præter morem mollis, laborem infert, & durus etiam præter morem. Durus (arbitror) quia nõ possunt corpora ferre insolitam compressionem: mollis, quia desiderant solitam decubitus firmitudinem: & lectus sub dio stratus præter morẽ, durat corpus: durat, inquã, repentè frigore densante & comprimente corpora, atque inde fiunt morbi. Duriora enim sunt iis, quæ consueuère sub dio decumbere, sed non morbosa, quia paulatim talia facta sunt. Itaque tota læsionis causa ad ipsum repentè, & ad mutationem redigitur. Facit deinde transgressionẽ ad alia exempla mutationum in ratione curandi, dicens: verùm omnium quæ huiusmodi sunt exempla scribere præstat. Si quis accipiens vlcus in tibia, inter genu scilicet & malleolum, vt articulum nõ attingat (vult enim ponere vlcus neq; valde periculosum, neque omnino contemnendum) neque valdè magnum, neque valdè mite (neque ob partem scilicet, neque ob magnitudinem in essentia propria, neque ob morem, magnum valdè, aut contrà exiguum & contemnendum) ipsiq́ue neque difficilè, neq; omnino facilè vlcera sanescant. Nimirum ob carnis & reliquarũ partium naturalem temperiem quibusdam facilè magna, quibusdã difficilè etiam exigua vulnera sanescunt: Itaq; sint omnia mediocria: si curetur statim ab initio decumbens, & nequaquã vlcus eleuet, magis sine phlegmone transiget, & multò citiùs sanus ita fiet, quàm si curaretur obambulans, quia partẽ vulneratã in requie & figura indolente retineri oportet, crure ergo vulnerato minimè deambulandum est: verùm si cùm se in

lecto

lecto continuerit à principio, velit quinta aot sexta die, aut superiori aliqua, vt quarta, aut tertia, deambulare, magis vtique dolebit tuoc, quàm si statim à principio deambulans curaretur. Nam si videmus homioem sanũ, quòd in lecto se quatuor aut quinque dies, laxatis musculis continuerit, deinda vix posse ambulare, & dolere cruribus, quantò magis dolebit, si & vulneratus, & decumbere iam solitus ambulet? & dolore lædetur multùm, quia fluxionẽ nooam ad vlcus mouebit dolor? Quare coosultum erit, eum, cui noo vacet decumbere vsque ad morborum inclinationes, neq; à principio molliter tractari, sed si res ferat, & neque decumbentes & domo exeuntes curentur, si magnitudo morbi id aliquo modo ferat. Non solùm autem hoc in vlceribus, sed in aliis etiam omnibus morbis ita habet. Quòd si is q cœperat curari decumbens, die aliqua non tantùm deambulare cœperit, sed etiam se afflixerit, hoc est multùm laborauerit, multò magis lædetur, quàm si à principio deambulans curatus esset, quia à deambulatione ad laborem minor mutatio est, quàm à quiete ad laborem. Læditur quidẽ atiam qui à deambulatione blanda mutabitur ad laborem, verùm non proinde licet curara quenqoã à principio laborantem, nam ne posset quidem: deambulantes verò licet, eos qoi non sint grauiter vulnerati, & non posint quietem retinere. Colligit deinceps ex dictis quod sæpè iam dictum est. Omnino igitur (ioquit) testimonium sibi præbant mutuò hæc omnia, quòd omnia repentè & mutuò supra medioeritatem motata, in hæc, & in illa, lædunt. Multiplex igitur secuodùm ventrem læsio est, si ex multa vasurum ioanitione repentè offeratur multum. Multiplex dicit, quia & moltum datur, & quia repentè, & quia ex multa ioaoitione, quodcunque enim seorsum læderet. Addit, sed & secundùm reliquum corpos, si ex multo otio repètè in multum laborem veoiat, multò plus lędit quã si ex multa exhibitione in multam vasorum inanitionem mutatio fiat. Oportet quidem & corpus his quiescere: atq; si ex multa defatigatiooe repentè in otium & segnitiem incidat. Oportet autem & his ventrem quiescere à moulto cibo: alioqui laborem in corpore facient, & totius corporis grauitatem. Hic locus non eodem modo legitur in omnibus codicibus, tamen in nullo non & mutilus, & inordinatè scriptus, quare non potest bene enarrari, nisi priùs restituatur. Legendum verò ita est: Sed & secundùm reliquum corpus si ex multo otio repentè in multum laborem veniat, multò plus lædit, qoàm si ex multa defatigatione repentè in otium incidat: atqoe si ex vasorum inanitione in multum cibum, quàm si ex multa exhibitinne in multam vasorum inanitiooem mutatio fiat. Oportet qoidem & corpus illis quiescere: oportet autem & his ventrem quiescere à molto cibo. Alioqoi laborem in corpore facient, & totius corporis grauitatem. Itaqoe dicit Hippocrates, cibum multum esse, quod in reliquo corpore laborem, cibi detractionem esse otium ventriculi. Læsionem verò maiorẽ afferre mutationem ab otio ad laborem quàm à labore ad otium. Quia otium post laborem vt medela propria est. Oportet enim illis qui lahoraoerint, corpus quiescere, & illis qui multum cibi ingesserint, ventrem quiescere à multo cibo: alioqui laboraotes citra intermisionem, laborem io corpore facient, & intolerabilem defatigatiooem: comedẽtes verò, neq; vnquã abstinentes, facient totius corporis grauitatem. Húc respexit etiam antea dicens, ciborum adiectioni studendum multò minùs, detrahere verò sæpe expedit. Nimirum maiori cum periculo fit mutatio ad plus, quàm ad minus cibi, vel in otium quàm in laborem: & hinc accedit noua ratio, qua in morbis procedendum est, detrahẽdo potiùs quàm addeodo. His dictis ponit finem huic disputationi, dicens, plurimus mihi sermo habitus est de mutatione victus, & in alia & alia, hoc est, nõ tantum secundum cibum aut potum, sed & secundùm laborẽ, & alia omnia. Ad omnia igitur vtile est hæc oosse, sed id, id est sed præcipuè ad id de quo sermo erat, quòd in acutis morbis ad sorbitiones mutant ex vasorum inanitione. Id est, præcipuè autem ad eum sermonẽ quo refutauimus medicos, quòd in acutis morbis mutarent ad sorbitiones ex inanitione vasorum. Mutandum enim (inquit) vt ego iam iubeo: mutandũ scilicet ab eo cibo qoo bene valentes vtebaotur, ad eum qui ægrotantibus iam congruit, consideratis virium robore, & morbo & consuetudine, & natura, & habitu hominis, vt antea dicebatur. Deiode, hoc est, postquam data sit ea potio quæ congroat, non est transeundum ad sorbitiones (neq; verò ad aliom victum crassiorem) antequam morbus cõcoctus sit, aot aliquod aliud signũ appareat, vel secuodùm iotestinom, vacuatorium aot irritatorium; aut secundùm hypochõdria qoalia scribẽtur signa. Hoc est, antequam morbus vnitus sit, vel saltem inclioet, per concoctionem, & insensilem solutionem, vel per iudicationem. Quoniam enim iudicationes constant euacuationibus ipsis, vt euacuatione per aluum, aut aliam aliquam partem, & decretoriis signis, vt irritationis sensu in intestiois, quæ deiectiooes antecedit, & hypochondriorum reuolsionibus qoæ solent antecedere fluxus sanguinis ex naribus. & murmure qood antecedere solet fluxum alui, insinuans iudicationem, dicit, antequam aliqood aliud signum appareat, vel secundum intestinum, vacuatorium aut irritatorium, aot secundùm hypochondria, qualia scribentur signa. Scribentur verò hæc procedente opere libro vltimo.

Ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ, πόματα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει, καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ, διαλύει σῶμα, καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίην ἐμποιέει.

Vigilia fortis potus & cibos crudos, & incoctiores facit. Et quæ in cõtraria fit mutatio dissoluit corpus, & excoctionẽ & capitis grauitatẽ facit.

Videtur præter rem nunc meminisse læsionum, quas vigilia oimia & nimius somous inferre possunt, nootamen omnino præter rem hoc facit, sed qoia dixerat, non solùm in cibu & potu, sed omni alia in re quæ ad victum pertineat, mutationem repentinam periculosam esse. Oporteret nunc dicere, quas ooxas res singulæ in quas mutari corpora euenit, facere posint, id verò in omnibus præstare non posset, nisi opus futurum esset longissimom, & proprium argumentum, quod de ratione victus in acutis est, excessurum. Præstat verò id in præcipuis & maximè necessariis passiooib. vt in cibo & potu, motu & quiete fecit, & somoo ac vigilia nuoc facit.

Atque adeò in his ipſis nō omnes noxas percurrit, ſed eas præcipuè quæ ad victum referuntur, vt cruditatem & incoctionem, quæ vitia ſunt comminutationis alimentorum. Vigilia enim incoctionem ciborum potuumq́ue concoctilium faciet, ſiquidem ſomnus concoctionem tantoperè iuuat: atqui nun ſolùm ciborum: ſed & ſuccorum à quibus morbi fiunt, ſiquidem dicebatur nuper, vigiliæ coincidūt eis, ob quas non coquitur morbus: & nimius ſomnus faciet iam non coctionem ſolùm, vt cum moderatus eſt, ſed excoctionem etiam, hoc eſt corruptionem eam quæ concoctioni nimiæ ſuccedit. Nimirū ſi carnea mox ac perfectè elixatę ſunt, igne amouētur, eſui erūt idoneæ, & paratæ optimè, ſin autem tunc quoq; plurimùm ad ignem nimium detineantur, diſſoluentur plus æquo, & vitiabuntur. Quod vitium vocatur excoctio. Simile quiddam accidit cibis & potibus, ac ſuccis omnibus, quibus noſtra corpora aluntur, per nimium ſomnum. Nimirum cùm non diſtribuantur tempeſtiuè per totum habitum corporis, & quæ oportet egeratur, ſed per nimium ſomnum morentur etiam cùm cocti ſint in intimis partibus, vitiantur, & nerui imbibentes ſuccos quos oportuit diſtribui ac diſsipari, emolliuntur, vnde corpus diſſoluitur, & excrementa deuuò effumant vndiq;: vnde caput grauatur. Non tamen has ſolùm noxas hæc poſſunt afferre. Nam præter hæc vigilia affert aliquando delirium, & extenuationem partium & diſsipationem ſpirituum, ac nimiam ſiccitatē: ſiquidem 1. cap. Prognoſt. poſt peſsima illa vultus ſigna dicit, interrogare oportet, an vigilauerit homo, quaſi ob vigiliā illa omnia fieri poſſint. Iam verò ſomnus quibuſdam occaſionib. ſemper lædit, auget enim rigores, horrores, & frigora, quin etiam febres, niſi iam paroxyſmi manifeſtè inclinent: ſed præter has occaſiones in morbis lethalibus laborem facit, vt 1. Aphor. 2. Sect. dicitur, qua ſcilicet ſi parati ſunt homines ad conuulſiones, aut graues quaſcūq; cerebri paſsiones, hæc affert, ſi internis inflammationibus laborant, has auget. Itaq; plurima mala afferre poſſunt vigilia & ſomnus, ſuntq; ambo cùm modum excedunt, non vt ſigna ſolùm, ſed vt cauſæ etiam, mala. Hippocr. verò noluit hîc percurrere omnia, quia non erat hîc locus, ſed vt diximus, propter victum in hæc deuenit.

MAGNI HIPPOCRATIS COI DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS LIBER TERTIVS.

Γλυκὺν δὲ οἶνον, καὶ οἰνώδεα, καὶ λευκὸν, καὶ μέλανα, καὶ μελίκρητον, καὶ ὕδωρ, καὶ ὀξύμελι, τοῖσι δὲ σημαινόμενον, χρὴ διορίζειν ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν.

Dulce autem vinum, & vinoſum, & album & nigrum, & aquam mulſam, & aquā, & oxymeli, his ſignis oportet definire in morbis acutis.

Hactenvs duobus libris eſt refutata victus ratio qua Cnidij medici vtebātor, traditæq; generatim regulæ, quas in eius inſtitutiōe teneri oportet: hoc tertio de facultatibus earum rerum, quarum in victu acutorum vſus eſt, agit. acturus in quarto (ſi modò Hippocratis eſt ille liber) de morborum acutorum ſpeciebus ſigillatim. Non tamen hic de omnibus agit, ſed de ſolis potionibus: quum enim tres differentiæ ſint, potiones, ſorbitiones, & cibi, ciborū in valde acutis nullus Hippocratis temporibus erat vſus (neq; profectò eſt neceſſarius) ſorbitionibus non adeò multis vtebantur, ſed vt omnium optima, ptiſſana, cuius facultates libro 2. dictæ ſunt diſertiſsimè. Supereſt vt in hoc agatur de potionibus: conſuetæ autem erant quatuor, vinū, aqua, mulſa, & oxymeli. Nunc multò plures ſunt, nam ſerapia omnia, & quæ iulepia, & quę apozemata vocantur. Hippocrates ergo de dictis quatuor agit, & de vino omnium primò, cuius differentias proponit in initio dicens, dulce autem vinum, & vinoſum, & album, & nigrum, addit, & aquam mulſam, & aquam, & oxymeli, his ſignis oportet definire in morbis acutis, hoc eſt, ex his quæ de eorum facultatibus dicentur, intelliges, quo morbo acuto, & qua occaſione, quocunq; eorum opus ſit. Hoc quidem eſt, quod lib. 1. non longè à principio dicebatur, his verbis: præbere aut mulſam aut vinum, aut quodcunq; magis quadrabit. Quod ſit autem accommodatiſsimum, in ſingulis modis dicetur. His verbis citabatur locus hic, qui nunc enarrari incipit. Mulſa, aqua & oxymeli, aut differentias nō habent, aut nō tam inſignes quàm vinum, proinde in hac propoſitione ſolius vini nominauit differentias. Quanquā Galen. diminutè atq; inordinatè id factum putat, quia non ſeorſum dicuntur differentiæ à colore, odore, ſapure, ſubſtantiæ modo, & facultatibus, cùm ex quinq; his differentię capi poſsint, & in iis etiam differentiis quæ dicuntur, omittantur pleręq;, cùm vini ruffi & flaui, & rubri mentio non fiat. Verùm Hippoc. ſuo conſueto breuiloquio vtens, non perſequitur omnes differentias (nam neq; in vlla alia diſputatione conſueuit) attingit ſolùm pręcipuas, vt ex iis aliæ intelligantur. Nos ergo ordine perſequamur omnes, deinde iis quas attigit Hippoc. accommodemus. Vinum ex dictis quinq; accipit differentias: colore, odore, ſapore, ſubſtantia, facultate. Ex colore habet quinq;, nam album, fuluum ſeu ruffum, flauum, rubrum, & nigrum eſt: ex odore tres: nam aut bene olēs, aut malè, aut odoris eſt expers: ex ſapore quatuor: nam dulce, acidum, acerbū, aut acre eſt: ex ſubſtantia tres: nam craſſum, aut tenue, aut mediocre: ex viribus duas primùm intenſione aut remiſsione diuerſas, qua eſt aut vehemēs quódque vinoſum dicitur, aut aquoſum, & quod oligophorum appellatur: deinde multas alias ex differentia

tis virtutum, quia diureticum est, aut facilitans sputum, aut adstringens, mouensve aluum, aut somniferum, aut concoctionem insigniter iuuans, & quæcunq; alia vinum præstare potest, siue bona siue mala: nam & caput grauantia, & neruos tentantia sunt, alia plus aliis. Quoniam verò hæc genera quinq; secundùm quæ hæ partitiones fiunt, diuersa sunt, & neq; contraria, neq; alia sub aliis posita, constat differentias illorum posse mutuò commisceri, vt dulce, & debile, odoris expers, crassum & ruffum, aut nigrum: & nigrum & crassum & austerum: non tamen possunt æquè commisceri omnia, quia quædam quibusdam necessariò incidunt. Non enim potest album esse crassum, neque nigrum tenue, potest tamen vtrunq; esse vinosum & forte, aut aquosum & debile, & acre, aut acerbum. Hippocrates ergo saporum differentias attigit, quandoquidē dixit, dulce: & colorum, quandoquidem album & nigrum: & facultatis, quandoquidem vinosum. Odoris nō meminit, neque substantiæ modi, quòd hæc cætera maxima ex parte consequantur. Alba enim tenuia: nigra crassa, plus minúsve vtraq; sunt: fortia odora, debilia inodora sunt. Colorum quodammodo omnium, quodammodo etiam non omnium meminit. Nam primùm quidem vinum, album aut nigrum tantùm est, deinde in albis sunt, album, ruffum, & flauum: in nigris, rubrum, & nigrum. Nominauit ergo primas differentias quibus continentur omnes, non tamen persecutus est etiam vltimas. Dicens autē dulce & vinosum, videtur amethodè numerasse, dicturus dulce & acre, aut dulce & acidū: vel aquosum & vinosum, per contraria enim oportet procedere partitionem: cæterùm nō præter methodum id dicit Hippocrates: Sed consueto breuiloquio innuens plura quàm dicantur: nimirū dulce & vinosum nominauit, vt contraria, quòd scilicet dulce non posſit esse vinosum. Cùm enim dulcedo moderati cuiusdam saporis sit soboles, nō potest quod dulce, non esse debile vinum. Hoc verò iuxta Hippocratis sententiam dici palam fiet mox ex iis quæ subiunget, sed & ex iis quæ antea, cùm diceret, vt minùs quis dixerit mirabile esse dulce & vinosum vinū repentè mutatis non idem posse. Nimirum ibi dixit mutationem talium vinorum esse noxiam, mutationes verò fiunt ex contrariis in contraria.

Ὁ μὲν γλυκὺς, ἧσσόν ἐστι καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον. μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος. οὐκ ἐπιτήδειος δὲ οὐδὲ τοῖσι πικροχόλοισι. καὶ γὰρ οὖν διψώδης τοῖσί γε πικροχόλοισίν ἐστιν. ἀτὰρ καὶ φυσώδης ἐντέρου τοῦ ἄνω, οὐ μὴν πολέμιός γε αὐτῷ ἐντέρῳ τῷ κάτω, ὡς κατὰ λόγον τῆς φύσης. καίτοι γε οὐ πάνυ πορίμη ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ γλυκέος οἴνου φῦσα, ἀλλ' ἐγχρονίζει περὶ ὑποχόνδρια. καὶ γὰρ οὖν ἧσσον οὗτος διουρητικὸς γίνεται τὸ ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ. πτυάλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐστι τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς. καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, ἧσσον ἂν τούτοισιν ἀνάγοι, ἢ ὁ ἕτερος οἶνος.

Dulce quidem vinum minùs grauat caput quàm vinosum, & minùs mentem ferit, & magis deiectiones mouet per intestinum quàm alterum. Facit autem viscera magna, hepar, & lienem. Non est igitur conueniens picrocholis: quia siticulosum est talibus. Verùm & flatuosum intestinis superioribus, non quidem inimicum intestinis infernis secundùm rationem flatus. Atqui non valdè penetrans est flatus à dulci vino, sed moratur circa hypochondria. Etenim minùs hoc vrinas mouet quàm vinosum album. Sputum autem magis educit quod dulce est, quàm alterum. Et sanè quibus epotum, siticulosum est, his minus quàm vinum alterum educit.

Vinosos homines rarò solere amare vinum dulce, & eos qui dulci delectentur, vinosos non dici, eò quòd sapor dulcis non videatur esse vini proprius, sed alienus, Aristot. dicit 3. sectione Problematum, verùm hoc nō prohibet inebriari multos vino dulci: ipsamet causa qua Hippocrates dicit, minùs grauare caput, quàm vinosum, & minùs ferire mentē. Nimirum quia debilius est, & moderatius, minùs ferit mentem eadem mensura potum, & quia debilius, faciliùs potatur, ab iis qui dulcibus delectātur, & ita sæpe potatur vsq; ad ebrietatem: ob idq; quibusdam visum est, vinum dulce inebriare magis q̃ reliqua vina: falsum tamen est, si id in vini natura esse putetur, ac non potiùs in nimia copia qua ingeritur. Illud solùm mihi videtur verè dici posse, qđ & de diluto Aristotel. eodem Problemat. sectione dicit, nimirum tardiùs inebriare, tamen semel ab eo factam, tardiùs ebrietatem dissolui, quia crassiores & frigidiores sunt vapores illius. Eadem ratione minùs vrinas mouet, quàm vinosum album, & quia minùs mouet vrinas, magis mouet deiectiones. Vt enim vrinæ copia deiectiones minuit, ita & vrinæ imminutio deiectiones auget: quàm vinosum ergo & album, hac causa deiectiones magis mouet: quàm rubrum autem, aut nigrum, acidum, aut acerbum, quòd hæc aluum adstringunt. Facit hepar & lienem magna, non solùm quia flatuosum est, & eius flatus moratur in hypochondriis, sed etiam quia hæc intumescunt dulcibus, repleta succis, atque adeò scirrhos aliquando contrahentia, quia cùm grata illis quæ dulcia sint, trahuntur auidiùs, & deponuntur tardiùs. Ob id non est conueniens picrocholis, quia siticulosum est talibus. Cùm enim dulcia omnia facilè mutentur in bilem, & malè permeent per hepar, replent illud bile: quare biliosi plurimùm ab illis læduntur, atque ita à vino dulci, quod velut œnomeli est, bile aucta, siti maxima torquentur: multo sanè magis, quàm si vinoso vterentur: quia etsi hoc calidius est, tamen minùs moratur in hypochondriis. Verùm & flatuosum est intestinis superioribus: flatuosum sanè, quia crassum, & non admodùm calidū, superioribus autem intestinis, quia flatus à vino dulci, non admodùm penetrat in intestina humilia, sed moratur circa hypochondria. qua ipsa causa vinum tale non est inimicum intestinis infernis secundùm flatus rationem, hoc est, nō vt res aliæ quæ flatuosæ sunt, noxiæ sunt intestinis infernis, ita hoc, sed flatuosū cū sit, nō illa lædit, neq; inferni ventris

dolorem mouet, scilicet non in illum penetrat: sed neq; si penetraret, læderet multùm: cùm enim ex vino fit, non est frigidus, & ob id ipsum neque grauis deorsumq; tepēs, sed calidus, leuis & superuulnás: non vt qui ex vinoso, qui in caput copiosè fertur, magis quā qui ex aqua, qui in intestina ima deuoluitur, & dolores nonnunquam acerbos ciet. Nimirum quidquid gignitur, refert naturā eius ex quo fit, ex vino ergo flatus, & leuior & calidior quàm ex aqua fiet, & proinde intestinis minùs inimicus. Minus vrinas mouet (inquit) dulce vinum, quā vinosum album. Addit quàm vinosum album, non, arbitror, insinuans, dulce omne esse nigrum, vt Galen. parum sibi constans dicit (sunt enim quædam dulcia etiam rufa) sed quia quod nigrū, etiamsi sit vinosum, crassitiei gratia, & vis adstringendi quæ illi inest, nō valde mouet vrinam, & omnium maximè vrinam mouens est, quod pariter est album & acre, quia illud est omnium, æquè & tenuissimum & calidissimum, & vtraq; est causa magnæ penetrationis, & mouendi vrinas. Nam & quod album est & aquosum, mouet vrinam, quia tenue, vt docet Galenus lib. de Cibis boni & mali succi, tamē vrinas mouet minùs quā albū vinosum, & non tentat caput, vt illud. Itaq; duplici ratione vrinam mouet album & vinosum. Sputū verò educit magis quod dulce est, quàm alterum: quia dulcia vt hepati noxia, ita thoraci amica sunt quapropter vtimur ad eius morbos tam multis serapiis cum melle aut saccharo paratis. Verùm quod Hippocrates addit, est maximè notatu dignum: Et sanè (inquit) quibus epotum siticulosum est, his minùs quā vinum alterū educit, sputum scilicet educit, minùs quā vinosum. itaq; vinum dulce sputum facilitans est, tamē iis qui biliosi sunt, & biliosa cacochymia in thorace laborant, vt qui biliosa pleuritide, peripneumonia, aut destillatione, quibus scilicet epotum est siticulosum, minùs educit sputum quā vinosum: quia calfacit hepar, auget bilem, resiccat pulmonem, redditq; morbum sicciorē. Quod sanè idem in aliis omnib. dulcibus potionibus & ecligmatis cauendum est, neque indistinctè, quibuscunq; sputum faciliùs educi volumus, augere oportet ecligmatum, & vini, & copiam, sed quibusdā etiam (quibus scilicet thorax plurimùm calet, & hepar biliosum est) exibit faciliùs detractis illis omnibus, & data sola aqua, aut etiam decocto hordeo. Ego sanè talibus solam aquam calidam coocoquendi gratia do, & res optimè cedit, neq; hypochondriis interim malè affectis.

Ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος ἐπῄνηται μὲν καὶ ἔψεκται τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα ἤδη ἐν τῇ τοῦ γλυκέος αὐτοῦ διηγήσει· ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου, καὶ διουρητικὸς καὶ καταῤῥηκτικὸς, αἰεὶ πολλὰ προσωφελέοι ἂν ἐν τῇσι τοιῇσι νούσοισι. καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τοῦ ἑτέρου πέφυκεν, ἀλλ' ὅμως ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις ὑπ' αὐτοῦ γινομένη, ῥύεται, ἢν προτρέπηται, ὁκοίην δεῖ.

Album autem vinosum vinum, laudatum quidem & vituperatum plurimis & maximis iam est, in dulcis vini enarratione: ad vesicam verò vino altero magis penetrat, & diureticum existens, & præterfluere aptum, semper multum confert in talibus morbis: etenim etsi ad alia minùs idoneum quàm alterum sit, sed ea purgatio quæ per vesicam ab ipso fit, liberat, si propellatur quale oportet.

Hoc quoq; dictum erat, vt cætera de vino albo & vinosu, in sermone de vino dulci, verùm non inutiliter repetitur, quia hæc est maxima vtilitas huius vini, vt scilicet vrinas moueat. Quare multum confert in morbis talibus, quibus scilicet expurgatione per vrinas est opus. Etenim etsi ad alia minùs idoneum sit quā alterum, ad excreandum scilicet & laxandam aluum, sed ea purgatio quæ per vesicā ab ipso fit, liberat, si expellitur quale oportet. Hoc est si expellatur quod expelli oportet. Non enim omnes quibus expurgatur per vrinam aliquid, iuuātur ea expurgatione, sed quidam plurimùm læduntur, vt qui diabete laborant, vt qui ardore vrinæ, vt qui vlceribus renū & vesicæ, vt quibus pleno adhuc corpore, neq; missione sanguinis aut per aluum expurgatione prægressa, diuretica proponantur. His sanè non conferet ea expurgatio, quia non expelletur, quale oportet.

Καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήρια ἐστὶ, τῆς περὶ οἴνου ὠφελίης καὶ βλάβης, ὄντα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσιν ἐμεῦ γεραιτέροισι.

Bona autem hæc signa sunt, vtilitatis & noxæ vini, quæ incognita fuerunt, me senioribus.

Signa vtilitatis & noxę vocat, ipsā facultatū quę singulis vini generibus insunt, differentiam. Quia qui singulorum facultates nouerit, facilè possit iudicare, quib. quodcunq; prodesse aut nocere possit.

Κιῤῥῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν ἐς τάδε ἂν χρήσαιο, εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μηδὲ φρενῶν ἅψις, μηδὲ τὸ πτύελον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου, μηδὲ τὸ οὖρον ἴσχοιτο. τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα, καὶ ξυσματωδέστερα εἴη. ἐν δὴ τοῖσι τοιούτοισι πρέποι ἂν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ λευκοῦ, καὶ ὁκόσα τουτέοισιν ἐμφερέα.

Fuluo autē vino & nigro austero in his morbis ad hæc vti possis, si capitis grauitas non insit, neq; mentis perculsio, neq; sputum sursum efferri prohibeatur, neq; vrina supprimatur: deiectiones autem humidiores, & ramentosiores sint. In his oportet præcipuè mutationem ex albo facere, & quæcunq; his similia sint.

Mirum est, vt sibi ipsi contradicat Galen. intra paucas lineas, in huius dictionis enarratione, dicēs primùm, vinum quodcunq; dulce est, statim esse nigrum: ac paulò post addens, fuluum vt & nigrū duplex esse, & dulce, & austerum: quin & lib. de Cibis boni & mali succi dicit Tmolites vinum esse fuluū & dulce: atqui res ita habet, experimento enim cuiuis constat: cùm occurrant sæpè vina ex alborū genere & dulcia: non sanè, vt arbitror, neq; quæ exactè alba, neq; quæ omnino flaua, sed quę ruffa, crassa, & turbata. Possunt itaq; vtraq; esse dulcia, fulua & nigra, possunt etiam esse austera, & cùm austera sunt, dicit Hippocrates, ad diarrhœas & ad dysenterias

rias

rias esse vtilia: quia adstringentia sunt. Atqui constat eûm vtraq; austeritatis gratia, ad has passiones vtilia sint, multò magis quæ austera & nigra, quia crassiora sunt & fæculentiora. Neq; sanè quia austera, acida etiam ita affectis vtilia sint, quia acida sunt tenuium partium & rodentia, austera vero, & multò magis quæ acerba, crassarum, & adstringentia. Dicit itaq; in diarrhœis, vbi deiectiones humidiores, & in dysenteriis, vbi ramentosiores, oportere maximè mutationem facere ex albu vino in fuluum aut nigrum austerum, & alia quæcunq; his similia sunt, hoc est in reliquum victum & curatiunē adstringentem. Non autem dicit id simpliciter, neqoe omnino, sed nisi adsint quædam quæ prohibere possunt. Primū si capitis grauitas non adsit, neq; mentis perculsio Sed dices, album vinosum grauat magis caput, & tentat mentem quàm nigrum austerum, hæc ergo non prohibent. quo minùs ea mutatio fiat Certè non dicit Hippocrates hoc, quasi satius sit, grauato capite & mente perculsa, vti quocunq; vino albo quàm nigro & austero, sed quasi satius sit vti albo oligophoro, quippe quod vrinas multum mouet & caput minimè tentat, aut quasi satius sit ad aquam aliquam, aut decoctum accommodatum, hominem transferre, quàm ad nigrum austerum. Addit, neq; sputum sursum ferri prohibeatur: sit scilicet morbus in quo efferri sputum opus sit, & non efferatur, in talibus enim plurimùm lædunt acerba omnia, hæc enim thoracem adstringunt, & neq; vt dulcia laxando, neq; vt quædam acida incindendo, possunt sputum iuuare, sed omni ratione prohibent. Rursum addit, neq; vrina supprimatur, si enim supprimitur, satius sit vti albo vinoso, aut si hoc ob febrem timeatur, albo oligophoro, vt vrina fluat. Mictionis enim suppressio auget deiectiones, & copia minuit. Neq; sanè his omnib⁹ exceptis, vtendum est ad dictas passiones vino austero nigro, sed cùm opus iam est adstringendō curare. Sæpè enim permittendum est fluere, si nondū satis minuta est copia, & euacuantur adhuc qualia oportet, & cùm sistere iam ast animus in diarrhœis, incipiendum ab extergentibus est, & à mordacitatem prohibentib. Adstrictio enim indicatur ab ipsa affectione, affectionis autem indicatio etsi intentione est prima, ordine tamen operandi est postrema, fieriq; debet satis priùs iis quæ à causa indicantur. Tunc itaque oportet in diarrhœa & dysenteria mutationem ex albo vino facere, & quæcunq; his similia sunt, cùm ad adstrictionem conuertimur.

Προξυνιέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα, καὶ τὰ κατὰ κύστιν, ἧσσον βλάψει, ἢν ὑδαρέστερος ᾖ. τὰ δὲ κατ᾽ ἔντερον, καὶ μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρητέστερος ᾖ.

Hoc verò insuper intelligere oportet, aquosum vinum supernas partes omnes, & eas quæ circa vesicam sunt, minùs lædere: verùm quod meracius, partibus quæ circa intestinum sunt, magis prodesse.

Siue aquosum dicatur, quod dilutum, siue quod oligophorum: & meracius, quod non dilutum, siue quod vinosum, verum est quòd dicitur, aquosum supernas partes minùs lędere, quòd caput, neruosq; non tentet, & ad partes etiam circa vesicam esse tutius, quod minùs mordeat aut exulceret, verùm intestina non iuuare, vt meracius: hæc enim cùm frigida sint & exsanguia, ac à calidis visceribus remotiora, delectantur vino meraciori, aqua verò aut etiam valde aquoso vino offenduntur. Hæc verò plus aut minùs fiunt pro cuiusque natura & consuetudine.

Μελίκρητον δὲ πινόμενον διὰ παντὸς τῆς νούσου ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι, τὸ μὲν ξύμπαν μὲν τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισιν, ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισιν ἐστίν.

Melicratum autem epotum per totum morbum in acutis morbis, omnino quidem picrocholis, & magna viscera habētibus, minùs vtile est, quàm aliis qui eiusmodi non sint.

Melicratū & hydromeli eadem res est, puta mulsa, tametsi apud auctores nunc occurrit hoc nomē, nunc illud, & compositiones diuersæ, vt res diuersæ esse videri possint: tamen ea compositionis differentia non admittit res alias, sed solùm consistit in diuersa proportione aquæ & mellis, aut diuerso modo parandi hæc, ac proinde nō facit vt melicratum & hydromeli res diuersæ sint, sed vt multæ sint differentiæ, siue melicrati, siue hydromelitis, denique mulsæ. Differentiæ verò ex tribus pendent: prima, ex aquæ differentia, quòd accipiatur plouialis, aut fontana: secunda, ax modo parandi, quòd coquatur, aut citra elixationem fiat ablutis fauis: tertia, ex diuersa quantitate mellis ad aquam. Antiquis parabatur mulsa ex pluuiali aqua, & reponebatur ad vsus: iam verò nō vtimur, nisi facilè parabili ax aqua fontana, neque seruatur diu, sed quotidie paratur. Neq; sanè meo iudicio agitur deteriùs, quia pluuialis aqua non probatur, nisi æstiualis, ea verò quia calore est velut elixata. Itaq; fontana elixata pluuiali æstiua non erit inferior: elixatur verò cùm fit mulsa ad ignem. Cruda etiam paratur nunc, & seruatur ad multos vsus domi apud illos, quibus multū mellis est, & fauorum. Ex quantitate aquæ & mellis infinitæ differentiæ fieri possunt, trium vero meminit Galen dilutæ, meracioris, & mediocris. In nulla tamen harū certa mēsura est, sed mediocris mulsa ferè est, quæ octo aut decem, aut duodecim aquę partes accipit: quæ plures, iam est diluta: quæ pauciores, meracior. Accipit autem aliquando tantundem aquæ & mellis; aliquando etiam ceotoplum, tanta mulsę differentia esse potest. Dicit ergo nunc Hippocrates, mulsam epotam per totum morbum in acutis morbis, picrocholis, & magna viscera habentibus minùs vtilem esse, quàm aliis qui tales nō sint. Galenus intelligit hìc sermonem haberi de solis iis acutis, qui tam breues sint, vt possint transigi cum sola mulsa, quia alioqui non accipiatur per totum morbum: ego verò illud per totum morbum non ita accipio, vt sola mulsa per totum morbū bibatur, sed quasi diceretur, quacunque morbi parte, nam mulsa picrocholis & magna viscera habentib. quacunq; morbi parte accipiatur, est inutilis, mellis gratia bilescit, non solùm autem simplex mulsa, sed & omnia serapia dulcia, quę ex melle parantur, magis, non minimum autem quę ex saccharo: quare in talib apozemata vocata magis probo, aut serapia acida vel amara. Magna viscera habentes vo-

cari nunc vult Galenus eos solùm qui inflammatione hypochondriorũ tenentur: quia scirrho affectis, aut crassis succis obstructis, non putat mulsamioutilem. Ego verò neq; his darem mulsam citra aceti alicuius admistionem. Si enim dulcibus intumescit hepar, quomodo tumidum iam eisdem detumescet? proinde etsi non æquè lædi eos qui scirrhũ ea in parte habant, atq; qui inflammatione, concedo, tamen hìc vtcunq; tumentia hypochondria intelligi velim, quia nullis ita affectorum rectè mulsa conceditur.

Διψῶδες γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου, πλεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι, καὶ πτύελου ἀναγωγὸν μετρίως, καὶ βηχὸς παρηγορικόν. ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον.

Siticulosum autem minùs quàm dulce vinũ, mollit enim pulmonem, & sputum educit mediocriter, & tussim lenit: habet enim detersoriũ quiddam, quod supra mediocritatem facit sputum viscidum.

Mulsa minùs siticulosa est quàm dulce vinum, vel ob hanc solùm causam, quod vinum dulce est quale œnomeli, seu mulsum: hoc vero quàm mulsa siticulosius: cùm enim habeant communem dulcedinem, alterum aqua, alterum vino constat: quare cùm vinum siticulosius sit quàm aqua, & mulsum sit quàm mulsa: ac proinde etiam vinũ dulce. Sed præter hanc causam reddit aliam Hippocrates dicens, quia mollit pulmonem, & sputum educit mediocriter, & tussim lenit. Hæc autem causa satis est idonea. Nam si in febribus ardentibus tusses leuiter irritantes, vt in Aphorismo dicitur, possunt sitim placare, quantò magis mollitiu pulmonis, & sputi mediocris eductio? sed dices, vinũ etiam dulce sputum educit, hanc ergo ob causam non erit mulsa, q̃ illud, minùs siticulosa. Certè vinum dulce educere sputum dicebatur, magis quàm alterum vinũ, educit nihilominùs minùs quàm mulsa. Præterea vinũ non omnibus educit, iis enim qui valde biliosi sunt etiam siccat, mulsa vero etiam illis educit mediocriter, non enim vt vinum siccat. Sed rogabis rursum, quo pacto tussim lenit, si sputum educit, cùm nihil sine tussi à pectore reiici possit: certè qui difficulter excreant, vt semel extussiant, tussiunt pluries, & lancinantur, qui verò facilè, sine multa tussi excreant moltum, quia quoties tussiunt, educunt aliquid. Sed quod addit, est aliquátò difficilius. Nam (inquit) habet enim detersoriom quiddam, quod facit sputum supra mediocritatem viscidum. Quo enim pacto detersio faciet sputum viscidum? quod si facit, quo pacto dici possit verè, quia facit viscidum, educere sputũ? nihil enim videtur magis posse sputi eductioně prohibere, quàm viscositas. Certè hæc dicens, non reddit Hippocrates causam qua educit sputum, sed qua mediocriter educit. Nimirũ quia vim detergendi solùm habet, & non etiam incindendi, vt oxymeli, non educit fortiter vt illud, sed mediocriter. Educit ergo mulsa moderatè, & tunc solùm, cùm nõ est viscidus humor, cùm enim incindente aliquo est opus (ea enim solùm habet detersorium quiddam) nihil facit aliud quàm extergere & abradere, ille verò abrasus, neque incisus, concrescit magis, fitque viscidum & rotundum sputum.

Ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸν μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ. καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων. ἔστι μὲν ὅτε καλῶν. ἔστι δ' ὅτε καταкορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ ἀφρωδεστέρων. μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτο τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίνεται. πτυάλου μὲν οὖν ἀναγωγὴν, καὶ πλεύμονος μάλθαξιν τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον. τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα, καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ καταкορέως χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμά, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει. τὸ δὲ τοιόνδε διαχώρημα, ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα. οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβεννύει, ἀλλ' ὁρμᾷ, δυσφορίην τε καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει, ἑλκῶδές τε ἐστὶ καὶ ἐντέρων καὶ ἕδρης. ἀλεξιτήρια δὲ τούτων γεγράψεται.

Vrinam etiam mouet melicratum sufficiẽter, nisi quid à visceribus prohibeat. Et deiectiones etiam deorsum mouet biliosas, aliquãdo quidem bonas, aliquando autem synceriores quàm conueniat, & magis spumosas. magis autem hoc euenit biliosis, & habentibus magna viscera. Sputi igitur eductionem, & pulmonis emollitionem, aquosius melicratum potiùs facit: spumosas autẽ deiectiones, & biliosas meraciores quàm conueniat, & magis calidas, purum magis quã aquosum educit. Huiusmodi autem deiectio habet alias læsiones magnas. Neq; enim hypochondriorũ incendium extinguit, sed concitat, difficultatemq; tolerantiam & anxietatem facit, & exulcerat intestinum & sedem. Auxilia autem horum scribentur.

Nisi quæ obstructio, aut quis tumor præter naturam hepatis. eam expeditè penetrare prohibeat, vrinam etiam mouet mulsa sufficienter: non enim vt vinum album & vinu.um. Mouet etiã deorsum deiectiones biliosas, aliquãdo bonas, hoc est ex moderatiori bile, aliquando autem synceriores quàm cõueniat, & magis spomosas, quas deiectiuoes pessimas esse, & in colliquantibus febribus accidere in Prognostico dictum est. Magis autem (inquit) euenit hoc, vt scilicet prauas deiectiones mulsa educat, biliosis extremè, & habentibus magna viscera. hoc est, inflammationem habentibus in hypochõdriis, hi enim omnium maximè habent febres colliquantes. Cùm tamen mulsa sputum educat, vrinam moueat, & deiectiones biliosas, non æquè, neq; qualiscunq;, facit hæc omnia: sed sputi eductionem, pulmonis emollitionem, & vrinæ copiam, quæ aquosa est, potiùs facit: deiectiones autem biliosas meraciores, & spumosas, & valdè calidas, quæ pura est, & multum mellis accipit. Quia mel calidum est & biliosum, corrigitur aotem aqua. Nosse autem oportet talem deiectionem, sincerè scilicet biliosam, & spumosam, alias læsiones magnas habere. Galenus intelligit læsionum nomine mala signa intelligi (quanquam

(quanquam nomen id non admodùm significet) neq; enim hypochondriorum incendiũ extinguit, sed cõcitat, difficilemq; tolerantiam & anxietatem facit, & exulcerat intestinum & sedem, quæ saoè videntur esse signa prauarum & malè exeuntium deiectionum, potiùs quàm noxæ quas illæ, vt causæ, inferant. Verùm mihi videntor propriè vocari noxæ, nã hoc ipsum est maxima significatio malè exeontium euacuationum, lædere scilicet: quod si bene exiret, esset profuturum. Velut illæ deiectiones si bene ac decretoriè exirent, extinguerent hypochondriorum incendium, anxietatem tollerent, & ferrentur bene: cùm vero per colliquescentiam exeunt, contraria faciunt: ipsa enim colliquescentia magis vrit, & siccat & debilitat, & angit. Quorsum ergo hæc dicit Hippocrates? quasi diceret, quandoquidem mulsa meracior tales deiectiones mouet, non oportet nos decipi putantes, hic causa vtilem esse eius vsum, ac proinde ea magis vtentes. sæpè enim hac ipsa causa plurimùm lædit, colliquescentias, & prauas illas deiectiones augens. id vero euenit in valde biliosis, & inflammationes habentibus in visceribus In illis ergo, etsi mulsa meracior videatur bilem prauam vacuare, tamen abstinẽdum ab ea est, & a attemperationẽ transeundum, dandique cibi quibus corpora minimè colliquescant, & succorum acrimonia hebetetur. Quod si potione subducente bilem prauam, aut succum qui iam colliquerit, opus sit, ea sit serum lactis, aut ptissanæ cremor, cum succo aliquo, aut infusione quæ subducat attemperãdo, vt rosarum, myrobalanorum, tamarindorum, aut huiusmodi. Verùm quibus his noxis occurri posit, auxilia in lib. 4. huius operis differt Hippocrates (dicens) auxilia autem horum scribentur.

Ἀνὴρ μὲν οὖν ῥοφημάτων μελικρήτῳ χρεόμενος ἀντ' ἄλλου ποτοῦ ἐν τῇσι νούσοισι, πολλὰ ἂν εὐτυχοίης, καὶ οὐκ ἂν πολλὰ ἀτυχοίης. οἷσι δὲ δοτέον, καὶ οἷσι μὴ δοτέον, τὰ μέγιστα εἴρηται, καὶ δι' ὃ οὐ δοτέον.

Qui igitur vtitur melicrato sine sorbitionibus pro reliquo potu in his morbis, in multis aget prosperè, & raro infeliciter. Quibus autem dandum, & quibus non dandum, maxima ex parte dictum est, & ob quæ, non danda.

Qoandoquidẽ mulsa tam mulsas vtilitstes præstat, coquit enim, exterget, educit sputum. vrinam mouet, & deiectiones iuuat, qui vtetur ea sola citra alias sorbitiones, aut potiones, in moltis aget prosperè, & in perpaueis malè ei succedet. Siue enim coqoi morbus postulet, coquetur, siue hac, sioe illa via, iudicationem natura moliatur, quacunq; iuuabit. Constat verò hoc intelligi in illis morbis, qui sola mulsa transigi posint, qui scilicet acutissimi exactè sint, & intra quatuor dies finiantur, & neq; extremè biliosi, neq; com viscerum phlegmone His enim & ob hæc, dandam mulsam nõ esse, dictũ est.

Καταγινώσκεται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας, καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νομίζεται. ἐκλήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας, ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μόνῳ χρέονται πο-τῷ, ὡς τοιοῦδε δῆθεν ἐόντος. τὸ δὲ οὐ παντάπασιν ὧδε ἔχει, ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον μοῦνον, ἢν μὴ ἐκταράσσῃ τὴν κοιλίην. ἀτὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ, καὶ λεπτοῦ, καὶ ὀλιγοφόρου, καὶ ἀόσμου, ἢ μὲν ἰσχυρότερον, ἢ δὲ ἀσθενέστερον. μέγα μὲν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου καὶ ἀκρήτου πίνοι τις, ἢ ὅκοσον μέλι ἐκλείχοι, πολλῷ ἂν δήπου ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος μοῦνου, εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην· πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπρανον διεξίῃ αὐτῷ.

Damnatum verò est melicratum ab hominibus, tanquam potantes plurimùm debilitet, & propterea mortem accelerare putatum est. Dictum autem est hoc, ob eos qui se fame necant, aliqui enim solo melicrato vtuntur in potu, nimirum vt existente tali. Hoc autem non omnino ita habet, sed aqua multo fortius est epotum solum, nisi aluum turbet: sed & vino albo & tenui & paucifero & inodoro, aliquatenus fortius, aliquatenus debilius est. Multum tamen differt & vini & mellis meracitas, ad vtriusq; vires: nam etsi duplam mensuram vini meri quis bibat quàm mellis quod delingat, multò tamen fortior fuerit ex melle solo, nisi si aluum turbauerit: nam & multò plus stercoris ipsi prodibit.

Ferè enarratæ sunt hactenus facultates medicamentosæ, quæ melicrato insunt, nuoc quaotum vitium habeat vt alimentum, dicit. Vulgarem opinionem dicit fuisse, melictatum, potantes plurimùm debilitare, & mortem citissimè inferre, & ob hanc opinionem, qui se fame necare statuebãt, aut quos fortè iudices fame necabant, vtebantur solo melicrato, tanquam existente tali, hoc est tanquam citissimè afferente mortem. Verùm dicit huc non omnino ita habere, tametsi enim cibus sit debilissimus, & eo solo homioes nõ posint dio durare, durabunt tamen plus quàm nihil capientes, quin etiã quàm capientes solam aquam, nisi tamen aluũ turbet, si enim turbet, multò magis ita faciet breui mori, quàm exiguo alimento quod præstat, mortem tardabit. Itaq; morientur, qui vtentur ea, citiùs quã sola aqua. Aqua sanè ex Galeni sententia nihil nutrit: nihilominus mortem tardat, iis qui nihil cibi capiunt, refrigerando & homectando, tardandoq; mortiferam exustionem, & desiccatiooem, hãc ob causam citiùs moriuntur nihil capientes, quàm solam aquam, & capientes solam aquam, quàm melicratum, nisi hoc aloum turbet. Verùm exiguũ est, mulsam cum sola aqua conferri: nihil enim aliud fit, quàm mulsam nutrire aliquid omninò, quantũ verò nutriat, non constare posit, nisi com re aliqua nutriente conferatur, proinde cõfert illam cum vino, non vioofo, sed albo tenui & oligophoro, & inodoro, cum eo scilicet quod omniom minimè nutrit. De hoc Hippocrates loquutus hactenus non fuerat, ego verò dixi, esse diureticum & minimè caput tentare. Hoc vino dicit mulsam aliquateoos esse fortiorem, & aliquatenos debiliorem, vt scilicet hoc aut illud meracius est. Cùm enim vinum dilu-

tum & melicratum non secundùm se tota sint nutrientia, sed alterum ob vinum, alterum ob mel quod accipit, constat tanto quodcunque illorum fore fortius, quantò meracius: & debilius, quantò dilutius. Sed upo. tei dilucidius dicatur, quæ vini meracitas cum qua melicrati sit conferenda. Si (inquit) bibatur potio vini diluti, quæ acceperit vini duplum, quam potio alia melicrati mellis, melicrati potio fortior fuerit. Vt si quis bibat nouem vncias melicrati quod habeat mellis vnciam vnam, magis nutrietur, quam si nouem bibat diluti vini, quod habeat vini duas, & aquæ septem. Vnde constat, plusquam duplo fortius alimentū esse mel quā vinum: nisi tamen (inquit) aluum turbauerit: si enim turbat, inanit hac ratione plurimum. Probat deinde hoc quod de nutritione vini & mellis dictum est, ita habere, quia ei qui acceperit mel, prodit stercoris plus, quàm ei qui duplum vini. Videbitur fortasse alicui non esse hoc satis idoneum indicium, neque rectè colligi, deciditur inde plus stercoris, ergo præstat plus alimenti: quædam enim sunt, quæ alia, magis excrementosa, & minùs nutrientia, quędam contrà. vt carnes salsæ boum, aut hircorum, alimenti præstant minus quàm gallinaceæ carnes, aut ouorum vitelli, stercoris tamen plus. Certè aliud est præstare alimenti plus, aliud, præstare firmius & solidius alimentum. Pleraque enim eorum quæ excrementi habent exiguum, cito nutriunt & multùm, tamen non multùm durat id quod corpori præstant, quia celeres eorum fiunt excretiones. Ea verò quę duriora & solidiora sunt, alimentum pręstant exiguum, & fæces multas, id verò quod ex eis corporibus accedit, firmum est, & diutiùs durat. Videtur ergo ex fæcum multitudine non rectè colligi alimentum esse copiosius, sed esse firmius, atqui hoc satis esset, ad id de quo nunc agitur: etsi enim ex vino plus accedat corpori quàm ex melle, si tamen id quod ex melle accedit, firmius sit, diutiùs etiam durabit qui eo vtetur: diutius enim seruabis hominem laborantem, & qui exerceatur, carnibus bubulis, quàm ouis sorbilibus. Verùm neque hoc rectè colligitur omnino, habet plus fæcū, ergo præstat solidius alimentum. Nam olera sunt excrementosa admodum, & alimenti pauci & tenuis. Quid ergo dicendum? certè consequutionem hanc non esse legitimam omnino, neque in omnibus valere, sed peculiariter in his de quibus agitur, in vino scilicet & melle. Quia enim mel dulce est adeò, cōstat esse satis nutriens, & quia vino crassius est, & fæces ex eo plures excernuntur, constat, id alimentum quod præstat, esse solidius. Vnde fit vt qui in mulsa melle vtuntur, diutius durare possint quàm qui duplo vino, vt explicatum est.

Εἰ μέντοι ῥοφήμασι χρέοιτο πτισάνῃ, ἐπιπίνοι δὲ μελίκρητον ἄγαν, πλησμονῶδες ἂν εἴη, καὶ φυσῶδες, καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισιν ἀξύμφορον. προπινόμενον μὲν πρὸ ῥοφήματος μελίκρητον, οὐ βλάπτει ὅκως μεταπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει.

Si tamen ptissanæ sorbitione vtatur, insuper autem melicratum bibat, replens erit & flatuosum, & visceribus quæ circa hypochondria, inutile. Præbibitum quidem ante sorbitionem A *melicratum, non lædit, vt bibitum postea, sed aliquid etiam proderit.*

Si cui mulsa simul & ptissana accipiēda sint, mulsam præire censet, iuxta communem sanè rationē, qua tenuiora, & quæ faciliùs subducuntur, debent antè alia sumi. De qua re lib. 6. Cont. mihi disputatum est satis.

Ἑφθὸν δὲ μελίκρητον ἰδεῖν μὲν πολλῷ κάλλιον τοῦ ὠμοῦ, λαμπρὸν γὰρ καὶ λεπτὸν, καὶ λευκὸν, καὶ διαφανὲς γίγνεται. ἀρετὴν δὲ ἥν τινα αὐτῷ προσθέω διαφέρουσάν τι τοῦ ὠμοῦ, οὐκ ἔχω. οὔτε γὰρ ἥδιόν ἐστι τοῦ ὠμοῦ, ἢν τυγχάνῃ γε τὸ μέλι καλὸν ἐὸν· ἀσθενέστερον μέντοι γε τοῦ ὠμοῦ, καὶ ἀκοπρωδέστερον ἐστιν. ὧν οὐδετέρου ὀνήσιος προσδέεται μελίκρητον. ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, εἰ τὸ μέλι τυγχάνοι πονηρὸν ἐὸν, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ μέλαν, καὶ μὴ εὐῶδες. ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἕψησις τῶν κακοτήτων αὐτοῦ τὰ πλείονα τοῦ αἴσχεος.

Coctum autem melicratum, aspectu quidem valde pulchrius quàm crudum, lucidum enim, & tenue, ac pellucidum fit: virtutem aūt quam ipsi tribuam, diuersam à crudo, non habeo: Neque enim iocundius est crudo, si contingat mel bonū esse: debilius quidem nonnihil est crudo, & stercoris habens minus, quorum nullo, vt emēdetur, indiget melicratum. Ferè verò vtendum est hoc cocto, si mel sit prauum, aut sordidum, & nigrū, & non boni odoris: auferre enim posset concoctio prauitatis horum vitiorum maximam partem.

Solùm censet Hippocrates vti mulsa cocta, cùm mel prauum est, & correctione indiget, vt cùm est sordidum, nigrum, & mali odoris: alioqui enim nihilo præstare coctam cruda, nihil enim aliud concoctionem facere quàm detrahere facultatem alendi, facereque infirmiorem, & minus stercoris reddentem, neutrum vero horum correctionem postulare in mulsa, quia tenuiter illi inest vtrunque, cùm neque nisi tenuiter nutriat, neque stercoris multum gignat. Hæc Hippocrates: vnde crediderim, vbi mel optimum adsit, non multum interesse, cruda an cocta vtaris. Nihilominus arbitror, quadā alia ratione semper esse potiorem concoctam, quòd scilicet flatuosa minùs sit. Nam quantumuis sit mel optimū, concoctione gignit spumam, quę flatus euidens indicium est: hunc deponit: ob id cruda, intestinorū tormina multò magis ciet: quod Galen. in Comm. Aphorismi 41. Sect. 5. dicit.

Τὸ δὲ ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν, πολλαχοῦ μὲν εὔχρηστον ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν εὑρήσεις ἐὸν, καὶ γὰρ πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι, καὶ εὔπνοον.

Oxymeli autem vocatam potionem multis modis vtilem in his morbis inuenies, etenim sputum educens est, & facilem respirationem faciens.

Quod oxymeli vocatum dicit, nihil refert, neque quidquam Hippocrates innuit potiùs quàm si simpliciter

pliciter diceret oxymeli. Parabatur multis antiquorum ex aqua salsa: non video quid inde caperet, neque commoditatis, neq; suauitatis. Galeno ex aqua dulci parabatur, atq; vt arbitror, etiam Hippocrati. Nam iis facultatibus quas illi inesse Hippocrates dicit, multum detraheret? Nam neq; sputum bene educeret salsa, neque facilem redderet spirationem. Galen oxymeli parat, ex mulsa, addens acetum. Oxymeli itaq; vt ipso nomine constat, accipit mel & acetum, additur verò illi necessario aqua. Sed eius sunt differentiæ quo illam enim est simplex, quod nihil accipit, præter aquam, mel & acetum: quoddam compositum, cuius multæ sunt differentiæ, vt sunt multa quæ cum his misceri possunt. Vt oxymeli scylliticum, & oxymeli ex radicibus, quinq; aut duabus, & quodcunque aliud serapium accipit acetum. Simplicis etiam sunt differentiæ, ex quantitate aceti, cuius plus accipit, aut minus. Quoniam verò quæ inde capiuntur, infinitæ sint differentiæ, rediguntur in tres, doctrinæ gratia, quarum quamlibet necesse est habere amplam latitudinem. Est enim oxymeli, dilutum, meracum, & mediocre: vt verò mulsa meraca aut diluta ob mel dicitur, ita oxymeli ob acetum. Mediocre ergo oxymeli est, cuius in officinis est vsus, quod accipit duplum mellis quam aceti, & aquæ quadruplum. Quod aceti accipit minus, quàm aquæ quartam, dilutum, quod plus, meracum. Multos vsus esse dicit oxymelitis in his morbis in acutis scilicet: nam sputum educit facile, & facilem respirationem facit. Quibus saepè videtur solos thoracis morbos respexisse Hippoc. dicens, in his morbis: potuerit autem etiam acutos omnes respicere: mox enim dicet alias eius vtilitates, quæ ad hypochundria & ventrem, & renes pertinent. Spirationem facilem reddit, quia sputum educit: educit autem incindendo & extergendo.

Καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει.

Occasiones autem hoc habet.

Id est, non tamé semper vtiliter datur, nam vt habet multos vsus, ita etiam habere potest noxas. Aliquando ergo datur vtiliter, aliquando inutiliter, estq; cùm dandum & cùm denegandum est. His dictis, incipit noxas & vtilitates eius dicere, vt inde intelligas, quando dandum sit, & quando secus: primùm autem de meraciori loquitur, deinde de dilutiori.

Τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ, οὐδὲν ἂν μέτζον ποιήσειε πρὸς τὰ πτύελα τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα. εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγχέρχοντα, καὶ ὀλισθαίνειν ἐμποιήσειε, καὶ ὥσπερ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειεν ἂν τὸν πλεύμονα, μαλθακτικὸν γὰρ αὐτῷ. Καὶ εἰ μὲν ταῦτα συγκυρήσειεν, μεγάλην ἂν ὠφελείην ποιήσειεν. ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ, οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυέλου, ἀλλὰ προσεγλίσχρηνέ τι καὶ ἔβλαψε. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλέθριοί εἰσι, καὶ ἀδυνατέουσι βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα. ἐς μὲν οὖν τάδε προστεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος, καὶ ἢν ἐλπίδα ἔχῃ διδόναι· διδόναι δὲ, ἢν διδῷς, ἀκροχλίαρον, καὶ κατ' ὀλίγον τὰ τοιόνδε, καὶ μὴ λάβρως.

Quod enim valde acutum, nihil mediocre faciet ad sputa quæ non facilè exeunt, si enim educeret, quæ arteriam exasperant, & lubricitatem faceret, & velut dilataret guttur, leniret vtiq; pulmonem: emolliens enim ipsum est. Et siquidem hæc contingerent, magnam vtilitatem præstaret: aliquando vero quod valde acidum est, eductionem sputi non obtinet, sed insuper viscosum id facit, & lædit: maximè autem hoc patiuntur, qui aliàs lethaliter laborant, & non possunt tussire, neq; excreare quæ continentur. Ad hoc ergo coniectare oportet robur ægrotantis, ac si spem habeas, dare: dare autem, si dederis, summè tepidum, & paulatim quod huiusmodi sit, & non largè.

Quod valde acutum sit, ad sputa solùm, quæ non facile exeunt, vtendum est: nam est magnum vehemensque auxilium, quo proinde, nisi ad rebelles passiones vtendum non est. Atqui quoniam huiusmodi est, nihil facit mediocre, vt quæ mediocria sunt auxilia, sed plurimùm prodest aut plurimùm nocet. Non dicit ergo, nihil mediocre faciet ad sputa quæ non facilè exeunt, quasi ad ea quæ facilè exeunt, mediocre aliquid faciat (nam qui possit?) sed quasi ad facilè exeuntia dandum nunquam sit. Datum verò, nihil mediocre facit: nam quum maluerit, educit quæ arteriam exasperant, & lubricitatem facit, & velut dilatat guttur (quia cum expurget euacuetque, videtur dilatare) & lenit pulmonem & hæc faciens, magnam vtilitatem præstat. Aliquando verò non potest eductionem facere, sed plus etiam quàm antea erat, facit viscosum sputum, & lædit plurimùm: maximè autem patiuntur hoc ab oxymelite acerrimo, qui aliòqui laborant lethaliter, nequa possunt tussire, neque exercare quæ continentur, hoc est qui lethaliter laborant, aut ob maximam succorum contumaciam, qui neq; à valentissimo medicamento possint secari, & elui, aut ob tantam facultatis debilitatem, vt neq; tanto medicamine adiuta, possit quod excisum fit excreare; vtroque enim casu euenit magna noxa: si non eluitur sputum, aceti qualitate siccescit durescitq; magis: si exciditur, neque expelli potest, affatim in cauum arteriæ incidens, suffocationis infert periculum. Ergo vt cognoscas, quando dandum tale oxymeli sit, & quando secus, considerare oportet robur ægrotantis, & succorum contumaciam, atque si his perspectis, spem habeas, fore vt secari possit & excreari, dare oportet (plurimùm enim confert, in iis quæ difficilè educuntur, vt in asthmaticis passionibus) sin minùs, non dare tam acre, sed aliud dilutius: non quòd dilutius futurum sit satis, vbi meracius non sufficiat, sed quòd etsi non persanet, citra noxam conferat aliquid paulatim. Verùm si dederis acetum meracum, hoc est, cùm ex dictis coniectaueris dari oportere, dare debes, non largiter potandum vt serapia, neq; hyeme calidum, & æstate frigidum, vt illa, & vt ipsum oxymeli dilutum primo libro accipi iussit: Sed paulatim vt eclegmata, & exquisitè tepidum, vt tepore temperetur saporis acuties. Nimirum quæ propter ventrem, aut hepar, aut venas accipiuntur, largiter epota, frigida aut calida prosunt magis, quia affatim ipsum, ven-

trem incidunt, tepida verò eum debilitant: quæ verò propter thoracis partes, paulatim accepta & tepida, quia hoc tu meliùs feruotur in pulmonem, quem tepor emollit, laxatq́;.

Τὸ μέντοι ὀλίγον ἔποξυ ὑγραίνει μὲν τὸ στόμα καὶ φάρυγγα, ἀναγωγόν δὲ πτυέλου ἐστὶ καὶ ἄδιψον. ὑποχονδρίῳ δὲ, καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενές. καὶ γὰρ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας ταύτας κωλύει. τὸ γὰρ χολῶδες ἐν μέλιτι κολάζεται. ἔστι δὲ καὶ φυσέων καταρρηκτικὸν, καὶ ἐς οὔρησιν προτρεπτικόν. ἐντέρου μέντοι τῷ κάτω μέρει πλαδαρώτερον, καὶ ξύσματα ἐμποιέει. ἔστι δὲ ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι γίνεται, μάλιστα μὲν ὅτι φύσας κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει, ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ, καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει. ταύτην καὶ οἶδα μούνην διὰ ὀξυμέλιτος γινομένην βλάβην, ἥτις καὶ ἀξίη γραφῆς.

Quòd verò parum acutũ est, humectat quidem os & fauces, & sputum educit, & sitim sedat: hypochondrio autem, & visceribus quæ ibi sunt, amicum: siquidem læsiones has quæ à melle sunt, prohibet. Nam quod biliosum est in melle corrigit: flatus etiam facit erumpere, & vrinam prouocat: intestinum autem & partes infernas humida facit, & ramenta facit. Aliquando autem & hoc prauum in acutis morbis fit, maximè quidem quòd flatum prohibet erumpere, sed rursum facit recurrere, ad hæc autem & debilitat, & extremorum facit refrigerationem. Hanc solam noui læsionem, quæ ab oxymelite fiat, quæ digna sit vt scribatur.

Nuoc narrat commoditates & noxas, quæ contingunt ab oxymelite dilutiori. Humectare dicit os & fauces. id quod faciet, quia sputum educit, & ob hæc ipsa sitim sedabit. Nam si febris ardens ob tussim leuiter irritaotem fit parum siticulosa, vt in Aphorismo dicitur, quantò magis sputi eductio, orisque & faucium humectatio, sitim sedabunt? dictum est lib primo oxymeli, vbi iogens est sitis, minùs conferre quàm mulsam, aut aquam solam, nũc verò confertur, quod aceti habet exiguum, cũ valde acoto. Sed cur sputum educit? certè quia exterget & iociodit. Dicit etiam amicum esse hypochondriis, hoc iotellige, plusquàm mulsam, quia acetũ læsiones quæ sunt à melle, prohibet: quod explicans, addit, quod est biliosum in melle corrigit. Nimirum mulsa, vt alia omoia dulcia, & detinetur in hypochondriis, & bilescit, oxymeli autem, acidum cùm sit, non habet has noxas: flatus etiã facit erumpere, quia aceto extenuat, & melle calfacit: Et vrinam mouet, tenuis enim est, aperiens, & incidens potio, quare vias vrioæ expurgat, facitq́; exire multa, quæ detinerentur, adeò vt & ad trudeodos lapides, aut crassos succos, rectè propinetur. Narrat deinde Hippocrates noxas, dicens, intestinum & partes infernas humida facere, hoc est plorimùm fluentia, ac diarrhœa laboraotia, & rameota facere, quæ quidem per dysenteriam fiunt. Itaq; dicit, oxymelitis potu solere intestioa irritari plus satis, fierique diarrhœat, ac nonnunquam dysenterias: cõstat verò hæc meritò timeri, quia & à sola mulsa meraciori fieri solere aotea dixit, nedum addito aceto. Aliquando, dicit, illud etiam prauum fieri, in morbis acutis, quòd quidem oxymeli prohibet flatũ erumpere, & sursum facit recurrere, & debilitat, & facit refrigerationem extremorum: atqui hæc quidé aliquãdo leuiora suot, cùm scilicet alioqui homo nullo acuto malo tenetur, si verò acutè ęgrotans habet hæc, praua sanè sunt, est enim voluulus vocat[9] morbus, cùm flatu recurrẽte sursum debilitatur homo, & refrigerantur extrema præ doloris vehementia. Sed quo pacto hæc facit oxymeli, si inter eius virtutes verè dicebatur, flatus facit erũpere? certè proinde nunc adiecit, illud aliquando: innueos scilicet, si quis firmis intestiois sit, neq; ad dolendum paratis, oxymeli illi facere vt erumpaot flatus: si verò is sit, qui facilè doleat, euenire solere, vt dolor intestioorum eruptiooem præueniat, faciatq́; vehementer, vt ea adstringaot sese, quasi ad exprimendam doloris causam, iocipieoteq́; adstrictione ab homili parte, cogantur sursum flatus recurrere, atq; fortasse etiam fæces secum efferant, & in gracilia intestina faciant inpingere, vbi doloreio alium grauiorem excitantes, vires prosteroant, & extrema faciant refrigerari: hanc solam læsionem notatu dignam ab oxymelite dicit nasci solere, alias enim prę hac esse leuiores. Constat verò vt hæc læsio & alia etiam quæ ante banc dicta est, ab acerrimo oxymelite fieri posset, magis etiam quàm à mitiori (nam ob acetũ pręcipuè fiunt) verùm scribuntur hæc vt noxæ ab oxymelite parùm acuto, quia hoc etiam potest hęc facere, non solùm quod valde acutum est. Noxa enim quę valde acuto tributa est, puta posse magis viscosum sputum reddere, & prohibere excreationé, ab illo solo fieri potest, oon etiam à mitiori, vt hæc.

Ὀλίγον δὲ τὸ τοιοῦτο ποτὸν, νυκτός μὲν καὶ νήστει πρὸ ῥοφήματος ἐπιτήδειον προπίνεσθαι. ἀτὰρ καὶ ἀπότασιν πολὺ μετὰ ῥόφημα δὲ, οὐδὲν κωλύει πίνειν.

Exiguum ergo huiusmodi potum noctu & ieiuno ante sorbitionem propinare conuenit. Verùm & longè à sorbitione nihil prohibet bibere.

Antea dictum est, hoc oxymeli in aliis acotis dãdum hyeme calidum, æstate frigidũ, io morbis thoracis tepidum semper: nuoc horam exhibendi docet. Ea est & quæ aliorum serapiorum, manè aut vesperi ante cibos, aut si post cibos dandum sit, longè ab illis, oon enim tam longè abesse à cibis necesse est datum ante eos, quàm post. Quia si præeunt, elabuntor relictis in ventriculo cibis, sin autem consequuntur, miscentur cum eis, vitiantq́;, & cibi medicamentosas vires detrahunt serapiis, & serapia cibos faciunt vitiosos: euenitq́; quod Hippoc. libello de Alimento dicit: Medicamentum io alimento pessimum.

Τοῖσι δὲ ποτοῦ μούνου διαιτωμένοισιν ἄνευ ῥοφημάτων, διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστιν αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τούτῳ, μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν ἢ τρηχυσμὸν τοῦ ἐντέρου. ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι, μᾶλλον ἐμποιέῃ

πιίη ἄν, καὶ ταῦτα κεναγγείης παρεούσης. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν. ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον, πολλῷ ποτῷ τούτῳ χρέεσθαι, ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραχέειν, ὅσον μοῦνον γινώσκεσθαι· οὕτω γὰρ καὶ ἃ φιλέει βλάπτειν, ἥκιστα ἂν βλάπτοι. καὶ ἃ δεῖ ἐπωφελέειν, προσωφελοίη ἄν.

Iis autem qui solo potu cibantur sine sorbitionibus, ob hoc non est conueniens, semper, & per totum vti hoc, præcipuè autem propter rasurā, aut exasperationem intestini, nam existenti sine stereore magis vtiq; fecerit, maximè, accedente vasorum inanitione. Deinde autem & mulsa vim amiserit. Si igitur vtile esse videatur ad totum morbum, multo hoc potu vti, exiguum acetum oportet infundere, vt solùm agnosci possit: ita enim læsiones quas natum est inferre, minimè inferet, & quibus oportet prodesse, proderit.

Ob hoc, hoc est ob dictas noxas, etiamsi quis videatur solo potu, sine sorbitionibus, indigere per totum morbum, nó expadit, vt solo oxymelite semper te per totum morbum vtatur, quia cùm intestinum siue stercore sit, & vasorum ad intestina pertinentium vacuitas, facillimè læserit rodens intestina, ac radens. Sed neq; seruari quisquam poterit cum solo oxymelite, quantumuis sit acutè ægrotaturus, tametsi enim antea dictum est, multos ægrotos seruari solere cum sola mulsa, atq; adeò felicissimè cedere, & oxymeli ex mulsa fit, tamen cùm oxymelite solo non ita seruari quisquá possit, quia mulsa admistione aceti amittit vim. Acidum enim parū aptum est nutrire, dulce aptissimū: dulci enim accidit esse grato partibus, & trahi, & affigi: habet etiá pinguitudinem quandam: Acido verò cōtraria insunt, nam neque affigitur, neque verò alia affigi val de sinit. Hinc fit, vt vsu dulcium pinguescant corpora, acidorum extenuentur. Ergo oxymeli minus nutrimenti præstat quàm mulsa, nisi crassius multo sit, & mellis accipiat multum, atq; aceti exiguū. Vt igitur eo solo quis per totum morbum vtatur, nó est idoneum. Qoare si vtile esse videatur, ob extersionem & incisionem, & vires alias medicamentosas, ad totum morbū multo oxymelite vti, oportebit illud parare ex mulsa exiguo admodum aceto infuso, vt tantum agnosci possit. Nam ita quàm minimè lædens, proderit.

Ἐν κεφαλαίῳ δ' εἰρῆσθαι, αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον, ἢ μελαγχολικοῖσι ξυμφέρουσι. τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται, καὶ ἐκφλεγματοῦται, μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτοῦ. τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται, καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται. ἀναγωγὸν γὰρ μελαίνων, ὄξος.

Vt autem in summa dicatur, aciditates ab aceto, biliosis magis quā melancholicis conferunt: amara enim dissoluuntur, & in pituitosa mutantur, eleuata ab ipso. Nigra verò fermentantur, eleuantur, & augentur. Efferens enim nigra est acetum.

Quia oxymeli à mulsa solùm differt aceto, enarratis aceti facultatibus, velut in summa, dicuntur oxymelitis vires. Proinde de aceto edisserit, dicens, biliosis magis quàm melancholicis conferre, nó autem quód vtrisq; conferat, & his minùs, vt hæc oratio videbatur innuere, sed quód illis vtile, his noxium sit: amara enim ab acidis dissoluuntur, & in pituitosa mutantur. Non sanè quód possit bilis in pituitæ naturam, & substantiam redire (nam quî possit?) Sed amara ab acidis dissolui dicuntur, quia cohibentur, attemperantur & coercentur: in pituitosa verò mutari, quia biliosa corpora, acidorum vsu abeunt in pituitosa, bile gignenda pauciori, & pituita pluri: vtrunq; autem fit ob acidorum frigus. Biliosis ergo, his de causis est vtile acetum, melancholicis verò noxium, quia nigra fermentantur, eleuantur, & augentur ab aceto, nimirum acetum est melancholiæ congener, atq; ita est vt quoddam illius fermentum, quod cum ea permistum, eleuat, tumefacit, augetq;: auget sanè eum succum propriè ob naturam quam habet frigidam & siccam, magis autem & citiùs ebullire faciens: velut mustū in doliis, cum feruet, augetur vsq; dum per summum regurgitat. Ita ergo est acetum efferens nigra, vt feruure effertur mustum, & maza fermento. Hinc fit, vt melancholici aceto plurimùm angantur, æstuante melancholia, more perturbati & spumantis maris, & proinde in tumorem attollente hypochondria, & in caput affatim elata. Non tamen quia acetum interiùs acceptum aduersum est melancholicis, fit etiam & exteriùs admotum. Quin potiùs melancholici hypochōdriaci, & lienosi, fotu aceti acerrimi iuuantur, & lienosis medicamentis admisceri debet semper acetum: neq; sanè solùm prodest, vt quod penetrare faciat, vt quidam putant, sed etiam quód per se illis affectionibus medeatur. Nam quæ penetrationis gratia solùm admouētur, nunquam debent admoueri sola, sed admista aliis, quæ deduci debeant, at verò hypochondriaci iuuantur solo aceto acerrimo, quia exteriùs admotum non penetrat ea copia, qua possit per venas cum melancholia deduci, & eam fermentare, sed qua possit siccando resoluere, & refrigerádo, ardorem atræ bilis extinguere, & adstringendo, partes roborare. Ecce ergo vt biliosis vtile, & melancholicis noxium sit acetum. Ita verò (quanquá minus) fit & oxymeli. Quid verò pituitosis? an noxiū est oxymeli, an vtile? certè ob mel, vtile: ob acetū partim hoc, partim illud. Nam qua refrigerat, noxium est, & pituitam auget, qua incindens, est vtile, cùm sit pituita viscosa. Ergo pituitosis merum acetū dandum haud est, quia plurimùm refrigerat, sed neq; oxymeli, quód aceti accipiat plurimum & mellis exiguū. Sed quod huiusmodi, detur biliosis, quod mellis accipiat plurimùm & aceti exiguum, pituitosis. Quo etiam expediens sit, pro pituitosis parari ex melle, pro biliosis ex saccharo, quod vocatur in officinis serapium acetosum simplex. Melancholicis verò neutrū congruit.

Γυναιξὶ δὲ τὸ ξύμπαν πολεμιώτερον, ἢ ἀνδράσιν ὄξος. ὑστεραλγὲς γάρ ἐστι.

Mulieribus verò omnino, inimicum magis quàm viris acetum. Vteri enim dolorem infert.

Mulieres omnes sciunt se aceto plurimùm lædi,

ex verò præcipuè quæ vteri præfocationi sunt obnoxiæ, & quibus fluunt menstruæ euacuationes, & quæ à partu nondum sunt expurgatæ. Nam euacuationes ex vtero cessare facit, & præfocationes affert maximas, & conuulsiones ex vtero. Hæc verò facit, dolorem vteri inferens: infert verò dolorem vteri, sua mordacitate & frigore, quib. vtero vtpote neruoso & exangui, nocet. Quare non vtero solùm, sed eadem ratione, & intestinis, & ventriculi ori, & neruis omnibus, inimicum sit, lædatq; etiam viros, verùm mulieres multò magis, quia præter alias omnes partes habent insuper vteros, qui ab aceto lędi possint. Sed qua ratione dolorem vteri faciat acetum, diximus, vt autem per dolorem reliqua mala faciat, oportet dicamus. Conuulsiones facit ob mordicationem compatiētibus neruis cum vtero, quia is est neruosus: præfocationes verò facit, cohibens sanguinis effluxum, facieosq; eum sursum ferri, ac ita vterum reuelli sursum. Cohibet verò sanguinē dolorem faciens, eadē prorsus ratione, qua diximus, mordēdo intestina prohibere flatum erumpere, & recurrere sursum, atq; ita voluulum vocatum morbum facere. Nimirū vterus ex mordicatione dolēs comprimit sese, & ea oscula quibus in eum instillat sanguis, qui occlusis osculis & compresso vtero sursum repellitur, & ita periculosam affert pręfocationem. Hanc ob causam mulieribus quibus mēstrua fluant, aut quæ vterinis passionibus soleant tentari, acidum serapium dandum non est, atq; omnino, rarò est dandum mulieribus.

Ὕδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον ὅ τι προσθέω. οὔτε γὰρ βηχὸς παρηγορικόν ἐστιν ἐν τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν, οὔτε πτυέλου ἀναγωγόν, ἀλλ' ἧσσον τῶν ἄλλων, εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο. μεσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου ὕδωρ ἐπιρροφεόμενον ὀλίγον, πτυέλου ἀναγωγόν ἐστι, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν. πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει. ἄλλως δὲ οὔτε δίψαν παύει, ἀλλ' ἐπιπικραίνει. χολῶδες γὰρ φύσει χολώδει, καὶ ὑποχονδρίῳ κακόν, καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ, καὶ χολωδέστατον καὶ φιλαδυναμώτατον, ὅταν ἐς κενεότητα ἐσέλθῃ. καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικόν, καὶ ἥπατός ἐστιν, ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ. καὶ ἐγκλυδαστικόν τι καὶ ἐπιπολαστικόν. βραδύπορόν τε γάρ ἐστι διὰ τὸ ὑπόψυχρόν καὶ ἄπεπτον εἶναι. καὶ οὔτε διαχωρητικόν, οὔτε διουρητικόν. προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι φύσει. ἢν δὲ δὴ καὶ ποδῶν ψυχρῶν ποτε ἐόντων ποθῇ, πάντα ταῦτα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅ, τι ἂν αὐτῶν ὁρμήσῃ.

Aqua autem potus in acutis morbis aliud nullum habeo opus quod attribuam, neq; enim tussim lenit in peripneumonicis, neq; sputū educit, sed minùs quàm alia, si quis semper aqua potu vtatur. Exigua verò aqua si inter oxymeli, & melicratum sorbeatur, sputū educit, propter mutationem qualitatū potuum: inundationem enim quandam facit: alioquin neq; sitim sedat, sed irritat: biliosa enim biliosa natura, & hypochondrio praua, & pessima, & biliosissima & vires maximè prosternens, cùm in vacuum fuerit ingressa: & lienem augens & hepar, est, cùm exarserint, & fluctuat ac supnatat: tarde enim transitus est, quod sub frigida & cruda sit: & neq; deiectiones faciens, neq; vrinam mouens: lædit autem nonnihil & ob hoc, quòd sine stercore est natura. Si autem & pedibus frigidis aliquando bibatur, omnes has læsiones magis faciet, in quancunq; ipsarum magis inclinauerit.

De aquæ delectu, & quibus notis, quæ melior, & q̄ deterior sit, agnoscatur, scripta sunt sparsim multa ab Hippoc. & à Galeno, præcipuè autem ab Hippocr. libello de Aere, locis, & aquis, vbi non solùm, vt sit in examen vocanda ipsa aqua per se, docetur, sed vt ipsi fontes vnde scaturit. Porrò ab aliis auctoribus dicta de hac re sunt multa, controuersumque de plurimis circa aquam est, quibusdam probantibus maximè omnium pluuiales quasi tenuissimas, & calore velut elixatas. Aliis has ipsas omnium maximè vituperantibus, quasi omnium malignarū qualitatum participes, vt ex rebus omnibus, etiam nocentissimis, & sordidissimis eductas: porrò aliis, auctore Phoio, probantibus ante alias omnes puteales, quasi expurgatissimas, & per terrā percolatissimas. Aliis has censentib. omnium maximè crassas & crudas ac flatuosas. Aliis quorum sententia maximè probatur ab hominibus, pręferentibus his omnibus fontanas & fluuiales. Ego sententiæ Hippoc. & Galeni, atq; adeò veritati consonum esse censeo, pluuiales æstiuas quæ cū tonitruis & procellis descendunt, esse omnium optimas aquas, quód hæ verè, non ex crassis vaporibus, & abundantia humidi ascendentibus, sed ex tenuibus, vix vi caloris extractis, conflatæ sint, alias verò quæ cum magna opacitate crassis imbribus descendūt, & caliginosæ sunt, omnium pessimas, sordidas, malarum qualitatum participes, & facilè putrescentes: porrò puteales q̄ dulces sunt, & ex proximo fluuio, aut fonte deriuari cognoscuntur, esse etiam ipsis fluuialibus aut fontanis meliores, nisi terra quę inter puteos fluminaque aut fontes interest, aliena aliqua qualitate participet: si verò putei aquæ vt plerunq; fit, ex abysso illo aquarum qui sub terra vbiq; est, procedat, certè crassissima sit, & maximè cruda. Præstat ergo, quoniam optima pluuialis non sine nimia curiositate possit comparari, & putealis è fluuio rarò occurrit, & habet id periculi quod ex terra diximus, vti fontana aut fluuiali, quæ optima erit oppido quod incolemus: cum præcipuè id virtutis quod est in pluuiali æstiua, elixatione possis fontanæ, & id qđ puteali, repositione longa, fluuiali tribuere. Nimirum & repositione expurgatur aqua, & elixatione insuper extenuatur, fontanæ verò non possunt seruari repositæ quantum fluuiales. Quin & præter elixationem, quæ ex fontibus sublimibus, & soli expositis, in decliue versus orientem solem, aut meridiem fluit, concoctior meliorq; aqua esse solet, quàm quę ex opacis locis in contraria loca decurrit. Verùm quia tanta est aquæ ab aqua differentia, fontanæ à fontana, fluuialis à fluuiali, & putealis à puteali, vt multæ fontanæ & fluuiales plerisq; putealibus sint deteriores: satiùs profectò sit ipsam per sese aquā, dimissa erūpendi è terra conditione, propriis notis explorare, & vbiq; locorum ea vti, quam ibi natura

optimam

optimam parauerit, siue per terram defluat, siue è fonte scaturiat, siue hauriatur è puteo. Optima est quæ simplicissima & tenuissima: simplicitatem agnosces, quòd sapore, colore & odore maximè vacet: tenuitatem, quòd citò calescat, & refrigeretur, vt in aphorismo dicitur. Melius enim & exactius signum hoc reperies, quàm quod ex pondere. Verùm quæ hoc loco dicuntur ab Hippocrate, non de hac aut illa, sed in commone de aqua potabili dicta sint: nam optimæ etiam aquæ congruunt. Sed audiamus quæ dicit. Aquæ potui (inquit) in acutis morbis nullum aliud opus habeo quod attribuam, hoc est, aqua nihil aliud præstat corpori, quàm esse potum, esse autem potum nihil aliud est quàm esse vehiculum alimẽti, vt libello de Alimento dicitur. Obiicies huc loco quod 6. Epidem. sect. 4. dicitur aqua esse vorax, hoc est, cibi appetentiam excitare, & quæ Gal. 9. Meth. de copioso frigidæ aquæ potu, quàm plurima prædicat: extinguere scilicet febres ardentes, si tempestiuè & ab idoneo homine accipiatur, ab eo scilicet cui neque cruditas, neque interna vlla inflammatio, neque præcipuæ alicuius partis debilitas, neque nimia corporis macies sit. Hæc enim non solius potus, sed medicamenti optimi esse videntur opera. Verùm quòd vorax esse dicitur, non ad morbos acutos pertinet, sed ad sanorum victum: hîc verò dicit, in morbis acutis. Quod de febrium ardentium extinctione diximus, facilè declarat, Hippocratẽ hîc non denegare aquæ virtutes primas, hoc est, eas, quæ secundùm primas qualitates insunt (non enim negabit refrigerare & humectare) sed secondas & tertias. Nam neque incidit, neque exterget, neque aliud huiusmodi facit, quod ad secundas facultates pertineat: nam neque astringit, neque laxat, neque trahit, neque repellit nisi refrigerando, ac proinde neq; tussim lenit, neque sputum educit, neque aluum laxat, neque vrinas mouet, neque aliud quidquam facit, quod spectet ad tertias: nam neque sudorem elicit, neq; lac gignit, neque denique alia facultas illi tribuitur, q̃ alimentum vehere, & refrigerare ac humectare: refrigerando vero & humectando extinguit febrem. Exigua verò (inquit) aqua, si inter oxymeli & melicratum sorbeatur, sputum educit, propter mutationem qualitatis potuum. Hoc est, si is qui vtitur oxymelite, aut mulsa, inter hæc aliquando sorbeat exiguum aquæ, augebit etiam aqua excreationem: non quidem quòd aquæ id sit proprium, sed quòd, quia expers est facultatum omnium, facilè accipit vires omnium quibus cum miscetur, aut quæ in ea coquuntur, aut macerantur. Epota ergo inter mulsam aut oxymeli, inundationem facit, commouétque alium potum, ac cum eo miscetur, & fusilitatem auget, & proinde excreationem. Quapropter consultum est asthmaticis & aliis omnibus, qui thoracis passionibus laborant, cùm excreandi tempus accessit, potionem augere, & inter medicamentosa, aquam etiam dare: detur verò ad hunc vsum tepida aut calida. Addit, alioqui neque sitim sedat, sed irritat. Videtur innuere, nisi cum oxymelite aut mulsa bibatur, nõ sedare sitim. Mirum verò, si cùm primo libro diceret, valde siticulosis non dandum oxymeli, sed mulsam, aut etiam aquam, quasi omnium horum minimè oxymeli, & aqua maximè sitim extinguat, nunc dicat, aquã ab oxymelite, aut mulsa accipere, sitim extinguendi, vim, maximè cùm nuper damnauerit mulsam, vt biliosam. Certè illud, alioqui, non refertur ad proxima, quasi dicat, nisi inter oxymeli aut mulsam bibatur, sed ad ea quæ antea dixerat, quasi diceret, neque tussim lenit, neque sputum educit, & neq; id quod illi videtur esse maximè proprium, hoc est, sitim sedare, in omnibus præstat. Nam biliosa est biliosæ naturæ, & cui est biliosa, non potest sitim extinguere, sed irritare potiùs. Sed quo pacto est cuiquam biliosa aqua, quæ bili tantoperè est contraria, frigida cùm sit & humida? Non certè quòd ea ipsa in bilem mutetur (non enim potest) sed quòd bilis, inundationem faciens, ipsam quodam modo augeat, faciátque hac & illac redundare, velut sanè qui in vinum aquam infundit, vini facit esse plus, diluti scilicet. Nihil profectò magis experimento cognitum, quàm eis qui nimia abundãt bile, aquæ potu oris amaritudinem augeri, nimirum diluta effunditur ad os vsque bilis: irritabitur ergo talibus ab aqua sitis. Sed quo pacto emendabitur aqua ab hac noxa? non certè admistione salsi, amari, aut dulcis: hæc enim potiùs sitim auxerint, sed admistione acidi: hoc enim obsistit bilis amaritudini, & pituitæ salsugini, si quæ etiam in lingua est. Admistione ergo mulsæ nihilo magis extinguet sitim aqua. Admistione tamen modici aceti, aut etiam modici oxymelitis, minùs siticulosa erit. Nam etiamsi oxymeli solum, quã aqua sola sit magis siticulosum ob mellis copiam: fieri tamen potest, vt exiguum oxymelitis cum multa aqua, magis sitim extinguat ob aciditatem, q̃ sola aqua. Nam & vinum valde dilutum sedat sitim, magis q̃ sola aqua sæpe, etiamsi merum q̃ aqua est magis siticulosum. Hypochondrio ergo (inquit) praua est & pessima, & biliosissima, & vires maximè prosternens cùm in vacuum fuerit ingressa, & lienem augens, & hepar, cùm exarserint, & fluctuat, ac supernatat: tardi enim transitus est, quod subfrigida ac cruda sit. Hoc est, hypochondrio pessima est, quia est biliosissima, quare illorũ cacochymiam auget, & si in vacuum quod inter viscera & peritonæum ibi est, incidit, vires prosternit, vt in hydropicis, & in tumorem attollit hepar & lienem cùm exarserint, quia non permeat, sed fluctuat ibi, & supernatat, illa verò viscera ab immanente aqua intumescunt, præcipuè cùm exarserint multa bile, quam aqua auget. Non permeat autem, quia est frigida & cruda, quę verò talia, sunt tardi motus. Ob id neque deiectiones facit, neque vrinas mouet, quia manet diu. Lædit autem nonnihil & ob hoc, quòd sine stercore est natura. ἄκοπρον, id est, sine stercore, dici quidam interpretátur, quòd stercoris deiectionem non faciat, mihi verò nõ videtur id ferre nominis eius proprietas, sed significare aut intestinum quod vacet stercore, aut cibum ex quo stercus nullum fiat. Hîc de aqua dicitur, significat ergo ex aqua nullum stercus gigni, & ob hoc ipsum nonnihil lædere. Sed quæ læsio fiet, quòd sine stercore sit? Galenus interpretatur, quia sine stercore est, deiectionẽ non facere, quasi Gal. his verbis causam reddat, qua non facit deiectiones. Sed qua deiectiones non faciat, exigua causa est esse sine stercore. Multa enim stercoris habẽt plus, & deiectiones faciunt minùs, etiam quàm aqua, vt vinum nigrum & crassum. Suspicor ergo, vt anteà dixit, oxymeli læsiones maiores inferre intestino ἀκόπρῳ, i. vacuo à fæcibus, quia fæces mu-

periculum augendi fluxionē, & inflammationem, & raptus materiæ in caput, est maximum, necessitas verò aducendi sputum, nondum maxima. Vacuato verò iam corpore, & capite firmo, & sputo eductu difficili & contumaci, dare licebit vinum, quòd concoctionis, & excreationis necessitas vrgeat, & pericula fluxionis non admodū immineant. Quòd si vtraque indicatio videatur vrgere, & alia ex parte necessarium, alia ex parte non sine periculo, vinum esse videatur, deligendum aliquod tunc temporis est vinum, debilissimum, vt quod aquosum & album, & odore vacas, illud enim commoditates vini mediocriter præstabit, & pericula non valde inferet. Correctione prætarea vtendum ad hoc est, vt ad alia omnia quæ vehementia sunt, vti solamus. Corrigitur maxima noxa à vino, ea præcipuè quam infert capiti, hausta aqua frigida mox ab epoto vino, vt cohibeat eius vapores: hauriatur verò pauca, ne vini commoditates omnino tollat. Sed est alia ratio qua vtimur, cùm ægrotis, & ab aqua & à vino, timemus: vti scilicet decoctis quarundam rerum, & aquis medicatis. Siue enim desideretur sputi eductio, siue copiosa mictio, siue deiectio, siue in totum corpus distributio, est certè decoctum quod præstare possit, non minùs strenuè, quàm vinum. Solam arbitror illam virium celerē reparationem, quam præstat vinum, nulla alia potiona æquè suppleri posse. Atque ita cùm pericula vini multùm vrgent, nihil est aliud, quod nos vino vti cogat, quàm debilitas, ob hanc verò quibusuis aliis repugnantibus, omni in morbo vinum cōcedimus, maximam autem oportet consuetudinis rationem haberi, vt consuetis vti mero, raro, & nisi ob magna pericula omnino denegemus, consuetos aqua, nunquam nisi ob maximam necessitatem vino vti cogamus, consuetis diluto, tollamus ob mediocres timores: in quibus autem (inquit) eorū præcipuè aquæ potu vtendum, & quando multo admodum, & quando mediocri, & quando frigido, & quando calido, partim anteà dictum est, partim dicetur in ipsis occasionibus, hoc est, in singulorum morborum curationibus. Mihi verò dictum est copiosiùs in commētariis. Ex aliis verò quæ Hippocrates addit, constat Hippocrati & vetustissimis Medicis, multorum potuum, siue serapia vocare velis, siue secus, fuisse vsum. Contrà ac quidam scioli potant, qui vt nimis studiosi veterum Græcorum videantur, solis mulsa & oxymelite vtuntur. Hippocrates verò meminit medicinalium potionum, ex hordeo, ex tritico, ex herbis, ex vua passa, & ex vuæ recrementis, ex cnico, ex granis myrti, ex malo punico, & quasi pauca nominauerit, addit, & aliis. Quæ quid aliud sint quàm nostra sarapia, modu parandi fortasse exiguum quiddam differētia? atqui quasi hæc valde simplicia sint præ aliis, quibus vtebantur, dicit, vt & de aliis compositis medicamentis. Vtebantur itaque antiqui plurimis potionibus, & omnigenis, simplicibus, cōpositis, & compositioribus. Loquutus tamen est de dictis quatuor, vt de simplicibus, aut omnino exiguam habentibus compositionem, & ad victum acutorum pertinentibus, de reliquis loquuturus in singulorum curationibus, quas se scripturum deinceps pluries iam pollicitus est, siue id quarto libro qui mox sequitur, præstiterit, siue aliquo alio, qui non extet.

Λουτρὸν δὲ συχνοῖσι τῶν νοσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δ' οὔ. ἔστι δ' ὅτε ἧσσον χρηστέον, διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπεύοντες ὡς δεῖ. εἰ δὲ μὴ πάγκαλως λούοιτο, βλάπτοιτ' ἂν οὐ σμικρά. καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ καὶ ὕδατος διαψιλέος, καὶ τοῦ λουτροῦ συχνοῦ, καὶ μὴ λίην λάβρου, ἢν γε μὴ οὕτω δέοι. καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι, ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτῷ, καὶ πολλαπλασίῳ, ἢ ὡς νομίζεται, σμήγματι, καὶ προσκαταχεῖσθαι μὴ ὀλίγῳ, καὶ ταχέως μετακαταχεῖσθαι. δεῖ δὲ καὶ τὴν ὁδὸν βραχεῖαν ἐς τὴν πύελον, καὶ ἐς εὐέμβατον, καὶ ἐς εὐέκβατον. εἶναι δὲ καὶ τὸν λουόμενον κόσμιον, καὶ σιγηλὸν, καὶ μηδὲν αὐτὸν προσεργάζεσθαι, ἀλλ' ἄλλους καὶ καταχεῖν, καὶ σμήχειν. καὶ μετακέρασμα πολλὸν ἡτοιμάσθαι, καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι. καὶ σπόγγοις χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος. καὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρίεσθαι τὸ σῶμα. κεφαλὴν μέντοι ἀναξηρανθῆναι χρὴ ὡς οἷόν τι μάλιστα, ὑπὸ σπόγγου ἐκμασσομένην, καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὰ ἄκρεα, μήτι τὴν κεφαλὴν, μήτι τὸ ἄλλο σῶμα. καὶ μήτι νεοῤῥόφητον, μήτι νεόποτον λοῦσθαι. μὴ δὲ ῥοφέειν, μὴ δὲ πίνειν ταχὺ μετὰ τὸ λουτρόν. μέγα μέντοι μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι, ἢ ὑγιαίνων ᾖ φιλόλουτρος ἄγαν, καὶ εἰθισμένος λοῦσθαι. καὶ γὰρ ποθέουσι μᾶλλον οἱ τοιοῦτοι, καὶ ὠφελέονται λουσάμενοι, καὶ βλάπτονται μὴ λουσάμενοι.

Balneum verò in multis morbis opem tulerit vtentibus, ad aliquos quidem assiduè, ad aliquos autem non. Est autē cùm minùs vtendum est, propter malum apparatum hominū. In paucis enim domibus parata sunt instrumenta, & q ministrent, vt oportet. Si autē non perbellè lauetur, lædetur sanè non parum. Nam & tugurio sine fumo opus est, & aqua larga, & copioso balneo, & non valde largè affuso, nisi sanè ita opus fuerit. Et magis quidem non fricari, si autem fricetur, calido ipso vti, & multiplici magis quàm quis existimet smegmate. Et affundere non pauca, & celeriter diffundere. Breui quoque via ad solium opus est, ad facilem ingressum, & ad facilem egressum. Esse autem & eum qui lauatur moderatum, ac tacitum, & nihil ipsum facere, sed alios & perfundere, & fricare. Et multam temperaturam aqua paratam esse, & infusiones celeres fieri, & spongijs vti pro strigili, & nō valde siccum inungere corpus. Caput quidem siccari oportet, quam maximè possit, & ab spongia extergi, & non refrigerari extrema, neque caput, neque aliud corpus. Neq; recens accepta sorbitione, neque potu, lauari, neque sorbere, neq; bibere citò post balneum. Magnam quidem partem tribuere oportet ægrotanti, si sanus valde amicus balneorum fuerit, & consuetus lauari. Appetunt enim magis hi, & iuuantur loti, & læduntur non loti.

Videtur prater institutum adscriptam esse, hoc loco tractationem hanc de balneis, non est tamen omnino. Nam cùm de aqua dissereret, & eius duplex vsus sit, alter in potione, alter in lotione, ac de primo hactenus dictum sit, haud fit valde parergô, ad secundam tantisper digredi, maximè cùm tam frequens fuerit antiquis balneorum vsus, vt in rebus pertinentibus ad victum haberentur. Erant verò, vt nunc quoque quibusdam vrbibus, duplicia balnea, quædam communia omnibus, quædam priuata, & quæ vbusquisque sibi parabat domi: porrò communia duplicia, quædam naturalia, quædam arte facta: arte facta & communia, habebant quatuor cellulas, primam in ipso aditu plenam aere calido, quo exuebantur: secundam aqua calida, tertiam frigida, quibus immergebantur: quartam rursum aere calido, quo induebantur. Porrò balneari potest quispiam secundùm totum corpus, diceturque id balneum vniuersale, aut secundùm partem aliquam, diceturq́; particulare, vt cùm caput lauamus, aut crura, aut manus. Rursùm balneum, siue commune, siue priuatum, siuè naturale, siue arte factum, siue vniuersale, siue particulare, esse potest simplex ex aqua dulci, aut compositum, seu medicamentosum, vt salsum, nitrosum, sulphureum, aut aluminosum, aut decoctione herbarũ, radicũ, aut rerum aliarum paratum. Constat hîc Hippocr. de simplici balneo solum agere, nam de solius aquæ lotione. Constat quoq; in balnea communia solùm ithire eos qui bene valent, aut duci eos qui ægrotãt chronicè: qui enim ægrotant acutè, vt peripneumonici, aut pleuritici, domi lauantur priuatis balneis iuxta lectos, proinde Hippocrates de priuatis agit hîc, quanquam quædam dicit in commune ad omnia balnea pertinentia. Nam commendat in primis balneum in commune, quòd vtilissimum sit, & opem ferat vtẽtibus in multis morbis. Meritò sanè est ad multa vtile: nam humectat, coquit, & laxat, & inde medetur arescẽtibus, morbos maturat, euacuationes manifestas promouet, insensibiliter euacuat, & lassitudines doloresq́; soluit. Neq; tamen omnibus vtendum balneo est, neq; æquè omnibus, sed ad aliquos quidem assiduè, ad aliquos rarò, ad aliquos omnino vtendum nõ est balneo, adhibitis quibusdam distinctionibus, quas 10. lib Methodi ex professo Galenus scripsit. Eæ sunt: Qui cruditatibus laborant, aut nimia quorumcunq; prauorum succorum redundantia, aut multitudine, siue quæ ad vires, siue quæ ad vasa dicitur, aut inflammatione aliqua interna, aut citra hæc fluxione aliqua periculosa, hi omnes ad balneum ducendi nõ sunt: neque sanè alij, in inuasione, vel incremento paroxysmi, neq; ante inclinationem. citra hæc autẽ ad plurimos morbos est maximè opportunũ remedium balneum. Ad vtendũ verò pluries aut minùs, præcipua consideratio præter necessitatem quæ ex affectione pendeat, est, qua consuetus sit balneo, aut desuetus homo. Verùm hæc Hippoc. ipse docebit. Cùm ad omnia auxilia, quibus Medici vtuntur, necessaria sint instrumenta idonea, & idoneus apparatus ad rem rectè peragendam, tamẽ ad balneum multò magis, & multò cum maiori periculo carere re quapiam ad apparatum pertinenti, possit, qui balneo vtitur, quàm qui quodcunque aliud auxilium suscipit: & apparatus balnei, est multò minùs paratu facilis. Nam quo quis sanguinem mittet, aut expurgetur, aut clysterem recipiat, nunquã deest: tamen quo balneetur, raris domibus est. Proinde Hippocrates apparatum totum describit, dicitque non semel, si quid desit, abstinendum à balneo esse; etiamsi alioqui putetur futurum vtile. Est autem (inquit) cùm minus vtendum est, propter malum apparatum hominum: in paucis enim domibus parata sunt instrumenta, & qui ministrent vt oportet (constat eum loqui de priuatis balneis) si autẽ non lauetur perbellè, id est, nulla re ad optimum apparatum necessaria deficiente, læditur non parũ. Nimirum balnea, vt, si rectè quis eis vtatur, sunt vtilissima, ita si quid desit, periculosa. Describit deinde apparatum necessarium, & quæ à ministris agi debeat, dicens: nam & tugurio sine fumo opus est (fumus enim replebit caput mordente spiratione) & aqua larga, ac balneo ampleso (ad immergendum scilicet corpus, ac si quæ corporis pars extra balneum relinquatur, perfundendum) & non largè (inquit) affuso, nisi sanè ita opus fuerit. Quod vt intelligatur, scire oportet, quosdam esse balneandos blandiùs, quosdam vehementiùs, aut (vt ita dicatur) duriùs. Qui blandiùs lauantur, non largiter & vi quadam affusa aqua, sed parciùs & velut tantùm admota lauantur, ipsi quidem nihil agentes, ne vociferantes quidem, sed omnia peragentibus ministris, neque fricantur, neque strigili siccantur, sed admotis spongiis, aut linteis: & per breuem viam ducuntur ad solium aquæ, estque (nequid laborent) facilis aditus & exitus balnei: lauantur verò ita, qui cum magna extenuatione, vt hectici, lauantur, aut ægrotantes morbo acuto, vt peripneumonici, aut pleuritici, aut ardente febre laborãtes: Neutri enim horum laborare plurimùm possint. Alij in balnea descendunt, robusti adhuc, neque ægrotantes acutè, sed ob morbosus quosdam apparatus, aut diuturnas passiones. Hi duriùs lauantur. nam aqua in eos largè & violenter infunditur, & ipsimet sese lauant, & manibus fricãt: longa an breuis via ad balneum sit, facilis an difficilis aditus & exitus, nulla cura est & fricantur in balneo (fortiter præcipuè qui ob scabiem, aut lepram, aut denique vitium cutis lauantur) smegmate aliquo, seu medicamento extersorio, aut fricatorio, vt sapone, aut fursuribus, aut fabacea farinaceàve farina: quibus quidem medicamẽtis qui debiliores sunt, non debent vti, sed lotione sola, & inunctione ex oleo. Quod si simul cum desiccatione corporis aut morbo acuto accedat affectio aliqua cutis, aut ob sorditiem cutis ex ceratis, aut cataplasmatis, quibus quis anteà sit vsus, opus sit detersione quapiam, ea fiet moderatè pauco smegmate, & eo diluto, vt pro sapone, eius spuma ex aqua. Et id quidem abluetur à cute citò superfusa aqua. Enarremus ergo nunc verba eò redeuntes vnde egressi sumus. Loquitur de balneãdis per acutos morbos, quiq; tractandi sunt blandiùs; proinde dicit, & non valde largè affuso, nisi sanè ita opus fuerit (hoc dicit quia sunt alij qui tractandi sunt duriùs, ne quis existimaret, nullum aliter esse balneandum, quàm hîc dicitur) & magis quidem non fricari expedit: si autem fricetur, ob sordes scilicet cutis, aut eius aliquod vitium, vti oportet smegmate calido, & multiplici, hoc est, multa aquæ in ipsum infusione facta multiplici, itaque diluto plusquam quis existimet, vt ita vires amittat: calido verò actu, vt, remissis etiam viribus, possit

possit extergere, nam & sola ipsa aqua calida abluit & extergit: Et affundere non pauca & celeriter diffundere, hoc est, postquam smegma dilutum & calidum admoueris, non permittere diutius ibi consistere, sed affusa insuper in corpus nõ pauca aqua, celeriter diffundere, ac dissoluere. Breui quoq; via ad solium opus est, & ad facilem ingressum & facilem egressum. Esse autem & eum qui lauatur moderatum ac tacitum, & nihil ipsum facere, sed alios perfundere & fricare. Hæc omnia, ne ille laboret: quæ addit, ne alia ratione lædatur. Multam temperaturam aquæ paratam esse, hoc est, habere ad manus copiam aquæ variè temperatæ, ne desit tepida & paulò calidior & frigidior, vt erit opus. Hoc autem fit, paratis calida & frigida seorsum, & infusis vt res exiget, si balnei aqua calidior quam opus sit, esse videatur, infusa frigida: si videatur fieri iam frigidior, infusa calida. Et infusiones (inquit) oportet celeres fieri. Sed quo pacto cum anteà prohibuerit largiter affundere, nunc iubet celeres infusiones fieri? Si enim licet celeriter infundere, certè & cum impetu infundetur, ita autem nihil prohibet & copiosè infundere. Certè hîc rectè mihi videtur Galenus interpretari, celeres dici, infusiones crebras. Nimirum quum ægroti qui lauantur, rarò toto corpora sint submersi, necesse est in partem corporis, quæ extrà est, aquam infundi, ne autem pars nuda, destituta ab aqua, alteretur ab aere, oportet crebras, & citra intermissionem fieri infusiones. Et quoniam hæc corpora blandiùs tractari, neque fricari debent, spongiis oportet vti pro strigili. Nimirum in balneis vti solebant strigilibus duris, ex lapide, aut metallo quopiam, aut durissimis lignis, ad extergendas sordes. In his verò quos duriter fricare timemus, siccare debemus corpora, admotis solùm spongiis, aut linteis, neq; his summè siccare oportet, sed nondum valdè siccũ inungere corpus, oleo scilicet communi quo in postrema balnei parte vtebantur, ne recens rarefacta à balneo, læderentur ab aere corpora. Verùm etsi reliquum corpus exactè siccari, nihil interest, caput siccari debet q̃ maximè possit, & spongia extergi, quia si quid humoris in capite relinquatur, catarrhi inde excitabuntur, qui in omnibus huiusmodi morbis sunt periculosissimi. Eadem ratione caueri debet ne refrigerentur extrema, neq; caput, neq; reliquũ corpus. Hæc de apparatu ad balneũ necessario. Dicit mox quædam pertinentia ad balnei horam: Neq; oportere mox ab accepto cibo, vti balneo, neque mox à balneo, accipere cibum. Quia siue recens accepto, vtaris balneo, siue antequã motus balnei conquieuerit, accipias, cibus distribuetur intempestiuè, & coquetur malè, naturali calore cum sanguine versus cutem euocato. Neq; solùm à balneo totius corporis abstinendum ab accepto cibo, sed & partis cuiuspiam. Non enim mox ab accepto cibo vtendum capitis aut hypochondriorum irrigatione, in quibus morbis iis vtimur, nisi raris quibusdam passionibus, vt cùm caput irrigamus conciliandi somni gratia, tunc enim à cœna vix deuorata lauamus: nimirum vt id ipsum fiat, quod in aliis ægrotis timemus, repleatur scilicet caput. Eadem ratione licet arescentibus dare, vixdum à balneo egressis, quin & in ipso balneo lac, aut succum alium humectantem & mutationis facilis. Quia enim mutationis facilis est, nõ lædit, etsi properet distribui, & citò multùmque distributum imbuit corpus penitiùs, humectatque magis. Tandem dicit, magnam partem tribui oportere ægrotanti, hoc est, plurimùm agendum iuxta illius consuetudinem, si sanus valde amicus balneorum fuerit, & consuetus lauari. Appetunt enim magis hi, & iuuantur loti, & læduntur non loti. Itaque qui consueti sunt lauari, aut toto corpore, aut capite, aut cruribus, non nisi maximis causis sunt ab iis lotionibus omnino arcendi, quòd si affectio per se non impediat, sunt etiam lauare cogendi. Vnde redarguitur quorundam vulgarium Medicorum religio, qui ne manus quidem calida permittunt ægrotis lauare, neq; mutare lineas tunicas, neque syndones lecti, etsi inunctionibus maximè maculauerint, sed multos mũditiei assuetos, sordibus conficiunt.

Ἁρμόζει δὲ ἐν περιπλευμονίῃσι μᾶλλον, ἢ ἐν καύσοισι τὸ λουτρόν. καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὴν, καὶ στήθεα, καὶ μετάφρενον παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρόν. καὶ πτυέλου πεπαντικὸν, καὶ ἀναγωγὸν, καὶ εὔπνοον, καὶ ἄκοπον, μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων, καὶ τοῦ ἐπιπολαίου δέρματος. καὶ οὐρητικὸν δὲ, καὶ καρηβαρίην λύει, καὶ ῥῖνας ὑγραίνει. ἀγαθὰ μὲν οὖν λουτρῷ τοσαῦτα πάρεστιν, ὧν πάντων δεῖ. ἢν μέντοι τῆς παρασκευῆς ἐνδεής τις ᾖ ἑνὸς ἢ πλειόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν. ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτῶν, μεγάλην φέρει τὴν βλάβην, μὴ παρεσκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν, ὡς δεῖ.

Congruit autem omnino magis in peripneumoniis, quàm in febribus ardentibus: etenim mitigat dolorem lateris, pectoris, & dorsi: sputum maturat, & educit, & facilem respirationem facit, & lassitudines soluit: emollit enim etiam articulos, & cutem extremam: & vrinas ciet: & capitis grauitatem soluit, & nares humectat, bona igitur balneo tot sunt, quibus omnibus est opus. Verùm si in præparatione deficiat vnũ quiddam, aut multa, periculum est, vt balneum non prosit, sed magis lædat. Vnum enim quodcunque ipsorum magnam læsionem affert, non præparatum à ministris, vt opus est.

Incipit dicere, in quibus affectionibus prosit, & in quibus lædat balneum: quanquam ego dixi iam anteà, ipsa necessitate enarrandi priora verba coactus hanc tractationem anteuertere. Dicit congruere in peripneumonicis magis quàm in febribus ardentibus. Quia calidum cùm sit, & humidum, maturat sputum, & educit, atque ita tollit dolorem lateris, pectoris, & dorsi, quæ pars posterior thoracis est. Quæ omnia ad peripneumonias sunt apprimè necessaria. Sed cur ad peripneumoniam meminit doloris lateris? suspicor hic peripneumonias vocare non pulmonis solùm inflammationem, sed omnem intra thoracem consistentem, ob commune accidens difficilis respirationis, ac proinde vsum esse voce multitudinis, dicentem, in peripneumoniis. Sed dices, si rectè anteà diximus, atq; ex Galeni sententia, vtendum nõ esse balneo in iis, quibus multitudo, aut magna cacochymia, aut ad fluxiões

magnus apparatus, aut inflammatio interna, quo pacto possit congruere peripnaumoniæ, cui certè ea omnia adsunt? Non profectò antequam fluxio cessauerit, & maxima pars copiæ missiona sanguinis, ac fortasse etiam pharmaco, euacuata sit, & tumor subsidere inceperit. tunc enim fluxionis periculum desiit, & concoquendi ac axcreandi necessitas instat. Cùm itaque inflammatione in parte aliqua interna consistente, balneũ denegat Galenus, æquum est intelligere, anta inflammationis inclinationem. Voco autem nunc iuclinationẽ inflammationis, eam quæ est ipsius tumescentiæ. Tunc ergo vtilius est peripneumonicis, quàm ardẽte febre laborantibus: non quòd his quoque vtile non sit, si tempestiuè suscipiatur, puta magna parte excrementorum vacuata, & succis iam coquendis, sed ꝙ plures vtilitates peripueumonicis præstet. Illis enim reliquias succurum in venis coquit, calorem temperat, & quasdam euacuationes, si fiant, promouet: his præterea & sputum maturat, & educit, & spirationem facilem reddit, mitigat dolores pectoris, & laterum, & dorsi. Dicit deinde Hippocrates alias balnei laudes, quæ non ad peripneumonicos solùm, aut febribus ardentibus occupatos pertinent, sed in commune dicuntur. Soluit scilicet lassitudines. nam emollit articulos, & cutẽ extremam laxat. Quare siue spontaneis, siue non spontaneis lassitudinibus quis teneatur, nulla ratione meliùs sibi prospiciet, quàm balneo, nisi tanta multitudine aut cacochymia teneatur, vt opus sit priùs mittere sanguinem, aut expurgare. Velut si quis ex longo itinere lassatus veniat, si multitudine se sentiat laborare, bene fecerit mittens sanguinẽ priùs, dein de balneo viens, aut si simul bilis aliquid quod notatu dignum sit, collegerit, aliquid etiam ante balneum accipiens, cibi leuioris, qui aluũ leuiter subdocat, vt casiæ fistularis. Si autem nihil horum habeat, balneo recreabitur: quòd si neq; tantam multitudinem cacochymiá mve sentiat, vt illis euacuationibus cogatur vti, neque tam exiguam, vt in balneum audeat ingredi, in ea hæsitatione, satius sit abstinere ab vtrisque, & à victu attemperante & quiete sola, remedium petere. Ita & qui sponte lassatum se sentit, ac proinda morbum timet, nisi multitudinem aut magnam cacochymiam sentiat, & alioqui lauari consueuerit, balneo se possit præseruare: alioqui manifestis euacuationibus debet vti, præcautionis gratia: vterque tamen si multitudine aut magna cacochymia laborãs balneum ingrediatur, morbos inde sibi fecerit, in quos fortasse alioqui non incidisset: plenius, fluxiones multas, atque ita fortasse periculosas inflammationes, cacochymus, rigores mox, deinde & febres putridas. Vnde fit, vt cum lassitudine phlegmonosa nunquam sit in balneum eundum, sed secandam venam priùs, cum tensiua aliquãdo, cum vlcerosa autem sæpius, semper autem quibus dictorum nihil magnoperè subsit, & consuetudo sit lauandi. Addit Hippocrates. & vrinam ciet: quæ verba aut seorsum accipi possunt, aut quasi ea verba anteà dictorum causam contineant. Nam balneum vrinam ciere potest, & vrinã ciens, lassitudines soluit. Nam vt aphor. 74. sect. 4. dicitur, vrina multa & crassa in febrib⁹ quas lassitudines comitãtur, fieri solet, & liberare ab abscessu in articulos. Eadem ratione soluet lassitudines, & faciet plurimùm ad articolorum amollitionem. Ciet verò balneum vrinam laxans vias, & liquans succos, atque ita sciens exire, si qoid obturat. Eadem ratione prodest etiam mulieribus quibus menstroa non fluunt, ob viarum angustiam, & vterorum densitatem, & succorum crassitiem, atq; adeò multas quę his causis non concipiunt, ad conceptiones reddunt idoneas. Capitis etiam grauitatem soluit, & nares humectat. Cõstat verò uarium humectationem desiderari, in iis solùm, quibus siccæ sunt plurimùm: quibus si caput doleat, consentaneum est, narium humectatione solutũ iri. Nam auacuabitur doloris causa. Humectantur verò quæ siccæ erãt nares, cùm quod crudum erat, coquitur, quod concretum, liquatur, quod siccum, humectatur, quod adstrictum, laxatur. Hæc verò facere natum est balneum. Vt ergo pectoria dolorem soluit, educens sputum, ita tollit dolorem capitis, humectans nares. Hæc omnia bona præstat balneum, verùm est periculosum auxilium, vt anteà etiam dictum est, si quid eorum quæ ad apparatum pertinent, desideretur.

Ἥκιστα δὲ λούειν καιρὸς, οἷσιν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισιν. ἀτὰρ οὐδὲ οἷσιν ἵσταται μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ μὴ προυλελύθῃ. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, οὐδὲ δὴ τοὺς ἀσώδεας, ἢ ἐμετικοὺς, οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὐδὲ τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγέοντας, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι. τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας. ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέῃ, λούειν. ἤν τι ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τι τὴν κεφαλὴν μοῦνον.

Minimè autem tempestiuum est lauare quibus aluus humidior est quàm conueniat, verùm neque quibus sistitur magis quàm conuenit, & non est soluta priùs, neque eos quibus vires languent, lauare oportet, neque fastidiosos, aut nauseabundos, neq; eructantes biliosum: neq; quibus ex naribus sanguis fluit, nisi fluat minus quàm oportet (nosti autem opportunitates) si verò minus quàm expedit, fluat, lauare. Siue totum corpus plusquam alia iuuet, siue solum caput.

Galenus intelligit non oportere lauari eos, quibus aluus humidior sit quá conueniat, quia excrementa rapiẽtur in corpus, & sistentur deiectiones: Ego verò nõ ob hoc solùm (sæpe enim hanc ob causam lauare oporteret eos, quibus est diarrhœa, vt cessaret scilicet) sed quia si succorum vitiosorum plus est, ꝙ vt à balneo reuelli versus cutem possit, magis soluetur aluus liquatione succorum, & laxatione humectationeque intestinorum, & vasorum quæ ad illa pertinent: sin autem tam exiguum excrementorum iam restat, vt à balneo distrahi possit, satius sit iam iam sponte cessaturam diarrhœam dimittere, quàm ob rem minimè necessariam, corpus totum vinare. Sed nequa quibus sistitur magis quàm conuenit, balneum concedit. addens verò. Et non est soluta priùs causam aperit. Nimirum quibusdam est alui adstrictio, quæ succedit copiosæ aloi solutioni, vt plerunq; expurgationi ex pharmaco. Tunc nihil est incommodi, si quis balneo vtatur, sin autem non prægressa euacuatione, adstricta sit, plurimùm fæcum & sordium cõtinuerit. Diximus

ximus autem anteà pleno alimentis ventre lauandum non esse, quantò minùs, pleno excrementis. Lauare igitur tales non oportet, nisi alnus sit soluta priùs. Nimirum si illos ad balneum ducere aliqua ratione cogamur, debemus clystere priùs excrementa subducere, vt ad mittendum sanguinem solemus facere. Neq; eos (inquit) quibus vires languent, lauare oportet. Nimirum auxilium hoc euacuatorium est non instrenuè. quapropter vires desiderat, quibus feratur. Non est autem quòd Medicus contemnat eam euacuationem, quæ balneo agitur, quasi exiguam, & minimè dignam mentione: mihi enim contigit videre ex vna longiuscula, & cum vehementioribus superfusionibus facta, lotione, in balnei aqua, sordium & lentæ pituitæ & crassæ, & quæ non videri solùm, sed in longũ etiam trahi digitis & palo poterat, plus eo quod per copiosissimam missionem sanguinis duci solet, haud absimile ei quod in pelui, ex venæ sectione in talo, apparere consueuit. Itaque virium rationem habere oportet. Non tamen proinde hecticos à balneis arcebimus, sed pro virium ratione lauabimus, plus aut minùs, blandiùs aut duriùs, atque aliquos quidem nullatenus. Neque fastidiosos, inquit, nec nauseabundos, nec eructantes biliosum, nimirum hæ notæ sunt cacochymiæ magnæ, per quam negauimus lauari oportere. Neque quibus (inquit) ex naribus sanguis fluit, nisi fluat minus quàm oportet: si verò minus quàm expedit, fluat, lauare expedit: siue totum corpus vtilitatem capiat à sanguinis fluxu, plusquã ab alio quopiam auxilio, vt q multitudine toto corpore laborãt: siue caput solum, vt quibus id solum plenum est. Huius causa haud dubiè est, q balneum promouet fluxionem sanguinis, liquans illum, & laxans venarum oscula. Constat verò hoc intelligi de balneo aquæ calidæ aut tepidæ. Immersio enim in frigidam, sistit sanguinis fluxiones, quod mulieres quotidiano experimento didicerũt, ac proinde frigidæ occursum, cùm menstrua illis fluxerunt, reformidant. Nos quoque frigidæ Infusione, & partibus quibusuis corporis in frigidam demissis, scimus fluxum sanguinis ex naribus sisti solere, atque adeò vndecunque sanguis fluat, admotio frigidæ proderit, præterquam si ex interna parte fluat, ac præcipuè si ex pulmone: tunc enim refugiens versus cor sanguis, fieri potest, vt circa pulmonẽ magis redundet. Verùm calidum balneum omnes sanguinis euacuationes auget, & ꝓin deuitandum est, nisi cùm euacuatio est opportuna, neque tamen procedit satis pro indigentia. Dicit per parenthesim, nosti autem opportunitates: quasi dicat, occasiones sanguinis euacuationi opportunas, non est præsentis loci scribere, sed ex aliis rescire oportet: ex operibus scilicet, quibus de crisibus agitur, & bonæ ac malæ iudicationis conditionibus. Sunt verò multa ad hãc rem pertinentia, sparsim scripta in Aphorismis, Prognosticis, & Epidemiis, ac ferè aliis omnib⁹ Hippocratis libris.

Ἢν οὖν αἱ παρασκευαὶ ἔωσιν ἐπιτήδειοι, καὶ ὁ κάμνων μέλλῃ εὖ δέξασθαι τὸ λουτρὸν, λούειν χρὴ ἑκάστης ἡμέρης. τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας καὶ δὶς τῆς ἡμέρης εἰ λούοις, οὐδὲν ἁμαρτοις. χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι, τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι χυλῷ μούνῳ χρεομένοισι. ἐνδέχεται δὲ καὶ τούτοισιν ἐνίοτε· ἥκιστα δὲ τοῖσι ποτῷ μούνῳ χρεομένοισιν. ἔστι δὲ καὶ οἷσι τούτων ἐνδέχεται. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγεγραμμένοισιν, εἴ τι μᾶλλον λουτρὸν ὠφελέει, ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης, οὔ τι μή. οἷσι μὲν γὰρ προσδέεταί τινος κάρτα τουτέων, ὅσα λουτρὸν ἀγαθὰ ποιέει, λούειν, καὶ ὅπου ἂν λουτρῷ ὠφελέηται. οἷσι δὲ τουτέων μηδενὸς προσδέει, καὶ προσέτι αὐτέοισι τῶν σημείων, ἐφ᾽ οἷσι λούεσθαι ξυμφέρει, οὐ δεῖ λούειν.

Si igitur apparatus sint conuenie͂tes, & agrotus bene suscepturus sit balneum, lauare oportet quacunque die: eos autem qui balnea amant, etiam bis in die lauans, nihil errabis. Vti autem balneis, qui totis ptissanis vtantur, multo magis contingit, quàm qui succo solùm vtũtur, contingit autem & his aliquando: minimè autem iis qui vtuntur solo potu: est autem cum & his contingit. Coniectare autem oportet, iis quæ antea scripta sunt: quibus, in singulis victus modis, balneum sit futurum vtile, & quibus, non. Eos enim qui magnoperè indigent aliquo horum bonorum, quæ balneum facit, & in quibuscunque balneum prodest, lauare oportet, quibus autem nullius horum est necessitas, neque vllum est ipsis signorum, ex quibus lauari confert, non oportet lauare.

Citra conuenientem apparatum lauãdum non esse, etiamsi res alioqui balneum poscat, & consuetudinem hominis, in hac consultatione maximum habere momentum, dictum iam antea non semel est. Illud nunc addit, multò magis audendum esse lauare eos, quibus demus totam ptissanam, q̃ quibus cremorem, & quibus hũc, quàm quibus solum potum. Quod, vt suspicor, eadem causa dicitur, qua priùs iusserat cauere à balneo eos, quibus vires languent. Nimirum vt debilitatos timemus euacuare, ita etiam eos, q tenuissimo vtuntur victu, quia metus est ne non possint vtrumque ferre, & euacuationem & inediam, atque hac causa nonnunquam, venam secturi, vel etiam in ipsa sectione, picrocholis cibi aliquid damus, alioqui non daturi, melius censentes, vt certè est, in iis quibus inedia sola non est futura satis ad persanandum morbum, & metus est, ne non possint vtrumq; tolerare, inediam propter euacuationem, quàm euacuationem propter inediam dimittere. Rariùs itaque ferre poterũt balnea, vtentes solo potu, quàm succo, & hoc, quàm qui ptissana. Atque aliquando ob balneum dabitur succus, cui alioqui daretur solus potus, & ptissana, cui daretur solus succus. Fieri nihilominus potest, vt is etiam qui solo potu vtatur, balneo indigeat, & sustinere possit, ob robur virium, & morbi breuitatem. Itaq; in omni victus modo, est qui balneo vti debeat, & qui secus: distinguetur autem ex iis quæ dicta sunt.

MAGNI HIPPOCRATIS COI DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS LIBER QVARTVS.

Καῦσος δὲ γίνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ, ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά. καὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει, τὸ, τὸ σῶμα ὡς ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον, κοπιᾷ καὶ ἀλγέει. γίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ, καὶ ἐκ πορίης μακρῆς, καὶ δίψεος μακρῆς, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια, δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται.

Causus autem fit, cùm siccatæ venulæ in æstiuo tempore trahunt in se ipsas, serosas & biliosas humiditates, & febris multa detinet, & corpus ab ossaria lassitudine detentum, delassatur, ac dolet. Fit autem plerunque ex longo itinere, & siti longa, cùm resiccatæ venulæ serosas & calidas fluxiones trahunt.

MAGNOPERE dubitabat Galenus, sit hic liber quartus Hippocratis, an non: quia sunt in eo multa, quæ & sententiis & verbis illius viri esse videantur consona, multa etiam quæ nullatenus. Mihi in hac hæsitatione certum est, vt soleo, libri enarrationem aggredi, quasi Hippocratis sit, & si quid omnino indignũ occurrit, admonere. Incipit nunc Hippocrates præstare tractationem, quam plures antea pollicitus est, de singulis morbis acutis & eorum curationibus, atque omnium primò agit de febre ardente, dicens in primis essentiam & modum quo gignitur, deinde eius signa, postremò curationem. Nosse autem oportet nomen causi, siue ardentia febris, nõ ob partem aliquam affectam inditum esse, neq; ob speciem aliquam succi, sed ob magnitudinem & qualitatem ipsius caloris, quòd scilicet sit multus, mordaxque toto corpore. Itaque febris ardens est, per quam totus homo vri videtur. Fieri potest ob inflammationem aliquam internam, vt hepatis, pulmonis, ventriculi, septi transuersi, mesenterij, aut alicuius intestinorum: vel citra affectum vllius partis. Quæ ex partis inflammatione est, nomen aliud habet quàm ardentis febris, nam ab inflammatione potiùs dicitur quàm à febre, vt peripneumonia, hepatitis, aut pleuritis: Quæ citra omnem partis affectum fit vrens febris, causus propriissimè appellatur. Constat verò talẽ continuam esse. Nam intermittens non potest adeò vrere, cùm intermissione corpora recreentur. Neque sanè talis ex quibuscunque succis nata sit fieri, sed ex iis solùm, qui vri plurimùm & vrere possint, hi sont bilis flaua in primis, post hanc verò & salsa pituita. Itaque exquisitissima febris ex bile syncera fuerit. Est verò ea febris non semper æquè acuta, nam neque ipsa bilis syncera, æquè acris, sed vt hæc & plus & minùs acris, ita illa & plus & minùs acuta, vt quędam vel vsque ad quatuordecimum prorogentur, quædam non vltra primum quaternarium. Porrò quędam harum ex procatarcticis causis nascuntur, vt longa mora in Sole, longo itinere, aut exercitatione nimia, siti q̃ pertinaciter tolerauerit: quędã sine his, interiùs incipiente putredine cientur, vt scilicet alię omnes febres putridæ. Constat hic Hippocratem pręcipuè agere de causo acutissimo exactè, & qui à causis externis incipiat. Ex iis verò quæ dicit, præstabitur nobis ansa, quę de aliis causis, aut aliter genitis desiderãtur, addendi. Fit (inquit) causus, cùm siccatæ venulæ, æstiuo tempore, trahunt in seipsas, serosas & biliosas humiditates. Venulas vocat, capillares venas & arterias, quæ in carnibus & toto corporis habitu sunt. Hæ ante alias exhauriuntur & siccãtur, cùm quis aut longum iter agit, aut longam trahit moram in Sole æstiuo, siccatę verò fugunt ex aliis, sugũt verò ante alia ichores, seu tenues acrium succorum partes: nam extrahentur hæ faciliùs, vt tenuiores: & demittentur faciliùs ab aliis, vt mordaciores: gignẽtur verò multæ (vt hac quoq; causa facilè trahãtur) vrendo corpore. Sunt verò biliosæ & serosæ humiditates in venis, quod in vlceribus, sanies aut ichor: excremẽtitius succus, tenuis bilis & seri particeps. His tractis ad exiguas venulas, incipit totus corporis habitus æquè ardere. Constat verò non ex his, quæ ad carnes tracta sunt, solis, pendere febrem (alioqui esset intermittens) sed ardere simul incipiẽte toto corpore, comburitur bilis in magnis arteriis, ardetq; pariter totus homo, interiùs & exteriùs, idq; maximè ac propriissimè causus est. Fit verò hoc æstiuo tempore, tunc enim exuri maximè euenit: nõ quidem eo solùm tempore, quo ortis iam Pleiadis nondum ortus est Arcturus, sed si anteà etiam, aut posteà, eueniat magnum esse calorem. Nam quòd ad considerationes medicas attinet, temperie definiuntur tempora meliùs quàm mensium numero, aut astrorum exortu. Sed neque ita necesse est causum sub æstiuo Sole fieri, etsi tunc temporis plerunque fiat. Non sunt enim semper congruentes tempori morbi, neq; solus aer nostra corpora afficit, possuntq; aliis causis fieri, vt causus ex vini meri potu, & acrium esu, etiã tempore frigido. Verùm Hippocrates eius meminit generationis causi, quæ & frequentissima, & talium causarum, æstiui scilicet temporis, itineris longi, & sitis longæ. Narrans quæ accidunt ita affecto, dicit, & febris multa detinet. Videtur autem hoc frustrà dictum. Quid enim aliud est causus, q̃ febris multa? Calor ipsa febris est, verùm quia tangibile quiddam, & sensui occurrens est, induit rationem signi, agnosciturq; febris tactu, quam dignotionẽ vocamus ex essentia propria. Calor itaq; qua præter naturam afficit ægrotantem, febris est, qua tactum Medici, signũ. Cùm ergo dicit, febris multa detinet, iubet vti calore vt signo. Et corpus (inquit) ab ossaria lassitudine detentum, delassatur. Galenus lassitudine vlcerosa commentatur teneri hominem, sequutus qđ consentaneũ videtur, autoris verba dissimulanter pręteriens (nisi fortè aliam habuit in suo codice lectionem,

nem, quæ nunc non extet) mihi verò ea, quæ mox addit, declarant, Hippocratem hoc signum scribere, non vt causi per se (non enim est) sed vt ita geniti, ex longo scilicet itinere, aut nimia exercitatione (nam eadem est ratio) qui enim his causis defatigati in causum incident, κοπώδεα, seu ossium lassitudinem necessariò patientur: quia ossium ligamentæ ad articulos, & capita musculorum, ob insignem laborem, allicient ad sese ichores, plus quàm aliæ partes, vnde & in ipsas membranulas, quibus vestiuntur ossa, quibus periostij nomen est, imbibentur. Hinc verò fiet meritò κοπώδης. Igitur quasi declaret, in quibus ardentibus febribus ea lassitudo sit, addit, fit autem plerunque ex longo itinere. Addit rursum, & siti longa. Sitim nunc ponit in causis, paulò pòst ponet in symptomatis, neq; mirum, vtrumq; enim est. Multi enim febre sunt correpti, quia sitim plus satis sustinuerût, mox q; orta febris, sitim facit. Velut metus & mœstitia diu durantia, melancholiam afferunt, quâ ortam deinde sequuntur. Nosse verò oportet, q huiusmodi sunt in morbis, symptomata inquam & causæ simul: vt quoad fieri possit, illis occurramus. Quæ enim causa nondum ortum malum potuit facere, ortum iam augere poterit. Vt ergo curamus melancholicos à metu & mœstitia semper arcere, ita febricitantes ardente febre, nô admodû debemus permittere sitim pati.

Γίνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχείη, καὶ ξηρὴ, καὶ μέλαινα κάρτα, καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει, καὶ τὰ ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίνεται, καὶ δίψαι σφοδραὶ ἔνεισι, καὶ ἀγρυπνίη. ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξιες φρενῶν.

Fit autem lingua aspera, & sicca, & nigra valde, & circa ventrê mordetur, & dolet: deiectionesq; liquidæ & pallidæ fiunt, & sites fortes insunt, & vigiliæ: quandoque verò & mentis emotiones.

Hæc sunt signæ febris vrentis, quorum omnium causæ ad exustionem & bilem referuntur: Vrens enim calor facit linguam siccam & nigram, & siccitas asperam. Meritò verò febris ardês in lingua maximè sese prodit, quia ea pars exposita est aeri, qui expiratur ardente febre calidus, & crebrò trahitur ac redditur. Vt enim febris maior est, ita respirandi vsus maior, quare & respiratio maior, celerior, crebrior, & calidior, & quò hæc magis habet, eò linguâ magis siccat. Ita fit, vt linguæ siccitas referat febris vehementiam, præterquàm quòd & fuligines excipit, ex pulmone, ventriculo, hepate, & capite. Nigra etiam lingua fit exustione, vt & res alia quæcunq; humoris alicuius particeps, nigrescit fumo obducta, quin & vt linguam arietinam, aut bubulam, videmus igne exustam, nigram fieri. Verùm oportet scire, aliquando nigritiem linguę non fieri exustione, sed nigri succi redundantiâ. Nam & Hippocrates 6 Epid. dicit, nigram linguam significare melancholiam: constat verò in ardente febre non ob melancholiam esse linguâ nigram, sed ob linguę ipsius exustioné, tametsi omnibus flaua, vstione in atram abit, antè tamen quàm in melancholiam abierit, bile adhuc pleno lumine, fit lingua nigra in ardente febre. Duplicem itaque causam habere potest, linguæ nigrities, humorem nigrum, vel toto corpore redundantem, vel in oris partes abscedentem: aut ingentem ardorem. Distinguitur hoc ex adiunctis. Si simul est lingua sicca & aspera, exustionem significat: sin autem citra hęc est nigra, succi speciem. Sites fortes, & vigilias, caloris & siccitatis esse, morsus & dolores oris ventriculi, & mentis emotiones, & deiectiones liquidas, & pallidas, esse bilis, ventriculum, aut caput, affligentis aut per intestina regurgitantis, res est notissima. dicens verò mentis emotiones, addidit, quandoque, quia in febre ardente, quæ non ob cerebri inflammationé, aut septi transuersi fit, emotio mentis non est perpetua, vt sitis & linguæ siccitas, asperitas, ac nigrities, sed quandoq; accidens: nimirum est paraphrenitis, in febris exacerbationibus accidês, & in remissionibus conquiescens. Vbi dicit, deiectiones liquidas & pallidas, côstat nomen illud ὠχρὰ generatim accipi, vt & ruffa & flaua eo nomine contineantur. Quia consentaneum est, deiectiones ardente febre laborantium esse intentioris coloris quàm quæ beneualentium. Horum verò deiectiones esse ruffas in Prognostico dicit Hippocrates. Ergo ita affectorum fuerint flauæ: hæc de symptomatis & signis dictæ febris. Contingit autê dubitare, qualia sint hæc signa. Nullum enim eorû esse videtur pathognomonicum, & proprium, vt carere eo morbus non possit, sed omnia esse videntur è genere superuenientium, aut assidentium. Nam lingua sicca, aspera & nigra valde, & vigiliæ, & mentis emotiones, superuenientia esse videntur, quandoquidem non ab ipso primo febris insultu hæc apparent, sed cùm iam increuit. Morsus & dolor circa ventrem, & deiectiones liquidæ & pallidæ, videntur esse assidentia, nullo enim febris tempore fiunt necessariò, & quocunque tempore possunt fieri. Iam verò sitis fortis, neque videtur à principio febris fieri, sed cùm iam est magna: sed neque postquam ad magnum incrementum febris venerit, & ardentis nomen iam meruerit, necesse est sitim adesse fortem. Nam vt in aphoris. 54. sect. 4. dicitur, quibus siccæ tusses parum irritantes in febribus ardentibus, hi non ita valde siticulosi sunt. Porrò sect. 1. 1. Epidem. narratur constitutio quædam febrium ardentium, per quas, vt ipse narrat, non sitiebant, quanquam profectò non tussiebant. Porrò quàm plurima exempla occurrunt, illo opere, febricitantium febribus acutis, qui non sitiebant. Videtur tamen oportuisse describi febrem signis ꝑpriis & pathognomonicis: ex iis enim quæ abesse possunt, non potest teneri certa notitia. Certè Hippocrates non tam distinctè consueuit tradere morborum signa, & singula genera seorsum, ac Galenus, & post illû alij. quia etsi omnium bonorum fuit parens, & omnium iecit velut fundamenta, tamê non omnino excoluit, neq; digessit. Quid enim faciendum fuisset posteris? verùm vt vtilium nihil omisit, ita quædam non satis distinxit: velut nunc syndromem, seu concursioné scripsit signorum febris ardentis, non quidem pathognomonicorum tantùm, sed quorundam etiam assidêtium, non quorumcunque, sed eorum quę ei morbo sunt maximè familiaria. Nam assidentia quædam sunt maximè cômunia, & quæ multis accidere possunt æquè & cum morbo nihil habent peculiare: quædam, quæ, etsi propria omnino nô sint, sunt tamen morbo familiaria. Vt aluum solutâ esse, aut adstri-

ctam, caput dolere, aut crus, & quoduis aliud tale, omni febre generali potest assidere, quanquam nihil habet magis cum hac quàm cum illa febre, aut hoc magis, quàm contrarium; morsus oris ventriculi, & deiectiones biliosæ. in assidentium sunt genere, quia quacunque febris ardentis parte possunt fieri, neque vlla parte necessariò fiunt, verùm fiunt sæpe in ea febre, & eius naturam maximè sequuntur, ac proinde illi familiaria sunt, & hæc non fuit à ratione alienum in signorum syndrome ponere. Vigiliæ ac mentis emotiones superuenientia signa sunt, verùm superuenientium etiam est duplex genus: quædam enim quibusdã morbis tardius, quædam citiùs superueniũt, & quæ citò superueniunt, proxima esse videntur pathognomonicis. Velut mentis emotio, quæ phrenitidi & inflãmationi septi transuersi est pathognomonica, omni febri malignę auctæ solet superuenire, tamen causo exquisito superuenit citiùs multò quàm aliis febribus, ac peruigilium citiùs etiam. Lingua sicca, aspera, & nigra, & sitis, pathognomonica esse videntur, quia à principio febris fiunt, & ipsam morbi essentiam sequuntur, etsi non à principio sunt hæc insigna, sed cum ipsa febre crescunt. Neque sanè ardentis nomen meretur febris, antequam hæc habeat. Verùm scire oportet, pathognomonicorum etiam esse duplex genus: quædam enim ita sunt propria morbo, vt nulla ratione ab ea tolli possint, vt delirium à vera phrenitide, dyspnœa à peripneumonia: quædã per sese sequuntur ipsam morbi essentiam à principio, & cum eo crescunt: possunt tamen quibusdam aliis accedentibus affectibus, aut symptomatis impediri, velut pulsus durus pleuritidis, si cum ea, peripneumonia coniungitur, temperatur, atque adeò nonnunquam etiam tollitur: atq; adeò corrupto in parte sensu, possit tolli dolor, manente affectione. Huiusmodi est sitis in causo: accedente enim tussi temperari potest, & aliena ta mente, aut extincto in parte sensu, cessare potest. Nihilominus cui hæc omnia signa aderunt, causus erit, & cui erit hic, aderuntes, aut eorum pleraque, aut eorum quædam valde inerunt, vt etsi pauca adsint, tamen intensione incendium ingens significet.

Τῷ τοιῷδε δὲ διδοῦ πίνειν ὕδωρ τι καὶ μελίκρητον ἑφθὸν, ὑδαρὲς, ὁκόσον ἐθέλει. ἢν δὲ πικρὸν τὸ στόμα γίνηται, ἐμέειν ξυμφέρει, καὶ τὴν κοιλίην ὑποκλύσαι. ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα λύηται, γάλα ὄνου ἑψήσας, κάθαιρε. ἁλμυρὸν δὲ μηδὲν, μήτε δριμὺ προσφέρειν, οὐ γὰρ ὑποίσει. ῥοφήματα δὲ, ἕως ἂν ἔξω τῶν κρισίμων γένηται, μὴ δίδου.

4.5 *Huic aquæ, mulsáq; cocta, & aquosa, quantum voluerit, bibendum dato.* 4.6 *[Quod si amarum fuerit os, vomere confert: & aluum subluere.* 4.7 *Verùm si ad hæc non aperiatur, lac asinæ coquẽs purgabis.* 4.8 *[Salsum autem nihil neque acre offerre, non enim suffert.* 4.9 *[Sorbitionem verò, donec extra iudicationes fiat, non dabis.*

Constat Hippocratem hic earum solùm febrium curationem instituere, quæ acutissimæ sint exactè, neque durare possint, diutiùs quàm quatuor aut quinque dies. Nam dicit, sorbitiones verò donec extra iudicationes fiat, non dabis. Itaque loquitur de iis, qui sola aqua, aut mulsa, possint transigere vsque ad iudicationes, de quibus anteà, de mulsa agens, dixit: qui igitur vtitur melicrato sine sorbitionibus pro reliquo potu in his morbis, in multis aget prosperè, & raro infeliciter. Verùm hic victus nullis potest esse sufficiens, qui vltra primum quaternarium sint ægrotaturi. His iubet aquam solam, aut mulsam, eiusque quantum voluerit, & nullam aliam sorbitionem, nihilq́ue salsum, neque acre offerre, atque si os amarum sit, facere vt vomat, atque aluum subluere clysteribus, aut asinino lacte. Verùm in hac curatione sunt quædam digna animaduersione. In primis neque aqua neque mulsa videtur talibus satis idonea, vtraq; enim anteà est damnata, quasi biliosis sit biliosa: eos verò qui ægrotant exactè acutissimè, constat esse biliosos. Potiùs lac quodcunque videtur forte his noxium, quia vt in aphorismo dicitur, malum est febricitantibus, præcipuè quibus biliosæ alui egestiones in febribus acutis: dictum verò est nuper, in his esse solere deiectiones liquidas, & pallidas, quæ sæpè biliosæ sunt. Præterea si expurgandi vim habet id lac, malè videtur ante iudicationes præberi, cùm [illegible] uenda non sint, & vt Galenus in h[illegible] Commentariis dicit, euacuationes [illegible] concoctionibus. Præter hæc est anim[illegible] gnum, nullam hic missionis sanguinis mentionem fieri, cùm in ardentissimis febribus nullum excogitari remedium melius posse Gal. qui Hippoc. vestigiis tantoperè insistit, affirmet. Certè his neque aqua, neque mulsa dantur, vt medicamenta, sed pro victu, vt diximus, quia qui tam acutè febricitant, non indigent alio alimento. Et vtraque causa, quia inquam, tam acutè febricitant, & quia biliosi sunt, datur eis mulsa aquosa. Nimirum hæc, quàm meracior, nutriens minùs est, & biliosa minùs. Neque sanè vt est morbus acutior, ita semper est homo biliosior, sed præter ipsam acutiem, & constitutionẽ febris, est opus aliis signis, quibus agnoscas quàm sit biliosus. Nam multitudo succi, etiam biliosi, facit nonnunquam ad morbi longitudinem, paucitas ad breuitatem, & cum exustione ad acutiem. Proinde Hippocrates addit, quòd si amarum fuerit os, quasi non semper amarum sit, neque semper qui ita febricitat, sit biliosissimus, & cùm amarum non est, dari debeat aqua & mulsa, cùm verò est, satius fuerit pro aqua dare poscam dilutissimam, & pro mulsa oxymeli, aut etiam acetosum dilutissimum. Atqui melicratum in picrocholis solum vituperatum est anteà: picrocholi verò præcipuè dicuntur, quibus os est amarum. Tribuit itaque Hippocrates mulsam, quibus amarum non est os, tribuit verò coctam, quia minùs est flatuosa, flatus verò intestinis stercore vacuis, & nullo alio cibo vtentibus, esse posset noxius. Fortasse etiam quia minùs nutrit quàm cruda, & aquæ vicinior est. Sed hoc leue est, quia, vt ipsemet dixit, non adeò nutrit cruda, vt indigeat aliquando, vt hoc emendetur. Datur ergo cocta, quia minùs flatuosa. Quare cũ nunc coctam esset daturus, & vitaturus crudam, non oportuit fortasse priùs dici, tam exiguò interesse, crudam an coctam quis daret, si mel esset bonum: nam etsi sit optimum, censet nunc coctam dari. Censet verò dari quantum voluerit ægrotus, quia leuissimi nutrimenti est mulsa, vt vnciatim detur sola. Potus verò in ardentissimis febribus non debet esse parcus,

parcus, quia in hoc febria geuere, ex magnitudine caloris periclitat̃ homo magis q̃ ex re vlla alia. Po-
nimus enim febrem esse citra inflammationem vllam partis iureruæ, neque aliud, quàm maximam & ardeutissimam. Præcipuus igitur scopus fuerit attemperatio. Quapropter in hac febre magis q̃ in vlla alia, agendom est ob ipsam intemperiem, & ini ads ob causam. Proinde maiori licentia vtendum est potu: atque vt crescit febris, crescere licantia debat: cumque vt erefeit febris, crescanr concoctionis notæ, fiet vt oportet, vt aquę potus liberior sit, cùm coueoctio succi iam processit, & euacuationis tempus iam instat. Lac his nõ admodum expediẽs est, omnium tameu eius generom, optimum est asininuio. quia maximè serosum, ac proinde attemperaua & expurgans maximè. Verùm si asininum lac optimum, quia serosum, melius erir solo sero vti. Hippocrates verò fortasse asinino lacte vti voluit, vt sorbitioue unrriente simul & expurgante vteretur, & alioqui minimè noxia. Expurgatione insigni Hippocrates non vtitur (ea enim periculosissima [illegible] in hoe febrium genere) sed pro ea vtitur clystefieri pos[illegible]ili alui subductione, iuxta id quod libel dum ortum [illegible]gantibus medicamentis ipsemet scri-re poterit. V[illegible]is: Quicunque igitur à febribus forti-[illegible]untur, his medicamenta purgatoria da-re nou oportet, donec remiserit febris: sin minùs, saltem non intra quaruordecim dies. Carues euim eorum & ventres, cùm calidi sint, medicamantum assumunt, & nihil depurgautur, & febris maior fit. Er rursum: Quapropter iu febribus vehemẽtibus, medicamenta purgatoria exhibere nõ oportet. Verùm si alicui opus fuerit, infusum per clysterem exhibere potes, quotiescunq; volueris. Hoc enim minoris periculi est. Sequutus itaq; hic cõsilium hoc, medicamentum verè expurgans non tribuit, nequa tamen omnino abstinet ab aluum subducentibus. Quia bilis redundans facilè educitur, & magno cum periculo detinetur interiùs: Concoctione verò in his febribus minùs opus est, q̃ iu aliis. Quæ enim exquisitè ardans est, ex bilis vstione magis pendet, quàm ex cuiusquam sucei putrescentia: ad ea verò quæ vruntur, non vt ad ea quæ putrescunt, concoctio desideratur, sed attemperatio. Concoctio eoim putrescentiæ est contraria, non vstioni. Sad vt putrescẽtiam concoctio, ita vstionem cohibet attemperario. De missione sanguinis Hippocrates hìc uihil dieit, dicturus tamen est paulò pòst, in omni acuto morbo esse ea vteudum, si adsit robur, & florens ætas. Posse verò robor adessa ita febricitanri, multò maius, q̃ multis aliia diuturnis passionibus affectis, in qoibos mittitur, dubiũ non est, & à me est mostratum lib. 7. Contr. vbi indicaui esse in febribus ardentibos nonnunquã vtilem, vel vsque ad deliquium animi doctam, quia pariter est & euacuaus & refrigerans auxilium. Da his quæ Hippocrates docet, hæe nosse oportet. Sed quouiã ille solùm eam ardenrem febrem eurat, quæ primo quarernario finiatur, sont autem plurimę quę vltra secundum produeuntur, uõ erit inutile, me à commenratione liberum, rarionem euraodi febres ardentes breui nunc perstringere, & febris huius peeuliarem methodũ docere. Ea est, in intemperiem ipsam intueri, moltò plùs quàm in vlla alia febra, ac proinde aquæ potu largiùs vti, & aerem attemperarc irrigatione, fontibus, & straris folus, & veotilatione, & si quid aliud homioes excogitaoerint. Cibi quoque qualiras huc spectet. Procuretur tamen iu primis frigida iuspirario: Procuratur præter dictam aeris attemperationem, admotis uaribus, & ori, quæ aerem ingredientem refrigerent: aut frigidis quibusdam, vt aqua, aut posca, aut lactucę folio, peponisve frustulo, ore detentis. Hæc anim omnia recreant facultatẽ, sitim sedantia, & febri obsistunt, iuspirationem temperautia. Est verò hoc omnium quæ hac intenrione fiunt, vtilissimũ, quia propiùs quàm alia omnia accedit ad cor. Vr igitur pulmonis intemperies omuium citissimè, afferre potast corporis ariditatem, ita eius attemperatio maximè ab ea præseruare: huc etiam spectant frigidorum cordis epithematum admotiones, & balnea aquæ frigidæ. Verùm etsi in attemperatione est curatio hæc, magis quàm vllius alrerius febris, non tamen est in ea sola. Nam neque intemperies, etsi sit maxima, est nuda, sed pendens ex bile: studeudum ergo est illius euacuationi, ad quam natura nñ æquè adminiculatur à principio, atque posteà. Proiude attemperautibus uõ tanta licentia vteodum à principio, ac postcà quàm concoctionis quædam notæ (tenues euim noræ in tam biliusis morbis sunt satis) apparere incipiant. Tametsi enim non coquatur bilis syncera qoæ vrirur, vt alii succi qui putrescunt, tameu natura cæca hos quoque retiner, tantatque coquere, atque cùm id non potest, demittit, deponitq; tuuc in vrinas quasdam nubeculas, partim ex bile victa, partim ex cibis. Tunc ergo ad attemperatiouem in his conuerti possumus tam audacter, vt omnia quæ dicta sunt tentemus, & embrochis inuuctionibusque frigidis vtamur, atque adeò nisi homo vinosus valde fuerit, vt repugnet eonsuetudo, aut inflammarionẽ aliquam internam habeat, aut sir naturali calore debilis, aut insignem habeat partis cuiuspiam nobilis debilitatẽ, cogendus sit ad eopiosissimum frigidæ potum. Ita enim fir, vt extinguatur febris, arqoe bilis vomitus succedat, ab aqua qoam ventricolus nou possit capere, aut deiectio humida, ab ea quam intestioa recipiaot, aut copiosus sudor, ab ea, quæ à calidis corporis partibus affarim rapiarur. Missionis sanguinis duplex est occasio. Nam & primis diebus mittitur, vt bilis aliquid cum sanguine exeat, & minos subsit in venis sanguinis, qui procedente alteratione bilescat: mittirur etiam postquam febris venit ad summum, si virrus constar, & dictorum aliquid desit, vt minùs dari possit eopiosua aquæ potus. Tunc verò mittitur vsque ad deliquium animi, vt simul & euaeuetur causa, & refrigeretur corpus. Expurgationis etiam est oceasio duplex, à principio enim si os amarum sir, & biliosum aliqoid in intestina ioclinet, vteodum vomitione ex aqua (si q̃d ax frigida timeas) tepida, & clysteribos mediocribus; aut etiam cibo aliquo leui (si plurimùm videatur redundare) vt mercurialis decocto, casiæ medulla, diapruno vocato, sero magna quantitate accepto. Et alioqui, si turgeat mareria, quacunq; die vrere expurgatione: Nunquam tamen in hac febre ex scammonio, aut id recipientibos medicamẽtis, aut deuique aliis quæ acerrima sint, sed ex medioeribus, vt rhabarbaro, ex sero lactis, aut serapij rosati multarum Infusioonm, momẽto. Præter has autem oceasiones expurgandum non est, antequam exactus sit summus vigor. Sed nequa expurgatio

secunda hac occasione tentanda est, si iudicatio sufficiens antecessit, neq; missio sanguinis illa postrema, si instantis iudicationis apparēt notę, ac de medicamentis sanè vidatur dictum satis (non enim multa eorum copia est in hanc curationē insumenda) nisi quę symptomata intercurrant, quibus propria curatione occurrere opus sit, vt si capitis dolor, peruigilium, aut dalirium, cogat oxyrrhodinō capiti admouere, aut somniferum aliquid propinare: aut partis euinspiam alterius dolor, anodynum admouere: aut ob aliud quiduis, aliud aliquid facere. Cæterùm quod ad victum attinet, non potest cum sola aqua, aut mulsa, vsque ad summum vigorem ægrotus transigere, nisi febris quatuor solùm dierum fore prænoscatur, quędam verò ardentium attingunt etiam quatuordecimum diem: proinde dandum ast aliquid præterea, plus aut minus, vt longior aut breuior est futura febris: quidquid autem detur, frigidum & humidum sit, aut saltem nō calfaciens, neque siccans Si igitur quatuor dierum sit futura febris, vtetur homo sola lactuca cruda, aut cocta, aut malo punico: Si verò septem, tota ptissana, aut pulli carnibus: & vesperi solo iusculo, aut lactuca, ferè sine vllo pane: Si quatuordecim, bis potest gustare pulli carnes, aut semel has, & ptissanam totam, aut copiosam lactucam cum pane. Licet his omnibus concedere melopeponem, pruna, & alia huiusmodi.

Κἢν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῇ, λύεται τὸ πάθος, κἢν ἱδρῶτες ἐπιγένωνται κριτικοὶ γνήσιοι μετ' οὔρων λευκῶν καὶ παχέων, καὶ λείων ὑφισταμένων. κἢν ἀπόστημά τι γένηται. ἢν δ' ἄνευ τούτων λυθῇ, ὑποστροφὴ πάλιν ἔσται τῆς ἀρρωστίης, ἢ ἰσχίων, ἢ σκελέων ἄλγημα ξυμβήσεται, καὶ πτύσεται παχέα, ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι.

Atque si ex naribus fluxerit sanguis, soluitur passio, atq; si sudores superuenerint critici legitimi, cū vrinis albis & crassis, & leuibus subsidentiis, atq; si abscessus aliquis fiat. Si verò absque his soluatur, recidiua rursum erit infirmitatis, aut coxæ, aut crurū dolor accedet, & spuet crassa, si sanus futurus est.

Nomine abscessus video Hippocratem variè admodum vti: nonnunquam enim significat apud illum, omne illud in quod morbus aliquis abit, vsq; adeò, vt & permutationes febrium in alias febres, vocentur abscessus, vt cùm dicit, abscessus in quartanam fiet: aliquando significat abscessum succorum in vnam aliquam partem, vt cùm dicit, abscessus expectatur ad articulos. In hoc genere sunt dolores omnes, & tumores partium quarundam, qui ex aliis morbis fieri solent, sociis in quasdam partes decumbentibus. Horum abscessuum quidam intra ipsos fines morborum acutorum, aut saltem decidentium ex acutis, q ad quadragesimum vsq; produci solent, fiunt & soluuntur, vt parotides quę in ipsis acutis febribus fieri solent, & quædam erysipalata, ac quidam etiam phlegmones. Quidam autem diuturni abscessus solent ex morbis acutis manare, adeò vt quidam annui, quidam multorum annorum sint, quidam etiam toto vitæ tempore durent. Vt scirrhus aliquis hepatis, aut lienis, coxæ dolor, podagra, aut chiragra: quidam etiam claudi manent, aut cæci, aut parte aliqua resoluti, aut aliud huiusmodi habentes. Hoc loco abscessus nomine priores solùm intelligit, vt ita dicamus, breues & acutos abscessus. Nam cùm dixisset, atque si absessus aliquis fiat, addit, si verò absque his soluatur, recidiua rursum erit infirmitatis, aut coxæ, aut crurum dolor, quasi hęc abscessus nō sint, aut quasi non sint, quales ij, quos ille abscessus nomine nunc intelligit. Diximus missionem illam sanguinis copiosam, non esse faciendam, cùm crisis signa apparent, neque expurgationem, cùm præcesserit. Nimirum in hoc febris genere magna est habenda ratio indicationis, quia fieri sæpe solet: Acuta enim multò magis quàm diuturna iudicantur. Verùm non omnes iudicationum modi æquè congruunt omnibus morbis, sed quidam quibusdam. Proinde nūc docet modos, quibus solui solet sponte, & per iudicationem dicta febris. Fluxum sanguinis ex naribus, & sudores dicit ad eam soluendā esse accommodatissimas iudicationes, quia scilicet ex venis & arteriis toto corpore consistentibus, calidos succos optimè exhauriunt. Neque tamen hæc vtcunque fiant, soluunt morbū, sed si, vt oportet bonas iudicationes fieri, legitimè scilicet, & cum signis concoctionis. Legitimè fieri intelligo indicationes, quæ diebus decretoriis fiunt, & in indicibus præmonstratæ. Nam iudicationibus nō minùs mori solent homines, quàm liberari: interimunt enim quæ malè fiunt, liberant quæ bene. Fiunt autem bene, quæ legitimè, vt dixi, & cum signis concoctionis, quæ per febres in vrinis præcipuè spectari debent. Vrinæ verò coctæ sunt, quæ subsidentias habent albas crassas, & læues. In Prognostico dixit, æquales: hîc tacuit: fortasse quia æqualitas non potest vnica inspectione considerari, sed secundùm tempus est. Hîc dixit crassas, quod illic non dixerat. Nihil refert. nam necesse est, albas læues & æquales concoctione factas, statim esse crassas, cùm cōcoctio crassitiem pariat. Quæ ergo optimè soluuntur, ardentes febres, ita soluuntur. Non tamē omnes soluuntur optimè: quæ ab hac solutione deficiunt, solent solui abscessu, vt parotide, bubone, aut erysipelate. Euenit verò nonnunquam febrem solui, & nihil horum fieri, aut nihil horum bene fieri: quæ solutio tuta nō est, quia causa intus manet, ac propterea recidina fit, aut abscessus aliquis diuturnus, vt coxæ dolor, si febris causa ad inferna potius, & sputa crassa, si ad superna inclinauerat. Si sanus (inquit) futurus est, quasi dicat, alioqui sanus non fiet. Sed dices, si nihil horum fit, homo sanus non fiet, si hæc fiunt, soluitur passio: nihil ergo debet Medicus facere, sed expectare solùm, vt ægroti sponte sanescant. Certè sæpe multò paucioribus opus esse q̄ Medici faciant, non nego, non tamē omnino res est permittenda naturæ, ac multò minùs in acutis, quæ facilem habent, in hanc & illam partem, mutationem, & cùm non omnino tutò videtur res procedere, bene facit artifex, euacuationes interponēs, quæ iudicationum vicē supplere possint. Itaq; cùm dicitur, soluitur passio si hæc fiunt: & his opus esse, si sanus futurus est, intelligere debes, si sponte, & non artis opera sanus futurus est. Potest enim ars iudicationes anteuertere: & citra iudicationes, & priores abscessus soluta febre, anteuertere recidinas, & abscessus diuturnos. Porrò nosse oportet, etsi præcipuas iudicatio-

iodicationes febris Hippoc. recensuerit, non tamen recensuisse omnes quæ fieri possunt: Soluuntur enim nonnunquam, etsi minus tutò, fluxu alui.

Καῦσος ἕτερος ἄλλο, ἡ κοιλίη ὑπάγεται, δίψης ἰσχυρή, γλῶσσα τρηχέη ξηρή, ἁλυκώδης. οὔρων ἀπόληψις, ἀγρυπνίη, ἀκρωτήρια ἐψυγμένα.

Causi genus aliud, aluus soluta, sitis magna, lingua aspera, & sicca, salsa, vrinæ defectus, vigilia, refrigerata extrema.

Hic causus ex salsa pituita fit, proinde minùs ardens febris est quàm prior, diuturnior tamen, & solutu difficilior, ac proinde non minùs periculosa. Dicitur febris ardens ob accidentia quę habet communia cum priori, sitim scilicet magnam, linguæ asperitatem, & siccitatem. Non tamen est, in hac atrium, nigra, sed alba & salsa, ob pituitam scilicet talē. Vigiliam etiam affert, quia etiamsi subiecto frigida & humida est omnis pituita, salsa verò putrescentia est facta, calfaciens & siccans. In salsę pituitæ redondantia fieri solent diarrhœæ, ac nonnunquam etiā dysenteriæ ob corrodentem salis qualitatem (nam & in clysteres hac causa solet infundi sal) & quibus hac causa dysentariæ, aut diarrhœę fiunt, solent fieri dysurię, hoc est difficiles mictiones, aut vrinę defectus. Nam si diarrhœa plurimùm fluit, hoc ipsum est satis vt vrina minuatur: sin autem dysenteria fit, eàdem ratione fit vrina, quæ alioqui etiam salsa est, valde nunc salsa & mordax, vnde stranguria fit, homine nitente assiduè, & guttatim demittente vrinam. Refrigerata verò extrema fieri dicit Galenus, non semper in hac febre neq; à principio, sed cùm euenit, cum ea esse internam aliquam, eamq́ue magnam, inflammationē. Mihi verò videtur, si res ita intelligatur, signum hoc, non solùm non esse pathognomicum, sed neq; superueniens, neq; assidens familiare, sed superueniens per accidens. Nō minùs enim potest cuicunque alteri febri accedere interna inflammatio, quàm huic, neq; minùs potest accedere huic aliud quiduis, quàm inflammatio interna: quasi in signis huius febris ponas podagricos dolores: possunt enim superuenire. Proindę ergo aliud quiddam intelligo quod huic causo accidit, ob succi speciem, potiùs quàm priori. Nimirum habet quotidie febris hæc exacerbationem, ea, etsi à rigore, horrore, aut insigni frigore nō incipit, quia intermittens non est, tamē ob crassitiem, & cruditatem succorum, incipit à quodam tepore carnium, & anhelitus, & pulsus constrictione, quam vocamus annotationem compressam. Hoc vocat frigus extremorum, quod febris huius proprium est, etsi nō inseparabile. Continget fortasse tibi his auditis dubitare, cur nō omnis febris ex pituita, fit huiusmodi. Dicunt enim medici pituitam putredine salsam fieri, pituitamq; putrescentem febrem facere, & citra putredinem nunquam: omnis ergo pituita febrem faciens, salsa fuerit: Certè non est, sed putrescit sæpe pituita non fiens salsa, & sæpe fit salsa, non faciēs febrem, ac nonnunquam salsa priùs facta, putrescit denuò & febrem facit. Sed quo pacto hæc, si putredine fit salsa? Quidam dicunt, mistione etiam amari succi, fieri posse pituitam salsam, quod certè fieri non possit, nisi quàm minimum sit quod admisceatur amari, tam minimum autem cum tam multa pituita, haud multum videtur posse ad corporis affectiones, quas ex salsa pituita oriri videmus. Sed hoc habeat vtcunq;. Nulli sunt qui negent, putrescentia fieri solere pituitam salsam, etiam cùm non fiat febris, quare dubitatio vtrisque occurrit. Mihi videtur, pituita quadam putrescentis posse fieri salsam, sine febre, quadam etiam febrē facere: velut bilis, vstione aliquando abit in atram, febrem non faciens, quod maniacis euenit, aliquando vstione facit febrem, nunc antequam in atram abierit, nunc etiam postquam abiit. Causa ergo est in modo putrescendi, & vrendi. Nimirum vt lignum cum lentè vritur, nulla flamma in cineres paulatim abit, si verò celerius vratur, flammam ex se producit conspicuam, ita est quædam putrescentia lenta pituitæ, quæ nullam febrem mouens, eam facit crassiorem & salsam, & quędam vitio bilis quæ citra febrē etiam eam facit terream, & atram. Qua causa, non semper, quæ salsa fit, mouet febrem, dictum est. Sed cur, quæ febrem mouet pituita, nō semper salsa fit, nondum est dictum. Ligna enim etiam cum magna flamma vsta, abeūt in cineres. Certè huius causa est in materia: quædam enim pituita est ad aquā solam pertinens, & terræ minimè particeps, quæq; etsi putrescat, salsa non fit, vt plurimę aquę lacunares: quædam est etiā terreæ exhalationis particeps, & proinde facile salsescēs, vt & marina. Pituita itaque, non quæcunq;, sed talis, putrescendo salsa fit: putrescentiā verò esse, vel ex iis quæ in nostris corporibus, cùm salsis abundāt, experimur, licet agnoscere: pessima enim cacochymia est ex salsa pituita, & capillorum decidentias, pessimos lichenas, vlcera cacoethe, & multa alia Gallico morbo similia, facit: superputrescens verò (vt ita dixerim) sautius, causos affert, habentes quæ diximus.

Τῷ τοιούτῳ ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τὸν τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, καὶ πτύσματα παχέα πτύσῃ. ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίνεται. ἢ ἰσχίου ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, οὐ κρίνεται. καὶ ὄρχις ἐνταθεὶς, κριτικόν.

Huic nisi sanguis ex naribus fluxerit, aut abscessus circa collum fiat, aut crurum dolor, & spuat sputa crassa (hac autem adstricta aluo fiunt) aut coxæ dolor, aut pudendi liuor, non iudicatur: & testiculus intentus, iudicatorius.

Solutiones spontaneas huius causi secūdi, commemorat Hippocrates. Considere autem, plurium euacuationū meminisse in superiori causo, in hoc verò plurium abscessuum. Nimirum quò morbus ex calidioribus, & tenuioribus pendet, eò ad euacuationes est paratior, quò ex contrariis, eò ad abscessus. Hic proinde fluxus sanguinis solùm meminit, quanquam & alui fluxus possit opitulari, ac fortasse etiam sudor. quanquam sudor in hoc minùs quàm in priori: alui fluxus non minùs, quin vt ego arbitror, aliquantò plus, quia crassa ad euacuationem quæ per inferna agitur, sunt magis accommodata. Quin etiam hinc colliges, alui fluxionem posse liberare ab hac febre, & præseruare ab abscessibus. Nam dicit, aut abscessus circa collum fiat, aut crurū dolor, & spuat sputa crassa. Hæc autem adstricta aluo fiunt. Ergo aluus soluta, facit, vt hæc nō fiāt,

Sed qua ratione? certè non alia, quàm euacuando succos, qui in eas partes erant abscessuri: illi verò erant, qui febrem fecerant (alioqui abscessus illi febrem non soluerent) ergo fluxus alui potest febrē illam soluere. De reliquis abscessibus quomodo fiant, dictum nuper est. Liuor pudendi fit, pituitosis succis in illud incumbētibus: Atqui profectò nonnunquam liuor verus fit, isq; significat partis mortificationem, quæ nonnunquam euenit ob succi malignitatem, atque ita nonnunquam à malignis febribus partium amissiones fiunt: Nonnunquam verò ex pituita fit color quidam albidus, quodammodo in liuorem inclinans: atque quibusdam hic succus absumitur, quibusdam inde in testiculū deriuatus, eum in tumorem attollit: quin etiam quibusdam illæso pudendo, tumescit testiculus.

Ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.

Sorbitiones tractorias da.

Galenus valde hæret, non intelligens, quas possit vocare Hippocrates sorbitiones tractorias. Nam sorbitiones vocauit toto hoc opere, eas solùm quæ nutrimenti gratia capiūtur, illæ vero tractoriæ quę sint? tractorium enim medicamētum esse videtur, sorbitio verò alimentum. Mihi non videtur absurdum, sorbitiones etiam vocari medicamenta quæ sorbendo accipiuntur, etiāsi hactenus de cibis sorbilibus id nomen dictum sit: medicamēta verò tractoria sunt quæ vim habent expurgandi: itaq; consulit ita affectos expurgare. Quid ergo? mox est expurgandum hos, ardente adhuc plurimùm febre, succis non antea extenuatis, neq; laxatis viis? non certè. Sed etsi Hippocrates dixit, in acutis passionibus sorbitiones tractorias da, tu debes intelligere, seruatis omnibus præceptis, quæ ad rectè peragendā expurgationem pertinent. Hippocrates verò significat tibi, in hac febre plura agenda esse propter causam, quàm in priori, vt propter intemperiem, pauciora. Itaque vacuandum plùs, attemperandum minùs: ac proinde expurgationis maior vsus est quā in priori, pharmaca verò sint phlegmagoga.

Τὰ δ' ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτοῖσιν.

In acutis autem passionibus sanguinem mittes, si fortis appareat morbus, & qui habent, vigentes sint ætate, & robur ipsis adfuerit.

Cùm sanguinis missionis in neutro causo Hippocrates meminisset, quia à neutro expetitur per se, cùm vterque ex cacochymia fiat, alter biliosa, alter pituitosa, fieri tamen debeat in vtroq; ante expurgationem si vires ferant, vel vt expurgatio agatur meliùs: dictis iis auxiliis quæ peculiaria vtriusque causi esse videbantur, nunc de missione sanguinis, quæ commune omnium magnorum est, agit. Quasi diceret, etsi in neutri causi curatione memini nimis missionis sanguinis, tamen agenda ea est in vtroque, quia in omni acuto oportet sanguinem mittere, si morbus appareat fortis, & qui eum habent, sint in vigenti ætate, & robur ipsis affuerit. Hos vocat scopos mittendi sanguinem Galen. de quibus à me etiam est fusius scriptum 7. lib. Cont. indicatum verè atque vtiliter admodum dici hos scopos, non solùm quòd sine his missio sanguinis agi nunquam debeat, sed etiam quòd his præsentibus agi semper debeat. Huius verò summa causa est, quòd omnis magnus morbus, desiderat magnū aliquod auxilium, nullum autem est auxilium magnum, quod non agatur multo meliùs misso priùs sanguine, quàm non misso. Nam siue expurgādum est, siue diureticis vtendum, siue fortiter fricandū, siue in partem quampiam reuellendum, siue calfaciendum, refrigerandum, secandum, aut vrendum, vacuatis venis agetur meliùs, quàm plenis. Quod si quando dimittitur sanguinis missio & aliud quidpiam agitur, id certè fit, vel quia euenit corpus satis vacuum esse, aut quia times ne facultas non possit sustinere, & missionem sanguinis & reliqua auxilia: perinde autem est, vacuum satis esse corpus, aut si non est adeò, sanguinem mitti. Non enim negabis, cacochymiam petere expurgationē: etiamsi ea vti desinas, quòd diarrhœa anteuerterit. Ita si cui per morbum magnum venam eras secturus, ex naribus fluere anticipauit, aut aliter vacuum fieri corpus, non mittes sanguinem, missum tamen putabis, neq; negabis proinde sanguinem mitti in omni morbo magno. Certè ad ipsam de scopis doctrinam, non opus fuisset dicere in omni morbo acuto, nō enim in acutis solùm, sed & in diuturnis mitti debet, si vires ferunt, & morbus vehemens est. Dicitur enim vehemens, qui aut ob magnitudinem essentiæ propriæ, aut partis naturam, aut ob malignitatem infert periculum, constat verò id in diuturnis etiam accidere, cùm ex illis moriantur multi. Verùm Hippocrates dixit, in acutis passionibus, quia de iis erat sermo institutus. Cùm tamen dixisset, in passionibus acutis, haud erat opus addere, si vehemens appareat morbus: nam à morbo acuto non potest abesse vehementia, cùm in ratione acuti sit, ob celeritatem inferre periculum: sed voluit Hippocrates, etsi de acutis solùm asset sermo, communes omnibus morbis scopos mittendi sanguinē docere. De quibus, hæc me dixisse nunc sit satis, si quis ea coniungat cum iis, quæ loco citato ex Controuersiis, diximus.

Ἢν μὲν οὖν συνάγχη ᾖ, καὶ ἐκλείκτοισιν ἀνακάθαιρε, εἴτ' ἄλλό τι τῶν πλευριτικῶν. ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται, ἢν καὶ πλέον τοῦ αἵματος ἀφέλῃς, κλυσμῷ κατὰ τὴν κοιλίην χρέεσθαι, διὰ τρίτης ἡμέρης, ἕως ἂν ἐν ἀσφαλείῃ γένοιτο ὁ νοσέων, καὶ λιμοῦ χρήζῃ.

Si igitur angina sit, ecligmatis purga, siue aliud quodpiam pleuriticorum: si autem debiliores videantur, & plus sanguinis detraxeris, clystere vti per aluum tertio quoq; die, vsq; dum in tuto sit ægrotus, & fame indigeat.

Non erat hic locus agendi de pleuritide neq; de angina, vtpote propria loca alibi habentibus. Nam de illa actum iam satis est: de hac, agetur postea proprio capite: interposuit tamen ea, vt exempla acutorum, in quibus mittendus est sanguis: & transgressionem, ad dicenda mox, faciens, addit, vt sit in eis à sanguinis missione expurgandum. Nimirum catalogum est facturus mox, acutorum, in quibus vtraq;

vtraq; euacuatione opus est, dicturusq; quo ordine sint facienda. Nunc itaque dicit, si angina sit, siue aliqood alıud pleuriticorum, mittendum esse sanguinem (hoc dicit per insinuationem) atque à misso sanguine expurgandum: si verò plus sanguinis detraxeris, quàm vt eo datracto sustinere possint expurgationem, quòd debiliores esse videantur, abstinebis ab expurgatione, vterisque clystere per aloom, tertio quoque die, aut fortasse singulis diebus, aut aliter, vt res exiget. Hoc enim exempli gratia dicitur. Durabit autem hæc alui subductio, vsq; dum in tuto sit ægrotus, & fame indigeat: hoc est, vsque dum ægrotus in morbi incliuationa sit. Nam constat eodem tempore eum dicere ęgrotum in tuto esse, & fame indigere. At verò in tuto nullos ægrotus est, vsque dum morbus manifestè inclinat (in omnibus enim aliis temporibus mori potest) in eodem ergo tempora dicitur, fame indigere: certè quis tunc primùm indiget cibis (nam prius sorbitionibus aut potionibus agendum est) atque ad cibos capiendos indiget fame, id est, ciborum appetentia. Nimirum quibus cibo non est opus, neque fame opus est. Quare ego iis quos tenuiter cibari volo, non admodum curo appetentiam prouocare. Sæpe enim talibus noxia est, quòd in cibi quantitate delinquant. Itaque iubet Hippocrates perseuerare in clysmatum vsu, vsque ad morbi remissionem manifestam. Dices, videri, quod nunc dicitur, pertinere ad errata: quia dicit, si debiliores sint qa plus sanguinis detraxeris: in his verò morbis qui ad spiritalia membra pertinent, non debet vsque ad debilitatem magnam missio sanguinis produci, quia oportet ad thoracem perpurgandum seruari facultatem, etiam animalem: hæc verò labascit multò citiùs, quàm naturalis. Certè hoc ita est, neque tamen de erratis nunc agit: Nam etsi missio sanguinis vsque ad deliquium animi duci non debeat, potest tamen duci vsque dum expurgationem nō possit sustinere, ne scilicet ab expurgatione, post missionem sanguinis facta, in deliquium agatur, in quod missione sanguinis actua non sit. Timeri enim debet deliquium in his à quacunque euacuatione, magis quàm ab expurgatione. Dixit Hippoc. obiter, si angina sit, ecligmatis purga, quasi ex ipso anginę & pleuritidis nomine, in memoriam venerit quiddā eis morbis peculiare. Ecligma vocatur quod linctui est aptum, vt serapium crassiusculum, neq; dilutum. Ad hepar enim, & totas venas, ac arterias, ad caput & renes, ac deniq; partes alias longè ab ore positas, dilutis vtimur, vt penetrent: non dilutis, solùm vtimur ad ventris affectiones, & asperæ arteriæ, ac pulmonis: verùm neq; ad hæc eodem modo, sed ad ventrem affatim deglutiendo, ad arteriam lingendo, vt & gula quà cum arteria vnita est, delinatur, & aliquid etiam defluat ita acceptum in arteriam, itaque maximè ecligma vocetur, ab accipiendi modo, quod ob arteriam accipitur.

Φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια μὴ πνευμάτων ἀπολήψει, φρενῶν ἐντάσιας, ἢ πνευμάτων περιστάσιες, ὀρθοπνοίης ξηρῆς αἷσι μὴ πῦον ὕπεστιν, ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος τὰ παθήματα ταῦτα ὑπογίνεται. μάλιστα δὲ ἥπατος περιωδυνίαι καὶ σπληνὸς βάρεα καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε καὶ ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίαι τε καὶ ξυστροφαὶ νοσημάτων, οὐ δύναται λύεσθαι, ἢν τις πρῶτον ἐπιχειρέῃ φαρμακεύειν. ἀλλὰ φλεβοτομίη τῶν τοιούτων ἡγεμονικόν ἐστιν. ἔπειτα δὲ ἐπικλυσμὸν, ἢν μὴ μέγα καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ. εἰ δὲ μὴ καὶ ὕστερον φαρμακείης δεῖ. δεῖται δὲ ἀσφαλείης καὶ μετριότητος, μετὰ φλεβοτομίην φαρμακείη.

Inflammata hypochondria non spirituum interceptione, septi transuersi intentiones, aut spirituum protensiones orthopnœa sicca, quibus non subest pus, sed ab spirituum interceptione passiones hæ fiunt. Maximè autem hepatis dolores, & splenis grauitates, & alij ardores, & supra septum transuersum dolores, & morborum collectiones, non possunt solui, si quis primùm tentet expurgare. Sed vena sectio in talibus principalis est. Deinde autem clysteribus agendum, nisi magnus & fortis morbus sit, alioqui postea opus est expurgatione. Indiget autem securitate, & mediocritate, expurgatio, post missionem sanguinis.

Quandoquidem in omni morbo magno, cōstantibus viribus & ætate, mitti debet sanguis, & expurgatio, quæ leuis non sit, magnum auxilium est, ac proinde nisi in magnis non faciendum, cōstat cùm expurgatione est opus, mittendum quoq; esse sanguinem, si possit facultas vtrunque bene ferre: cùm autem non potest vtrunque, sed alterum solùm faciendum est, tunc idea morbi & succi consideranda, quæ per se in hoc aut illud magis inducat. Nam etsi omnibus magnis, quibus expurgatio est necessaria, vtilis etiam est missio sanguinis, tamen non omnibus est missio sanguinis principalis, sed quibusdam ea, quibusdam expurgatio: nimirum morbis qui ex multitudine pendent, missio sanguinis, qui ex cacochymia, expurgatio principalis est: remedium scilicet, quod per se à tali morbo expetitur, & quod maximè illius causam potest extirpare: ita quoque si morbi partim ex multitudine, partim ex cacochymia pendent, vtrâque euacuatione indigent, principalis autem est hæc, aut illa, vt in hoc aut illud inclinat morbi causa. Sanguinis missio, in quibus vtrâque euacuatione est opus, præire debet, quia vt diximus, omnium, quibus ad eam rem vti possis, optimum præparat ad expurgationem. Maximè autem id obseruandum, in quibus missio sanguinis est auxilium princeps. Quia cùm in alijs vtilis sit admodum missio sanguinis ante expurgationem: in quibus autem ipsa per se indicatur: non solùm vtilis est, sed, vt quis dixerit, solui non possunt, si quis primùm tentet expurgare. Dico autem, solui non possunt, non quòd necesse sit omnino immedicabilem fieri morbum quemcunque talem, si quis per imperitiam primùm purget, sed quòd magnoperè erretur, & non tantùm non leuetur morbus, sed grauior fiat, aliquādo quidem tantus, vt hanc ipsam ob causam moriātur ęgroti. Igitur facit Hippocr. nunc catalogum morborum acutorum, in quibus missio sanguinis principale auxilium est, dicitq; mittendū esse sanguinem ante expurgationem, deinde expurgādum si res exigat, aut clysteribus agendum, si id videatur esse satis. Interim vtilissimam quandam animaduersionem

tradit ad expurgationem post missionem sanguinis agendam. Continentur verò (si quis rectè consideret) morbi omnes huius catalogi, in inflammationum genere, aut multitudinum ad vasa. Nam aut inflammationes sunt, aut conuulsiones, angustiæúe quarundam partium, ob multitudinem succorum ad quasdam partes collectorum, quod omne genos vocat συῤῥοὰς seu collectiones, concursúsve succorum. Nam, inquit, inflammata hypochondria non spirituum interceptione, hoc est, hypochondria tumida & dolentia, non ex flatu ibi concluso, sed ex phleginone. Cõstat si propriè inflammata sint, non tumere ex flatu, quare cùm dixisset, inflammata hypochondria, frustra videtur addidisse, non ex spirituum interceptione, sed Hippoc. loquitur sæpe vulgariter, & vt rem magis explicet, non curat exactè loqui. Addit, Septi transuersi intentiones, hoc est, distentum esse septum transuersum præ quadam conuulsione ex repletione. Addit, aut spirituum protentiones orthopnœa sicca. Galenus intelligit dici hìc morbos duos, spirituúmque protentiones esse, quem solet vocare spiritum offendentem. Mihi verò videtur protentiones spirituum, hìc dici ipsam orthopnœam: quoniam autē orthopnœa non semper fit ex repletione vasorum, & partium circuncirca asperam arteriam, & pulmonem consistentium, sed aliquando ob multitudinem crudorum collectorum in ipsa aspera arteria, aut ob pus in thorace, quæ adeò desiderant sanguinis missionem, explicans quam orthopnœá intelligat, addidit, orthopnœa sicca, quibus non subest pus, sed ab spirituū interceptione passiones hæ fiunt. Nimirum quæ ex crudorum redundantia fit orthopnœa, non est sicca omnino, sed succus versatur in aspera arteria, & aliquid educitur: suppuratio etiam difficultatem respirationis facit vt in Prognostico dicitur, verùm ea notas alias habet quibus dignoscatur, neque omnino sicca est, sed cum excreatione. Quæ ergo sicca est, neque ex pure fit, sed ex spirituum interceptione, id est, respirationis angustia & strictura fit, fiet ex multitudine partiū inter thoracem, & tumore velut phlegmonoso, eorum quæ circunstant pulmonem, & asperam arteriā: nisi fortè ex tuberculo aliquo crudo fit, id verò nō breui, & in morbis acutis, sed lentè multoque tempore incidit. Quæ igitur in acutis morbis fit, vt dictū est, causam habet quá diximus. Adducor verò vt censeam, spirituum protensionis & orthopnœę nomine, nō duas, sed vnicam affectionem significari, ipsis Hippoc. verbis: Dicit enim ὅ τε πνευμάτων προτάσιες ὀρθόπνοια ξηρά dixisset enim ὀρθοπνοίη ξηρὴ casu nominádi. His dictis, addit: Maximè autem hepatis dolores, & splenis grauitates, & alij ardores. Sed hęc verba quid aliud significant, quàm hypochondriorum inflammationes? quæ enim hypochondria, nisi hepar & lien? quæ autem eorum inflāmationes, nisi quæ doloribus, grauitatibus, & ardoribus significentur? Quorsum ergo cùm dixisset inflāmata hypochondria, nonne dicit, maximè autem hepatis dolores, & splenis grauitates, & alij ardores? an frustra repetit? nō certè. Sed vt significet, cùm inflammationes omnes, & multitudines ad vasa ingrauescát, si quis curationem incipiat ab expurgatione, tamē eas inflammationes quæ in hypochondriis consistunt omnium maximè lędi, peculiari quadam causa, quia scilicet sunt in via ipsa per quá excrementa quę expurgatione euacuantur, extrahuntur. Hinc euenit, non tantū non auferri id quod intentum inflāmatumque est, sed etiā augeri quàm maximè, atque de his (eadem autem ratio est & consistentium in ventriculo, intestinis, & mesenterio) præcipuè dixeris, verè solui non posse, si quis primū tentet expurgare: euadunt enim semper ferè ab expurgatione intempestiua incurabiles. Dolores etiam supra septum transuersum in hoc genere morborum ponit, pleuritides arbitror intelligens: quoniam verò non omnes inflammationes, neque alios ex multitudine morbos nominauit, vt tu omnes intelligas, addidit, & morborum collectiones, quas diximus Hippoc. vocari συῤῥοὰς. Hi (inquit) morbi solui non possunt, si quis primum tentet expurgare, sed venæ sectio in talibus principalis est, quia hi morbi fiūt ex affluente aut redundante sanguine, quapropter per se indicant mitti sanguinem, qui ex sola pendeant multitudine, nulla alia euacuatione addita, qui verò cū cacochymia quapiam, vt fit plerunque, à secta vena expurgatione vti plus aut minùs, vt res exiget. Quod vt explicet, dicit: deinde autem (post missionem scilicet sanguinis) clysteribus agendum, nisi magnus & fortis morbus sit, alioqui (hoc est, si fortis & magnus morbus sit) postea (quá scilicet sit missus sanguis) opus est expurgatione. Duo verò in hac dictione difficultatem ingerunt. Primò, si sanguis non est mittendus nisi ob morbum magnum, quomodo dicit, nisi magnus morbus sit, quasi posset non esse magnus, in quo sanguis mittatur. Deinde cur dicit, si magnus & fortis sit, opus est expurgatione, cùm ipsemet Hippocrates dicat, lib. de Medicamentis purgantibus, quicunque à fortibus febribus corripiuntur, bis medicamenta purgātia dare non oportet. Hæc ita componontur. Non dicit nisi magnus morbus sit in quo sanguis mittatur, sed nisi magnus sit, postquam sit missus. Fit enim sæpè vt morbus magnus præsens, cuius gratia mittitur sanguis, extinguatur, aut obtruncetur, vel futurus, intercipiatur: Porrò dicit, expurgatione esse opus, si morbus magnus sit aut fortis, non eatenus vt purgationes fieri prohibeat, sed eatenus vt solis clysteribus non cedat. Quod enim dicit, nihil est aliud, quá in morbis in quibus missio sanguinis est principale auxilium, indigent tamen aliquatenus expurgatione, si facta expurgatione morbus maneat adhuc fortis, vt scilicet adhuc desideret auxilium magnum, expurgabis: sin autem maneat exiguus, vt auxiliū tantum non petat, vteris clysteribus. Non tamen expurgandum est incautè post missionem sanguinis: indiget enim mediocritate & securitate. Hoc est, mediocriter facienda, vt securè fiat, detrahendúmque magnitudini expurgationis, ob euacuationē, quæ antecessit. Cùm enim aliquando aggrederis expurgare, non antea secta vena (fit verò id cùm iuxtà morbi speciem videtur expurgatio esse principalis, & times ne non possit homo vtrunque bene ferre) certè largiùs vacuare poteris. Nam etsi ad mittendum sanguinem maiori virtute opus est quàm ad expurgandum, maiori tamen adhuc est opus ad vtrunque, quare dimisso altero, licet alterum largiùs agere, & altero prægresso, oportet alterum agere parciùs. Eâdem autem ratione, & ob id quod futurum, oportet priori auxilio modum ponere. Velut si is qui mittit sanguinem, ex affectionis specie intelligat, non posse, post missionem

missionem sanguinis, exporgationem denitari, ob hanc ipsin causam, oportet sanguinem parcius detrahere. Nimirum oportet hęc omnia temperare vt ferri possint, & indicationibus à causa, quo ad poterit, satisfiat.

Ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος, οὐδὲν ἀφαιρέουσιν, οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ, ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος. τὰ δὲ ἀντέχοντα τῷ νοσήματι καὶ ὑγιεινὰ συντήκουσιν. ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γενομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατέει. ὁκόταν δὲ τὸ νόσημα ἐπικρατήσῃ τοῦ σώματος, τὸ τοιόνδε ἀνιάτως ἔχει.

Quicunq; autem ea quæ inflammata sunt, in principio morborum, statim tentant soluere expurgatione, eius quod intentum, inflammatumq; est, nihil adimunt, non enim cedit quæ cruda est passio: ea verò quæ repugnant morbo, & sanitatem faciunt, colliquant: corpore autem facto debili, morbus vincit. Cùm autem morbus corpori præualuerit, quod tale est, curationẽ non admittit.

Dixit morbos scriptos antea, solui non posse, si quis in principio, non prægressa missione sanguinis expurget. Causam nunc reddit, indicans, plurimum arrare eos qui inflammationes partium aliquarum, statim in principio conantur, medicamento expurgante soluere. Nimirum morbi priores omnes, in inflammatione consistunt aut pleoitudine ad vasa, cui lassitudo phlegmonosa accedit, estque proinde ea etiam vt quædam inflammatio. Cùm ergo indicatum erit, inflammationes non posse exporgatione in principio facta solui, reddita erit causa, qua dicti morbi, ita curari non possint. Dicit itaq; expurgationem in principio factam, nihil de eo quod intentum & inflammatum est, adimere, quia passio ills, cruda cùm sit, non cedit. Nimirũ succus ille est inculcatus, atque intrusus, quare non extrahetor, euenietq; quod solet vbi succus, cuius gratia datum est pharmacum, non cedit, liquescent scilicet sanæ partas, & succi vtiles, quo fiet vt debilitato corpore, & morbo nihil imminuto, morbus superior euadat. Quod verò tale est (hoc est cùm morbus longè superat corporis naturam) curationem non admittit. Similis etiam est ratio, qua neque citra phlegmonas (quanquam profecto de solis inflammationibus sermo est nunc Hippocr.) in febribus putridis expurgatio fieri debet, antequam succus concoctus sit. Nimirum succus crudus, quem natura retinet, difficilè extrahitur, extrahuntur verò pro eo boni succi, & spiritus, & liquantur partes. Sed de expurgatione, quatenusq; expectanda concoctio sit, aut non sit, in Controuersiis & Aphorismorum commẽtariis dictum est satis. Quod de inflammatis partibus dicit, venit nunc perpendendum. Mirum enim si Hippocrates prohibet, in inflammationis omnis principio, expurgatione vti, cùm ipsemet antea visus sit, in quadam pleoritide, pro missione sanguinis, expurgatione vti, atque adeo cùm paulò pòst dicturus sit, oportere quosdã ita affectorum, ante diem quintum expurgare, atque adeo, cùm nihil tam certum firmumque apud Medicos sit, quàm non esse localia remedia admouenda, antequam toti corpori prospiciatur, missione sanguinis, si multitudine, expurgatione, si cacochymia laborent, fiant verò multæ inflammationes ob cacochymiam, & pleuritides, peripneumoniæque, biliosæ, & pituitosæ. Neque enim satis esse videtur, ne expurgatione vtamur, inflammationibus incipientibus, nihil eius quod intẽtum inflammatumque est, expurgatione adimi posse, nam neque vlceris quidpiam expurgatione tollitur, nihil autem magis necessarium, vbi vlceratum corpus, est cacochymum. Certè non in omnibus inflammationibus ęquè vitanda est expurgatio, cùm non in omnibus eàdem parique causa, dicatur esse noxia. Sed in iis quæ in ventre, mesenterio, aut hypochondriis consistunt, peculiaris quædam, eaq; maxima causa est, quam diximus: propterea in eis nonquam expurgandum est ante inclinationem: neq; quidem medicamentu forti ante integram solutionem. Inflammationibus etiam cerebri incipientibus, eis præcipuè quæ cum delirio & quadam conuulsione incipiunt, aut etiam imminent, paratæ citò incipere, expurgatur cum periculo: quia, vt dicit ipsemet Hippocrates, calfaciunt caput expurgantia pharmaca, calor verò pharmaci superueniẽs calori febris, facit maniam. Hanc ob causam, ego in lethargo, aut phrenitide, expurgandi necessitatem, si quæ apparet, clysteribus aut saltem medicamentis non calfacientibus, suppleri velim: atq; si quæ sunt aliæ inflammationes, peculiares habentes ex pharmacis noxas. In aliis verò tunc solùm est abstinendum ab expurgationibus, cùm id incommodum quod Hippoc. timet, potest incidere, puta vt partes sanæ, succiq; boni colliquescant, aut corrumpãtur: id verò non incidit, nisi cùm sana sunt corpora, vt in Aphorismo dicitur, quæ malè ferunt medicationes. Cùm igitur homo inflammatione quapiam est correptus, alioqui nõ cacochymus (fieri verò id potest ob multitudinẽ, cum partis cuiuspiam labore aut debilitate) exporgandum in principio non est, nihil enim fiet aliud, quàm quòd inflãmationi detrahetur nihil, corpus autem colliquescet, sed aut nunquam, aut posteaquam succus in parte ob oppilationem, & in corpore ob febrem, receperit aliquã infectionem. Alioqui multæ occasiones sunt expurgandi in inflammationũ principiis: cùm scilicet corpora valde cacochyma sunt, atq; ex mali succi fluxione inflammatio accepit initium, præcipuè si nõdum cessauit fluxio: In talib⁹ enim præseruationis, & reuulsionis gratia, incipitur ab expurgatione, quæ etiam, sine hac malè proceditur ad localia, quorum tamen vsus à principio esse debet.

Τὸ δ' ἀφωνόν τινα ἐξαίφνης γενέσθαι, φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσιν, ἢν ὑγιαίνοντι τοῦτο ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς. φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν, τὴν ἔσω φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος κατὰ τὴν ἕξιν, καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενον τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον. ξυμπίπτει δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τάδε. ἐρυθήματα προσώπου, ὀμμάτων στάσιες, χειρῶν διαστάσιες, ὀδόντων πρισμοί, σφυγμοὶ, σιαγόνων συναγωγὴ, καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων, πνευμά-

των ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας. ὁκόταν ἀλγήματα προσγένηται, μελαίνης χολῆς, καὶ δριμέων ῥευμάτων ἐπιῤῥύσιες γίνονται. ἀλγέει δὲ τὰ ἐντὸς διακνόμενον. διαχθεῖσαι δὲ καὶ λίαν ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες, ἐντείνονταί τε καὶ φλεγμαίνουσαι, ἐπισπῶνται τὰ ἐπιῤῥέοντα. ὅθεν διαφθαρέντος τοῦ αἵματος, καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιές τε γίνονται ὑπὸ τῆς στάσιος, καὶ σκοτώσιες, καὶ ἀφωνίη, καὶ καρηβαρίη, καὶ σπασμοὶ, ἢν ἤδη ἐπὶ τὴν καρδίην, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα διέλθῃ, ἔνθεν ἐπίληπτοι γίνονται ἢ παραπλῆγες, ἢν ἐς τοὺς περιέχοντας τόπους ἐμπίπτῃ τὰ ῥεύματα, καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων διεξιέναι, καταξηρανθῇ. ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προπυριῶντας, φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν εὐθέως, μετεώρων ἐόντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων, καὶ ῥευμάτων. εὐβοηθητότερα γάρ ἐστι. καὶ ἀναλαμβάνοντα, καὶ τὰς κρίσιας ἐπιθεωρεῦντα φαρμακεύειν, ἢν μὴ κουφίζηται ἄνω. τὴν δὲ κάτω κοιλίην ἢν μὴ ὑποχωρέῃ κλυσμῷ, ὄνου γάλα ἑφθὸν διδοὺς, καὶ πινέτω μὴ ἔλασσον δυώδεκα κοτυλέων. ἢν δὲ ῥώμη αὐτέῳ ἐνέῃ, πλέον ἑξκαίδεκα.

Fieri autem aliquem repentè sine voce, venarum intereeptiones faciunt, si benevalenti hoc accidat sine occasione, aut alia forti causa. Venam igitur secare oportet in brachio dextro internam & detrahere sanguinem, secundùm habitum & atatem iusta ratione, plus aut minus. coincidunt autem plurimus ipsorum hac, rubores faciei, oculorum immobilitates, manuum distentiones, dentium stridores, pulsationes, maxillarum adductio, extremorum refrigeratio, spirituum per venas intereeptiones. Cum dolores priùs fuerint facti, nigra bilis & acrium fluxionum, influxus fiūt: dolet autem interiora u qui mordetur. morsa autem & valde sicca facta vena. & intenduntur: & phlegmone occupata trabunt qua influunt. Vnde corrupto sanguine, & spiritibus nequeuntibus peruadere vias qua in ipso secundùm naturam sunt, refrigerationes etiam fiunt ab statione, & vertigines, & aphonia, & capitis grauitas, & conuulsiones, si iam in cor aut hepar, aut venam peruenerit, inde epileptici fiunt, aut paraplectici, si in continentes locos inciderint fluxiones, & ab spiritibus non potentibus exire, siccata sint. Verùm oportet talibus priùs fouendo, statim in principiis secare venam, dum adhuc eleuati sunt omnes, qui affligunt, spiritus, & cōfluxus: oportuniora enim sunt auxiliu. Et refiesentē & indicationes contēplantē, expurgare, nisi leuia sursum fiāt: inferna aūt aluo, nisi subducatur clystere, asina lac coctū da, & bibat, nō minùs q̄ duodecim cotylas: si aūt robur etiam habeat, plusquam decem & sex.

De moltis passionibus nūc voico capitulo agit, quas omnes vno aphonię nomine, ab accidentu cōmuni accepto, comprehendit. Nimirom aphoni, id est, voce destituti repentè, sunt, & apoplectici, & apileptici, & cataleptici & caro affecti, & mulo vertiginosorum, & paraplecticorum, & qui per syocopē cadunt, aut iam extremo languora tenentur: itaq; ad aliquod horom genus pertinet affectio eius, qui voce destitutus repentè fit: nisi ob vitia instrumentorum respirationis, vocis, ant sermonis, eueniat, vt ex angina, aut vulnere magno thoracis, aut neruorum recurrentium læsione, aut si quid aliud est huiosmodi. Verùm de angina acturus est paulò pòst, nunc de prioribus illis passiooibus agit, quarum generationem & causam videtur mihi, iuxta antiquissimum dogma, ad spirituum immobilitatem, & venarum interceptionem referre. Neq; verò proinde quippiam dicit, quod apertè falsum sit, aut qđ Medicæ arti obsit, sed quæ explicatè liceat magis ex iis quæ Galenus, & posterū alij inuenerunt, & inuentis addiderunt. Non enim, etsi Hippocrates omniū bonorum nobis auctor fuit, proinde sperādum est, inuenire apud illum omnia, à primis ad postremas vsq; causas deducta, & placitis, quæ longa secula, & multorum labores, vera esse indicauerunt, omnino conformia. Scripta enim ab illo, vt & ab aliis omnibus auctoribus, necesse est esse multa, iuxta conditionem temporis. Si enim tunc temporis Philosophia ipsa erat in incunabulis, & vix dum à vulgi sermonibus, & confusis philosophare incipientiū placitis, recesserat, qui poterat de morborum essentia & caosis, tam constans & certa esse opinio, quàm nunc est? hæc dixerim propter eos, qui videntes ab Hippocrate hîc aut alio quopiam soorum operum, scriptum quidquam quod ab iis quæ nunc in scholis circunferuntur, discrepet, etiamsi rectæ ægrotantium curationi nihil detrahat, mox dubitaot sit ne Hippocratis liber, quin etiam apertè oegant, atq; si quid discrepare videtur à Galeno, pertorbātur, nullam rationem habentes temporis, quo quisq; scripserit Galen. certè non ita facit, qoi vel in hoius loci commentatione iubet nil mirari taotum lactis ab Hippocrate ægroto tribui, id enim fuisse vetustissimis consuetum. Mihi videor melius facturus, si hîc & vbi vbi alibi, iuxta quæ dogmata dicantor singula explicem. & siquid distinctius attulerunt tempora, addam. De sede facultatis animalis non arbitror erat iam certa ac firma medicis sententia, quā nunc ast. quanquam eam in cerebro esse, ex Hippocratis sententia contendat Galenus. Video tamen illum, lib. de Morbis virginum, fatuitatem ad cor referre. Porrò lib. de Flatibus dicit: Nihil eorum quæ in corpore sunt, magis conferre ad prudētiam quàm sanguinem, atq; cùm is in habitu naturali consistit, cōsistere & prudentiā, sanguine verò permutato, prudentiam concidere. Qui verò ad sanguinis corruptionem refert dementiam, potiusquam ad cerebri intemperiem, certè in corde potiùs, aut vena caua, aut septo transuerso (in his enim omnibus, atq; aliis quàm multis præterea partibus, fuerunt philosophi qui ponerent) sensus & sapientiæ principiū collocabit, qoàm in cerebeo. De sangoinis quoq; natura, an sit calidus per se, an à corde calorem accipiat, ex Hippocratis sententia non satis cōstat. Nam etsi lib. de Natura humana, calidam & humidam eius naturam esse dicit, tameo lib. de Corde dicit, sanguis

guis enim non est natura calidus, sed calescit: multis autem videtur natura calidus esse. Porrò de spiritibus, antiquissimorum plurimi eam habuerunt opinionem, vt ipsissimam animam esse opinarentur, quód videratur spiritus esse, quòd in animantibua moueatur per se, & per quod teliqua moueátur: quàm plurimi veterum animæ definitionem statuebant. Galenus si quam de anima seotentiam sequi fuisset ausus, videtur mihi in hanc fuisse venturus: verùm quia ausus non est, spiritum instrumentum præcipuũ animæ esse affirmat. Hæc quorsum nunc commemorauerim, statim intelliges. Agit, vt dicere cœpetam, Hippocr. de rapentinis illis casibus, quibus homines voca destituti cadunt, dicitque eas pasiones fieri ob venarum interceptionem. Venarum nomina intelligit venas & arterias, vt plerunque antiquissimi. Quid vocet venarum interceptionem, mox explicat, dicens, cùm dolores priùs fuerint facti, nigræ bilis & acrium fluxionum influxus fiunt, dulet autem interiora is qui mordetur, morsæ autem & valde siccæ factæ venæ, & intenduntur, & phlegmone occupatæ, trahunt quæ influunt: vnde corrupto sanguine, & spiritibus nequeuntibus peruadere vias, quæ in ipso secundùm naturam sunt, refrigerationes etiam fiunt ab statione. Stationem spirituum intelligit: hoc est, ipsum, non peruadere spiritus: per vias quæ secundùm naturam sunt in sanguine, hoc est, per ipsum sanguinem, qui naturaliter peruius est spiritibus: desinit vero paruadere corrupto sanguine, hoc est conereto coagulatoque, vt solet extrà fusus, aut in corporibus demortuis vbi coagulatur, quia non penetratur ab spiritu: desinit penetrari, quia multitudine obturantur viæ, & ipse inculcatus densescit. Itaqua interceptio venarum, est interclusio earum, tanta, vt prohibeatur spiritus per sanguinem delatio, quę necessaria est, & ad ipsius sanguinis. aut calorem omnino faciendum, aut augendum, & ad deferendã per corpus facultatem vitalem, & naturalem calorem (tametsi enim vitalis facultas, illustratione potius communicatur, quàm spiritu, nunquam tamẽ sina spiritu) atque proinde & ad omnes actiones, quæ nobis sunt secundùm naturam. Cùm enim omnes facultates quæ singulis partibus insunt, communi influxu à corde, velut à quodam mundi huius exigui sole, foueantur: necesse est spirituum vitalium per venas impetu intercepto, & sensum & motum cessare, non per se, sed compatiẽte cerebro. Fit interceptio venarum, aliquando ob redundantiam solam in toto corpore, vt nihil aliud esse videatur affectio, quàm non posse iam tantum sanguinis a venis capi. nam etsi congestio illa repentè non fit, tamen cùm ad summum (si quod tamen esse summum potest) peruentum est, quæcunq; leuis causa exagitet, commoueat, aut turgere faciat (velut certè flatus) effert in caput, facitque in eo venas & meningum sinus intumescere adeo, vt compressum cerebrum mouere sese intra craneum non posit, & eius ventriculi cõpressione obstruantur. Nam non minùs quòd exteriùs incidens comprimit, quàm quod interiùs conclusum obturat, obstructionem facit (hunc modum generationis apoplecticarum passionum docet Hippocrates lib. de Flatibus) fit etiã aliquando venarum interceptio, ob sanguinis corruptionem in partem quampiam commota fluxione, velut præcipuè cum atrabiliario, aut bilioso admodũ sangnine abundante, partes inter hypochondria & cor mordentur. fit enim aliquãdo, vt morsus fluxionem, & fluxio morsum augeat, vsq; dum venis nõ capientibus, interceptio fiat, & inde si in continentes locoa inciderint fluxiones, hoc est, in proximas partes, & ad sympathiã cum his paratas, rafusæ sint fluxiones, vt in cerebrũ, fiunt vertigines, epilepsiæ, apoplexiæ, aut (si in quosdam neruos inciderint) paraplexiæ: fiunt itaq; hæc ita affectis, ex hepate, aut caua vena, aut locis circa cor, aut etiã alus hypochondriis, non aliter ac mulieribus quibus menstrua defecerunt, fieri solere, ex vtero, in cor seu pręcordia, regurgitante illo sanguine, qui venis iuxta vterum non capiatur: constat veró, quód & inde in cerebrum aut neruos, pasionẽ transmittere oporteat, si epilepsia, aut apoplexia, aut catochus, aut alia his congener pasio futura est. Vbi dicitur, & ab spiritibus penetrate non potẽtibus fuerint siccatæ, in codicibus antiquissimis sine ὑπὸ. hoc est, ab. legebatur. Nam Galen. velut corrigens dicit, satius autẽ foret, vt cũ ὑπὸ legeretur. constat vero, quandoquidem ille censet melius fuisse vt ita legeretur, non legi ita in suo codice, sed deinde librarios sequutos Gal. censuram, illam particulam interposuisse. Ego verò censeo, melius esse lectionem hanc, quã nunc habemus, emendari secundùm lectionẽ antiquissimam, legiq;, non ab spiritibus, sed, spiritibus penetrare non potentibus fuerint siccatæ. Nam nomen hoc siccatæ, duobus modis dicitur in hac ipsa oratione, primo loco, vbi ita est scriptum: morsæ autẽ & valde siccæ factæ venæ, dicitur de venis, significatq; crudis inflammationibus occupatas, velut antea siccam pleuritidem vocati dicebamus, eam quę cruda est. Secundo loco, vbi dicitur, spiritibus non potentibus exire, siccatæ sint, dicitur de fluxionib. hoc est, cùm sanguis ipse quo per fluxionem venæ repletæ sunt, siccatus fuerit: siceatur verò sanguis cùm concrescit, & fluxilitatem amittit: coagulatur verò nõ ab spiritibus qui non penetrant, sed per se obque suas fibras, vt dicit Aristot. cum spiritus non penetrant. Itaq; ab spiritibus penetrantibus funditur, coagulatur verò per se, illis non penetrãtibus. Porrò constat, vbi dicit Hippoc. cùm dolores priùs fuerint facti, nigræ bilis, & acrium fluxionum influxus fiunt, non eò dici quòd semper fluxiones, quas dolor commouet, incipiãt à nigra bile, aut acribus fluxionibus, sed quòd in iis qui ad dictas pasiones, ob tales naturas parati sunt. nam quibus contrarij sunt apparatus, & contrariæ fluxiones in dictas partes fiunt, vt pituitæ, aut aquæ, hydropes, & apepsiæ fieri solent potius quàm dicti casus. nam etsi apoplexia & epilepsia, & hemiplexia, & vertigo, ex pituita etiam fieri solent, non solùm ex melancholia, tamen fiunt ex pituita in ipso cerebro primariò ægrotante congesta potiùs: ex atra autem bile fiunt sæpe per consensum cum locis dictis, velut & melancholica pasio cum hypochondriis. Paralysin videtur Galen. samper referre ad pituitam, verùm si apoplexia potest fieri à melãchulia, vt certè potest, cur non & hemiplexia? quod si hæc, cur non & cuiusq; particulæ resolutio? Proinde ego nũc Alexandri sentẽtiam potiùs probauerim, qui paralysim ex melancholia fieri docet. Nã etsi melancholiæ crassa pars ad tarram pertinet, est tamen succus valde serosus. vnde contingit ab ea neruos multos partim obstrui, facultateqne priuari, partim emolliri. Sed

de eſſentia & generatione horum hæc ſunt ſatis. Signa dicamus & curationem, ſermonem reſumentes. Eorum qui fiunt aphoni ex venarum interceptione, quam nihil aliud quàm multitudo ſanguinis ad vaſa facit, hæ ſunt notæ. Repentè fiunt tales. Nam etſi multitudo paulatim colligitur, tamẽ breui momento, poſtquam iam capi vix poteſt, vel flatu aliquo agitata, diſtendit vaſa, facitq; interceptionem venarum. Porrò accidit beneualenti, quin etiam cùm videtur athletico eſſe habitu, & ad ſummũ ſanitatis attigiſſe. Nam reliquæ aphoniæ, quæ aut ex primaria cerebri paſsione ob pituitoſos ſuccos, aut conſenſu cum hypochondriis ob melancholicos, cacochymis valetudinariisq; multò autẽ hominibus eueniunt. His verò cùm optimè valere viderētur, & craſsiſsimi nitidiſsimiq; eſſent, fiunt aphoniæ, ſine occaſione vlla (quidam enim ex occaſione obmuteſcunt, vt ex terrore, aut triſtitia vehementi, quibus malum non incipit à venarum interceptione, ſed ab ipſo animi motu, per quem ſpiritus intra cor ſe continentes, partes alias deſtituunt) atq; ſine alia forti cauſa, vt quidam fiunt aphoni repentè, ex ictu aut caſu, caro correpti, ob concuſsionem ſubſidentibus in ſeſe ventriculis cerebri: qui paulò pòſt ſolent ad ſeſe redire, niſi tamẽ occaſio magnum inuenerit in corpore apparatum. Ita enim ſæpe ab occaſione incipiens, in apoplexiam aut ſyncopem incurabilem, definit malum. Verùm citra hæc, cùm ſano, quiq; non ſoleat animo linqui, repentè accidit aphonia, ex venarum interceptione eſt ob ſanguinis multitudinem: coincidunt verò his (vnde apertiùs cognoſcas) rubores faciei, & pulſationes (maximæ ſcilicet ac conſpicuæ circa tempora, cùm malũ adhuc incipit) & oculorum immobilitates, manuũ diſtentiones, dentium ſtridores, & adductio maxillarum, quæ omnia cõuulſionis ex repletione ſunt: poſtremò vero, etiam refrigerationes extremorũ, (& tunc tendunt iam in apnœã & aſphygiã) & ſpirituum per venas interceptiones. Sed dices, quorſum cùm in venarum interceptione morbi eſſentiã poſuiſſet, nonne rurſus eius meminit inter ſigna? certè antea meminit interceptionis venarum, vt cauſæ aphoniæ, nunc vt cauſæ refrigerationis extremorum, atq; ita non eſt inutilis repetitio, qua noui aliquid docetur. Affectiones vero hæ, cum per conſenſum cum hepate, vena caua, aut corde, aut etiam cũ totis hypochondriis, fiunt, dignoſcuntur ſignis paſſionis primariæ quæ anteceſsit, & cacochymiæ quæ in corpore eſt, vt eam poſt diutinam melancholiã hypochondriacam, aut morſus oris ventriculi, aut cardialgiam, aut alia huiuſmodi fiunt. In curatione priorum conſulit Hippoc. venam ſecare, in brachio dextro internã, & detrahere plus aut minus, ſecundùm habitum & ætatem inita ratione: In aliorum curatione dicit, fouere primùm, deinde ſanguinem mittere, poſtea ad expurgationem per ſuperna aut inferna, vt res exiget, conuerti. Quandoquidem ad venarum interceptionem referuntur paſsiones vtræq;, conſtat vtriſq; opus eſſe, vt miſſo ſanguine laxentur. Verùm ad priores multò magis, quæ à multitudine oriuntur ſola, quã ad poſteriores, quæ naſcuntur etiam à mala qualitate. In brachio dextro ſecare iubet, quia cũ neutrius lateris eſt paſſio, ſed communis, ſatius eſt ex dextro, quo vaſa ſunt ſecũdum naturam ampliora, & ſanguis abundantior, quàm ex ſiniſtro vacuare. Quidam mittunt ſanguinem ex vtroque brachio ſimul, & in magna totius corporis plethora, meo iudicio, nihil deerrant: verùm ſi ex altero, ex dextro certè mittendus eſt. Quòd internam venam iubet ſecare, eſt animaduerſione dignum: videtur enim ſecanda potiùs ſecundùm legem rectitudinis externa & humeraria. Certè in aphoniis quæ per conſenſum cum partibus circa ſeptum tranſuerſum fiunt, rectè mittetur ex interna, velut etiam in melancholia hypochondriaca mittitur, etiamſi melancholia morbos cerebri eſt: quia cùm partem mittentem agnoſcimus, cum mittente quàm cum recipiente ſatius eſt rectitudinem ſeruare: Velut etiam, cùm ex vtero cõiungunt hæ paſsiones, mittimus ex talis: Verùm in paſſionibus apoplecticis, quæ ex ſanguine toto corpore redundante & caput occupante fiunt, non videtur ex interna mittendus, niſi fortè, quòd poſsit etiam obſtructa eſſe arteria aorta circa cor, eſſetq; malum ſyncope potius quàm apoplexia, aut vtrunq;, neq; id ſatis cõſtare poſſe videtur: aut fortaſſe, quia non caput ſolùm, ſed totum corpus multitudine & venarũ interceptione laborat. Sed neq; ob has cauſas ex interna, ſed communi mitti deberet, idq; niſi tantoperè res vrgeret in capite, ſed quia vrget, certè ex externa ſemper mittim⁹, niſi fortè cùm ea nõ eſt ſatis idonea ſecari, tunc enim mittim⁹ vndecunque, quare illud internam, interiectum arbitror, niſi fortè hic quoq;, vt aliis quibuſdam locis iam oſtẽdi, interna vena dicitur Hippoc. quæ magna & ſub cute latens: quo ſignificato, perinde erit iubere ſecari internam, ac ſi magnam diceret. Quòd verò iubet ſecundùm habitum & ætatem mittere his ſanguinem, rectè facit, cùm enim venarum interceptione laborent, ſæpe mittitur eis ſanguis iacentibus etiam cũ aſphygia, quare in tanta oppreſsione, non eſt, quòd pulſu velis metiri mittẽdi ſanguinis quantitatem: hoc verò in vtriſq; obſeruandum eſt, velut illud etiam, quod de ſecundis dicit, in vtriſque ſeruari oportet, vt talibus ſcilicet mittamus ſanguinem, fouendo priùs. Oportet enim fouere, antequã venam ſeces, calido & laxante aliquo, caput aut hypochondria, quacunq; maximè parte concretionẽ ſanguinis eſſe ſuſpicatus fueris, aut etiam toto corpore in balneum calidum demiſſo, vt liquatus meliùs fluat. Statim ergo à fomento, aut inter fouendum, ſanguinem mittere. Id quod conferet, ſi agatur, dũ adhuc eleuati ſunt omnes, qui affligunt, ſpiritus & confluxus: hoc eſt, dum adhuc ſanguis, ſpiritu nondum deſtitutus, feruet, tumidusq; neq; iam concretus eſt: oportuniora enim tunc ſunt auxilia: cùm verò iam ſubſedit illa elatio, & intumeſcentia ſuccorum, & ſanguis iam concretus eſt, nõ effluit, etiamſi vena ſecetur: nec vllo remedio locus eſt. Atq; ita nullum deſperatæ ſanitatis maius indicium cõtingere in omnibus aphoniis poteſt, quàm ſectis venis ſanguinem non effluere. Hactenus vtriſque aphoniis cõmunia ſunt omnia: reliqua quæ ad expurgationem pertinent, earum ſolùm quæ ex fluxionibus atrabiliariis, & acribus. Poſtquam (inquit) venam ſecueris, reficere oportet, & iudicationes contemplantẽ expurgare. Reficere ſcilicet debes vires, vt poteris, ſi ad ſeſe redierit ſatis, aliquid cibi capere iubens, ſi non ſatis, iuſculi aliquid per gulam demittens: deinde contemplaberis iudicationes, hoc eſt euacuationes, ſi quæ ſunt quæ ſponte fiant, ſeu loca in quæ humores ſponte videntur incli-

inclinare. Dicit ergo, & contemplatem, expurgare; nisi sublevetur furiam, hoc est, pharmacũ dare alui subductorium, nisi humores quasi leues facti sursum videantur repere in os ventriculi, tunc enim mouere potius vomitu meriti ex vsu, obseruantibus nobis præceptum ducendi quò vergit natura. Si verò inferna aluo expurgatio sit agenda, tentendum est, an clystere satis euacuetur, & cùm ei non videbitur cedere, dandum est medicamentum subductoriũ. Hippocrates dat lactis asinini cotylas duodecim, aut si constent vires, etiam decem & sex. Quod lac, omnium profectò est, in capitis affectionibus, minimè noxium, & ad alui subductionem accommodatissimum, & minimè concrescens, nihilominus habemus iam multò maiorem medicamentorum copiam, & alia ad hos vsus longè commodiora: in illa penuria qua adhuc laborabat Medicina, vtebantur antiquissimi perpaucis, nonnullis quidẽ vehementissimis cum periculo, aliis etiam debilissimis vtebantur, quãtitate maxima, vt possent aliquid, velut lacte. Errant verò plurimi medicorum huius seculi, qui lacte asinæ, aut serò, vtuntur quantitate exigua, vt quinque aut sex vnciarum, medicamenta quidem accipientes à vetustissimis, dosim à seraprorũ vsu, quò fit vt cum subducendi aluum causa dant, spectatant, & nihil videantur facere: ego sanè propino lactis asinæ, aut seri sextarium, aut sesquisextarium quantitate vetustissimorum nunquam tentaui vtique, si quando enim bene copioseq; purgandi causa dari visum est, ad aliquod nostrorum medicamentorum confugi, vt ad hieræ aliquam speciem, earum præcipuè quæ ex colocynthide componuntur. Eæ enim optimæ sunt ad dictas affectiones.

Κυνάγχη δὲ γίνεται, ὁκόταν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πουλὺ καὶ γλοιῶδες, ὥρῃ χειμερινῇ ἢ ἐαρινῇ, ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἐπιρρυῇ, καὶ τὸ ῥεῦμα πλεῖον, διὰ τὴν εὐρύτητα ἐπισπάσωνται. ὁκόταν δὲ ψυχρόν τε ἐὸν καὶ γλοιῶδες ἐμφράξῃ, τὰς τε πνεύματος τὰς διεξόδους, καὶ τοῦ αἵματος ἀποφράξῃ, πήγνυσι τὸ ξύνεγγυς τοῦ αἵματος, καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον ποιέει. φύσει ψυχρὸν ἐὸν καὶ ἐμφρακτικόν. διὰ τοῦτο πνίγονται τῆς γλώσσης ἀπομελαινομένης, καὶ στρογγυλουμένης, καὶ ἀνακαμπτομένης διὰ τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν. τῆς γὰρ ὑπὸ ἠρτημένης σταφυλῆς, οἱ δὲ κιονίδα καλοῦσι, ἑκατέρωθεν φλέβες παχεῖαι. ὁκόταν γοῦν πληρωθεῖσαι ἐς τὴν γλῶσσαν ἐναποσκήψωνται, ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ σπογγοειδέα, διὰ τὸ ξηρὴν γενομένην ὑπολαβεῖν τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν δεχομένη ὑγρόν, ἐκ πλατείης μὲν στρογγύλη γίνεται, ἐξ ἐρυθρῆς δὲ πελιδνή, ἐκ μαλθακῆς δὲ σκληρή, ἐξ εὐκαμπέος δὲ ἀκαμπής, ὥστε ταχέως ἀποπνίγεσθαι, ἢν μή τις ὀξέως βοηθῇ.

Cynanche autem fit, cùm ex capite fluxio multa & lenta hyeme aut vere in venas iugulares fluxerit, & fluxionem ampliorem propter amplitudinem traxerint. Quando autem frigida & glutinosa existens obstruxerit, tunc spiritus vias, & sanguinis obturans, coagulat proximum sanguinem, & immobilem ac stabilem facit, cùm frigida natura sit, & obturare idonea: ob hoc suffocantur, lingua liuescente, & rotunda, & reflexa, ob venas quæ sub linguam eunt. Secta enim vua, quam quidam vocant columellam, vtraque ex parte apparet vena crassa. Cùm igitur plenæ ipsæ existentes, in ipsam linguã innituntur, raram existentem & spongiosam, ob siccitatem, ea violenter accipiens humidum quod ex venis, ex lata rotunda fit, ex bene colorata liuida, ex molli autem dura, & ex bene flexili male flexilis, vt celeriter strangulet, nisi quis citò succurrat.

Hippocrates indifferenter vocat anginam, nunc cynanchem, nũc synanchem, vsque adeo non processit, vt posteri, ad paracynanchem, & parasynanchem. Vocat verò alicubi anginam quamcunque ceruicis affectionem quæ strangulet, vt etiam vertebrarum colli loxatio dicatur angina: hic verò inflammationem solùm eius loci, quæ strangulationis periculum afferat, anginam appellat. Considerat eius differentias ex materia, nonnunquam enim fluxio est frigida, pituitosa & crassa, ex qua cũ sanguine in loco collecto fit inflammatio œdematodes: nonnunquam est biliosa, aut salsa, fitque inflammatio tunc quoque mista: huic differentiæ quæ ex materia capitur, mox accedit quæ ex parte accipi solet. Nam plerunq; tenuis & calida fluxio, prætereriens venas maiores, impingit in intimas ceruicis partes: crassa & frigida, penetrare non valens, hæret in venis iugularibus externis, & circa partes, tũ ceruicis, tum oris, conspicuum tumorem facit. Hippocrates primò percurrit modum, quo ex pituitosa & crassa fluxione angina gignitur, mox apponit eius curationem, deinde adiicit quæ ad fluxionem calidam spectant. Cynanche (inquit) fit, cùm fluxio multa & lenta (nam de hac specie anginæ loquitur primùm) fluxerit ex capite (quia id membrum maximè pituitosum est, & ob sublimen positum & rectitudinem, continuitatem, & viciniam, maximè accommodatum demittere fluxiones in ceruicẽ) hyeme aut vere. Quia hyemi admodum congruentes sunt pituitosæ fluxiones, sequitur autem, quod ad morbos attinet, ver conditionem hyemis, & autumnus æstatis. Ne tamen proinde intellige, horũ quidpiam esse in eius anginæ essentia, aut finitione. Potest enim fluxio pituitosa fieri etiam ex toto corpore, aut ex pulmone, & aliis quoque anni temporibus, rarò verò fit nisi ex capite, hyeme aut vere. Hippocrates ergo simul docet modum quo fit, & quo tempore, quaq; ex parte maximè fieri solet. Fluxio itaque inde venit in venas iugulares, quæ quidem duplices sunt, externæ & internæ. Magnæ quidem illæ: externæ verò, maiores, & quæ fluxiones has maximè recipiunt, & propter amplitudinem, ampliorem fluxionem trahunt. Itaque & caput ob peculiarem naturam mittere, & venæ iugulares ob amplitudinem copiosè recipere natæ sunt. Hinc fit vt tam assiduè hominibus hæc fluxio crescat vsque ad anginam. Quando autem (inquit) frigida & glutinosa existans obstruxerit, tunc obturans vias spiritus, hoc est arterias: & sanguinis, hoc est venas: coagulat sanguinem proximum, hoc est, eum qui in proximis eo loco vasis continetur, &

immobilem ac stabilem facit, cùm frigida natura ea fluxio sit, & obturare idonea. Hæc, & omnia quæ ad tumorum præter naturam generationem spectant, secundùm antiquata dogmata dici videntur: siquidem spirituum vias nominat seorsum, quasi aliæ sint quàm sanguinis, quod quidem Erasistrati sectę videtur conforme: deinde & intumescentiam partium videtur referre ad spirituum cum sanguine interclusionem, quanquam non ad spiritus, sed ad solum sanguinem spectare generationem phlegmonia Galen. lib. de Tumoribus præter naturam probat. Ego de his rebus non admodum laboro apud antiquissimos auctores, vt dixi, modò ex eorũ dictis, nihil medendi ars lædatur, velut certè hìc non læditur. Siquidem siue arteriæ, spirituum, & venæ, sanguinis viæ sint, siue vtræque sanguinis: ac siue interclusione solius sanguinis, siue eius cum spiritu inflammetur pars, eisdem auxiliis meritò occurretur. Arterias certè vias spiritus vocari, non est dissonum, etsi enim solius non sint, sed cum sanguine, sunt tamen illius maxime: nam & venas sanguinis vias dicere nemo recusat, etsi deferunt eum cum etiam spiritus. Porrò spiritus interclusioni, augere partis præter naturam affectæ tumescentiam, non est valde improbabile, etsi eam non solius spiritus esse constet, sed succi, quem in principio dicebat esse malè vasis contentum, crudum, & flatuosum. Verùm horum placitorum quæ ad Physiologiam spectant decisionem, aliunde peti velim, hoc enim opus ad curationem spectat, & victum. Ob hoc dicit, homines ita affectos suffocari, & fieri eis linguã liuidam, rotundam, & reflexam, vt scilicet omnibus qui laqueo, aut manibus, aut vtcunque aliter strangulantur. Nimirum quia vt quacunq; parte quæ laqueo constringitur, replentur intumescuntque venæ, ita hìc quoque: repletæ verò & intumescentes contrahuntur, contrahuntq; linguam, & ita faciunt reflexam, & rotundam. Intumescentia enim linguæ repletionis est, flexura, est conuulsionis. Velut enim opera musculorum reflectimus introrsum linguam, ita musculis eisdem conuulsis reflecti contingit. Conuulsionem verò facit repletio aut inanitio. Cùm ergo lingua reflexa simul & rotunda apparebit, duplex nota erit repletionis circa ea loca: cùm verò reflexa quidem, non tamẽ rotunda, sed gracilis, ac velut salita, qualem nuper in quodam qui breui mortuus est, vidimus, conuulsionis ex inanitione esse videtur. Itaque his rotunda & reflexa ob multitudinem fieri poterit. Liuorem verò venæ omnes repletæ sanguine accipiunt. Intermoritur enim sanguinis splendor, vbi est inculcatus, & malè perflabilis. Explicat verò Hippocrates, quæ sint his venæ, dicens, ob venas quæ sub linguam eunt. Eas volgò nunc vocant leoninas. Secta enim (inquit) vua, quam quidam vocant columellam (ea est glandula illa oblonga, quam gargareonem etiam dicimus, quę à superno palato in caput asperæ arteriæ impendet) vtraque ex parte apparet vena crassa. Non hoc dicit, quòd ad huius morbi curationem secari debeat gargareon (non enim debet) sed velut ex dissectione indicans esse ibi dictas venas. Nimirum ex venis iugularibus externis, procedunt duo insignes ramuli, tendentes in gargareonem, qui inde sub linguam reflexi, in eam insumuntur. Cùm igitur (inquit) plenæ ipsæ existentes, in ipsam linguam raram existentẽ & spongiosam, innituntur, id est, velut in ipsam innitentes ferũtur, inferunturq; ea (lingua scilicet) ob siccitatem (quam ex calore igneo conquisiuit) violenter accipiens humidum quod ex venis venit, repletur tota secundũ proprium corpus, & fit ex lata, rotunda, & ex bene colorata, liuida, ex molli autem, dura, ex bene flexili, malè flexilis. Vnde celeriter strangulet, nisi quis citò succurrat. Succurrendum itaq; huic malo præ properè, quia vrget symptoma, adeò vt nisi à materia pendeat pituitosa, expectare diu nõ possit, quin aut soluatur mox, aut hominem iugulet. Sed dices, cur cùm antea dixerit, linguam fieri reflexam, nunc reddens eius rei causam, dicit, fit ex molli, dura, & ex bene flexili, inflexilis? videtur enim oportuisse dici, cur esset reflexa, non cur inflexilis. Duorum alterum licet coniectare, aut primo loco legendũ esse pro ἀνακαμπτομένης, ἀκάμπτως, vel ἐκ ἀνακαμπτομένης, id est, non volubilis: ita vt vtrobiq; legatur, inflexili, & ita redditur sensus longè facilior, cur enim fiat lingua dura, dicit apertissimè, inflexilis verò fiet, quia dura: aut (si hoc minùs placet) præteriri causam, qua fit reflexa, dici verò fieri inflexilem, quia omnia quæ pręter naturam reflexa sunt, necesse est esse inflexilia in contrariam partem.

Φλεβοτομίην τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων, καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας ὑποτέμνων, καὶ φαρμακεύων τοῖσιν ἐκλεικτοῖσι, καὶ ἀναγαργαρίζων θερμοῖσι, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποξυρῶν, καὶ κήρωμα κεφαλῇ καὶ τραχήλῳ περιτιθέναι, καὶ ἐρίοις περιελίσσειν, καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσι, καὶ ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζευμένοισι πυριῇν. πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον, μὴ ψυχρά. χυλὸν δὲ προσφέρειν, ὁκόταν ἐκ κρίσιος ἐν ἀσφαλείῃ ἤδη ᾖ.

Sectionem venæ à brachiis faciẽs, & eas quæ sub lingua sunt, secans & curans ecligmatis, & gargarizare calidis iubens, & caput radens, & ceratum capiti & collo circumponens, & lanis obuoluens, & spongiis mollibus, aqua calida expressa fouens. Bibat autem aquam & melicratũ non frigida. Succum autem præbere, cum à iudicatione in tuto iam fuerit.

Breuissimè, perinde ac optimè, tradit Hippocrates rationem curandi dictam affectionem, & per capita, omnia quæ agenda sunt. Ea sunt venæ sectio, ecligma, gargarismus, fomẽtum capitis & ceruicis, & cibus. Nihil quidquam omisit, nisi fortè alui solutionem, quam etiam in acutissima, & quę quatuor dierum sit, scimus aliquando vtilem esse solere, præcipuè cùm pituitosa est affectio, qualem nunc Hippocrates descripsit. Constat verò ex dictis, expurgationem post missionem sanguinis faciendã esse, cuius Hippocrates primò, vt principiã in hoc morbo auxilij, mentionem facit, dicens, sectionem venæ à brachiis faciens, & eas quæ sub lingua sunt secans. Eo ipso ordine, quo sunt scriptæ sectiones hæ, fieri debent, priùs enim quæ à brachiis, vt quæ plus habeat reuulsionis, deinde quæ sub lingua, vt quæ ad euacuationem proximè accedat. Secanda est in brachiis externa, quia pars affecta supra claui culas est. Bene autem dicitur, in brachiis: non enim ad dextra, magis quàm ad sinistra, malum hoc pertinet,

tinet, cùm affecta pars sit in medio sita, nisi fortè rarò, cùm ad eius particulæ alterum latus videtur magis inclinare, quod partes externæ ceruicis, aut interni oris declarant. Si igitur in alterum latus incubuit malum, in brachio è regione posito secetur vena, sin autem non, vt plerunq; euenit, alternatè secetur in vtrisque. Nam præter dicta, affectio hæc, vt quidam rectè monent, non tam sustinet copiosam missionē sanguinis, quàm petit repetitā & crebrā. Quia ab ea quæ ad deliquium animi inducat, periculum est, ne materia sese introrsum versus cor colligat, & in medio intercipiatur à pulmone, & facta peripneumonia ex angina, homo moriatur. Ex brachiis ergo alternatè fundendus est sanguis, sed crebro, & quoties affectio petet, & homo sustinere poterit: postea ad sectionem venarum sub lingua maxima cum vtilitate acceditur. Nam & Hippocrates id nunc docet, & vix est vllus medicus, qui id non cognouerit experimento, & ratio sanè suadet. Si enim in harum repletionem suffocationis periculū rectè reiiciabatur, harum euacuatione, maximè ac celerrimè, ab eo periculo homo liberabitur. Curàs (addit) eclegmatis, & gargarismatis: nō dicit qualibus, sed formam solùm medicamenti edocet. Nimirum vt ad intestina clysteres, & ad ventriculum vomitoria, & ad cerebrum errhina, ita ad fauces gargarismata, & ad asperam arteriam, pulmonem & thoracem eclegmata sunt accōmodatissima: quia hæc maximè attingere possunt affectam partem. Quæ enim deglutiuntur, facilè præterlabuntur in ventriculi fundum, aut intestina, neq; circa vias spirit. hærentia, neq; in eas penetrantia vel exiguū quiddam. Sint autē, & gargarismata, & eclegmata, qualia exiget affectio: adstringētia quidem valde & repercutientia, nunquam: quia quæ talia sunt, etiam reddunt respirationem difficilem, & excreationem prohibent, atq; periculum est, ne fluxionem repellant in pulmonem: modicè tamen adstringentia in principio sint, velut diamoron pro eclegmate, & hoc ipsum pro gargarismate dilutum aqua rosarū aut plantaginis. Accipiat verò aliquid incidentis & extergentis, velut oxymelitis, vt materia lenta & crassa esse videbitur: breui autem (nam & breuis totius morbi constitutio est) mutatio fiat ad facilitantia sputum, & coquentia, ac modicè resoluentia, vt ad mulsam, aut decoctum caricarum, aut passularum, & serapium capillorum veneris: aut ad resoluentia, & aducentia potentiùs, vt ex prasio, hyssopo, saluia, siue serapia siue decocta. Quin & idonei pulueres illis admisti accipiuntur: velut certè qui ex canino fit stercore, omnium optimè huius affectionis resolutionem facit. Quiuis autem cordatus intelliget, non me hæc omnia nominasse medicamenta, vt quæ sola sint idonea, sed vt quæ nunc succurrerint ex ingenti sylua eorum, quæ methodum rectè tenenti, componi possunt, intuenti semper in præsentem affectionem. Verùm dixit Hippocrates, gargarizare calidis iubens, nō quidem referens nomen calidis ad gargarismatum facultatem (licet enim aliquādo, vt diximus, vti facultate frigidis) sed ad phantasiam, seu sensum. Itaque iubet in angina nihil in os assumi, nisi actu calidum, aut saltem tepidum. Nam etsi ventriculo & hepati æstuantibus, sæpe occursus frigidi potus congruit & quorundā ciborum, tamē thoraci & spiritus viis, inimicus est. Calida enim laxant, facilitant sputum, coquuntq;

& tussim leniunt: frigida contraria præstant. Quòd si is qui angina tenetur, adeo calidū expiret, & tanta siti teneatur, vt occursum frigidæ collutionis citra noxam sustinere posse videatur, licebit fortassè aliquando dare modicè frigidum; tamē tunc quoque videtur fore satiùs, ore & naribus frigidæ aquę admotis, spirare, quia sitim ex pulmone meliùs solatur aer quàm aqua. Itaque perraro non erunt ore capienda calida. Hanc ipsam ob causam dicit paulò pòst, bibat aquam & melicratum nō frigida. Addit: Et caput radens, & ceratum capiti ex collo circumponens. Meminimus Hippocr. hîc de ea solùm angina agere, quæ fit, copiosa fluxione veniente ex capite. Succurrit ergo capiti, vt parti primariò affectæ, & mittenti. Cerata quidem capiti nisi deraso, rectè admoueri non possunt: esse autem in hac affectione debent, siccantia, & euocantia potenter, qualia innumera esse possunt. Galen. vt constat quinto methodi, & tertio secundùm genera, cerato ex stercore columbino, aut ex euphorbio, vtebatur: non tamen diu admota sinebat, sed post tres horas sublatis, lauabat caput. Nos perinde fieri suademus: sint verò balnea seu embrochæ facultatis etiam digerentis, & roborantis, pro capite. Nam pro gutture & proximis ei partibus sæpe erit satis vti spongiis mollibus aqua calida expressa. Sed rogabis, si ceratum non solùm admouendū capiti est, sed collo etiam circumponendum, quæ pars superest, quę spongiis foueri possit? Galen. capiti soli admouet ceratum, Hippocrates vult collo etiam circumponi, & præterea foueri spongiis ex calida aqua: quod duobus modis videtur præstari posse, aut diuersis partibus ceratum & spongiam recipiētibus, aut eisdem, sed diuersis temporibus: primùm quidem, vt si posteriori ceruici ceratum, & anteriori spongias admoueas: secundum, vt si postquam ceratum detraxeris, post tres aut quatuor horas ex quo admoueris, aqua calida in spōgia foueas. Et fieri quidem ex vsu vtrunque possit. Si enim defluere sentiatur humor per posteriorem ceruicē, & eius partis tensionem facere, in gutture autem recepta affectio non sit adeò contumax, rectè feceris capiti, & posteriori ceruici, admouens ceratum, & gutturi spongias: sin autem ea etiam quæ in gutture consistit, desideret fortem resolutionem, vt interiùs canino, ita possumus exteriùs columbino stercore vti, amouebimus verò, & alternatè vtemur tum eo, tū spongiis ex aqua. Cætera quæ ad victum spectant, vnicā animaduersionem desiderant, puta dici hæc de angina, quæ primis quatuor aut quinque diebus sit inclinatura. Iubet enim solis aqua & melicrato vti, & ne succum quidem ptisanæ gustare, antequam à iudicatione homo in tuto sit, hoc est antequā morbus iam sit in inclinatione: constat verò, si diuturnior affectio futura sit, & tardiùs inclinatura, fieri nō posse, vt homo cū tam tenui victu durare possit.

Ὁκόταν ἐν θερινῇ ἢ μεταπωρινῇ ὥρῃ ἐκ κεφαλῆς θερμὸν τὸ ῥεῦμα καταρρυῇ, καὶ νιτρῶδες, ἅτε ὑπὸ τῆς ὥρης δριμὺ καὶ θερμὸν γεγενημένον. δάκνει γὰρ τὸ τοιόνδε ἐόν, καὶ ἑλκοῖ, καὶ πνεύματος ἐμπίμπλησι. καὶ ὀρθόπνοια ἐπιγίνεται, καὶ ξηρασίη πολλή, καὶ τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται, καὶ σὺν ὄπισθεν τένοντες ἐν τῷ τραχήλῳ ξυντείνεται.

καὶ δοκέει ὁ τέτανος ἐντετάσθαι, καὶ ἡ φωνὴ ἀπέῤῥωγε, καὶ τὸ πνεῦμα σμικρόν. καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαία παραγίνεται. οἱ τοιοῦτοι τὴν ἀρτηρίην ἑλκοῦνται, καὶ τὸν πνεύμονα πιμπρέονται, οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι. τοῖσι τοιουτέοισιν ἢν μὴ εἰς τὰ ἔξω μέρεα τοῦ τραχήλου ἑκουσίη ἀποφέρηται, δεινοτέρη καὶ ἀφυκτοτέρη ἐστι, διὰ τὴν ὥρην, ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων.

A *Cùm in æstiuo, & autumnali tempore, ex capite fluxio calida fluxerit, & nitrosa vtpote à tempore acris & calida facta: mordet autem talis existens, & exulcerat, & spiritu replet, & orthopnœa simul fit, & siccitas multa, & quæ* B *videri possunt, gracilia apparent, & tentionē habent tendonum posteriorum in ceruice, & videntur tetano distenti esse: & vox obrupta est, & spiritus exiguus & spiritus retractio densa & violenta simul fit. Hi autem vlcus habent in arteria, & pulmonis ardorem, non potentes inducere aerem, qui extra est: talibus nisi in externas ceruicis partes vltro feratur, grauior ac ineuitabilior affectio est ob tempus, quia à calidis & acribus.* C

Alteram, & eam quidem omnium grauissimam anginæ speciem dascribit nunc, cui duo hæc accident, & ex bile fieri, & tenere internam atque in alto latentem gutturis pertem. Vtrumuis horum defit, acuties & periculum erit minus, siue, inquem, ex alio mitiori succo pendeat, siue attingat externes, & quæ videri possunt, siue intra, siue extra os, partes. Nam acris ſucci species exurendo, & siccando, & exulcerando, cum minori etiam tumore auget magis læsionem: loci verò angustia, cum tumore etiam minimo, strengulat. Huius itaque morbi essentie est in phlegmone erysipelatode, exiguo quidem (nam magnum is locus ne horum quidem potest sustinere) sed teneṇte internum guttur. Causa est succus calidus, cuius duæ sunt species, biliosus enim & acer est, aut pituitosus & salsus: potest ex toto corpore, aut ex vne elique ekr pertium nobilium venire, in guttur plerunque destillet ex capite, vt etiam de pituitoso antea dictum est. Symptometa verò sunt quæ Hippocrates narrat. Quorum quædam pathognomonica, quędam superuenientia sunt. Non enim necesse est, affectio perueniat vsque ad spiritus retrectionem, densem & violentam, sed cùm in malum exitum morbus festinat. Constat præterea hanc anginam congruere æsteti, vt prior congruit hyemi, atque quoniam æstati, etiam congruere autumno, qui sequitur in morbis gignendis æstatis conditionem. Sed vt antea monuimus, enni tempus non est in vllius morbi essentia, quie quiuis morbus quocunque tempore fieri potest, etsi quidam quibusdem magis congruant. Itaque dicit, hunc morbum fieri æstate & autumno, fluxione à tempore facte calide, non quòd necesse sit ita fieri, sed quòd sæpe fiat. Fieri verò potest fluxio calide à prauo victu, etiam alio tempore. Fluxionem vero calidam esse, necesse est omnino, si hæc species anginæ, de qua nunc differitur, futura sit. Dicit iteq; cùm in æstiuo & autumnali tempore ex capite fluxio calida fluxerit (id est biliose) & nitrose (si scilicet pituitosa est) vtpote facta à tēpore calido & vrente, acria & calide (acris scilicet si biliose est, atq; etsi biliosa non sit, temen calida, salsa aut nitrose: vel, quod maximè fit, partim biliosa & acris, partim pituitosa & salse, nitrosaúe) mordet autem talis existens, & exulcerat: Addit, & spiritu replet, quod quidem dicitur iuxta antiquatum dogme, cuius nuper meminimus, putantium tumorem phlegmonosum fieri interclusione spirituū cū sanguine. Itaque dicit, spiritu replere partem, quia phlegmonem gignit. itaque morsum, vlcus, & phlegmonem, facit ea fluxio, & ea quidē angina in phlegmone habet essentiem, talis autem, in phlegmone cum morsu & corrosione in parte abdite, à tali fluxione. Hinc fit orthopnœa, ex angustie scilicet, & siccitas multa (oris scilicet, quie siccans admodum est cause) & quæ videri possunt partes, graciles apparent, hoc est, nullum tumorem præter naturam hebere videntur. Et tentionem habent tendonum posteriorum in ceruice, & videntur tetano distenti esse, & vox obrupta est, hoc est inter loquēdum interrumpitur eis sermo, & spiritus est exiguus (quia non possunt nisi exiguum trahere, non potest autē thorax dilatari nisi pro ratione eius quod trahitur, cùm interius sit expeditus & capax) & spiritus retractio deusa & violenta, hoc est, thoracis intrò reuocatio violenta, qualis fit per spiritum vocatum offendentem. Hæc omnia constat conuulsionem minari, quæ sanè à fluxione adeo maligna, meritò timetur. Fiet verò, cùm distillabit non in guttur solùm, sed & in tendines ceruicis, & radices neruorū qui in septum transuersum, & musculos intercostales veniunt, imbibetur. Sed, vt diximus, hæc non omnibus, sed lethaliter affectis, superuenient. Hi (inquit) habent vlcus in arteria, & pulmonis ardorem. Cur habeant vlcus, dictum est, cur habeent ardorem, nunc dicit, quia scilicet non possunt inducere aerem externum, atque ita neque refrigerium inde capere. Talibus (inquit) nisi in externes ceruicis pertes vltrò feratur, greuior, & ineuitabilior affectio est (quàm prior scilicet species enginæ) ob tempus, inquit, quia à calidis & acribus. Non quidem quia à celidis & acribus eo tempore, grauius enim esset à calidis & acribus in hyeme. Sed periculosior est, quia à calidis & acribus, fit verò à calidis & ecribus, ob tempus. Ergo periculosa, quia à calidis & acribus, per se, quia tali tempore, per accidēs. Quod verò dicit, nisi in externas ceruicis partes vltro feratur, consonū est ei quod in Prognostico dicitur: Quibuscunque fauces & ceruix simul rubuerint, hæ anginæ diuturniores sunt, & ex ipsis maximè euadunt, si & ceruix & pectus ruborem habuerit, & erysipelas non intro recurrerit. Vbi legimus, & pulmonis ardorem, habent Gręci codices lectionem duplicem, in quibusdem enim legitur: καὶ τὸν πνεύμονα πίμπλανται, id est, pulmonis habent repletionem: in aliis πίμπρανται, id est, exuruntur. Constat tamen secundam hanc esse legitimē, & veterē lectionem, quippe quam Galenum in suo Codice habuisse, ex causa quam in commentatione reddidit, facilè intelligitur.

Ην πυρετὸς λάβῃ, πελιδνὸς ἐὼν καὶ οὐκ ὑπεύ-

-θυνος.

ὑποστρέφοντι ἐόντι, ἢν τι ξυνῇ ὀδύνη πλευροῦ, ἤν τε μή, ἡσυχίην ἄγειν, μέχρις οὗ καταβῇ τὰ σιτία τὰ πρῶτον ἐς τὴν κάτω κοιλίην. πόμασι δὲ χρεέσθω ὀξυμέλιτι. ὁκόταν δὲ ἐς τὴν ὀσφὺν, βάρος ἥκῃ, κάτω κλύσαι κλυσμῷ, ἢ καθῆραι φαρμάκῳ. ὁκόταν δὲ καθαρθῇ, διαιτᾷν ῥοφήμασι πρῶτον, καὶ πόμασι μελικρήτῳ, ἔπειτα σιτίοισι, καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσι, καὶ οἴνῳ ὑδαρεῖ ἐς νύκτα ὀλίγῳ. ἡμέρῃ δὲ, ὑδαρὲς μελίκρητον. ὁκόταν δὲ αἱ φῦσαι δυσώδεες ἔωσιν, ἢ τῷ βαλάνῳ, ἢ κλυσμῷ, εἰ δὲ μὴ, ἐπισχεῖν ὀξύμελι πίνοντα, ἕως ἂν καταβῇ ἐς τὴν κάτω κοιλίην, ἔπειθ' οὕτως κλυσμῷ ὑπαγαγεῖν. ἢν δὲ λαπαρῷ ἐόντι καῦσος ἐπιγένηται, ἤν σοι δοκέῃ φαρμακεύειν, ἐπιτηδείως ἔχειν, ἐν τῇσι τρισὶν ἡμέρῃσι μὴ φαρμακεύειν, ἀλλ' ἢ τεταρταῖον. ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι χρεόμενος, διαφυλάσσειν τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων, μὴ δὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ πεπαυμένων, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥόφημα, μήτ' ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγεῦ τοῦτ' εἶναι διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν διάθερμοι σφόδρα γένωνται. ἔπειθ' οὕτω τὸ ξυμφέρον πρόσφερε. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ, ψύξις ποδῶν. εἰ δ' ἐν τούτῳ καιρῷ προσοίσεις ἅπαντα, τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις. τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγῃ, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώματος. αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας, ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρηκος ἐς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. συνδεδραμηκότος δὲ ἀλέος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω, καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται, ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ὑπάρχοντες. ἔτι δὲ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων, ψύχονται, συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρηκα. καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ, καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον, ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ θώρηξ κατέψυκται αὐτέων. εἵνεκεν τουτέου, προσεκτέον. ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, θερμὴν ἀνάγκη τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν, καὶ ὑποχόνδριον ἐκτεταμένον, καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδοθεν ταραχὴν, καὶ μετεωρισμὸν γνώμης, καὶ ἀλγήματα, καὶ ἕλκεται, καὶ ἐμέειν ἐθέλει, καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνᾶται. θέρμης δὲ καταβάσης ἐς τοὺς πόδας, καὶ οὔρου διελθόντος, ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ. κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν, δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι, τότε δὲ, ὄλεθρος.

ris, siue cum dolore lateris, siue sine eo, quietem agere oportet, vsque dum descenderint priores cibi in aluum. Potu verò vtatur oxymelite. Quum autem ad lumbos grauitas deuenerit, clystere vti per inferna, aut purgare pharmaco. Quum autem purgatus fuerit, cibare sorbitione primùm, & potu melicrato, deinde cibis & piscibus coctis, & vino aquoso ad noctem pauco, interdiu autem melicrato aquoso. Quum autem flatus graueolentes prodierint, aut glande aut clystere vtendum: sin minùs, cessare, propinantes oxymeli, donec descenderint in aluum: deinde clystere subducere. At si vacuo ventre febris ardens superuenerit, si tibi videatur, pharmaco vti, bene habet intra tres dies non expurgare, sed vel quarto. Quum autem expurgaueris, sorbitionibus vteris obseruans febrium exacerbationes, vt nunquam exhibeas quum sunt, aut futuræ expectantur, sed vbi desierunt, aut quieuerunt, & quàm longissimè à principio. Pedibus autem frigidis, neque potum, neque sorbitionem, neque aliud quippiam huiusmodi da. Verùm maximum hoc esse ducito, obseruare donec valde calidi facti sint. Atque tunc quod vtile est, tribue. Plerunque enim est signum futuræ exacerbationis febris, pedum frigiditas. Si verò in hac occasione tribueris omnia, plurimùm errabis, morbum enim augebis non parùm. Quum autem febris desinit, pedes contrà calidiores fiunt reliquo corpore. Augetur enim refrigerans pedes accensa ex thorace in caput remittens flammam. Toto autem calore aceruatim sursum accurrente, & ad caput exhalante, meritò pedes frigidi fiunt, excarnes & neruosi natura quum sint, adhuc autem quum longè absint à locis calidissimis, refrigerantur, collecto calore ad thoracem: & rursum eadem ratione, quum soluitur febris, & in tenues partes diremitur, ad pedes calor descendit. Hoc igitur tempore, caput thoráxque ipsorum refrigeratur. huius causa dandus cibus, quòd cùm pedes frigidi fuerint, necesse est calidum esse ventrem, & multo fastidio plenum, & hypochondrium intentum, & iactationem corporis ob turbationem interiorem, & eleuationem mentis, & dolores, & trahitur, & vomere vult, & quum praua vomuerit, dolet. Calore autem descendente in pedes, & vrina exeunte, etsi non sudet, omnia desinunt. Hoc igitur tempore oportet sorbitionem dare, alioqui perniciosa fuerit.

Quidam neotericorum hoc loco definunt hunc librum commentariis prosequi, reliqua Hippocra-

Si febris corripiat, veteri stercore non subeunte, aut ei, qui cibum paulò antè accepe-

noo esse affirmantes, quibus Galeoos ita faciendi præstitit ansam, vtpote qui & ipse, partim vt falsa, partim vt inutiliter repetita, partim vt ineptè conficta, omnia ferè quarti huius libri, refutat. Mihi verò non is est animus, sed omnia ad calcem vsque libri enarrare: naque anim rectè coosideranti tam indigna Hippocrate visa fuut mihi, quàm Galeno, qui non in hoc opere solùm, sed in aliis multis, multa reiacit immeritò. Non negu, longiusculem hanc orationem, quam nunc præscripsimus, nihil continere noui, sed repetitionem esse quorundam, quæ in primo libro scripta sunt, sed si omnes repetitiones, vel inutiles, essent reiiciendæ ab autoribus, Dsus bone, quàm multa eb scriptis Aristotelis, autoris alioqui & breuiloqui, & methudi causa commeudatissimi, reiicerentur. Non sunt reiiciendæ tamen, quin potiùs familiarissimæ sunt bonis omnibus eutoribus, & ad disciplinas accommodatissimæ repetitiones, operibus iam ad finem properantibus, præcipuè si priùs dictis aliquid addatur lucis: valut certè nunc fit. Non enim repetit vtcunqoe, sed quædam dicit apertiùs, quorundam etiam reddit causam. Verû quoniam repetitiones sunt, non adeò longis indigebunt commentariis, sed breui enarratione. Dixarat primo libro, si nuper pasto cuipiam, & elui onere haudquaquà purgato, febris, vel cum dolore, vel siue dolore, incœperit, à sorbitione tantisper temperandum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse, couiectatú sit, oxymelita in potu vtendum. Et paucis interpositis dicit: Si verò non subiit vetustus cibus, ei qui recentam acceperit, si fortis fuerit, & ætas vigens, clystera vti, sin aotem fuerit debilior, glande vti, nisi sponte exierit bene. In hanc ipsam sententiam dicit nûc: Si febris corripiat, vetari stercore non subsunte, aut ei qui cibum paulò antè acceperit, siue cum dolore lateris, siue siue eo, quietem agere oportet, vsque dum descenderint priores cibi in aluum, potu varò vtatur oxymelite: cùm autem ad lumbos grauitas deuenerit, clystare vti p inferna, aut purgare pharmaco. His doobus lócis eadem sententia continetur, nimirum cui cibus recens nô descéderit, aut vatustus in intastinis abunde hæserit, nou esse offerendum mox alium cibum, neque aliis auxiliis instandom, sed conandum esse priùs quàm offeratur alius, vt prior descenderit, (idque fieri potu oxymelitis) atq; adeò si fiari possit, vt ex intestinis subducatur, idque fieri clystere aut glande: sed quod primo loco dixit, vel cum dolora, vel sine dolore, nunc adiecit, siue cum dolore lateris. Nimirum de dolore lateris primu quoque loco differebatur. Quod primo loco dixit à sorbitione tantisper temperandum, hîc dicit: quietem agera oportet, vt mihi videtur, significantiùs multò: nuo enim à cibo solùm ob satietatem & eluire pletionem temperandum, sed & à missione sanguinis. & aliis multis auxiliis. Quare meliùs dicit, quietem agendam. Quod primo loco dicit, donec cibum ad infernam intestini partê descendisse coniectatum sit, nunc dicit, ex symptomate accipiens significationem, cùm autem ad lumbos greuitas deuenerit. Nimirum dolor grauans in lumbos desceodens, significat in infernam partem crassas cibi partes decubuisse. Verùm quia hoc non solùm ob fæces fieri solet, sed ob malos etiam succos, qui morborum causæ sunt, in infernas partes iocumbentes, & id cùm fit, nou clyster solùm, vt ob fæces, sed expurgatio etiem p pharmacû desidaratur, quanquam primo loco intulerat, cui non subut vetustus cibus, clystere aut glaode solùm vti, hîc addit, clystere vti per inferne, aut purgare pharmaco. Nimirum cui ad lumbos grauitas deueoerit, sed id ob fæces factum sit, clystere, si ob succos qui morbos pariunt, phermaco indiget. Rursum paucis, quæ ad victum eorum qui pharmacum aceeperunt, pertinent, interpositis, repetit Hippocrates hanc ipsam sententiam, vt primo libro scripta est, dicens. Cùm autem flatus graueolentes prodierint, aut glande, aut clystere vteudum, siu minùs, cessare, propinantes oxymeli, donec cibi io aluû descaoderint, deinde clystere subducere. Nimirum flatus graueulentes, significant fæces iu aluo putrescentes: tunc ergo vtendum clystere aut glande: si fortis sit ægiotus, clystare: si debilis, glande. Sin mioùs, (dicit) hoc est, si nondum descenderint ad aluum, cessare: hoc est, vt primo libro dixit, à sorbitione tantisper abstinere, propinantes solùm oxymeli, hyema calidum, æstate frigidum, vt anteà etiam dixerat, deinde clystere subducere. Itaque hæc omnia in eandem sententiam dicta sunt, & licet elta ex aliis explicare. Cætera etiam, quæ de victu expurgatorum dicuntur hîc, dicta sunt primo libro. Ibi enim ita scripsit: Postcà verò manè potiouas dandum, vesperi ad cibos transeundum. Nunc in hanc ipsam sententiam dicit: cùm autem purgatus fuerit, cibare sorbitione primùm, & potu melicrato, deinde cibis & piscibus coctis, & vino aquoso, ad noctem pauco, interdiu autem melicrato aquoso. Nimirum leutiorem cœnam iostituens dicit, cibis, idoneis scilicet, vt ouis recentibus, eut pullis gallinaceis; vt vnum autem cibum exempli loco numinans, dicit, & piscibus coctis, & vino aquoso, ad noctem pauco: Instituens verò potionem manè propinandam, dicit, interdiu autem melicrato aquosu. Obiter monet Hippocrates quiddam ad tempus expurgendi spectans, dicens: At si vacuo ventre febris ardens superueniat, si tibi videatur pharmaco vti, bene habet intra tres dies non expurgare, sed vel quarto. Huius causa paulò infrà hoc ipso libro dicetur, constabitque ax ipsis antoris verbis, prohiberi expurgatiouem primis diabus, quòd vix vnquá in illis appareat concoctio. Nem primus impetus febrium ecuterum est quatuor dierum, vt in Prognostico dicitur, non est ergo expurgandum ante quartum, na sine concoctione expurgetur. Constat verò admooitionem hanc non tollere alia artis præcepta, quòd scilicet ne tûc quidam expurgandum sit semper, sed cùm natura nun valet perfectè iudicare, atque quòd anteà etiam expurgare liceat, si turget meteria. Nam medicari oportet. in valde acutis, si materia turget, eadem die, qoia tardare in talibus malum est. Verùm cùm Hippocrates dicat, et si vacuo ventre febris ardens superueoiat, si tibi videatur pharmaco vti, apertè insinuat, plenitudinê ventris pharmaci vsum prohibere, conandumq; essa, vt communis vocata materia, quæ in ventriculo & aluo contineatur, euacuetur priùs, q̃ ad pharmecum perueniatur. Reliqua omnia dictionis huius, pertinêt ad horam exhibendi cibum, continantq; nihil aliod, q̃ qood in aphorismu dicitur: In accessionibos abstinere oportet: nã cibum dara noxium est. Præterquam quòd hîc explicat, q̃ accessio-

accesſionum partē maximè cauere oporteat: nempe ipſam inuaſionem paroxyſmi, qua ſolent frigere pedes, & reliqua extrema. Itaque repetit hic quod primo loco dixerat, his verbis. Cùm quidem pedes frigidi ſint, abſtinere oportet à ſorbitionis exhibitione, pręcipuè autem à potu abſtinendum: cùm autem calor ad pedes deſcenderit, tunc dare, & putare plurimùm poſſe occaſionem in omnibus morbis, præcipuè autem in acutis. Eandem hanc ſententiam edifferit nunc, & multò fuſiùs, reddens omnium cauſas. Verùm cùm dicit: cùm autem expurgaueris, ſorbitionibus vteris, obſeruās febrium exacerbationes, ne intellige, non eſſe obſeruandas, niſi cùm quis expurgauerit: ſemper enim, & ante & poſt expurgationē, in victus inſtitutione, ea regola teneri debet, ſed ſolùm tranſitionis gratia dixiſſe, cùm autem expurgaueris. Quæ verò dicit, per ſeſe ſunt aperta ſatis, præterquā quod primo libro ſatis enarrata ſunt. Poſtrema dictionis verba indigent conſideratione. Vbi dicit, calore autē deſcendente in pedes, & vrina exeunte, etſi nō ſudet, omnia deſinunt. inſinuat his verbis, quod & res habet, in ſingulorum paroxyſmorum ſolutionibus euenire, quod & in totius morbi iudicatione ſolet, puta laxari poros & vias, per quas euacuantur excrementa, & naturam ad euacuationes conuerti, contrà in principiis adſtringi, & retineri omnia. Sed in totius morbi principio & fine, fit id ſecundùm totam morbi materiam, in acceſsione quacunque, ſecundùm portionem quandam. Vt ergo totus morbus (acutus maximè) magna aliqua euacuatione iudicatur, ita acceſsio quæcunq; euacuatione quadam, plerunque quidem ſudore, ſed & citra ſudorem aliquando, vrina exeunte, & euacuatione inſenſili per cutem facta. Vrina verò pleriſque in remiſsione paroxyſmi redditur liberius, & ſucco qui febrem facit, magis tincta, in inuaſione, aut retinetur, aut redditur tenuior & aquoſior. Quod apertè indicat retentionem, quæ in principio agitur, & remiſsionem, quæ in fine. Non fit autem ea remiſsio ſolùm per vrinam, ſed verſuſquaque: proinde & inſenſilem euacuationem etiam augeri eſt neceſſe, ſi non ſudatur: verùm apparet multò magis in vrina, vt in euacuatione euidentiori. Quibuſdam autem aliis aluus tunc laxatur, aut vomitus ſuccedit, quibus morbi cauſa inclinat in ventrem.

Ὁκόσοισι δὲ διὰ τέλεος ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὑγρὴ, τουτέοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνειν καὶ περιστέλλειν, κηρώμασι, καὶ ταινιδίοις περιελίσσων προσέχειν, ὅκως μὴ ἔσονται ψυχρότεροι τοῦ λοιποῦ σώματος. θερμοῖσι δὲ οὖσι, θέρμασμα μηδὲν προσφέρειν, ἀλλὰ διατηρεῖν, ὅκως μὴ ψυχθήσονται. ποτῷ δὲ χρέεσθαι, ὡς ἐλαχίστῳ ὕδατι ψυχρῷ, ἢ μελικρήτῳ.

Quibuſcunque autem ſemper aluus in febribus humida eſt, his inſigniter pedes calfaciens & tegens ceratis & faſciis obuoluens animaduerte ne ſint frigidiores reliquo corpore. Calidis autem exiſtentibus, calfactionem nullam adhibe, ſed conſerua ne refrigerentur: potu autem vti quàm paucißimo, aqua frigida, aut melicrato.

Remiſſè admodùm intelligit Galenus ac cum eo alij enarratores, Hippocratē nunc docere rationem curandi profluuium alui ex frigore pedum orti. Ridiculum enim, ſi de acutis cum continua febre morbis agēs, ad alui fluxum ex frigore pedum diuertat, traditurus curationē, & facillimam & vulgo cognitam. Hæc cùm ita interpretentur, meritò cenſent tam leuem, & intempeſtiuam præceptionem Hippocratis non eſſe: Verùm longè aliud agit Hippocrates. Nimirum cùm tractationem de ſingulis morbis acutis in hunc quartum librum deſtinauerit, & de quibuſdam antea egerit, perſtat perſequi alias acuturum ſpecies, perſequitur antè ſpecies, non tam exactè quàm poſteriores, eas quæ ex propriis differētiis accipiuntur, ſed more vetuſtiſſimorum, modos quoſdam potius morborum, ex quorundam inſignium ſymptomatum concurſione acceptos. Nam vt initio operis monuimus, eo ſeculo non venerant morborum differentiæ ad tam exactam partitionem: Nos verò vtraq; ratione frui volumus: in praxi enim veteres hæ obſeruationes, ſæpe erunt vtiliores exacta recentiorum argutia. Quid ergo ſit qđ velit Hippocrates, iam dicamus. Quibuſdā acutè ſebricitātium accidit profluuium alui perpetuum. Qui ſanè caſus difficilis eſt & periculoſus. Maligni enim morbi ſuſpicionē facit quæcunque euacuatio aſsidua, quæ à principio aſsidet: quia euacuationes ſuperuenire oportet ſuo tempore, non à principio comitari. Ita ſunt quædam febrium peſtilentium, quæ ſudatoriæ vocātur, quòd per eas aſsiduè ſudent ægroti, cum exolutione tamen virium, & nulla conferētia: Ita etiam peſtilens conſtitutio, quæ ſuperioribus annis, in Hiſpaniæ quaſdam partes graſſata eſt, neque adhuc ceſſauit, cum alui profluuio inuadebat. Nimirum malignitatis morbi, & magnæ affectionis facultatis eſt, intempeſtiuè vacuari: nam cùm morbus mitior eſt, aut facultas minùs grauiter afficitur, tenet natura familiarem ſibi ordinem, retinendi, ac coquēdi, antequam euacuet. Verùm à principio, ac continenter fundi, venenoſorum excrementorum eſt. præcipuè ſi notæ aliæ graues accedant, vt languores, nullæ conferentiæ, & malignæ qualitates eorum, quæ euacuantur, & grauia alia ſymptomata. Velut nunc, qui cum febre continua habēt etiam alui fluxum, hac ipſa cauſa agnoſcuntur grauiter ægrotare, ſiue diarrhœa, ſiue dyſenteria is fluxus ſit. Maligna enim cauſa morbi ſignificatur, quæ inſtigat, & languor facultatis, quæ non poteſt ferre. Verùm ſi accedit frigus extremorum, multò maior malignitatis eſt iam ſignificatio. Nam vtrique cauſæ atteſtatur ea frigiditas, nimirum maligna putreſcētia ſuccorum in viſceribus, aut vlcera, vel inflammationes magnę, doloréſve graues inteſtinorum, hæc omnia calorem ad interna cogunt accurrere, & deſtituere externas partes: porrò calidum ipſum, quò eſt debilius, eò à leuiori cauſa cogitur ad internas partes accurrere, & externas deſerere. Itaque frigus extremorum & debilitati & malignitati atteſtatur. Hoc caſu maxima cautio eſt, omni ratione curare, vt calor quacunq; ratione reuocetur, & partes quacunque arte in calore aliis partibus æquali, contineantur: quare frictionibus, ceratis, faſciis, & quibuſuis aliis calorificis admotis. Nā etſi frigus illud pedum, cauſa nō eſt morbi, ſed ſignū malum & ſymptoma, tamē tollitur, reuocatione caloris, ſpirituū

inquam, & fanguinis: nihilque magis ex vſu eſt, quàm ea reuocari. Quia nihil eſt quod magis noceat, quàm ille in interna concurſus, quia inflammationes & alias omnes viſcerum affectiones auget, & ipſe calor, conſtipatione illa, ſibi ipſi ſuffocationis cauſa fit. Itaque tollere frigus pedum conamur, non ob ipſum frigus, ſed vt hæc violenta calidi delatio ad interna, prohibeatur. Nihil ergo maiori ſtudio agendum in omni febre maligna, quæ ad lypiriæ genus referatur. Quinetiam & quacunque alia occaſione, etiam leuiori per morbum extrema frigeant, concalefactio eorum, ex vſu eſt. Nã & in febris intermittẽtis inuaſione calfactio extremorum paroxyſmos contrahit. Sed nunc de malignis & acutiſsimis febribus ſermo eſt, in quibus expedit, ſi pedes frigidi ſint, calfacere: Si verò calidi ſint, nullam calefactionem oportet pedibus adhibere, quia ſi fluit aluus copioſè calidis pedibus, non interna inflammatio, aut illi ſimilis affectio, ſed vehementia febris, & colliqueſcentia ſignificatur. Conſtat verò hanc admotione calidorum auctum iri: neque tamen proinde oportet frigida admoueri pedibus, ne calor vrens in interna repellatur (in colliquantibus enim febribus, corpori qđ eſt inter inguina & alas, meliùs admouentur frigida) quare neque calefaciendum, neque refrigerandum tunc temporis eſt, ſed conſeruandum, ne refrigeretur. Potu autem (inquit) vti quàm paucisſimo, aqua frigida aut melicrato: iuxta phraſin qua toto hoc libro vſus eſt, videtur hoc de cibo dici, vt ſignificetur nollo alio cibo vtendum eſſe toto morbo, quàm aqua, aut mulſa. vnde conſtat apertiſsimè, eum agere de morbo, q̃ ſit exactè acutiſsimus, & intra quatuor dies iudicandus, qualis profectò fuerit, cui ob malignitatem morbi eum alui profluuio, à principio pedes frigebunt, non tamen cui ob frigus pedum aluus fluet. Sed præterquam quod iuxta morbi conſtitutionẽ rectè hoc dicitur vt de cibo, vt de potu etiam intelligi debet. Nimirum in profluuiis alui exiguo potu vtendum eſt, quia cum largo copioſiùs fluet Verùm in his quæ cum iogen ti febre fiunt, periculom eſt ne potu deſtituti, magis colliqueſcant: proinde ſuppleri hoc qualitate debet, atque is qui datur, frigidus actu dari, atque ſi ſit eius copia, niue refrigeratus. Rectè ergo conſulit vti potu quàm pauciſsimo, quia in alui bus eſt laxus, frigido, quia ex colliqueſcentia corporis: aqua ſanè, ſi fluxus ſit bilioſus: mulſa, ſi ex ſalſa pituita. Hanc eandem rationem potus inſtituendi, teneri cenſeo in ſtranguria, quæ ex ardore vrinæ initium cœperit, Tutiùs enim mordacitas emẽdabitur qualitate, quàm quantitate: hæc enim vrinæ etiá quantitatem auxerit, ac proinde & laborem.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι κοιλίη ὑγρὴ, καὶ γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιούτων τὰς κροκίδας ἀφαιρέουσι, καὶ τὰς ῥῖνας σκάλλουσι, καὶ κατὰ βραχὺ μὲν ἀποκρίνονται τὰ ἐρωτώμενον. αὐτοὶ δὲ ἀφ᾽ ἑωυτῶν οὐδὲν λέγουσι κατηρτισμένον. δοκέει οὖν μοι τὰ τοιάδε μελαγχολικὰ εἶναι. ὅταν τοιῶνδε ἐόντων, ἢν ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ συντήκη, δοκέει μοι τὰ ῥοφήματα ψυχρότερα καὶ παχύτερα προσφέρειν, καὶ τὰ πόματα σταλτικὰ καὶ οἰνωδέστερα, ἢ στυπτικώτερα.

Quibus in febribus aluus humida, & mens turbata, & multi ex talibus floccos auferunt, & nares ſcalpunt, & pigrè reſpondent ad interrogata, ipſi autem ex ſe ipſis nihil dicunt congruẽs. Videntur itaq; mihi talia melancholica eſſe. Talibus igitur ita ſe habentibus, ſi aluus humida fuerit, ac colliquans, videtur mihi, ſorbitiones frigidiores & craſsiores prodeſſe, & potiones ſiſtentes, vinoſiores magis quàm adſtringentiores.

Cognoſci ex modo delirandi, ſpeciem ſucci, ob quem delireтur, non eſt nouum. Nam ille ſcripſit, deſipientiam cum riſu eſſe ſecuriſsimam, quia, vt dicit Galenus, ſanguineæ affectionis eſt. Vt igitur deſipientia cum riſu, ex ſanguine eſſe cognoſcitur, ita quæ cum taciturnitate, & triſticiтate, agnoſcitur eſſe ex melancholia. Eſt verò melancholia ſuccus, qui omnium maximè mentem tentat, quod vel inde agnoſces. quòd is ſolus, citra cerebri phlegmonem, & citra febrem, putatur poſſe facere delirium perpetuum, redundans ſolùm, aut agitatus. Conſtat verò, agitatum quàm quietum, meritò magis tentaturum mentem: ita enim cupioſiùs tranſmittent in cerebrum nigri vapores. Vt igitur citra febres, ſola melancholiæ redundantia, delirium ſolet facere, ita per febres, etiam ſine inflammatione, quòd ſi moueatur, cum minori etiam redundantia id faciet. Cum igitur febricitanti aluus eſt humida, & mens turbata, & ſunt pigrè reſpondentes, & ex ſeipſis nihil dicentes quod opportunum ſit, & congroens, ſcire licet melancholiam eſſe in homine, & huc eſſe dirigendum conſilium curantis: idque ſiue phreniticus ſit, & deliret perpetuò, ac ipſe alui fluor perpetuus ſit, ſiue aliquando accedens: ſiue tunc deliret ſolùm, cùm aluus fluit, & cùm ea ſiſtitur, redeat ad mentem. Vidimus enim non ita pridem, ægrotantem, cui cùm alioqui mente conſtaret, cùm alui inſtaret fluxus, mens turbabatur, & delirabat, vt delirium accedens, inſtantis deiectionis Medicis ſignificationem præberet, neque fallerentur: eſſe autem hoc melancholicum, conſtat, quia nullus alius ſuccus ſola agitatione delirium facit. Sanguis enim & pituita non niſi cùm in cerebro ereant phlegmonas, bilis etiam putreſcens toto corpore ſolet deliria facere in maximis febrium incrementis: melancholia verò etiã citra putreſcentiam mittens vapores in cerebrum, atq; ita loco motu ſolùm & affluens. Itaque omnia huiuſmodi ſunt melancholica. Si cũ febre deliratur perpetuò cum taciturnitate & mœſtitia, neceſſe eſt ſit duorum alterum, aut phrenitis melancholica, aut complicatio febris cum melancholia, maniáve: Si verò deliret, non perpetuò, ſed cùm fluit aluus, motio melancholiæ facit delirium, ſi ſine febre id accidat, melancholiæ minoris, ſi verò cum febre, vſtæ, & quæ cum colliqueſcentia generetur, vt in ægrotante fiebat, cuius memini: colliqueſcebat enim pariter, quod deiectionum grauеolentia declarabat. Talibus igitur (inquit) ita ſe habentibus, ſi aluus humida fuerit, & colliquans, videtur mihi ſorbitiones frigidiores & craſsiores prodeſſe. Nimirum in omnibus qui ita delirent, melancholiæ euacuationi intendendum eſt: ſi verò atrabiliariæ & colliquantes deiectiones eſſe cognoſcantur, tunc attemperatione magis agendum, & colliqueſcẽtiæ obſiſtẽdum: Vtendũ ergo ſorbitionibus frigidis & craſsio-

crassioribus, vt ptissanæ & amyli, frigidia quidem, vt temperetur ardor, crassis vt bebatetur mordacitas. Sed dices, videri Hippocratem loquutũ ineptè, cùm posuerit aluom esse humidam, diceus, quibus iu febrib⁹ aluus bumida: ac deinde dixerit, si aluus humida fuerit. Verùm intellige, nõ esse legendom seorsum, si aluus humida fuerit, ac colliquãs (humidam enim esse posuerat) sed coniunctim, si humida ac colliquãs fuerit. Nam etsi plerunq; cùm aluus est humida, & cũ febre ita deliratur, solaat deiectio esse colliquans: fieri tamen potest vt etiam non sit, sad ex mitiori melaucholia sine colliquescentia: Quare oportet alia signa adhibere, ac ex illis considerare, au colliquãs deiectio sit, vt si corpus ardeat, extenuetur, languascat, grauecolentes deiectiones sint. Si enim hæc nõ sint, iuuabis euacuatione melancholiæ, auxilium iude sperans: si verò sint, ad sorbitionas frigidiores & crassiores conuarteris: his enim cessabit colliqnesceutia, atq; cum ea atiam cessabit proflnuium illud noxium. Sisti enim debat, cùm colliquet, atque ita potiones sistcutes essa debent, non tamẽ adstringẽtes. Nimirum quę sistunt, duplicia sunt: quædam adstringendo id faciunt, quædam citra adstrictionẽ, occurrendo fluxus causæ. Velut si fluat aluus ob acrimoniam aut salsuginem succorum, quę extergent tollentes, quod intestinis hæret, solent sistere, & sorbitiones obtundeutes eas qualitates, vt quæ sine sapore crassæ sunt, valut mazæ multa genera: Si ob ardorem vreotem, aqua niue refrigerata potest sistere aluum: si ob multitudinem succorum influentium in aluum, iu partem aliam deriuantia, vt diuretica solent aluum sistere: quin & expurgantia sæpe sistunt aluum, affatim vacuata copia, & siccata aluo Tot suut modi sistentium sine adstrictione. quæ sanè sistentia sunt ex accidenti: sæpe tamẽ opitulantur multò tutiùs, q̃ quæ adstringunt. Hæc anim vbi matetia euacuata non est, maximè si ea quæ interiùs manet, est maligna, periculosissima sunt. Nam detenta læduut, ac magna ax parte manere diu uon possunt, sed, vt quæ vi datinerentur, maiori impetu erumpere solent: & interim partibus affiguntur. Proinde consulit his dari potiones sisteotes, alia ratione potiùs q̃ adstringentes. Velut si aquæ potu vsurus sit, satiùs sit frigida dulci, aut cum hordeo, aut re alia idonea elixata, q̃ chalybeata, aut parata cum mastice: si vino, satius sit vinoso albo (diluto quantũ oportet) vt ad vrinæ vias & corporis habitum auocat, q̃ nigro & austero, quodq; adstriugat. Vnde cõstat Hippocratis sententiam essa, in alui profluuiis, albo potiùs q̃ nigro vino vti, nisi cùm ex intestinorum laxitate malum pendet, qnanquã in praxi quibusdam aliis considerationibus est opus, in quibus hominis consuetudo & natura, primas tenent partes, sed de hac re rursum dicetur in huius operis calca.

Οἷσιν δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοι τι ἀπ' ἀρχῆς, καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσι καὶ οὖρα λεπτὰ, τουτέοισι προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνόμενον τὸν πυρετόν. οὐ θαυμάσαιμι δ' ἂν, οὐδ' εἰ παραφρονήσειαν.

Quibus febribus vertigines à principio, & pulsus capitis sunt, & vrina tenues, his expectare oportet ad iudicationes exacerbandam febrem: neq; mirarer, si delirarent.

Si quæ pars per morbum dolet, in eam fiuot abscessus, ueque quidem dolor solus id significat, sed eadem ratioua, qoodcunqua aliud symptoma debilitatis, aut prauæ affectionis. Quara si quis incipiat febricitare cum vartigine, & pulsatione vehementi capitis, etsi à priocipio non videatur febris esse magna, prædicere tamen licet, uon facilè, neque sina perturbatione soluendam esse febreiu, sed axacerbandam, timoremq́ue incussuram, præcipuè si etiam sint vrinæ tennes & aquosæ. Nam vertigo & pulsua, significant caput pati, vrinæ teuues raptum materiæ iu superiora; ab vtrisqua ergo, receptorum caput à toto corpore biliosa, significatur. Vnda constat, magnæ exacerbationis pariculum impendere, ac fortasse etiam delirij. Nam quid potiua timeas capiti, quam delirium? vt enim vrinæ tennes albæ pessimæ sunt, si appareant in delirautibus, ita si signis aliis, quæ affectionem capitis mineotur, accedant, præuunciant phreuitidem. Itaque cùm hæc in iuitiis eruut, febrium exacerbatioues, quæ sæpe cum deliriis fient, timere oportat. Quin etiam aliquando in veram phrenitidem permutatio fiet. Hæc verò si non anteà cuenerint, consentaneum est euentura ad iudicationes, hoc est, in tempore iudicatiouis febrium ipsarum. Tũc anim natura molitur secratiooes, & maiores materiæ motus, per quos, quæcunque pars est insigniter debilis, periclitatur, vt scilicet & per turgentiam. Quapropter (vt hoc obiter dicam) consultom arbitror, bis, & quibusconque aliis pars princeps parata est recipera, si fieri possit, paulatim materiam detrahare, neq; curare vt serue:ur tota ad voam decretoriam euacuationem, quin potiùs, ita vt fit sæpe, arte iudicationas anteuertere.

Οἷσιν ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα ἢ καὶ παχέα, σὺν τούτοις ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τὰ ἄλλα ξυμφέρῃ. ὁκόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμακεύειν τούτους, ἀλλ' ἢν δοκέῃ, κλύσαι.

Quibus in principio vrina nebulosa aut crassa, hos purgare, si alia etiam iuuent: quibus autem in principio vrina tenues, ne purges hos, sed si videtur, clystere vtere.

Nebulosas & crassas vrinas hic vocat, eas quæ coctæ sunt: tenues autem, quæ crudæ. Nam nebulæ nomen generatim accipitur plerunque apud eum, pro omni eo quod in vrinis continetur. Itaque nebulosæ sint, quæ aliquid continent: contra ἀνέφελα, seo nebula carentes, quæ nihil continent. Iam verò crassas simpliciter Hippocrates vocare non consueuit, eas quæ turbidæ sunt & contorbatione crassatæ (eas anim turbidas, aut perturbatas, aut crassas cum aliquo adiecto, vt crassas grumosas, ant cœnosas vocare solet) sad quę purę sunt & crassæ. Tales verò alitar oon fiunt, qoàm concoctione. Quod ergo Hippocrates nunc dicit, consonom est ei, quod in aphorismo, cocta medicari oportare, & mouere uon cruda. Dicit verò in principio, quod nomen constat uou dici hoc loco de vniuersali vocato morbi principio, ac multò minùs de primo iusultu (uautrum enim horum in putridis esse potest cum signis concoctionis) sad de paucis diebus à morbi iuuasiona, quasi diceret, qoibus breui post morbi inuasionẽ coucoctiouis ootæ apparaut

io vrinis, hos breui purgare licet, quibus verò non, sed tenues manent diutiùs, hos ne citò purges, neque antequam eæ notæ apparuerint. Itaque, hoc in principio, idem est quod in aphorismo dicitur, statim, vbi ita dicitur; quibus statim vigor est, statim tenuiter cibare. Vt enim illic, quia extenuandus victus est in vigore, dicit quibus statim, hoc est, breui vigor est, statim tenuiter cibare, ita hìc, quia expurgandum est cocta iam vrina, dicit, quibus in principio, seu statim, seu paulò post inuasionem, coctæ apparent vrinæ, statim purgare. Dum verò apparent tenues, ne purges, sed si videtur deiectione indigere, clystere vtere. Constat verò hanc non tollere alias præceptiones, sed adeodum hoc esse, si reliqua omnia consentiant, alioqui sæpe fiet, vt cum vrinæ concoctione noo purges, vt si natura teutet iodicationem, & vt cum vrina tenui purges, vt si turgeat materia.

Τούτους ξυμφέρει, οὕτως θεραπεύεσθαι, τὸ σῶμα ἡσυχίην ἄγοντα, ἀλείφοντά τε καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς. ποτῷ δὲ χρέεσθαι μελικρήτῳ ὑδαρεῖ, καὶ ῥοφήματι, χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέρην. κοιλίην δὲ ὑπάγειν κατ' ἀρχὰς κλυσμῷ. φάρμακα δὲ μὴ προσάγειν τούτοισιν.

Horum conuenit ita curari corpora, quietem agere, vngere, cõtegi æqualiter: potu autem vti mulsa aquosa, & sorbitione succo ptissanæ ad vesperam. Aluum autem subduc in principiis clystere. Pharmaca autem ne tribuas his.

Optimè docet rationem curandi eos, qui ob cacochymiam quidem expurgationem petũt, tamen ob cruditatem expurgari non debent. Procuranda enim & expectanda concoctio est, atque donec adsit, pharmaca noo tribuenda. Procuratur verò concoctio, nulla ratione meliùs quàm quiete. Vt enim motus iuuat distributionem, ita quies concoctionem. Inunctiones etiam concoquentes, & vestes, aut stragula, æqualiter corpora contegentia, calorem naturalem fouent, & coctionem mouent. Hinc fit, vt multi solo decubitu in lecto, in loco idoneo collocati, æqualiter stragulis contecti, à quàm plurimis morbis liberentur, interim nulla alia re vtentes, quàm bono victu. Atqui profectò, si morbus coctu contumax non est, id solum est satis: si autẽ est, bene facit inunctionibus coquentibus, vt oleo chamæmelino ad corpus totum, aut saltem ad præcipuas concoctionis officinas. In hũc vsum soleo ego parare ceratum ex chamæmelino, cera & croco. Nihil autem contulerint hæc, nisi idoneis, cibo, & potu, quis vtatur. Cibus quidem tenuis, concoctu nõ difficilis, & ea hora exhibitus, qua optimè coquatur, vt ptissana ad vesperam data: aut etiam caro pulli gallinacei exigui, aut vitelli duorum ouorum recentium: potus verò multis potest esse vinum, plerisque tamen denegatur, daturque pro eo mulsa diluta, aut decoctum cinnamomi, aut aliud huiusmodi. Quia etsi vinum concoctorium est nõ minùs his, solet tamen febres augere, & mouere fluxiones. Constat verò semper debere adhiberi in considerationem, naturam & consuetudinẽ ægroti, & morbi constitutionem: si enim affectio multo tempore videatur indigere ad concoctionem, fortassè nõ erit satis sola ptissana semel data: si quis vino admodum assueuerit, & frigido ventre sit, eo vtetur: si quis multo iam tempore consueuit prandere plus q̃ cœnare, huic cibus ad meridiem nullo incommodo dabitur. Certè in hanc regulã veniunt hæc omnia, vtendum cibo tenui, qua hora & quo potu maximè iuuetur concoctio: cætera definiunt dictæ considerationes. Dum agitur concoctio, à pharmacis quæ totum corpus commoueant, abstinendum: clysteribus tamẽ fæces & commotas materias, & si quæ cruda in primis officinis sunt, subluere, optimum est: quia multò citiùs perficietur concoctio eorũ quæ reliquo corpore sunt, nisi suppeditetur illis materia ex ventre. Aliquãdo autem hæc cruditatũ detractio agitur meliùs vomitione, quibus in ventriculo sunt pituitosa, præcipuè si natura & consuetudo sint his ad vomitionem prona.

Ἢν γάρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην, τὸ οὖρον οὐ παχύνεται, ἀλλ' ἀνιδρώς τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσται.

Si enim quid circa ventrem moueas, vrina non coquetur, sed sine sudore, & sine iudicatione febris multum tempus durabit.

Prohibuit pharmaca dari, quibus concoctionis notæ in vrina non sunt, nunc reddit causas, exponens noxas, quæ ex intempestiua purgatione nascuntur. Nimirum si intempestiuè ventrẽ moueas, vrina non coquetur, & iudicationes suo tempore non fient, sed vtrisque sublatis, concoctionibus inquam & iudicationibus, febres producentur. Contrà prorsus quàm vulgus expectat Medicorum, qui cùm vrinæ cruditas durat plus quàm vellent, mox expurgant, putantes fore, vt quę tantam non superat, minorẽ factam materiam, possit natura meliùs superare, & ante diem iudicatorium curãt vt ægrotus expurgetur, ac proinde die sexto pleriq;, vt scilicet iudicationem meliùs exsequatur natura. Verùm falluntur: tunc enim solùm redditur euacuatione potẽtior natura supra residuũ, cùm euacuatio rectè agitur, & secundùm artem, vt cùm missione sanguinis minuitur multitudo, aut expurgatur ob turgentiam, alioqui nihil est quod concoctiones & iudicationes magis possit impedire. Nam nõ euacuantur quæ euacuari oportet, sed bonorum succorũ magna pars extrahitur, praui commouentur solùm, commotione interturbatur retẽtio: qua sublata, necesse est concoctionem tolli: sed & sublata hac, tollitur idonea expulsio & iudicatio: quia is est naturalium facultatum ordo, vt retentrix concoctrici ministret, & peracta concoctione, succedat expultricis opus. Alioqui intempestiuè & tumultuariè, ac proinde citra conferentiam agentur omnia. Hinc facilè intelliges (quod non pauci mirantur) cur cùm tanti fecerint antiqui morborum iudicationes, ac de illis tam multa scripserint, tã paucæ nostra tempestate occurrant. Certè quia plerique intempestiuè purgantur, & intempestiua purgatio tollit tempestiuas iudicationes.

Τὰ δὲ ῥοφήματα ὁκόταν ἐγγὺς τῶν κρισίμων ᾖ, μὴ διδοῦ ἢν θορυβῆται. ἀλλ' ὅταν λήγῃ καὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὰ βελτίω. Φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ πάντων

τῶν

τῶν πυρετῶν τὰς κρίσιας, καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥοφήματα κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.

Sorbitiones autem, cùm propè indicationes fuerint, ne des, si conturbentur, verùm cùm remiserit, & ad melius processerit. Obseruare verò oportet omnium febrium iudicationes, & auferre sorbitiones ea occasione.

Conturbationem, initium iudicationis esse, in aphorismo dicitur, his verbis: Quibus crisis futura est, nox ante accesionem difficilis. Dicit itaq; hoc loco, sorbitiones ac omnino cibos, detrahi debere, cùm iudicantur, aut iudicari iam incipiunt, augere verò rursum, cùm remiserit morbus, & ad melius iam processerit, finita iam iudicatione, vel saltem finita eius prima parte, quæ in perturbatione est, & procedente iam secunda, quæ in euacuatione, atq; inclinante febre. Rectè autem hoc dicitur, ac secundùm aphorismum: Cùm in vigore fuerit morbus, tunc tenuissimo victu vti necesse est. Incipiunt enim iudicationes fieri, morbo consistente in summo vigore.

Μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οἱ δὲ γίνεσθαι, καὶ ἀποστήματα ἴσχειν, ἢν μὲν τὰ κάτω ψυχρὰ ᾖ, περὶ ὦτα καὶ τράχηλον. ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ, ἄλλας ἴσχει μεταβολάς. ῥέει δὲ καὶ αἷμα ἐκ ῥινῶν, καὶ αἱ κοιλίαι τοῖσι τοιούτοισιν ἐκταράσσονται.

Didicerunt autem longæ fieri hæ febres, & abscessus habere, si frigidæ sint partes inferna circa aures & ceruicem: si autem non sint frigidæ, habent alias mutationes. Fluit autē & sanguis ex naribus, & alui his conturbantur.

In Prognostico docet, febres quę vltra suam constitutionem prorogantur, solere facere abscessus, quæ verò acutæ cùm sint, intra suas constitutiones finiuntur, iudicationibus solui. Nunc vnum quoddam signum scribit febrium prorogandarum, & abscessus habiturarum, dicens, eas solere longas fieri, & abscessus habere, per quas, partes ceruicis infra aures, frigidæ sunt: si autem eæ partes non sint frigidæ, habere alias mutationes, vt fluxum sanguinis ex naribus, aut alui turbationem. Certè hoc signum cum aliis coniunctum non censeo contemnendum. quandoquidem causam habet nō leuem. Nimirum febricitantibus solent partes illæ ardere, vt & iis, qui vino vsi sunt intemperantius, & iratis & exercitatis, ac denique quibuscunque, quauis occasione, corpora inflammata sunt, ob copiosas venas & arterias, quæ per ceruicem feruntur. Si igitur, cùm homo febricitet, hæ partes tepidæ sint, crudæ, pituitosæq; materiæ, & tardi febris motus, est argumentum. Nisi igitur per alia significetur mors, sed salubriter affectus esse homo videatur, consentaneum est producendam febrem, futurumq; abscessum: si verò hæ partes frigidæ non fuerint, sed secundùm aliarum partium proportionem caleāt, quantum agitur in hoc signo, non abscessu, sed aliis mutationibus finietur febris. Illud verò, si solam non sint frigidæ, maiorem quandam energiam videtur mihi habere posse, vt intelligatur, non solùm si non sint frigidæ, sed si sint calidæ, ita scilicet vt præ aliis partibus ardere videātur: hoc enim significat alias mutationes, ac præcipuè fluxum sanguinis ex naribus, cùm significet calidioris & biliosioris sanguinis redundantiam circa caput: secundo loco deiectiones humidas: hæ enim solent naturali reuulsione redundātias capitis sanare: scilicet vt & surditas, primò quidē fluxum sanguinis ex naribus iubat expectare, deinde verò & fluxu alui tollitur.

Ὁκόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεές εἰσι, καὶ ὑποχόνδρια συντέταται, καὶ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ τὰ ἄκρεα ψύχονται πάντα, πλείστης δὴ μελέτης καὶ φυλακῆς δέονται. διάγειν δὲ τούτοισι προσφέροντας μηδὲν ἄλλο, ἢ ὀξύμελι ὑδαρές. ῥόφημα δὲ μὴ προσφέρειν, ἕως ἂν λήξῃ, καὶ τὸ οὖρον πεπανθῇ. κατακλίνειν δὲ ἐς ζοφερὰ οἰκήματα καὶ κατακεκλίσθαι ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοισι στρώμασι πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα, καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν. μάλιστα γὰρ τοῦτο σὺν τοιούτοις ὠφελέει. ἐπὶ δὲ τὸ ὑποχόνδριον, λίνου σπέρμα ἐγχέων ἐπιτιθῆ, φυλασσόμενος ὅκως μὴ φρίξῃ προστιθέμενος. ἔστω δὲ ἀκριβῶς χλιαρὸν, ἑφθὸν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ.

Quibuscunq; autem febres anxiæ sunt, & hypochondria intenta, & in lecto non possunt manere in eodem loco, & extrema omnia refrigerata sunt, multa cura & custodia indigēt. Transigere autem hos oportet, offerentes nihil aliud, quàm oxymel aquosum. Sorbitionē verò ne præbe, vsq; dum quieuerit, & vrina concocta sit. Decumbere verò in domo obscura, & in stratis quàm mollissimis reclinatus esse debet, vt multo tempore decubitum eundem toleret, & quàm minimum se iactet. Valde enim vtile est hoc talibus. Super hypochondrium verò semen lini illitum impone, cauens ne cui adhibetur, rigeat; esto autem exactè tepidum, elixatum aqua & oleo.

Hæ febres sunt lypiriæ, in quibus ob inflammationem magnam, quæ obsidet internas partes, exteriorum frigus fit. Fiunt autem quæ nunc describuntur, ob inflammationē plurimùm intentis hypochondriis. iis febres acutissimæ sint necessariò, quia natura non poterit tantū malum diu tolerare, quare citò alterutrū exitum habebit morbus: Anxij verò & iactabondi fiunt ægroti, & quòd difficulter spirent, hypochondriis cohibētibus septum transuersum, & quòd facultas in talibus valde exoluatur, ac per debilitatem nullum decubitum possint retinere: Et ob hanc ipsam causam extrema frigida sunt, ac quòd id calidi quod in eorum corporibus est, ad interna colligitur, dolore & inflammatione tractum. Hos multa cura & custodia indigere, non est dubium, quia vix vlla erit satis, vt liberentur. Victus debet esse tenuissimus, vt in morbo acutissimo, quare transigere hos oportet, oblato solo oxymelite, & eo aquoso: sorbitionem verò nō præbere, vsq; ad morbi inclinationem, quæ agnoscitur vrinæ concoctione, & symptomatum remissione. Nam in summo vigore, etsi signa concoctionis apparent, tamen symptomata nihilo sunt minora. Vt ergo inclinationem insinuet, dicit, vsq; dum quieuerit (anxietate scilicet & inquietudine remitten-

tibus) & vrina concocta fit. Consulit decumbere in domo obscura, & in stratis quàm mollissimis esse reclinatū, vt multo tempore eundem decubitum toleret, & quàm minimum se iactet: valde enim vtile esse hoc talibus. Non solùm autem, vt ego existimo, talibus, qui scilicet lypiria laborant, sed omnibus etiam, qui vtcunque periclitantur ex debilitate. Valde enim absumit vires ægrotantium, lumen, & iactatio. Dissipat enim vtranque spiritus. Proinde in omnibus valde debilitatis consultum fit, curare vt decumbant in loco obscuro, in stratis verò mollissimis, nō in omnibus, sed in iis, qui non consueuerint reclinari in solo, aut durissimo scamno: talibus enim dixit anteà idem autor, causam inquietudinis, & vigiliæ solere esse mollitiem lecti, ob desuetudinem. Verùm plerique hominum stratis lectulis vtūtur, & mollioribus delectatur: proinde dixit, & mollissimis stratis debet esse reclinatus, vt quàm minimum se iactet. Denique huc tendunt hæc omnia, vt deuitetur iactatio, requies verò ægroti procuretur. Super hypochondrium imponi iubet semen lini exactè tepidum, elixatum aqua & oleo. Quod auxilium quibusdam de causis possit non placere: primùm quidem, quòd merè laxans sit, sine adstrictione, quam loci indicatio petebat: deinde, quòd imponatur tepidum, qua etiam causa laxabit, & dissoluet vires magis: postremò, quòd pro tanto malo exiguum esse videatur. Hoc casu constat resoluendi gratia admoueri ab Hippocrate cataplasma, quò respiciens, nō idoneū iussit admoueri, quanquam ego adiicerem aliquid absinthij, rosæ, aut menthæ, aut citoneorum, aut rei alicuius alteriua adstringētis ob partis indicationem: porrò exactè tepidum, videtur mihi vocare, quod modicè calidum, neque dolorem vllum calore afferens. Nam exactè tepida, & nullius caloris participia, vires ventris dissoluunt plus, & succum noxium resoluunt minùs: sed aut modicè frigida, aut modicè calida, rectiùs admouentur, vt res exiget. Nam vehementer calida actu, phlegmonas augere possunt, frigidorum occursum primùm malè susti nent viscera. Porrò quòd non meminerit valentissimi auxilij, ne mirere, non enim vt qui omnia ad hanc affectionem accommodata vellet recensere, sed vt qui vnum quoddam eorum, exempli gratia hæc scripsit. Cuidam verò congruet hoc, cuidam aliud valentius. Nam & multa alia huius curationis omissa sunt. Frictionibus enim & fomētis partium extremarum indigēt, & cucurbitulis in hypochondriacum scarificatione. An quia aliis vtimur nunc medicamentis potioribus, hoc nō est Hippocratis? Non est profectò necesse. Semper enim afferunt secula nouam medicamentorum copiam, & ars materiā diuturnitate ditescit.

Τεκμαίρεσθαι δὲ ἐκ τῶν οὔρων, τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω. ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα. ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχει. χρόνον τε σημαίνει καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν, καὶ ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω, τὴν ἀνωμαλίην.

Coniectari verò ex vrinis quod futurū est: si enim crassiores & pallidiores sint, meliores: si autem tenuiores & nigriores, deteriores. Si autem mutationes habeant, & tempus significant, & necesse est morbum mutari, in deteriora, & meliora inaequaliter.

Cognosci ex vrinis multa futurorum, res est notissima, indicia autem capiuntur ex substantiæ modo, & colore, & eo quod continetur. Eius quod continetur, nuper meminerat, coniungens cum substantiæ modo, cùm diceret: Quibus in principio vrinæ nebulosæ ac crassæ, nunc substantiæ modum coniungit cum colore. In quocunque horum generum, sunt multæ signorum differentiæ, bonitatis aut malitiæ inæqualis: quam quidem accipiunt, ex concoctione aut concoctionis vacuitate, quam significant: Hippocrates verò, ne singulas percurrat, optimas solùm & pessimas nominat, vt reliquæ intelligātur. In substantiæ modo optimæ sunt quę crassæ, in colore, q̄ pallidiores: hæ enim sunt similimæ vrinis sanorū: pessimæ & q̄ ab illis longissimè absunt, tenuiores & nigriores. Verū possunt vrinæ qualescunque, æquales aut inæquales esse: inæquales dicit eas, quæ mutationes accipiunt secundùm tempus, vt nunc deteriores, nunc meliores occurrant, & neutrum perseueret. Inæqualitas quidem per se, neque bona est, neque mala, sed in bonis mala, & in malis bona est. Bonas enim vrinæ differentias perseuerare, bonum est, malas verò, satius sit non perseuerare. Significat verò omnis inæqualitas, tempus, & inæqualitatem morbi. Tempus vocat diuturnitatem, & productionem: inæqualitatem, quòd non eundem modum seruaturus morbus sit, periculi aut securitatis, sed per vicissitudines nunc territurus sit, nunc spem daturus Medicis. Vtrunque verò euenit meritò. Nam si inæqualitas in bonis est mala, significabit hominem tardiùs liberandum: si in malis bona, significabit tardiùs interiturum: iam verò cùm diuersi succi significentur, diuersi fient motus, & diuersas præstabūt significationes vicissim, antequam hunc, aut illum exitum habeant morbi, vt hi aut illi motus præualuerint.

Τοὺς δὲ ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν, ἐᾶν μέχρις ἂν καταστῶσιν. ὁκόταν δὲ στῶσιν, ἀπαντῆσαι διαίτῃ καὶ θεραπείῃ τῇ προσηκούσῃ, κατὰ φύσιν θεωρέων.

Inconstantes autem febres, vsque dum constiterint, sinere, cùm autem constiterint, occurrere victu & curatione conuenienti, secundùm naturam habita consideratione.

Inconstantes febres vocantur, eæ quę nullam figuram certam retinent, neque ad vllum certum genus videntur pertinere: fieri verò solet, vt multo tempore, ac nonnunquam toto quo ægrotatur, inconstantes perdurent, nonnunquam etiam breui incipiunt constare vno aliquo certo genere. Quid agendum interim sit, Hippocrates docet, dicens, sinere vsque dum constent, quia scilicet dum nō constant, non agnoscuntur, ignorata verò morbi specie, non potest curatio rectè suscipi. Satius ergo fuerit sinere, q̄ aliquid fortuitò ac temerè facere. Huc videtur respexisse Auicenna, iubens cùm ignoratur febris species, cibum detrahi, quasi satius sit dimittere cibum, quàm temere accipere. Dices, videri non satis tutū esse febres quòd inconstantes sint, sinere,

sinere, neque cibum tribuentes, neque auxilia aliqua adhibentes. Sæpe enim non vna die, aut duabus tribúsve sunt inconstãtes, sed etiam pluribus, atq; adeó vt dixi, nonnunquã fit, vt homo intereat, aut etiam liberetur, antequã constans fiat morbus, aut etiam antequam à Medico cognoscatur. Nimirum etsi non constet morbus, non cessat tamen is corpora afficere, neque natura ipsum impugnare. Constat præterea debere secundùm arté quædam agi, etiam cùm morbos non agnoscitur: siquidem agnoscendi occasioné à iuuantibus, & nocentibus ars iubet accipi. Agis igitur quæ iuuẽt aut noceant, etiã ignorato morbi genere. Nam & Hippocratem scimus quædam tentandi gratia fecisse. Non igitur semper consultum est, dum sunt inconstantes morbi, sinere, as multò minùs in acutis, quippe qui à principio multum dissident, aut citò naturam corrumpentes, aut ad solutionem properantes. Hi verò habent rapidam in alterutram partem mutationem, quare non nisi cum magno periculo citra curationem dimittentur. In longis enim futuris, quia non cum tanta celeritate decertatur naturę & morbo, consultum fortasse fuerit, si inconstans morbus sit, & minimum negotium facessentes naturæ, sinere vsque dum constet. Agnosci verò potest acuties aut longitudo, ignorata morbi specie. Species enim agnoscitur ex propriis symptomatis, acuties ex eorum celeritate, eo scilicet, quód parũ permittatur facultati quiescere, sed magnitudo symptomatum citò vrgeat: hoc verò fieri potest, etsi nulla certa symptomatum propriorum syndromes constet. Quid enim prohibet, incerta symptomata, neque vlli speciei proprie, continenter multumq; vrgere? Quis ergo probet, citò periculis aduenientibus Medicum nihil agere? sed sinere vt ægrotus perinde se gerat. ac priusquam ægroteret? atq; eodem prorsus victu vtetur? nemo sanè. Quomodo ergo Hippocrates iubet sinere vsque dum constet: deinde idoneo victu & curatione vti, quasi anteq̃ constet, nihil, neq; in victu, neq; in curatione, permotendum sit? Mihi quidem hoc nõ omnino probetur, quippe q̃ sciam, plurimos à Medicis non malè curatos, sanitati integræ restitutos esse, antequã morbi species exactè agnosceretur, qui, si eorum curam Medici omnino deposuissent, essent mortui. Et quid verbis opus est? Quoties in conuentu peritissimorum Medicorum, multis diebus, de morbi qui curatur essentia controuertitur, & tamen interim omnium consilio agitur aliquid, quòd periculum sit in mora, neq; morbus, quicunque is sit, permittet quiescere? Primùm ergo nunc dici expedit, quæ methodus tenenda sit (tenenda enim prorsus est aliqua, neq; temere agendõ quiduis) cùm ignoratur morbi species. Eadem verò erit, siue affectus locus, siue morbi causa ignoretur. In primis quidé, etsi species ignoretur, constitutio considerãda est: etsi enim non exactè, cognosci tamẽ tunc quoq; aliquatenus potest. Instituendus ergo victus tantò crassior, quantò longiùs videbitur homo ægrotare: & tantò tennior, quantò acutiùs. Verùm qa exactè agnosci id nõ potest, detur potiùs plus aliquid, ne in cognoscenda constitutione erraueris. Hoc enim est, dare aliquid ob errata. Quod ad auxilia attinet, quantò morbum diuturniorem esse fueris suspicatus, tantò magis expectare oportet, nihil aut leue aliquid agendo: tñ in prorsus acutis, ne diem quidem potes aliquãdo, sine magno aliquo auxilio præterire, est plus aut minus agendũ, aut omittendum, vt morbus in hanc aut illam partem inclinebit. Agendi tamen aliquid, cùm morbus ignoratur, hæ sunt regulę. Vti communibus, & occurrere symptomatis, & in occasione prudenter tentare auxiliis, curare aut agnoscere: ita enim maximè Hippocratis sententiam obseruabis, vt prosis, aut q̃ minimè lædas. Proderis enim proculdubió, cùm omnia quę præter naturam sunt, exactè agnoscens, æquale contrarium adhibuaris: sed etsi non agnoueris, & dubium proinde sit auxilium, q̃ minimè lædes, communibus vtens & symptomatis noxiis occurrens, aut tentans moderatè ac prudẽter. Voco communia auxilia, quæ multis morbis simul occurrũt, velut si quis tenetur dolore ilis, ignoretur verò, sit coli, an renis & vreteræ, nihil prohibet clystere vti, & vomitũ ciere, & fouere calidis: communia enim sunt hæc his malis, & vtrouis teneatur homo, agenda sunt eadẽ. Porrò si dubites, laboret homo quotidiana, an tertiana duplici, siue intermittente, siue continua, & robustus, & florẽte ætate sit, quid prohibet mittere sanguinè? nihil senè: vtrumuis enim sit, mitti debet: sed neq; aperientibus vti, & incidentibus prohibet quippiam, mediocribus, aut compositis, ex iis quibus vterq; parator succus. Mediocria enim vtrique extremo contraria sunt. Iam verò clysteribus subducere fæces, & cauere horam inuasionis ad capiendum cibum, aut sorbitionẽ: hæc omnia his morbis omnibus cõmunia sunt. Porrò symptomatis quæ vrgẽt, occurrere, nullo in morbo nõ est vtile. Si enim periclitatur homo ex dolore, aut ex peruigilio, quid opus est examinare, qui morbus sit, vt vtaris anodynis, aut somniferis? Tentandi etiam causa licet quædam facere: vt si ignoretur, calida sit, an frigida intemperies, licet admouere vtrauis: si enim prosint, cognita simul & curata sit affectio, sin minùs, cognita quidem. Prudenter tamen tentandum, quod quidem fit, nihil summum admouendo, & nisi res cedat, tempestiuè desistendo. Ita enim monuit Hippocrates hoc ipso opere, dicens, quòd si calorificis dolor non soluatur, nõ multo tempore calfacere oportet. Itaq; tot modis licet aliquid moliri, cùm morbus nõ agnoscitur. Verùm quoniam diximus, tantò magis licere sine auxiliis transigere, & donec morbus constet, expectare, quantò morbus longior est, & minùs vrget, constat quidquid agitur morbis incognitis, vrgẽtiæ gratia agi, non quòd optimum sit ita agi, sed quòd vitari nõ possit. Nos ergo respicientes quod necessarium, docuimus, quid & quomodo agendum: Hippocrates verò respiciens quod optimum, docuit sinere, donec morbi constent, tunc verò occurrere victu & curatione conuenienti, secundùm naturam habita consideratione: hoc est, habita ratione naturæ, hominis, & morbi.

Εἰσὶ δὲ ὄψιες πολλαὶ τῶν καμνόντων, διὸ προσεκτέον τῷ ἰατρῷ, ὅκως μὴ διαλήσεταί τις τῶν προφασίων, μήτε τῶν κατὰ λογισμὸν, μήτε ὁκόσα ἐς ἀριθμὸν ἄρτιον, ἢ περιττὸν δεῖ φανῆναι.

Sunt autem aspectus multi ægrotantium. Quare animaduertendum est Medico, ne aliqua manifesta causa ipsum lateat, neque vlla ca-

rum quæ syllogismo agnoscuntur, neque quacunque ad numerum parem aut imparem apparere oportet.

Galeno videtur hæc sententia pertinere ad partem curatiuam, ac nomine aspectus, significari species, seu differentias, & nomine ægrotantium, ipsos morbos: itaque verba illa: multi sunt aspectus ægrotantium, significare multas esse morborum species, quas scilicet Medicus agnoscere debeat, ac, pinde animaduertendum esse Medico, si rectè velit artem exercere, ne quæ morbi species ipsum lateat, ne quę vlla causa, ne quę earum quę procatarcticæ, seu manifestæ vocantur, ne quę earum quę internę sunt, ne quæ vllo sensu, sed ratione solùm agnosci possunt: ac præterea scire, quæcunque ad dierum decretoriorum vim pertinet. Nimirum hæc omnia sunt scitu necessaria, vt scias, quæ quibus diebus agere, aut non agere debeas. Verissima sanè sententia, sed dura interpretatio, aspectus nomen accipere pro differentia, seu specie. Nam differentia generis, vocatur species aut forma, per metaphoram. & ipsa quidem species, quia aspici potest, vocetur aspectus: at verò generis differentiam vocari aspectum, longè petitum est, & duplicem iam continet figuram. quod in vsu nominum magnoperè solet Gal. vituperare Proinde ego censeo, hanc sententiam pertinere ad partem prognosticam, accipiq́ue nomina propriè, diciq; aspectus ægrotãtium, quæcuoque in ipsorum vultu conspiciuntur, velut quę in oculis, temporibus, fronte, genis, naso, & reliqua facie. Hæc significare posse multa circa ægrotantes, & rorum distinctionem procedere ex notitia causarum procatarcticarũ, in Prognostico dictum est ab Hippoc. non longè ab initio, vbi postquam pessimas vultus differẽtias descripserat, dicit, si igitur in principio morbi facies talia fuerit, & non dum ex aliis coniectari posis, interrogare oportet, num vigilauerit homo, an aluus soluta sit, an fames aliqua ipsum tenuerit: atq; si quid horum confiteatur, minùs graue esse putandum est, si verò nihil horũ confiteatur, scire oportet morti proximum esse. Iuxta hanc eandem sentẽtiam dicit, multus esse aspectus ægrotantium, ex quibus vt rectè præsentiat quod ægroto futurum est, animaduertendum est Medico, ne quæ causa manifesta aut non manifesta ipsum lateat, quia quæcunq; aspectus differentia, si causam manifestã habet, minus mali significat, sin autem ob occultas fit, grauior est & periculosior. Commune autẽ est hoc etiam alijs omnibus signis: Velut etiam, dierum decretoriorum vires agnoscere, quia cùm hi dies sint fatales morborum, quibus bona aut mala iudicatione finiuntur, non posis de tempore, quo quis sit interiturus, aut euasurus, certum aliquid præsentire sine eorum notitia.

Μάλιστα μὲν ὦν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν διαλαβέσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἐπιρρέπειας ποιέουσι τῶν καμνόντων.

Maximè igitur numerum imparem cauere oportet. Hi enim dies maximas in alterutram partem afferunt mutationes.

Solere Hippocratem vocare impares, dies iudicatorios, ex aphorismo etiam cõstat, quo ita est scriptum, nisi diebus imparibus febris relinquerit, solet recidiuare: qua causa id faciat, cùm plurimi eorum pares sint, vt quartus, quatuordecimus, & vigesimus, pręter iudicatorios longorũ, qui ferè oẽs sunt pares, nõ intelligo, nisi vt in controuersiis dixi, principium computandi accipi voluit ex singulis septimanis seorsum, vt quatuordecimus sit septimus à secundæ, & vigesimus ab initio tertiæ septimanæ. Dies iudicatorios maximas in alterutram partem mutationes afferre rectè dicitur, siquidem eisdem diebus moriuntur homines, quibus salui fiunt.

Φυλάσσεσθαι δὲ δεῖ τὴν πρώτην ἡμέρην, ἐν ᾗ ἤρξατο ἀσθενέειν ὁ κάμνων.

Obseruare igitur oportet primam diem, qua incepit debilis esse ægrotus.

Siquidem numerum imparem cauere oportet, necesse est nosse primã diem morbi: hac enim ignorata, vnde procedet computatio? nosse igitur oportet primam morbi, hãc vt cognoscas, oportet obseruare primam diem, qua incepit debilis esse: nõ quidem vtcunque: nam & per neutram dispositionem fiunt multi debiles: quin & actionum læsiones multæ sunt sensibiles in ea dispositione: sed qua incepit debilitatem & læsionem notatu dignam habere, vt iam esset ægrotus nunc Hac in re cùm non affuerimus, non possumus nos aliter gerere, q̃ fidem habentes ægroto, & iis q ex assistentibus videbuntur esse prudentiores, ab ea itaque die, qua hac vtentes coniectura, iudicauerimus hominẽ cœpisse esse ægrotum, nunc computationem exordiemur, neq; sanè semper ab ea qua vtcunque cœpit ægrotare, sed qua incepit ægrotare hoc morbo: si enim quis cùm morbo aliquo lento teneretur, correptus est pleuritide, non computabis à die qua ægrotus esse nunc, sed qua pleuritide ægrotare cœpit, alioqui indicaretur pleuritis sexagesima, aut si ita fors ferat, centesima. Neque tamen proinde cuiuscunque qui postremò superuenerit, morbi computatio esse debet, sed cùm non fuerint priorum symptomata. In enixa enim muliere, aut vulnerato homine, quibus febris superuenit, non ab initio febris, sed partus, aut vulneris computatio est, quia febres rationem habent symptomatum superuenientium: illa verò morborum. Hæc de prima morbi die pro dierum decretoriorum computatione nosse oportet.

Ἰδόντα τὴν ἀρχὴν, ἐξετάσαι καὶ ὅτι ἡ γένετο γὰρ τῶν πρώτων εἰδῆσαι. ἀκέεσθαι δὲ ἐρῆ αὐτὸν καὶ διασκέψασθαι ταῦτα πάντα, πρῶτον μὲν κεφαλὴν, ὅκως ἔχει, εἰ ἀνάλγητος, καὶ μὴ βαρὺς ἔχει ἐν ἑωυτῇ. ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ τὰ πλευρὰ, εἰ ἀνάλγητα ὑποχόνδριον μὲν γὰρ, εἰ ἐπώδυνον ἐὸν, ἢ ἐπηρμένον, ἢ ἔχῃ τινα ἀνωμαλίην, ἢ κόρον, ἢ πλευροῦ ἀλγηδὼν ἐνῇ, καὶ ἅμα τῷ ἀλγήματι, ἢ βηχίον, ἢ στρόφος, ἢ πόνος κοιλίης. ἤν τι δὲ τι τούτων παρῇ, ἐν ὑποχονδρίῳ μὲν, μάλιστα λύειν τὴν κοιλίην κλυσμοῖσι. πίνειν δὲ μελίκρητον θερμὸν ἀφεψημένον. καταμανθάνειν δὲ καὶ τοῦτον ἐξαναστέοισιν, εἰ λυποθυμέει, καὶ εἰ τοῦ πνεύματος διαφορὴν αὐτὸν ἔχει. ἰδεῖν τε καὶ διαχώρησιν, μή τι μέλαν διαχώρησιν ἰσχυρῶς χρῶμα, καὶ εἰ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος αἱ ἂν εἴη διαχωρήματα

ματι. καὶ ὁ πυρετὸς ἐς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος. κατιδόντι δὲ εὖ μάλα τῶν τοιούτων ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι τερτίους πρὸς ταῦτα ἤδη καὶ τὰ ἄλλα, συνορῆν χρὴ ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ὅμοιον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίνεται.

Cognito principio ex quo & quando. Id enim existimatur esse primũ quod nosse oportet. Postquàm verò interrogaueris hac, & consideraueris hac omnia, primùm quidem, caput quo pacto habeat, an dolore vacet, & neq; grauitatem habeat in se ipso: deinde, hypochondria & latera, an dolore vacent. Hypochondrium enim, si dolorem habeat, aut tumeat, aut habeat aliquam duritiem, aut satietatem, aut lateris dolor insit, aut simul cum dolore tussicula, aut tormen, aut dolor ventris. Cùm autem horum aliquid adfuerit, in hypochondrio quidem maximè, soluere aluum clysteribus. Bibat autẽ mulsam calidam coctam. Discere enim oportet, cùm surgit, an liquatur animo, atque si spiritus bonam tolerantiam habeat. Nosse etiam deiectionem, num vehemẽter atro colore quid exeat, an purum, quales sunt benevalentis deiectiones. Et febris in tertium diem exacerbata: vbi verò consideraueris admodum bene tales tertianos paroxysmos in his morbis, post hac oportet & alia simul videre: si etiam quarta dies tertiæ simile aliquid horum ipsorum habeat, in periculo ægrotus est.

Docet Hippocrates hoc loco optimè, modum quo se debet Medicus gerere, accedens ad ægrotum, quæ debet interrogare, & quæ per se ipsum considerare, vt agnoscat & murbi spęciam, & affectas partes, & quàm periculoso morbo homo conflictetur. Vellem sanè hanc dictionem Hippocratis non breui commentario enarrare, sed dilatare integro etiam libro: hac enim via possem optimè ad totam medicę artis praxim procedere, coniungens modum inuestigandi quę sint scitu necessaria (qua in parte video practicos omnes libros deficere) cũ ratione curandi. Verùm hoc, si Deus dederit, mox ac quædam alia præfecerimus, præstabimus, nunc pro præsentis libri conditione paucis explicemus. Oportet præfari, Hippocratem nunc non de morbis omnibus, sed de acutis agere, quare hæc ratio interrogandi in acutis præcipuè teneri debet. In primis oportet interrogare principium, ex quo, & quãdo: hoc est, occasionem, & procatarcticam causam, qua ægrotare cœpit, & diem, ac si fieri potest, etiam horam. Nam causa externa confert multum ad cognoscendum, & affectionem & internam eius causam, & magnitudinem. Si enim quis cœpit dolere ventrem ex potu frigidæ, nemo suspicetur, ex calidis succis pendere dolorem: consentaneum est enim vnamquamque causam id fecisse, quod nata est facere, atque Hippocrates, cùm quis vulneratus est, iubet telum considarare, vt inde capiatur coniectura magnitudinis & figuræ vulnaris. Iam verò ignorato principio morbi, non possis dies decretorios obseruare, ac proinde neque tempestiuè curare, neq; rectè victum instituere. Proinde dicit, hoc

A existimatur primum quod nosse oportet. Non sanè primum dignitate, nam cum minori periculo ignoratur occasio, & quando, quàm essentia & causa morbi, & locus affectus: sed primum ordine inuestigandi. Rectiùs enim hìc incipitur, quàm aliunde. Post hæc (inquit) & hæc interrogabis. Primum quidem quo pacto habeat caput, an dolore vacet, & neque grauitatem habeat in se ipso: deinde hypochondria & latera, deinde venter. Nimirum considerare oportet seorsum partes omnes præcipuas B & intarnas: his enim omnibus benehabentibus, nõ potest homo grauiter ægrotare. Sunt verò partes omnes, præter brachia & crura, quę sunt partes externæ & ignobiles, caput, thorax, hypochondrium, & venter. Has ergo partes percurrit, incipiens à capite: inde enim & nobilitatis & ordinis causa rectiùs incipitur, & hunc tenuit Galenus libris de Compos. pharm. secundùm loca, quẽ sequuti sunt omnes praxin scribentes. In singulis partibus oportet considerare symptomata, vt hæc, & morbos, & C eorum magnitudinem, & affecta loca, & causam nobis indicent. Agnoscuntur morbi species, & locus ex quinque signorum generibus, actione læsa, dolore aut doloris proprietate, positu, excrementis, & propriis accidẽtibus, vt Galeous nos docet primo de Locis affectis. Ex his ipsis nos docet Hippocrates hìc scrutari, & hæc considerare, omnium verò maximè dolorem. Hoc enim maximum, & maximè commune, morbis præcipuè acutis, symptoma est, vt non immeritò, quasi præcipuum ægrotanti D indicium sit, dictum sit in aphorismo: Vbi dolor, ibi morbus. Si enim omnis morbus est vlcus, cùm vlceri fienti sit tã familiaris dolor, certè morbo omni ex intemperie sit familiaris dolor, & maximũ sanitatis indicium sit indolentia: proinde incipit à capite, & inuestigat an doleat, an non, & speciem doloris inuestigat, dicens, an si neque tensiuum, neq; perforantem dolorẽ habeat, aut pulsantem, tamen habeat grauitatem, hoc est, grauitatis sensum, seu dolorem grauantem, an ne hunc quidem, sed omni E dolore vacet. Oportet verò alias etiam operationis læsiones in capite considerare, vt an dormiat, an vigilet, deliret an sapiat: ac si dolet, qua capitis parte, an etiam toto, quod ad positum spectat: deinde hypochondria & latera, an dolore vacent. In hypochondrio enim (inquit) considerabis, an habeat dolorem, an tumorem, an duritiem, quæ pertinent ad qualitates mutatas, an satietatem. Satietas enim est repletio ventriculi, cuius fundum in hypochondrio situm est, & ita eius repletio distentione eius F partis agnoscitur, præter ructus etiam, & nauseas, quæ etiã considerari oportet. Magni verò momenti est, in initio morbi cuiusque acuti satietatem cauere, si quæ est: plurima enim symptomata affert, quæ maioris alicuius mali speciem referunt, & curationi plurimùm obstat. Iam vero hypochondria considerare in acutis morbis, in Prognostico iubet, quo etiam opere eodẽ fere ordine signa tradit, quo nunc in latere, an dolor insit, & cum dolore tussicula. Nam dolor & eius positus, & species, nobis G distinguunt morbos intra thoracem, vt pleuritidem & peripneumoniam. Tussis proprium accidens est spiritalium instrumentorum, consideranda verò & alia sunt, vt præcipuè respiratio, quam paulò pòst tetigit, dicens, spiritus bona tolerantia. Venit deinde ad ventrem, considerans, an tormen,

an dolor ventris. Tormen, magnum intestinorum dolorē significat, dolor ventris dici possit, quicunque ad partem quamcunque ibi sitam pertineat, siue ad intestina, siue ad vterū, siue ad vesicam. Cùm autem horum aliquid adfuerit, præcipuè autem si in hypochondrio sit, soluere aluū clysteribus oportet. Hoc dicit, partim curationis, partim dignotionis gratia: Curationis, quia cùm satietas, aut fæcum detentio, curationi ferè omnium acutorum obstet, in omnibus ferè, rectè à clystere aut glande incipitur: dignotionis, quia, vt paulò pòst ipsemet dicet, tentare an aluus glandi, aut clysteri (eadem enim est ratio) cedat, aut non cedat, non paruam potest præstare significationem. In hunc ipsum vsum iubet, vt bibat mulsam calidam coctam. Nam hæc coquit, & exterget. Considerare etiam iubet, an cùm surgunt è lecto, aut caput attollunt è ceruicali, animo linquantur, an non, & an habeant bonam spiritus tolerantiam, id est, facilem respirationem, an non. Nam hæc, vt mox ipsemet dicet, habēt magnam significationem. Est verò etiam considerandum, vt habeat pulsus arteriarum, tametsi huius perraro mentionem faciat Hippocrates. Exemtia post hæc oportet considerare: meminit autem Hippocrates non omnium, sed deiectionum alui, neque omnium differētiarum in his, sed tantùm pessimæ & optimæ: an scilicet deiectio nigra sit, quæ est pessima, an pura, seu syncera, vt quę in sanis. Hic longè aliter vtitur nomine synceræ, atque in Prognostico: illic enim syncera excrementa vocat, quę extrema aliqua qualitate participāt, hic synceras deiectiones, q̄ mediocres, & omnis malignæ qualitatis expertes, quales quę in sanis. Oportet autem considerare etiam vrinas, & alias omnes excretiones, & alios omnes colores, & substantiæ modos, quorum in Prognostico mentio fit: post hæc, & figuram morbi, quæ est in propriis accidentibus passionis, velut an febris exacerbetur in tertium diem, an in quartum, an in singulos dies. Hinc enim cognosces febris speciem, & causam. Monet verò præcipuè considerari debere in his tertianos paroxysmos, quia ea est acutorum figura magna ex parte: post hæc videndum (inquit) an quarta aliquid horum ipsorum, dolorum scilicet & symptomatum, quæ exacerbationem significant, afferat simile iis, quæ in tertia: hoc est, an quarta etiam dies grauis sit, & molesta: si enim est, in periculo versatur homo. Huius causa est, quia si mox à tertia, quæ ob particularem materiæ motum paroxysmum attulit, quæ subsequitur dies, leuior non sit, vt esse solet quæ paroxysmo succedit, multa aut acerrima materia significatur, & quia quarta dies est, significatur magna morbi acuties: est enim quarta index septimæ, intra quam finiuntur qui sunt acutissimi. Itaque cùm sit duplex materiæ motus, alter particularis, qui est in singulis paroxysmis: alter vniuersalis, cuius articuli sunt, mutationes quæ fiunt diebus decretoriis, vtrunque iubet animaduertere, vt alter indicet figuram, alter constitutionem totius morbi: his verò omnibus, & quæ his sunt similia, examinatis, nihil deerit ad coniecturam affectionis, loci patientis, & humoris, & constitutionis, & periculi, aut securitatis: quibus cognitis, nihil errabit circa ægrotos, qui peritus sit methodi medendi, quam in propriis tractationibus oportet addiscere.

A Τὰ δὲ σημεῖα, ἡ μὲν μέλαινα διαχώρησις θάνατον σημαίνει. ἢν δὲ ὁμοίη τῷ ὑγιαίνοντι, ὁκόταν διὰ πάσης τὰς ἡμέρας φαίνηται, σωτήριον.

Signa autem, nigra deiectio mortem significat: quæ autem similis est sanæ, cùm per dies omnes apparet, salutaris.

Nunc quædam eorum quæ considerare consuluit, interpretatur, docens quid ex eis coniectare oporteat: essent verò interpretanda omnia, si locum
B hunc acciperemus dilatandum, vt dixi, quod fieret facilè, huc adductis quæ in Prognostico & Aphorismis præcipuè, sed & aliis etiam locis ab eodem Hippocrate scripta sunt: sed non est hoc præsentis operis. Niger color non in deiectione solùm, sed & in omni alia excretione est lethalis, nisi cùm ob causam manifestam, aut bene, exit: ob causam manifestam, vt ob qualitatem recens ingesti cibi, aut cum pharmaco: bene autem exit, cùm decretoriè, post
C signa concoctionis, & cum bona tolerantia. Quæ autem est similis deiectioni sanorum, est salutaris. Hæc enim est regula dignoscendi signa, similia ne sint, an dissimilia. Non tamen est contentus Hippocrates ita dicere, sed adiecit, cùm per dies omnes appareт, & meritò: nullum enim signum adeò bonum, cui, nisi perseueret, possis fidere. Hoc idem est, quod aliis locis solet vocare, æquale per omne morbi tempus.

D Ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, ἐνῇ δὲ τὸ πνεῦμα εὔφορον, διανιστὰς ἐπὶ τὸν θρόνον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ ἢν ἀψυχίη ἐνῇ. ταῦτα δὲ ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι ἢ τῇ καμνούσῃ κατ' ἀρχὰς, παραφρονήσειν οἴου ἐσομένην. προσέχειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσίν, ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόστασιν αἵματος ἐκ ῥινῶν ἐσομένην. ὁρῆν δὲ χρὴ καὶ τοὺς μυκτῆρας, ἢν ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἕλκηται, καὶ ἢν πολὺ φέρηται ἐκ τῶν
E μυκτήρων, φιλέει γίνεσθαι σπασμός. ἢν δὲ σπασμὸς γένηται τῷ τοιῷδε, θάνατος προσδόκιμος, καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

Cùm autem non obedit glandi, inest autē spiritus bona tolerantia, surgens ad sedem aut in ipso lecto si deliquium animi insit: hæc autē cùm affuerint ægroto aut ægrotæ circa initia, delirium futurum existima: intentus etiam sis in manus,
F *si enim tremulæ fuerint, tali sanguinis abscessū ex naribus futurū expecta. Aspicere autem oportet & nares, an similiter ex ambabus spiritus trahatur, atq; si trahatur multus ex naribus, consueuit fieri conuulsio. Si autem conuulsio fiat tali, mors expectanda est, & prædicere est pulchrum.*

Iussit ægrotis clysterem infundere, aut (vt expli-
G catius) glandem immittere, non solùm curandi gratia, sed etiam vt significatio accipiatur inde aliqua: & cōsiderare spiritus tolerantiā, & an linquatur animo surgens à lecto, aut etiam in ipso lecto: nunc docet præsensionem ex his capere, & ex multis quę ex his signis constare possunt, vnam statuit syndromem.

dromem. Ea autem, & eius significatio, est hæc. Si aluus ita est suppressa vt non obediat clysteri aot glandi, constat succos in superioribus partibus redundare. Nam hac eadẽ causa, in magnis catarrhis capitis, solet aluus siccescers, & in phreniticis solet vrina, exigua, & tenuis, & alba fieri. Si verò simul udest facilis spiritus, & exurgens ad sadem, aut etiã dum in lecto iacens, linquitur animo, significatur, neque in hypochondriis immorari, neque septum transuersum, neque thoracem occupare (ex omol. bus enim his partibus difficulter respiraretur) sed caput repletum esse: inde enim cum quadam vertigioe linquuntur enimo qui acutè ægrotant, molto, aut humore aut crasso eapore, volutato io capite. Significat itaq; hæc syndromes redundantiam vergere in caput. Tuoc temporis, quid aliud expectes, quàm hominem delitraturum? ea enim est precipua actionum capitis læsio, aut fluxurum ex naribus sanguinem, quæ propria saogoiois vacuatio est? idq; delirante aut non delirante priùs homine? aut moriturum cum conuulsione? quæ etiam est actiqnis læsio pertineos ad caput, vergeosq; in eius corpus? Cùm igitur dictis accedit treioor manoũ, fluxus de naribos expectabitur. Nam tremor accidit ob debilitatem, debilitas verò aut est in esseotia, aut quòd exigua faculeas in partem quampiam influat. Debilitas in essentia noo faceret tremorem in solis maoibus, sed & io capite & reliquo corpore, vt in valde senibus, id quod in acutis morbis nõ est verisimile adesse. Superest vt in brachia, exigua facultas influat: qood non fiet oisi ob neruorũ, qui à ceruicis vertebriatu ea veniunt, obstructionem, aut compressionem: quam consentaneum est fieri, partibus io ceruice repletis, & sanguine pleois canalibus, sursum euote. Fieri etiam potest, et manus tremant conuulsiuis motibus (Hippocrates eoim, vt sæpe monuimus, omnem talem inoiitationẽ vocare tremorem solet) ij verò eruot repletionis, aut irritstiqnis, ob copiam, aut acrem qualitatem saoguinis. Vtcuoque igitur hoc habeat, significatur, multum aut acrem sanguinem ferri io caput. Aut ergo, valente facultate & cerebro firmo, per nares expelletur, aut infirmo, fiet vt caput occupetur, & neruorum radices, & cooueliatur homo. Hoc eerò ita distinguetur. Si trementibus maoibus, aut postquam tremuerint, in naribus oihil erit mali, sed fortasse pruritos quidam, aut tendens dolor, fluxus expectatur, si vero aderit apertio magna narium & multa spiritus attractio, motis earum pioonlis, idque æqualiter secundùm ambas nares, conuulsio fiet, & paulò post mors. Nam hoc fit, eùm respirationis instrumenta moueri iam nõ possuot, & proinde apponuntur etiaio nsrium pinnę: neque tuoc temporis, nisi perqoam exiguum, trahitor in thoracem, sed hoinine frustra conante respirare, volutatur aer circa nares. Vt verò non possint respirare, extrama debilitas facultatis in essentia facit, eel instrumeotorum ineptitudo, inflexilitas, & conuulsio. Cùm autem hæc breui ac eelut repentè dictæ syndromi superueniunt, noo potest esse facultatis ipsius tabes & inassentia debilitas: superest vt sit cõuulsio iam voiuersalis, vode oecesse est moriant or breui. Hoc eerò prædicere pulchrum foerit, vt Hippocrates in proœmio Prognostici dicit, qoia cùm mortuus ægrotus fuerit, putabitur medicus culpa vacare, cùm prædixerit. Dicit verò, ex ambabus naribus similiter, quia si secundùm alteram narem solùm fiat ea respiratio, obstructioni naris alterius, ex polypo, aut densato ibi sueco, aut re alia tali, imputabitur meritò, exclusis autem particularibus eitiis ipsius nasi, conuulsionis vtiq; fuerit.

Εἰ δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ ἡ γλῶσσα τρηχείη γίνηται, καὶ ἀψυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπίδοσις εἶναι τοῦ πυρετοῦ. ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε παραφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ, καὶ τῇ ὑδροποσίῃ, καὶ μελικρήτου πόσει, καὶ χυλοῖσι παραφυλάσσειν, μηδὲν πιστεύων τῇ ἀνέσει τῶν πυρετῶν. ὅσοι δὲ τοιάδε ἔχουσι σημεῖα, ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν. ὁκόταν δὲ τοῦ τε τοιούτου γνῷς, οὕτω προλέγειν ἤν σοι ἀρέσκῃ, θεωρήσας εὖ μάλα.

Si autem in febre hyberna, lingua aspera fiat, & deliquiis animi existentibus, tali remissio febris fieris consueuit. Sed simul hunc seruare oportet, fame, & aquæ potu, & mulsæ potu, & succis serua, nihil fidens remissioni febriũ. Quicunque autem talia habent signa, in mortis periculo sunt. Vbi verò hac cognoueris, ita prædicere si lubet, contemplatus optimè.

Linguæ aspera vi febris facta, ardentem febrem indicat, talem hyberoo tempore fieri, longè periculosius est quàm alis anni parte, quia longiùs abest à natura temporis, deliquiis animi crebris, & non omnino exiguis accedẽtibus, casus est lethalis: Quia morbos est maximus, tempori ealde aduersus, cũ facultatis debilitate, & materiæ qualitate maligna. Sed perrarum est, ex hac, aut ella alla, quantomuis lethali (excipio eos quæ quarta die, aot citiùs intetimunt) febre hominem mori, quin fiat ella morbi remissio, vt iis qui adsunt, atque etiam eulgaribus medicis, videatur ægrotus iam hsbere melius, atq; adeò nonounquam putantur in inclinatione vniuersali esse, & promittitur eis salus, & datur copiosior cibus. Hæc prohibet Hippocrates facere, noxium enim est & turpe: Quia re eera noo minùs periclitantur ægroti cùm videtur melius habere quàm aotea, nisi re vera meliùs habeant. Soleot enim hæc quæ præter rationem subleuata sunt, maligniùs redire, & interimere ægrotos, noo solùm cùm meliùs habere sint eisi, sed & cùm liberati esse à febre, quinetiam nonnunquam cum die decretorio, ac cum euacuatione, eideãtur esse liberati. Vt duodecimus ægrotus primi Epidemion, qui quum à septime die, post sudorem eideretur euasisse sine febre, endecima mortuus est. Sed & præter hunc, qui omniom maximè, videtur mihi potuisse medicis impnoere, narrantur in Epidemiis quàm plurimi, qui integrum quaternarium maneotes sioe febre, deinde magnitudine febris periclitati sunt. Itaqua est hoe singulare quoddam exemplom, eius qood io Aphorismo dicitur, his quæ non secundùm rationem leuaot, oon oportet credere, pleraqoe enim taliom incoostantia sunt, & non ealde permanere, neque morari solent. Itaqoe tota ratio fidendi, aut secus, hinc pendet, quód secundùm rationem aut præter rationem fiat remissio. Fit autem præter rationem, quod sioe causa. Velut nunc, si homo habeos febrem

hybernam, per quam arescit lingua, cum deliquiis animi, repentè, neq; prægressa iudicatione vlla, neque cõcoctione, meliùs videtur habere, pręter causam profectò id fit. Si enim leuiter ægrotaret, posset habere meliùs per paulatinam solutionem, aut iudicatio vlla antecessisset insignis: verùm morbus magnus & lethalis, citra concoctionem, & iudicationem non potuit verè sedari. Fallax ergo est ea remissio, neq; minùs periclitatur nunc, quã priùs: imò plus etiam, quia vt dicitur 2. Prædictionũ, pernitiosa fine signis leuantia, mortem indicant: neq; minùs est curandus, & continendus ægrotus in victu tenui, quàm priùs, neque minus prædicendum periculum. Et quantò homo videbatur iis qui aderant, meliùs habere, tantò honorificentius est Medico, periculum prædixisse. Qua ægrotus alioqui moriturus meliùs videatur habere, duplex est occasio, & duplex causa: Quidam enim qui acutis morbis conflictantur, & hactenus fluxionibus nondum conquiescentibus, quæ in principiis morborũ maiores sunt, affligebantur, nunc factis euacuationib⁹ aliquibus, & firmatis in partibus succis, inter dies aliquos decretorios, diebus non decretoriis, videntur quiescere. Aliis grauissimè iam affectis, & morti proximis, quòd penè extinctus naturalis calor sit, videtur etiã esse extincta febris. Agnoscere hæc Medicus peritus debet, neq; decipi.

Ὁκόταν δ' ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι γίνηται περὶ πεμπταίοισιν ἐοῦσι, ἢ κοιλίη ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσῃ καὶ ἀψυχίη γίνηται, ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ, ἢ σπασμώδης γίνηται, ἢ λυγμώδης, ἐπὶ τούτοισι καὶ ἀσώδης φιλέει γίνεσθαι, καὶ περὶ ὑπορίνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες, καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες θνήσκουσιν οὐκ ἐς μακρὸν πνευματώδεες.

Cùm autẽ in febribus terribile aliquid quinta die fiat, vel aluus repentè humida deiiciat, & deliquium animi fiat, aut vocis priuatio apprehendat, vel conuellatur, vel singultiat, & circa mustacem & frontem sudores, & ceruicem ab occipitio. Qui talia patiuntur, moriuntur spirituosi, non longè pòst.

Acutissimi pariter & pernitiosissimi sunt morbi, in quibus citò apparent quæ superuenientia signa vocantur, & ea sunt lethalia. Horrendum verò aut terribile dicitur de summè lethalibus. Quibus igitur horrendum aliquid primo quaternario fit, morbus exactè acutissimus, & pernitiosissimus est. Finit verò primum quaternarium quartus, & hic, qđ ad diuinam cœlestemque causam attinet, afferret iudicationes morborum talium & pericula: verùm iudicat raró, quia perpauci talium mouentur diebus paribus, & peculiaris materiæ motus, qui fit aliquo impariũ qui adiacent illi, tertio dico, aut quinto, trahit ad sese iudicationes. Hanc ob causam sępe fiunt hæc die quinto, quanquam non raró etiã tertio. Ob id ergo dicit, quibus terribile aliquid quinta die fiat, moriuntur spirituosi, non longè pòst. Recenset verò vt exempla quædam quæ sunt terribilia: Vt si aluus repentè humida deiiciat, & fiat deliquium animi (hæc enim est pessima iudicatio sine consentia & tolerãtia, sed affatim & repentè prosternens vires) Aut fiat vocis priuatio (aphonia enim sine manifesta causa fiens, internecionem indicat) vel conuellatur vel singultiat. Vtrumque enim horum ab ardente febre est lethale. Si horum quid accidat, significatur mors: si his accedat circa mustacem, hoc est, sub naso, seu inter nasum & mentum, & circa frontem, & ceruicam ab occipitio sudor, significatur iam iam imminere mortem, morituros'q; homines non longè pòst spirituosos. Quia talis sudor exolui iam, & expirare innatum calidum indicat. Spirituosos vocat Hippocr. eos qui spiritu sublimi respirant, qui toto simul corpore & naribus videntur respirare.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ σκέλεα γίνεται φυματώδεα, καὶ ἐγχρονιζόμενα, μὴ ἐκπεπαίνηται, ἐπιεόντων ἐν πυρετοῖσι, καὶ προσπέσῃ πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα, καὶ μηδὲ πεπαίνηται, ἀλλὰ σβεσθῇ, φιλέει τῷ τοιῷδε αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέειν, καὶ ἢν μὲν πολὺ ῥυῇ, λύσιν σημαίνει τῆς νούσου, ἢν δὲ μὴ, μακρήν. ὁκόσῳ δ' ἂν ἐλάσσον ῥυῇ, τοσῷδε χεῖρον καὶ μῆκος. ἢν δὲ τ' ἄλλα ῥηΐδια γίνηται, προσδέχεσθαι τῷ τοιῷδε ἐς πόδας ἀλγήματα. ἢν δὲ ἅψηται τοῦ ποδὸς, καὶ ἐπώδυνος γινόμενος περιφλεγὴς γινόμενος καὶ μὴ λυθῇ, κατὰ μικρὸν ἥξει καὶ ἐς αὐχένα ἀλγήματα, καὶ ἐς κληῖδα, καὶ ἐς ὦμον, καὶ ἐς στῆθος, καὶ ἐς ἄρθρον· καὶ τοῦτο δεῖ φυματῶδες γίνεσθαι. σβεννυμένων δὲ τούτων, ἢν αἱ χεῖρες εἵλκωνται, ἢ τρομώδεες γίνωνται, σπασμὸς τὸν τοιόνδε ἐπιλαμβάνει, καὶ παραφροσύνη. ἀτὰρ καὶ φλυζάκια ἐπὶ τῶν ὀφρύων. καὶ ἐρυθήματα ἴσχει, καὶ βλέφαρον τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει, καὶ σκληρὴ φλεγμονὴ κατέχει, καὶ οἰδέει ἰσχυρῶς ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ παραφροσύνη μέγα ἐπιδίδωσι. αἱ δὲ νύκτες μᾶλλον σημαίνουσιν ἢ αἱ ἡμέραι, τὰ περὶ τὴν παραφροσύνην.

Quibus per febres crura fiunt tuberculosa, & facta diuturna, immanentibus febribus non sunt concocta, & incidit strangulatio in faucibus, tumore nullo circa fauces apparente, & non sint concocta, sed extincta, consueuit talibus sanguis ex naribus fluere, atq; si plurimùm fluat, solutionem significat morbi, alioqui longitudinẽ, quanto autem minùs fluit, tanto deterius & longius. Si autem alia facilia fuerint, expectare tali dolores in pedes, qui si pedem affecerint, & dolorosus permaneat, circùm inflammatus, & non leuetur paulatim, peruenient & ad ceruicem dolores & in clauiculam, & in humerum, & in pectus, & in articulum, & hunc oportet tuberculosum fieri. Extinctis verò his, si manus contrahãtur, & tremulæ fiant, conuulsio talem apprehendit, & desipientia. Certè & phlyctacia in superciliis & rubores tenent, & palpebra altera ad alteram germinat, & dura phlegmone prehendit, & tumet vehementer oculus, & desipientia

sipientia valde crescit. Noctes autem magis significant quàm dies ea quæ ad desipientiam pertinent.

Si cui est cum febre, tumor aliquis præter naturam, quacunque in parte, & manente febre euanescit, tumor est oe in partem quampiam humor rapiatur: atque si tumore euanescente, pars alia dulere, vel aliter pati incipit, in eam timere raptum, est rationi consonum. Porrò cùm humur qui ex parte aliqua in aliam venit, & in ea neq; maturatur, neq; resuluitur tempestiuè, sed immoratur plurimùm, inde rursus rapiendum aliò, suspicio est prubabilis: tuncq;, nisi qood aliud certius signum iotercurrat, recursurum in eandem partē ex qua venit, merito coniectes, quia eam partem debilem esse constat, cùm sit quæ primò laborauerit. Nam futurum esse abscessum, quocunq; ex morbo, cognosces (vt in Prognostico dicitur) ex murbi vltra constitutionem pruprian productiune, sine malis signis: Quã autem in partem fict, qui expectatur, abscessus, ex his coniectabis: Primum quidem, si quæ pars per morbum dulet, in eam fiet: deinde, si quæ est homini insigniter debilis: Post hæc, si qua ex parte iam antè humor mutatus est, in eà recurret: Postremò si nihil sit horum, in partes adenosas, aut articulos. Exitus autem humorũ, qui multos hac & illac abscessus faciunt, optimus esse cõsueuit, multas in partes dispergi, & in quemcunque abscessum portiune aliqua insumpta, ita consumi longo tempore: pessimus verò in principem partē postremò, quæ longo morbo debilitata sit, impingere. Ex his facilè intelliges causam omnium quæ in hac oratione continentur, quæ quidem non vt necessariò, semperq;, sed neque vt casu, ac citra causam per se euenietia, oportet te accipere, sed vt rationem babentia optimam, quam pussis ad alia quàm plurima transferre. Quibus igitur per febres crura sunt tuberculosa, & tubercula diuturna iam facta plusquã quis expectaret fore, ioanente febre extincta sunt, id est, euanuerunt, non concocta prius: quibus (inquam) hæc acciderunt, & incidit strangulatio in faucibus, nullo circa eas apparente tumore, talibus consueuit sanguis fluere ex naribus. Nam, quia febris manet cùm euanescunt tubercula, constat ea resoluta non esse, oon sunt autem maturata, superest, vt aliò succi rapiantur. Si igitur in faucibus apparet strangulatio, indicatur eo rapi. Nullus verò tumor circa fauces apparet, non igitur impingunt in eam partē succi (non enim tanta copia acutissimam & grauissimam cynanchem faeeret, nullo succo extra laryngem refoso) sed plenis canalibus sursum per eà partem repere: rectitudo ergo ferendorum succorum, fluxum ex naribus pollicetur, nisi per facultatis impotentiam, & cerebri debilitatem, aliquid grauius incidat: atque si plurimùm fluit, solutionem significat morbi. Nimirum ea euacuatio, est decretoria vt signũ, & causa, & cùm copiosè fluit, perfectè fit, atque solutionem morbi facit, & significat: alioqui (hoc est, nisi copiosè fluat) significat, vt alia omnia decretoria non decernentia, morbi longitudinem, nisi mors anticipet. Est enim quodcunq; tale decretorium perniciosum aut longum, & quantò minùs fluit, tantò deterius est & longius, quia tantu est imperfectius & minùs iodicans. Proinde vituperat toties Hippocrates stillas sanguinis ex naribus. Si igitur fluit sanguis ex naribus, sed parcissimè, ambiguum signum erit, mortem aut longitudinem indicans. Distingui ergo debet, vt alia omnia ambigua ex aliis signis. Si quæ alia lethalia, aut quod aliud valde lethale accedat, morietur paulò pòst, delirus aut conuulsus. si verò alia omnia facilia fuerint, qđ in Prognostico dicit, si cætera appareaot vt in conualituro, lungitudinem & iudicationem difficilem oportet expectare, quare & abscessus alios. Meritò igitur expectes humorem eo rediturum, vnde venit, in pedes igitur. Quare tali dolores in pedes futuros expectes: qui dolures si pedem affecerint, & pes maneat, hoc est, plus solito duret doloriosus, & circũ inflammatus, & non leuetur paulatim, vt scilicet solent ita affectę partes, fient rursum alij abscessus, & repulsis iterum sursum succis, perueniet dolores in clauiculam, humerum, & pectus, & articulum (articulum antunumatice vocat coxã, is enim est magnus articulus) hæ enim partes sulent tales abscessus excipere: possunt verò excipere & genua, & cubiti, & partes post aures, & aliæ his pruximæ, solent verò sæpe excipere, quę hic dicuntur partes, atq; inter has coxa præcipuè ob magnitudinem articuli: iuxta quàm etiam tubercula oriri solent, qđ insinuat, dicens: & hunc oportet tuberculosum fieri. Hæc quoque, dolores scilicet dictarum partiom, & tubercula, extingui possunt, paulatim iam tandē consumptis succis, aut rursum in alias partes conuersis. periculum autem est post tam diuturnã affectionem, ne membra præcipua iam sint adeo debilitata vt recipiant, atq; inter ea cerebrum maximè ex articulis paratum est recipere ob rectitudinem. Quod si euenit, accedent signa quæ passionem cerebri significent, vt conuulsiu, & deliriũ. & oculorũ morbi: ij præcipuè, qui ex crassis succis fieri sunt nati, vt φλυζάκια, id est, pustulæ in superciliis, & rubores, & extuberantia palpebræ superioris, & phlegmone dura, hoc est, scirrhosa. Nam delirium & conuulsio læsiunes sunt actionum quæ primò ad cerebrum referantur: oculus verò taotam rectitudinẽ & viciniam habet cum cerebro, vt eius mala optimè soleat indicare. Dicit tandem, his noctibus magis quàm diebus crescare desipientiam. Nimirum cerebri passiones omnes quæ ex succorum in eo redundantia pendent, augentur noctibus, ob somnum, & ob ipsam noctem quę causa est analoga somno, grauans scilicet caput & succos intrò pellens. Hanc ipsam ob causam euenit morbos oculorum augeri noctu, vt idem Hippocrates docet 5 Epid. non longè à fine. Nimirum oculi laborant cum cerebro, quare cùm cerebrum nocte lædatur, necesse est lædi & oculos.

Τὰ δὲ σημεῖα μάλιστα γίνεται πολλὰ ἐπὶ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν, ἢ ἐπὶ τὸν ἄρτιον. ὁκοτέρῳ δὲ ἂν τούτων τῶν ἀριθμῶν γίνηται, ὀλέθριαι ἐπιγίνονται.

Signa autem multa potiùs fiunt in numero impari quàm pari, vtrouis autem horum numerorum fiant, perniciosi superueniunt.

Dies impares vocari Hippocrati eos qui sunt iudicatorij, dictum est sępe, accidere vero multò plura signa iis diebus, quã nun iudicatoriis, manifestũ est; siquidē hoc non de pathognomonicis intelligi

debet, cùm hæc cum ipso morbo incipiant & permaneant, sed de superuenientibus, quæ sunt salutis aut mortis, aut decretoria, hæc verò vtraq; in iudicatoriis morbi accipiunt: talibus enim accidunt nō solùm iudicationes, sed & mutationes insignes in melius aut deterius, quæ superuenientibus mutationibus insignibus, concoctionis aut contrarij, aut signis salutis aut mortis, agnoscuntur. Itaq; signa diebus iudicatoriis superueniūt, potius quàm aliis. Sed quod addit, est animaduersione dignum. Videtur enim dicere, nihil referre ad iudicationē, quali die fiant, sed solùm qualia signa sint. Siquidē dicit, vtrouis horum numerorum fiant signa, pernitiosi superueniunt. Intelligi certè hoc debet de signis pernitiosis, nō enim quibuscunq; signis superuenit morbus pernitiosus, sed solū pernitiosis. Itaq; dicit, vtrouis numero fiant pernitiosa signa, pernitiosum morbū superuenire, quasi nihil referat, quo numero fiant. At verò hoc alienum est à veterū sententia, celebratissimum enim est à Galeno, firmiores esse significationes, quę diebus decretoriis fiant quàm quæ aliis, & signa mala tunc esse deteriora, & bona meliora. Atq; adeò Hippocr. ipse toto opere Epidem. in historiis curauit narrare præcipuè quæ contemplabilibus diebus fierent signa, quasi illis diebus maiorem habeant vim. Proinde oportet intelligere, Hippocratem non negare, facere aliquid diem ad significationem, sed asserere, non adeo facere, vt pernitiosis, quòd non accidant die impari, non superueniant morbi pernitiosi: quin potius, vtrouis numero fiant signa pernitiosa, superuenire morbos pernitiosos: quia signa pernitiosa, etsi ob diem possint plus aut minùs talia fieri, tamen quia per se sunt talia, semper sunt talia: quia quod inest per se alicui, semper inest. Igitur signa pernitiosa vtrouis die fiant, significant morbos pernitiosos.

Τοὺς πυρέτους δὲ ἢν μὲν ἐξ ἀρχῆς φαρμακεύειν ὁρμήσῃς πρὸ τῆς πέμπτης, ἢν βορβορύζῃ ἡ κοιλίη. εἰ δὲ μὴ, ἐᾷν ἀφαρμάκευτον εἶναι. ἢν δὲ διαβορβορύζῃ, καὶ τὰ ὑποχωρήματα χολώδεα ᾖ, σκαμμωνίῃ ὑποκάθαιρε μετρίως. τῇ δὲ ἄλλῃ θεραπείῃ, ὡς ἐλάχιστα προσφέρειν πόματα καὶ ῥοφήματα, ἵνα βελτιόνως ἔχῃ, ἢν μὴ ὑπερβῶσι τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἐπανεότης.

Hos si ab initio purgare volueris, ante diem quintū facito, si murmurauerit venter, sin minùs, à medicamentis abstineto. Si autem murmurauerit, & deiectiones biliosa sint, scammonia subpurga mediocriter. Quod verò ad aliam curationem attinet, quàm minimum offerre tum cibos, tum sorbitiones, vt meliùs habeant, nisi decimamquartam fuerint egressi.

Hoc ad curationem omnium acutorum morborum videtur mihi pertinere, nihil enim est aliud, quàm quod in Aphorismis generatim dicitur. Nam quod illic dixit, Inchoantibus morbis, si quid videtur mouendum, hoc hîc, hos si ab initio purgare volueris. Nimirum voles purgare, cùm videtur, atque tunc inchoantibus morbis, hoc est, ab initio facies. Videri autem debet, cùm materia turget, neque solùm cum verè ac propriissimè turget, hac & illac reciprocè acta, seu vtcunque succi quieti non sint, & ex parte in partem ferantur, præcipuè cùm feruntur versus ventrem: nam quò vergit naturâ succus per loca conferentia, eò oportet ducare. Itaq; murmurare ventrem, & deiectiones biliosas apparere, non propriissimam, turgentiam tamen quandam significat, ferri enim bilem sponte versus ventrem. Cùm ergo hęc apparent, meritò voles ab initio purgare. Debes verò id facere citò. Nam medicari oportet in valde acutis, si materia turget, eadem die, tardare enim in talibus, malum est. Hîc non de valde acutis solùm, sed de acutis omninò agitur, neq; de turgentia exquisitissima, proinde eadem die fieri, neque perpetuum, neque necessarium, illud tamen firmum ratu.. 1q; sit, non esse cunctandum, sed vbi visum fuerit ab initio purgare, faciendum citò. Nunc hoc citò definit, dicens, faciendum intra primum quaternarium. Satis enim festinatur, cùm intra primum morborum impetū, qui quatuor dierū est, fit. Itaque dicit, ante diem quintum, hoc est, intra primum quaternarium. Constat verò hoc, & primo, & secundo, & tertio, & quarto, fieri posse: rarò verò vltra hos fieri debet, quia in acutis plerunque mox à primo quaternario firmantur succi, & retinentur concoquendi. Proinde intra hos dies, si dicta signa affuerint, purgare oportet scammonea, quia bilē subducit. Constat verò, quòd & alio quocunque cholagogo, nominauit autem hoc vt nobilissimum. Non oportet autem vehementem hac occasione fieri purgationem, quia cùm biliosa sint excrementa, & sponte sua ferantur in aluum, mediocria sufficiet, & in vehementi erit periculum superpurgationis. Vt ergo melāncholicos iubet vehementer, ita biliosos mediocriter purgari. His intra primum quaternarium actis, quod ad reliquam curationem attinet, à quinta vsq; ad quatuordecimam oportet quàm minimū offerre, tum cibos, tum sorbitiones, vt ægroti meliùs habeant. Sed dices, videri deesse plurima ad talium curationem, ac proinde doctrinam hanc admodum mancam. Certè nō est, sed apertè aut per insinuationem, tota acutorū curatio perfectè traditur, & ea optima, atque Hippocr. dignissima. Quod vt intelligas, scias duas esse occasiones præcipuas, vtendi auxiliis magnis, & nobilibus, in acutis morbis: principium, cùm adhuc multitudine laborat corpus, & succi nondum sunt firmati: & inclinationem, cùm iam concoctione perfecta, vis cōcoctrix cedit expultrici. Reliquis temporibus, quæ inter hęc sunt, melius est quietem agere. Tunc enim natura nullis euacuationibus adminiculatur, quia retentioni & concoctioni studet. Hanc ergo tu debes iuuare quiescēs: sit autem hoc quiescere, nihil aliud quàm curare, vt victus rectè instituatur, & obseruetur. Quod vt doceat, dicit, quàm minimū offerre cibi & potus, hoc est, vt præbens id cum quo possit durare, & si quid errati casu incidat, sustinere, præbeas quàm minimum (his etiam tu adiunge alias omnes cōsiderationes ad victum probe instituendum necessarias) nisi decimā quartā fuerint egressi. Nomine decimæ quartæ intelligit diem decretorium cuiusq; morbi. Meritò verò si nominatim dicenda dies quæpiam fuit, huius potiùs meminit, quia est finis acutorum maximè communis. Itaq; perinde est dicere, nisi decimam quartā fuerint egressi, ac si diceret, vsq; dum inclinare cœperint, tunc enim & redeundum ad euacuatoria

cuātoria est, nisi sponte iudicentur, & augendus cibus, & si quid intēperiei partib. hæsit, corrigendū.

Ὁκόταν πυρέσσοντι τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἐόντι ἀφωνίη προσγένηται, οὐ φιλέει ἥκειν λύσις ταχείη, οὐδ' ἀπαλλαγὴ τοῦ νοσήματος γίνεσθαι, ἀλλὰ χρόνον τῷ τοιῷδε σημαίνει. ὁκόταν δὲ φανῇ ἐπὶ τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ, μακρότερον ξυμπίπτει.

Cùm febricitanti decimaquarta die aphonia accesserit, non consueuit solutio cita neq; morbi decessio fieri, sed tempus significat: cùm autē apparuerit hac die, diuturnius coincidit.

Aphoniam quatuordecima die accidentē, significare dicit morbi longitudinem, ac multò magis cùm ea die contingit, quàm cùm vlla alia. Intelligi autem debet hoc, si reliqua omnia promittant salutem. Nam cùm aphonia per febres continuas sit signum adeo lethale, si quod aliud ex lethalibus ei accedat, significabit citam mortem, si autem nullū, tardiùs aut liberabitur aut morietur, vt facultas magis aut minùs constabit. Ponit verò nunc Hippoc. aphoniam solam, meritò ergo intelliges, nullo alio lethalium accedente: hęc verò significat ita, quia signum lethale est, & quodcunq; tale, cui reliqua omnia renuunt, significat longitudinem. (Itaq; & in quocunque alio lethali, eadem ratione prædicendi vti possis) præcipuè verò in die decretorio, quia tali die significationes omnium signorum firmiores fiunt. Inter decretorios verò quatuordecimo maximè apparentia diuturnitatem significant, quia acutorum exactè is vltimus finis est. Si igitur exactis omnibus acutorum finibus, incipiunt longitudinis signa denuo apparere, maior significatur productio, quàm si priùs apparuissent.

Ὁκόταν δὲ πυρέσσοντι τεταρταίῳ ἡ γλῶσσα ἐκπεπαραγμένα διαλέγηται, καὶ ἡ κοιλίη χολώδεα ὑποχωρέῃ ὑγρά, φιλέει παραληρεῖν ὁ τοιόσδε, ἀλλὰ χρὴ παραφυλάσσειν παρεπόμενον τοῖσιν ἀποβαίνουσι.

Cum febricitanti lingua quarto die conturbatē loquutur, & aluus egerit biliosa humida, talis delirare consueuit. Sed oportet obseruare quod succedit euenientibus.

Perturbate loquela in febribus acutis cum alui egestione biliosa, significat bilem redundare, & in caput efferri. Nam cū perturbetè loqui posuit quis, ob mētis pertorbationem citra corporalem vllam passiooem linguæ, aut ob laxitatem ipsius linguæ penitius irrigatæ pituita, aut etiam ob bilem pungentem, & conuulsoriè facientem linguę musculos moueri, accedens deiectio biliosa, in bilem potius iubet eius passionis causam reiicere, nulla cùm sit potior ratio agnoscendi speciem succorum, qui in corpore redondant, quàm ab exeuntibus: redundente verò in corpore bile, linguam titubere, eius lationem significat in caput. Quod verò id quarto die eueniat, ob diei iudicatoriam natotam prognosticum confirmat, & quód tam citò motatio ea in deterius fiat, significat magnā morbi acutiem: hinc verò qoid superest aliud, quàm vt phreniticus homo fiat & deliret? nisi valde firmam habeat virtutē, quæ à cerebro vehementer repellens, aut in aluum copiosè retrudat, aut per nares emittat, antequam malum firmetur in phrenitidem? et quia quonia potest ita fieri, Hippocrates, qui, si quis animū aduertat, vel prudentiam ad res gerendas nos semper docet, nō vult, vt mox feramor præcipites in prognosticum, affirmātes, futurum vt deliret. Sed oportet (inquit) obseruare, quod succedit euenientibus. Euenientia vocat nunc, signa superuenientia, cuiusmodi sunt, loquele ille perturbata, & fluxus alui biliosus: oportet obseruare quid his succedat, ipse enim decursus, quod futurum est, indicabit. Itaque prudētiæ gratia, oportet dictis signis non omnino fidere, sed adiungere eis alia, quę posteriùs superuenient. Nam si deliraturus sit, aluus supprimetur, ac fortasse vrina reddetur tenuior, & stillæ sanguinis fient, & rubri oculi, instabiles, aut icōniuentes, & venabitur muscas, & ex taciturno loquax, aut ex loquaci fiet taciturnus, aut quędam horum fient: Sin minus, aluus fluet copiosiùs, loqoela fiet expeditior, & cætera omnia incliuabūnt ad sapientiam.

Θερινῆς καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ἐπὶ τῶν ὀξέων αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίην λεπτῶν οὔρων ἐπιφάσιας, καὶ ἢν ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων ἢ εὐσαρκώτατος ἔχῃ, ἢ μελαγχολικός, ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες τρομεῶσι, καλῶς ἔχει παραφροσύνην προειπεῖν, ἢ σπασμόν. ἢν μὲν ἐν ἀρτίῃσιν ἐπιγένηται, βέλτιον. ἐν κρισίμῃσι δὲ ὀλέθριον, ἢν μὴ πολὺ ἅλις ἀπορυὲν αἷμα ἐξόδους ποιήσηται τῆς πλεονεξίης κατὰ ῥῖνας, ἢ κατὰ ἕδρην ἢ ἐμπυήσιες, ἢ μεταστάσιες, ἢ ἀποστάσιες, ἢ πόνος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, ἢ ἐς ὄρχιας, ἢ ἐς σκέλεα. περιφθείντων δὲ τούτων, ἐξόδοι γίνονται πτύσματος, παχέων οὔρων, λείων, λευκῶν ἔξοδοι.

Aestiuo & autumnali tempore in acutis sanguinis destillatio repentina contentionem & magnam inflammationem circa venas, significat, & in posterum diem vrinas tenues futuras, atq; si ætate florescit, & corpore exercitato, aut bene carnosus sit, aut melancholicus, aut ex potu manus tremulæ, bene habet desipientiam prædicere aut conuulsionem, atq; si paribus diebus superueniant, melius: in iudicatione verò perniciosum, nisi multus satis effusus sanguis viam redundantia fecerit per nares, aut per sedem, aut abscessus, aut permutationes, aut dolores hypochondriorum, aut in testes; aut in crura. Coctis autem his, via patent sputis, & vrina crassa leues & alba.

Sæpe vituperauit Hippocrates in Epidem præcipue, & Prorrheticis, stillas sanguinis ex narib. per febres continuas, præcipuè verò die quopiam decretorio accidentes: nunc quam affectiquem significent docet, dicens, significare συντονίην καὶ φλεγμασίην, interpretātur plerīq; robur & ardorem, obscuram & difficilem reddentes sententiā: nihil enim significat minùs hoc signum quàm robur, lethale cùm sit,

Sed *συντονίη* significat tentionem, *φλεγμασίη* ardorẽ, constat verò ardore cum tentione venarum significari affectum in eis phlegmonosum, quasi venæ tenentur, laborante homine lassitudine phlegmonosa. Itaq; dicit, stillas sanguinis è naribus fieri, cùm sanguis redundat in venis capitis circa nasum, & ob malignam qualitaté, vel quód per facultatis expultricis debilitatem, longam moram illic trahens inflammet ipsas venulas & earum oscula, quæ inflāmata minùs iam possunt deponere, quia ob tentionem fibrarum, minùs potest facultas niti, irritātur verò assiduè, & eá ob causam destillatio fit crebra, nulla tamen copiosa effusio. Hæc affectio æstiuo & autumnali tempore fieri solet, quibus scilicet temporib. morbi acutissimi & periculosissimi. Vere enim fluxus sanguinis boni & copiosi consueuerunt fieri, rentati & maligni æstate & autumno potiùs, cùm febres acutæ, & facultates languidæ sunt. Atqui, etsi hic lethalis casus sit, non proinde non fiet, vt multi ex eo conualescant. Neq; enim lethale dicit, quod solis morituris inest, sed ex quo mori solent multi, etsi plures etiam liberētur. Proinde hic casus tres exitus habere potest, pessimũ, vt qui ita ægrotat, cum delirio aut conuulsione moriatur: optimum, vt soluta phlegmone venarum, & roborata virtute, copiosus tandem aliquis ex naribus fluxus fiat, aut repulsus ex supernis, qui per eas partes exire nõ potuerit, per hæmorrhoidas exeat, aut mulieri per vterum: mediocrẽ, vt abscessus aut permutationes faciat. Abscessus dicitur collectio humoris in partem aliquam: permutatio, ast morbi in morbum motatio, euenit eidem rei esse vtrunque, cùm superueniente abscessu soluitur morbus prior. Vtrunuis accidere potest in hoc morbo, soluta enim, aut non omnino soluta febre, possunt succedere dolores hypochõdriorum, multitudine succorum eò collecta, aut abscessus possunt fieri in testes, aut in crura, ita etiam in coxá, aut alios articulos, aut partes laxas. Porrò hi abscessus possunt manere durati & incurabiles, vt sæpe factũ vidimus, aut solui paulatim, materia cocta & euacuata per sputa, aut effusione multæ vrinæ crassæ & albæ, & læuis: nam velut, quibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa, crassa & alba facta, ita quibus abscessus est factus, eius solutionis fit causa. Dicuntur verò hîc crassæ, læues & albæ, non quę crassitie mediocres, habẽtes albas & lęues subsidentias, sed quæ crasso lacti similes, tales enim sunt quæ à crassis succis corpus purgant, & quæ pro fluxu sanguinis, qui in morbi initiis defecerit, solet postremò superuenire, vt aphorismo citato dicitur qui est 74. Sectionis quartę: ex tumore testiculorũ expectabis potius sputa, ex hypochondriis aut cruribus vtrumuis: nam vt 2 Epid dicitur, tussis sedat testium tumoré. Hos exitus cùm habere possit proposita affectio; pessimum maximè timebis in iuuenibus, & corporibus plenis, exercitatione bene nutritis, & bene carnosis & in atrabiliariis, & vinosis, quibus ex potu vini solent manus esse tremulæ, vt extremè senibus nam iuuenes ob caliditatem temperamenti acutiùs ęgrotant, & periclitantur magis à raptu humorum in caput, bene carnosi, periclitantur ob copiam sanguinis & caliditatem naturalem: atrabiliarij, omniũ maximè sunt parati ad deliria ob humoris naturam sed & ad conuulsiones, ob siccitatem & duritiem neruorũ: iam verò vinosi, & semolenti, omnium maximè periclitantur delirare & conuelli, quacunq; ex causa. Sunt enim eis mens & neruorum genus maximè læsa. His igitur delirium timebis & conuulsionem, quibus nihil erit horum, abscessus meliores. Significationem stillatum malignarũ, auget vrina, die sequenti reddita tenuior, quia vt in phreniticis, ita in paratis delirare, vrinam aquosam reddi, suspicionem auget, fit siquidé succis sursum euntibus. Proinde dicit, significare in posterum diem vrinas tenues futuras, non ita quidem vt necesse sit, post stillas mox fieri, sed quòd soleat, nimirum eadem causa quæ stillas fecit, nata est tenuitatem vrinæ facere, raptus scilicet succorũ in superna.

Πυρετῷ λυγγώδει, ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον τρίψας, πιεῖν δίδου. καὶ χαλβάνην ἐν μέλιτι, καὶ κύμινον ἐν ἐκλεικτῷ, καὶ χυλὸν πτισάνης ἐπιτιθέναι ῥοφεῖν. ἄφυκτος δὲ ὁ τοιοῦτος, ἢν μὴ ἱδρῶτες κρίσιμοι καὶ ὕπνοι ὁμαλοὶ ἐπιγένωνται καὶ οὖρα παχέα καὶ δριμέα καταρραγῇ, ἢ ἐς ἀπόστασιν στηρίξῃ. κόκκαλος καὶ σμύρνα, ἐν ἐκλεικτῷ. πίνειν δὲ τούτοισι διδόναι, ὀξύμελι ὡς ἐλάχιστον· ἢν δὲ διψώδεες ἔωσι σφόδρα, τὸ κρίθινον ὕδατος.

Febri singultuosa, succũ silphij, oxymeli, daucum terens potandum da: & chalbanum in melle, & cyminum in eclegmate, & succum ptisanæ sorbendum. Euadere autem huiusmodi non potest, nisi sudores decretorij, & somni æquales superueniant, & vrinæ fluxerint crassæ & acres, aut in abscessum firmetur. Nux pinea & myrrha in eclegmate. Potandum verò his da oxymeli perquam exiguum: si autem siticulosi vehementer sint, aquam hordei.

Febris singultuosa non est, cui singultus aliquando accedit, neque cui in extremo iam vitæ constituto homini (ita vt fit) superuenit, sed quam à principio ac semper, aut semper ferè comitatur. Hanc Galenus & eo iuniores, non ponunt in differentiis febrium, sed ponerẽt in tractatione de febribus cum accidentibus. Accidenta enim quodam distinguitur ab aliis: verùm veterrimi qui partitiones morborum non deduxerant ad tam exactum, multas differentias statuebant ductas ab accidentibus, velut febres sudatorias, & febres laboriosas & huiusmodi. Esse febrem hanc grauem & periculosam, inde intelliges, quòd Hippocr. dicit, euadere autem qui ita est affectus, non potest, nisi superueniant sudores decretorij, & reliqua. Causa autem est, quia necesse est abundet multus malignusq; succus, isq; imbibitus in membranis ventriculi, qui per sese periculosus est, accedente verò continua & acuta febre, magnam etiam copiam subesse toto corpore, ac præcipuè circa internas partes, significat. Nam singultus ille ab inanitione non erit (vt fortasse qui post dies multos, confecto iam ab ardente febre, superueniret) cùm ab initio febrẽ comitetur, ac multò minùs à flatu (dissolueretur enim ab ipsa febre) cùm toto morbi tempore perseueret, superest vt eá habeat quam diximus causam, & vt ob id febris periculosa, & curatu difficilis sit. Docet verò hîc Hippocrates

pocrates non omnem curationem: nam frictionū, vomitionum, & clysteriom meminisset, ac si res exigeret, etiam missionis sanguinis: sed eam præcipuè curationis partam, quæ ad hác febrem maximè accommndatur, & ab ea, quæ talis est, indicatur, nimirum à propria causa singultus: ea cōsistit in vsu potioonum, & eclegmatum resoluentium, & discutientium vehementer, & extrahentiom, ac extergentium, vt partim extracti detersiq; succi ex membranis vomantur, aut daiiciantur: partim discussi vehementer, exsudentur, aot mictione reiiciātur. Huiusmodi sunt soccus silphij, & puluis seminis dauci, potus ex oxymelite, velut si vtriusq; drachmę semissem des, ex oxymelitis vnciis duabus aut trib9, cum decncto aliquo ad eandem rem accommodato, vt fortè cum decncto calaminthę, vt tenuior reddatur potio: & eclegma ex melle despumato cū galbani & cymini momento: habemus etiam molta alia in officinis, qoibus hoc casu rectè vtemor, velut serapiom ex mentha arnmatizatum, aut ex absinthio amaro (ponticum enim vi extergendi caret) cum diatrion pipereon, aot diacalamiothes, aut diaspolitico. Quinetiam censen hoc caso Theriacæ, & Mithridatici, esse salutarem vsum, ac fortasse etiam erit vtile, bos ad sudorem cogere decocto ligni sancti, cum rebus stomachicis parato. Ná vt dicit Hippocrates, liberari non possunt, nisi sudores decretorij superueniant, hoc est, copiosi cum bona tolerantia & conferentia (quæ significabnot tibi somni æquales, id est, placidi, noo interrupti) & vrinæ fuerint crassæ, hoc est, multitodine soccorum perturbatæ (oon enim profectò crassæ & mediocres, vt quidam interpretantur) & acres, hoc est, mordaces, vt ipse ęgrotus morderi se sentiat (indicat enim hoc, acrium aut salsorum euacuationem) aut in abscessus firmetur malum, vt scilicet solent alij morbi graues & difficiles, à quibus homines euadūt. Cūm ergo sine his euadere onn possint, hæc si onn fiant, facere oportet, vt ab eodem Hippocr. 6. Epidem. dicitur. Eadam intentione iobet Hippocrates dari eclegma ex oucibos pineis, cum myrrha, quod parari potest ex ipsis nucibus cum totis sphærulis pineis, aut ex nucleis nocum pioearum, incoctis in melle, immisso poluere myrrhæ, quem possit recipere, ne sit omnino abnminabile. Efficacius est, quod ex exiguis, & resinosis sphęrulis paratur, pollet vehementi extersione. Vsus huius medicamenti præcipuos est ad thoracis morbos, quibus vahemeoti extersione est opus, vt procedente sermone videbimos, vt suspicer, velut etiá Galen. casu incidisse verba hæc in hunc locum, alioqoi scribenda priùs aut posteriùs, in disputatione de thoracis morbis. Qoanquá & ad singultientem ventriculum, sit hoc non parū vtile, ob extersionem. Scimus eoim resinâ bene expurgari ventris membranas. Reliqua huios orationis pertinent ad victum. Dat enim pro cibo sorbitionem ex ptissana, vt scilicet in aliis acotis febrib9, daret verò, arbitror, Hippncrates oō simplicē ptissanam, sed paratam cum aoetho, aut porro, aut re alia inciodendi vim habente, vt solitam esse parari antiquitus aoctor est Galen. pro potu dat oxymeli parquàm exiguum, valde scilicet dilutum, ne acetū mordeat ventriculum alioqui singultientem, & vt sit potui idnoeum. Si verò sint ægroti valde sitienlosi, ferre non poterunt potum oxymelitis (auget enim sitim vt lib. 3. dicębatur) quare tunc dare iubet decoctum hordei, quod sitim aliqua ex parte solletur. Fuerit verò expediens, hordeum in aceto prę macerare, aut aceti tantillum adiicere, quia sitim sedabit strenuiùs, & incindet pariter ac exterget, atque ita, magna ex parte, cum dictis medicamentis conspirabit, obsistens tamen arduri, ne is plus quàm ferri possit, augeatur.

Τὰ δὲ περιπλευμονικὰ καὶ πλευριτικὰ ὧδε χρὴ σκέπτεσθαι, ἢν ὀξύς τε ὁ πυρετὸς ᾖ, καὶ αἱ ὀδύναι ἐπὶ τοῦ ἑτέρου πλευροῦ ἢ ἀμφοτέρων, καὶ τοῦ πνεύματος δὲ ἀναφερομένου, ἢν πονέῃ καὶ βῆχες ἐνέωσι, καὶ πτύσματα αἱρῇ πυῤῥὰ, ἢ πελιὰ, ἢ καὶ λεπτὰ, καὶ ἀφρώδεα, καὶ ἀνθηρὰ, καὶ εἴ τι ἄλλο διάφορον ἔχει, παρὰ τὰ μεμαθηκότα τύπισον, οὕτω χρὴ διάγειν. ἢν μὲν ἡ ὀδύνη ἄνω περαίνει πρὸς κληῗδα, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ περὶ βραχίονα, τάμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν εἴσω, ἐφ᾽ ὁκότερον ἂν ᾖ τῶν μερέων, κατὰ τόδε. ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ χροιὴν, πλεῖον καὶ θαρσέων, ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἄγειν πρὸς λειποψυχίην. ἔπειτα ὑποκλύζειν μετὰ τοῦτο. ἢν δὲ ὑπὸ κάτω τοῦ θώρηκος ᾖ τὸ ἄλγημα καὶ συντείνῃ λίην, τῷ πλευριτικῷ τὴν κοιλίην ὑποκάθαιρε. μεσηγὺ δὲ τῆς καθάρσιος, μηδὲν δίδου. μετὰ κάθαρσιν δὲ ὀξύμελι φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον. τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τρεῖς ὑποκλύζειν, καὶ ἢν μὴ κουφίζῃ οὕτως, ὑποκάθαιρε. φυλακὴ δὲ ἔστω, ἕως ἀπύρετος καὶ ἑβδόμης. ἔπειτα ἢν ἀσφαλὴς γίνηται ἐὼν, οὕτω χυλῷ ὀλίγῳ καὶ λεπτῷ τὰ πρῶτον σὺν μέλιτι μίσγων, δίδου. ἢν δὲ ἀνάγηται ῥηϊδίως, καὶ εὔπνοος ᾖ, καὶ ἀνώδυνος τὰ πλευρὰ, κατὰ σμικρὸν παχύτερόν τι καὶ πλέονι, καὶ δὶς τῆς ἡμέρης.

Peripneumonica autem & pleuritica ita oportet considerare, an acuta febris sit, & dolores lateris, aut alterius aut vtriusq;, atque an doleant, cùm spiritus sursum fertur, & tusses insint, & sputa educantur ruffa vel liuida, aut tenuia, & spumosa, & florida: atq; si quid aliud diuersum his habeat, præter ea quæ didicimus, ita oportet deducere. Si dolor sursum penetrauerit ad clauiculam, vel ad mammam, & brachium, secare oportet venam internam in brachio, quacunque parte dolor sit, secundùm eam: auferre verò secundùm corporis habitum, & anni tempus, & ætatem, & colorem: ampliusq; confidenter, si acutus sit dolor, vel ducere vsque ad deliquium animi. Deinde post hæc clystere vti. Si verò sub thorace dolor sit, & infestauerit valde, aluum pleuritico subpurga, in medio autem purgationis nihil da, post purgationem autem oxymeli. Pharmacum autem dabis quarto die, tribus primis diebus clysterem submittere, atque si non leuetur ita, subpurga, custodia deinde sit vsque dum sine febre fiat, & septima dies sit, deinde si in tuto esse videatur, præ-

B

mùm cremorem exiguum, & tenuem, & melle conditum, præbe, si verò reuocetur facilè & facilè spiret, & sine dolore sint latera, paulatim crassius & plus, & bis in die.

Repetitionem facit Hippocrates, multorũ quæ dicta antee sunt, neque sanè proinde censendum est, absurdam tractationem esse, & Hippocrate indignam. Nam multis repetitionibus vtuntur etiam probatissimi auctores, maximè cùm ad finem iam properat disputatio Neque sanè hæc repetitio quę in manibus est, sit omnino inutilis, nam etsi pleraque dicta antea sunt, quæ ad agnitionem & curationem peripneumoniæ & pleuritidis pertinent, quædam tamen non inutilia adduntur nunc, quæ fuerant antea prætermissa, multa alia dicuntur aliter, quæ intelligere erit ex visu, vt quæ partim idem, partim diuersum aliquid contineant. In primis hic quoque, velut & in secundo libro, videtur mihi peripneumonica & pleuritica vocare, nó exquisitam solùm & peripneumoniam & pleuritidem, sed nothas etiam, ac denique dolores quoscunque, qui videantur latara aut thoracem obsidere. Nam, vt sæpe monui, non erat eo tempore ducta morborum partitio ad tam axactum, neque Medicina adeò recesserat ab Empirica, vt solis pathognomonicis signis definirent; sed syndromás facerent signorum, coniongentes cum pathognomonicis etiam assidentie & superuenientia. Velut nunc peripneumonicam aut pleuriticam passionem esse dicit (hæc à se inuicem interim non distinguens) si acuta sit febris, & dolores lateris, aut alterius, aut vtriusq; (speciem doloris non definit) atque si doleant cùm spiritus sursum fertur, & tusses insint, & sputa educantur, russa vel liuida, aut tenuia, & spumosa, & florida hoc est rubicunda, aut variegata. aut aliam præter dictas differentiam habentia. Hęc est syndrome quam hoc loco describit. Constat verò, sputa huiusmodi neque peripneumoniæ neque pleuritidi esse pathognomonica, sed vtrique superuenientia. Sed mireris, cur dicat, an doleant cùm spiritus sursum fertur, fertur enim spiritus sursum in expiratione, solent verò pleuritici dolère multò magis in inspiratione cùm dilatatur thorax. Intelligendum verò est, Hippocratem hic loqui de dolore, qui sentitur tussiendo, qui magnus esse solet, fit verò tussis expiratione vahementi, proinde dolorem tussis dicit fieri In latione sursum spiritus. Post syndromen accedit ad curationem, quam non exorditur à fomentis vt lib. 2. fecit, sed prætermissis his, quæ tentandi gratia admouebantur, à missione sanguinis & ex purgatione, adhibens eandem distinctioné dicens: Si dolor sursum specter, mittendum sanguinem ab interna vene cubiti. Explicat nunc multò magis qua ex parte, dicens, quocunque latere dolor sit, eò esse mittendum sanguinem. Superioribus annis cùm velut è Cimericis tenebris cœperunt Galeni & Hippocratis opera emergere, plurimùm altercatum est Medicis, qua ex parte sit secanda pleuritica vena, quoniam Auicenna, & alij ferè omnes Arabes ex contraria secandam contendunt. Verùm iam omnibus ferè ventum est in sententiam Græcorum. secaturq; iam vbique in brachio lateris affecti. Quantitatem mittendi sanguinis lib 2. definiuit coloris mutatione, nunc corporis habitum, annitempus, & regionem, & colorem hominis, iubet considerare: quod inconstantiæ, quin & contradictioni, imputat Cælius Aurelianus, verùm fallitur. Nihil enim repugnans continent hęc loca, quin potiùs defecerat fortassè aliquid doctrinæ, nisi hæc illis adderentur. Non enim profectò omnes sustinéte vsque ad mutationem coloris missionem sanguinis, neque pleuriticis omnibus eadem quantitate potest detrahi, sed cùm Hippocrates iubet mitti sanguinem vsque ad mutationem coloris, si fieri possit, intelligit, quosdam enim priùs vel examinaueris, tunc ergo considerare debes omnia quæ ad hominis naturam & res non naturales quibus vtitur, spectant, vt in ea omnia respiciens, alteri plus, alteri detrahas minùs. Iubet verò Hippocrates non horrere copiam, sed audacter hoc in morbo sanguinem fundere, eadem exhortatione vsus est libro secundo, dicens, & non cunctari sanguinem confestim auferre. Tamen scias, vtranque in partem Medicos peccare posse, etiam in hoc morbo. Multi enim qui confertim vacueti, citò moriuntur, vacuati parciùs, lente liberarentur. Quare hanc ad copiosam missionem sanguinis exhortationem, ego velim temperari, eatenus saltem, vt vsque ad deliquiũ animi hoc in morbo nó ducatur, etsi id iubeat Hippocrates. Nam tametsi non probo sententiam eorum, qui nunquam eo vsque esse ducendam missionem sanguinis contendunt, tamen in pleuritide, & peripneumonia, & aliis thoracis morbis, quibus excreatio sit necessaria, fieri debere vnquam, nego. Quia in his parcandum multò magis est animali facultati, quàm in aliis, qui à sola naturali coquuntur, & iudicantur. Itaque exhortationem hanc hactenus temperatam volo. Post missionem sanguinis iubet clystere vti, quod quidam iuniorum sequuti, nunquam ante missionem sanguinis, sed ab ea semper vti iubent clystere: quos plerique alij derident, dicentes antè esse vtendum. Verum si quæ Hippocrates hoc opera scripsit, attentè legat, intelliget facilè, neutrum esse agendum perpetuò, sed sua occasione vtrunque. Ipse enim primo libro multis docuit, etsi pleuritis quæ non sit omnino leuis, missione sanguinis aut expurgatione curanda sit, nihil tamen esse prius agendum, si satietas aliqua in ventriculo sit, quàm vt descendat, atq; cùm descenderit, quàm vt euacuetur clystere, aut glande. Hîc verò, quasi nulla tollendi satietatem, aut redundantiam in intestinis, necessitas sit, sed propria solùm materia morbi sit vacuanda, iubet sanguiné prius mittere, mox clystera vti, vt si quid bilis agitatione sanguinis secretum sit, aut à natura reddita fortiori expelli paret, clystere subducatur. Itaq; ob materias communes & ea quæ in aluo collecta continentur, rectiùs inicitur clyster ante missionem sanguinis, ne vacuandis venis diducantur, ob propriam verò morbi, & quæ ex venis sit conuocanda, post missionem. Vtrum autem potius agendũ sit, res ipsa indicabit in occasione. Porrò cùm aluus nimis sicca est, mollire eam priùs clystere oportet, ne missione sanguinis magis siccescat, quod procedente opere ab ipso auctore dicetur. Hactenus de missione sanguinis, de expurgatione agit deinceps, dicens: Si verò sub thorace dolor sit, & infestauerit valde, aluum pleuritico subpurgabis. Vt libro secundo monuimus, quandoquidem illic dixit, si eas quæ sub septo transuerso sunt partes, dolor affecerit, hîc verò, si sub thorace dolor sit, con-

stat non de verè pleuritico eum agere, quanquam pleuritici appellatione, sed de eo cui in hypochondriis sit primariò dolor, simul veró cum iis doleant infernæ costæ: neque de his vtcunque, sed quum venter murmurauerit: iubet enim hos expurgari ante diem quintum, iuxta illam præceptionem, acutis morbis commonem, quam antea scripsit, dicés: Hos si ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito, si venter murmurauerit. Igitur bis quoque, si venter murmurauerit, pharmacum dare iubet quarto die. Sed cur quarto potiùs, quàm tertio, secundo, aut primo? Certè, vt posis tribus primis diebus vt in clysteribus, & eadem ratione, serapiis, quia fortasse hæc erunt satis, vt corpus expurgetur, possisque ita pharmacum deuitare: sin minus, saltem corpus præparauerint, fecerintque fluidum? Quarto igitur dare iubet, non quòd necessa sit eo die semper dari, sed quòd si res citiùs dare non cogat, satius sit tribus primis corpus præparari, & satis sit dari ante quintum. Cætera pertinent ad victus rationem, quam tenere debet is qui pharmacum acceperit. Dixit secundo libro, mox esse sorbendam ptisanam ab accepto pharmaco, neq; insigniter minori quantitate quàm consuetum est, hoc nunc repetit, addítque, quod & illic dictum est, in medio purgationis nihil esse dandum, post purgationem veró dandum esse oxymeli, pro medicamentoso scilicet alimento, vt tantillum nutriat, vsque dum liceat cibis firmioribus vti, & reliquos succos qui expurgationi non cesserunt, excreari faciat. Custodia (inquit) sit deinde vsq; dum sine febre fiat, & septima dies sit. Hæc custodia quã dicit, ad victum spectat, estque quod iubet, vt cotto dias ægrum sine vllo alio cibo vsque dum septima sit, & fiat homo sine febre. Nimirum ponit hæc fieri in pleuritide acutissima, & cuius constitutio sit septem dierum, alioqui crassiori cibo sit opus vt æger sufficiat. Quanquam & vsque ad septimum traducere ægrum solo oxymelite, censet Aurelianus esse nimium, & parum humanum, qua in re nonnihil illi concesserim, & omnihil iusculi, aut etiam fortasse polli exigui dari ægroto, permiserim, sed neque Hippocrates hoc præcipit quasi omnibus perinde faciendum. Non enim is erat, qui vnam aliquam victus rationem omnibus pleuriticis congruere, existimaret, nulla neque naturæ neque consuetudinis ratione habita: sed neq; adeò multi fortasse sint quibus solum oxymeli gustare conueniat, perexiguum tamen sit, si quid vltra detur vsque ad septimum. Deinde si in tuto (inquit) esse videatur, soluta scilicet febre, primùm cremorem exiguum & tenuem melle conditum (quia pectoralibus omnibus mel vtiliter admiscetur) præbe, atq; si facile reuocetur, hoc est, conualescentia, vt oportet, procedat, quod inde agnosces quòd facile spiret, & sine dolore sint latera, paulatim dabis crassiùs & plus, & bis in die.

Ἢν δὲ μὴ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσῃ, ἔλασσόν τι τὸ πόμα, καὶ τὸ ῥόφημα ὀλίγον, χυλὸν λεπτὸν καὶ ἅπαξ, καὶ ἐν ὁποτέρῃ ἂν ὥρῃ βέλτιον διάγῃ. γνώσῃ δὲ καὶ ἐκ τῶν οὔρων, δεῖ δὲ ῥόφημα προσφέρειν τοῖσιν ἐκ τῶν νουσημάτων μὴ πρότερον, ἢ πέπονα τὰ οὖρα ἢ πτύσματα ἴδῃς γεγενημένα.

Si verò non facile liberetur, potionis minus, & sorbitionem exiguam, cremoremq; tenuem, & semel, qua hora meliùs degit. Cognosces autem ex vrinis. conuenit autem sorbitionem offerre his, ex morbis non antea, quàm vrinas & sputa concocta videris facta.

Cùm purgatus iam sit homo, & tempora constitutionis morbi præterierint, velut in hoc morbo diem septimam, siquidem à iudicatione rectè habeat, & vt oportet, conualescat, licet cibum paulatim augendo dare, vsque dum ad consuetum per bonam valetudinem victum reducatur: si veró nõ facilè liberetur, sed vt fit nonnunquam, malum vltra suam constitutionem producatur, aut cùm videretur iudicatus, denuo recrudescat, oportet rursum ad tenuem victum hominem reducere, dareq; potionis minus, & sorbitionem exiguam, cremoremque tenuem, idque semel in die, ea hora qua melius habet. Sanè hoc commune est morbis omnibus, circuitus aliquos exacerbationum habentibus, quia in paroxysmis cibum dare noxium est, vt in Aphorismo dicitur: illud verò est notatu dignũ, quòd Hippocrates docet, ex concoctione vrinæ & sputi horam leuissimam, velut inclinationis paroxysmi, cognoscere. Dignosci enim totius morbi tempora signis concoctionis, passim legas apud Hippocratem & Galenum, sed tempora singulorũ paroxysmorum, nescio an alibi vt hic. Est verò res & verissima & quotidiano experimento confirmatissima, velut toto morbo excremẽta mutationem quandam recipiunt motum alterationis totius materiæ referentem, ita & singulis circuitibus quandam aliam recipere illi similem. Nimirum in initio inuasionis excrementa retinentur, & corpora densantur, atque portio materiæ, quæ eius diei febrem accendere aut augere incipit, cruda inuictaque est, procedente paroxysmo alterationem suscipit, & funditur, & laxantur sensim corpora, vsque dum in inclinatione iudicatio quædam particularis fit. Itaque tempora singularum accessionum valde similia sunt temporibus totius morbi. Hinc fit, vt vrina, quæ rigente adhuc aut horrente corpore colligitur, difficilè reddatur, & tenuior crudiorq; appareat, quàm pro totius morbi statu: quæ verò in inclinatione, ea iam redditur facilè, & indicat concoctionem quantam præsens morbi status ferre potest: ita etiam si quæ sputa redduntur ægro, in initio inuasionis supprimuntur, & thorax constringitur, & passio recrudescit, tussisque premit arida, in inclinatione rursum redduntur facilè & concocta, itaque præter mutationem quæ refert totum morbi motum, singulis paroxysmis circuitum quendã facit ipsa materia, quem referunt excrementa. Sed & præter paroxysmos etiam ex ipso victu nascitur quotidie quædam alia excrementorum mutatio, nimirum quæ summo mane exeunt, concoctiora solent apparere, quòd longiùs à cibo absint homines, & quòd somnus nuperrimè antecesserit: quæ vesperi, crudiora contrarias ob causas: hinc fit, vt malint medici cõtemplari matutinas vrinas quàm vespertinas, & eas quæ initio inuasionis colliguntur, contemplari recusent, nisi in hoc ipsum, vt typum ipsum agnoscant, inde enim agnoscitur frigoris, rigoris, aut horroris hora, quòd tenuior & mi-

nùs infecta colore exeat, quàm aliis horis. Ex contrariis igitur agnoscetur hora inclinationis. Velut & in pleuriticis aut peripneumonicis passionibus, qua facillima sentietur esse inclinatio, ea putabitur inclinationis hora, quæ & ad cibũ capiendum est accommodatissima. Hac igitur dari volens; dicit, qua hora meliùs degit, cognosces autem ex vrinis. Conuenit autem sorbitionem offerre his ex morbis non antea quàm vrinas & sputa concocta videris, quantum scilicet ea die apparere possunt. Itaq; idem prorsus docet nunc, dicens: non antè dandã sorbitionem, quàm concocta hæc videris, & libro primo cùm diceret, non antequam calor ad pedes descenderit. Hanc esse legitimam huius loci enarrationem, intelliges primùm ex verbis, deinde & ex re ipsa. Dicit enim, ἢν ἐνστῇ αὐτῷ ὥρη [illegible] videtur autem ὥρη de anni tempore, & diei hora dici posse, de morbi tempore non posse. Præterea dicit, non esse dandam sorbitionem; vsque dum concoctæ videantur vrinæ, quòd si de ea cõcoctione quæ vniuersalia morbi tempora significat, intelligatur, falsum profectò sit. Nam sorbitionem augere, cùm madescit os, iusserat, dare tamen exiguam, tenuem & semel, ante id tempus non prohibuerat. Intelligit ergo de ea concoctione vrinæ & sputi, quã quotidie affert inclinatio.

Ἢν δὲ φαρμακευθεὶς συχνὰ καθαρθῇ, αἰὲν ἀναγκαῖον διδόναι, ἔλασσον δὲ καὶ λεπτότερον, οὐ γὰρ δυνήσεται ὑπὸ κενεαγγείης ἀπονυστάζειν, οὐδὲ πέσσειν ὁμοίως, οὐδὲ τὰς κρίσιας ὑπομένειν. ἀλλ᾽ ἐπὴν αἱ ξυντήξιες ὠμῶν γένωνται, καὶ τὰ ἀντίχοντα ἀποβάλλῃ, οὐδὲν κωλύει.

Si verò purgatus multa deiecerit, necesse est dare, minimum autem & tenuissimum, non enim poterit dormire per vasorum inanitionem, neq; similiter coquere, neq; iudicationes expectare. Verùm vbi colliquationes crudorum factæ fuerint, & quæ renitebantur, reiecerit, nihil obstabit.

Dixerat libro secundo, sorbitione in media cibos dare non conducit, at vbi purgatio desierit, tũc sorbitio detur, sed consueta minor, deinde liberaliùs perpetuò exhibeatur, si & dolor cessauerit, & nihil aliud obstiterit. Hoc idem est quod præsenti loco docet. Nimirum non esse dandam sorbitionem copiosam mox à purgatione, vt Medici Cnidij faciebant, ac vulgares medici nunc faciunt, quasi vasorum inanitionem copiosa refectione volentes rependere, & vt illi dicebant, exæquare, sed dandum tunc tenuissimum & minimum, quia ægrotus minùs sustinere poterit: considerandum verò, non quanto quisque indigeat, sed quantum ferat. Reddit autem pulcherrimam causam, qua cibum, nisi paucissimum, ferre non poterit, quia cùm somnus humectationem quandam cerebri desideret, per vasorum inanitionem dormire non poterit, ac proinde neque similiter ac priusquam inaniretur, coquere, neque iudicationes, hoc est, integras solutiones morborum, & concoctiones, expulsionesque succorum qui in corpore restiterunt, expectare. Dices, videri hoc, quod dicitur, absurdum, cibus enim datur vt possit homo durare, donec morbus concoquatur, quo pacto ergo faciet, vt non possit iudicationes expectare? Certè nisi detur necessarius cibus, durare non potest, sed neque si cibo obruatur: addidit, deinde liberaliùs perpetuò exhibeatur, si & dolor cessauerit, & nihil aliud obstiterit, nunc explicat, quando nihil obstabit, dicens: vbi colliquationes crudorum factæ fuerint, & quæ renitebantur, reiecerit, nihil obstabit, cibos scilicet augere. Vocat colliquationes crudorum, concoctiones & effusiones, cùm scilicet quę cruda renitebantur, neque reiici poterant, concocta iam reiiciũtur. Ita vocat, quia crude sunt lenta & velut cõcretionem habentia, cùm coquuntur, lentorẽ deponunt, & ideo magis fluunt.

Πέπονα δέ ἐστι τὰ μὲν πτύελα ὁκόταν γένηται ὅμοια τῷ πύῳ, τὰ δὲ οὖρα τὰς ὑποστάσιας ὑπερύθρους ἔχοντα, ὁκοῖον ὄροβος.

Cocta autem sunt, sputa quidem cùm sunt similia puri, vrina autem habentes subsidentias subrubras, velut grana orobi.

Sputum concoctũ puris habet conditiones, quia album & læue est, & non valde lentum, non tamen iam esse verum pus debet: citra suppuratiões enim, coquitur sæpe peripneumonia & pleuritis. Vrinæ optimè coctę albas potius subsidentias habent quã subrubras, sed & quæ subrubras habent, modò habeant lęues & cum bono substantiæ modo in fusura, concoctæ sunt, secundo post illas loco. Nam & in Aphorismis & in Prognostico ponit tales Hippocrates in bonis & concoctis: in Aphoris. quidem dicens: quibus septima futurum est iudicium, nubeculam rubeam quarto die apparere: in Prognostico dicens, subrubras cũ subrubris sedimentis diuturniores esse quàm quibus subsidentiæ albæ sint, sed eas etiam valde salutares. Quare cùm Hippocr. orobo dicit similes esse subsidentias, colore solùm intelligit, quòd scilicet subrubræ sint, nam si substantiæ etiam modo intelligeret, vt subsiderẽt quędam velut sphęrulæ subrubrę, nihil significaret minùs, quàm coctionem: esset enim vsti sanguinis, aut corrosi renis. Verùm colore solo referens orobum, est concoctionis, etsi non perfectæ. Quare suspicor cùm Galen. in comment. Aphor. 76. Sectionis 4. dicit, sedimenta similia orobis fieri sanguine vsto, nõ admodum vsum nomine orobo similis iuxta Hippocratis consuetudinem, sed secundùm imaginationem propriam.

Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων, καὶ χλιάσματα προστιθέναι, καὶ κηρώματα. ἀλείφειν δὲ τὰ σκέλεα καὶ τὴν ὀσφὺν θερμῷ, καὶ λίπος ἐγκαταλείφειν. ἐπὶ δὲ ὑποχόνδρια λίνου σπέρμα καταπλάσσειν ἕως μαζῶν.

Nihil autem prohibet & ad alios laterum dolores tepefactoria apponere, & ceromata, inungere autem crura & lumbos calido, & pinguedine inungere: super hypochondriis autem lini semen cataplasmatis forma imponens vsque ad mammas.

Alios laterum dolores vocat, eos qui ex flatu, aut

aut frigida intemperie fiunt, ad quos dicit vtandū tapefactoriis, non quòd ad veras pleuritides non sit vtendum etiam talibus, sed quòd non solis, vt in his, sed missione etiam sanguinis, aut expurgatione. Porrò videri possint hæc remissa esse medicamenta, siquidem ad has ipsas passiones, sacculis ex milio & sale vtebatur antea. Certè intensione diuersis madicamentis vti iubere, quæ tamen ad idē genus pertineant, longè præstantius est, quàm vno aut intentione æqualibus, scientibus nobis vt plus aut minùs vrget malum, augendas aut minuendas eorum vires, raroque æquè vrgere vel duo. Inungere crura & lumbos in laterum doloribus, videtur aliquibus ineptum, inungendum enim aut sola latera, aut totum corpus. Sed Hippocrates hac in parte respexit, solere refrigerationes plerunque ab his partibus incipere, & inde in viscera & ventres transmittere, quam ob causam optima cautio est, in ventris aut laterum frigidis morbis, pedes & crura pannis calfacere.

Ἀκμαζούσης δὲ τῆς περιπλευμονίης, ἀβοήθητον μὴ ἀνακαθαιρομένης, καὶ πονηρόν, ἢν δύσπνοος ᾖ, καὶ τὰ οὖρα λεπτὰ καὶ δριμέα, καὶ οἱ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ κεφαλὴν γίνωνται. οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἱδρῶτες πονηροί. ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς καὶ βίης ἐπικρατησάντων τῶν νοσημάτων. ἢν μὴ οὖρα πολλὰ, καὶ παχέα ὁρμήσῃ, καὶ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ. ὅ,τι δ᾽ ἂν τούτων αὐτόματα ἴῃ, λύει τὸ νόσημα.

Vigente autem peripneumonia, auxilium non habet nisi expurgetur. Atque prauum, si difficulter respires, & vrina tenues sint & acres, & sudores circa ceruicem & caput sint. Hi enim sudores praui, ab æstu & robore & violentia morborum. Nisi vrinæ multæ & crassæ prodierint, & sputa concocta venerint, quodcunque autem horum sponte venerit, soluit morbum.

Peripneumonia quæ quod ad essentiam & propria accidentia attinet, vigere videtur, non expurgatur autem excreatione, lethalis est, & remedium non habet, nisi vrinæ multæ & crassæ prodierint, & sputa concocta venerint: nimirū expurgari contingit pulmonē per venas, per arterias quibus pendent ab arteria magna, vt docet Galenus libro 5. de Locis affectis. Si igitur sputa venerint concocta & copiosa, per euacuationem visceri propriam soluitur morbus, sed etsi non veniant adeo copiosè, per vrinam solui potest. Interponit Hippocrates notas peripneumoniæ in pernitiem tendentis, dicens: prauum si difficulter spiret, & vrinæ tenues sint & acres, (quia vrinis tenuibus non expectatur remedium à mictione) & sudores circa ceruicem, & caput sint. Hi enim (inquit) sudores praui sunt, ab æstu, & vi morborum facti. De his sudoribus huc idē scriptū reperies in Prognostico, in quod edita iam sunt nostra commentaria.

Περιπλευμονίῃς ἔκλεικτον, κόκκαλος, χαλβάνη, ἐν μέλιτι ἀττικῷ. ἀβρότονον ἐν ὀξυμέλιτι πέπερι, ἐλλέβορος μέλας, ἀποζέσας, καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇ περιωδυνέοντι, δίδου. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθέοντα, διδόναι πίνειν. καὶ ἡπατικοῖσι, καὶ τοῖσιν ἀπὸ τῶν φρενῶν περιωδυνέουσι καὶ ὁκόσα δεῖ ἐς κοιλίην, ἢ ἐς οὔρησιν, ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι. τὰ δὲ ἐς κοιλίην, σὺν ὑδαρῆ μελικρήτῳ πίνειν πολλῷ δίδου.

Peripneumonia eclegma, nux pinea, galbanū in melle Attico. Abrotonum in oxymelite: piper: helleborum nigrum feruefactum etiam pleuritico in principio dolenti, potui da: Bonum autem etiam panacem in oxymelite feruefactam & percolatam potui dare. Et hepaticis, & septo transuerso circundolentes, & quacunque oportet in aluum, aut in vrinam, in vino & melle: quæ autem in aluum, cum aquoso melicrato potandum copiosè prabe.

Diximus nuper eclegma quod ex nuce pinea & galbano paratur, peripneumonicis aut suppuratis vtile esse inprimis, quanquam Hippocrates singultu laborantibus dari iuberet. Abrotonum, & piper, & panaxin eodem genere medicamentorum sunt, & eodem modo prodesse possunt, quia scilicet calida & sicca, & tenuium partium, ac proinde discutientia, mouentiaq́, aut sudores, aut vrinas. Abrotoni tamen orthopnoicis conferre, & panacis succum pleuritidibus, Dioscorides propriis capitibus tradidit, eadem ratione proderunt hæc potu data, & hepaticis, & septo transuerso circundolentibus, quibus scilicet in hepate aut septo phlegmones, aut aliæ succorum collectiones sunt: nimirum digerendo potenter, atque sudores aut vrinas aut vtrunq; mouendo: hæc ratio curandi pleuriticos, potionibus vehementer discutientibus, non admodum est in vsu nostris Medicis, quippe qui post missionem sanguinis, & inunctiones, & mouētia sputa, & quæ ad has intentiones pertinent, nisi excreent ægroti, desperant seruari posse, ad nullam aliam transeuntes curationem. Scio tamen quendam, cui homo quidam vulgaris nescio quid huiusmodi in pota dedit, copiosissimo sudore excitato, seruatum esse breui, & thoracem laxatum, & sputum redditum facilè, cùm septima iam esset dies, & nihil cœpisset excreare, & penè iam strangulari præ respirandi difficultate, periclitaratur. Idiotæ etiam qui empiricè quorundam curationem aggrediuntur, exsudatoriis curant pleuritides, sæpe cum optimo successu. Atqui profectò ratione nō caret. Quare cùm misso sanguine & appositis fomentis, & datis eclegmaticis, parum cedit pleuritis, vti suaserim succi panacis aut seminis abrotoni drachma, ex mulsa aut etiam vino, vt discutiatur. Helleborum etiam nigrum feruefactum iubet potu dare pleuritico in principio: hoc sane ad expurgandum, si expurgatione opus sit: quod antea dixerat, si sub thorace dolor sit, dare helleborum, idq́ue quarto die, aut omnino ante quintum. Cùm iusserit dare quædam ad mouendam aluum, quædam ad vrinam, docet quo ex liquore quodcunque dari debeat: quæ ad mouendam vrinam ex vino & melle: quæ ad aluū, ex mulsa copiosè diluta. Quia vinum deducit in vrinæ vias, mulsa aluum mouet. Tenenda nobis in mistionibus aquarum cum serapiis hæc regula est,

vt similium facultatum aqua ad quoduis serapium deligatur, nisi quid aliud eorũ, quæ de ratione componendi medicamenta à nobis scripta sunt, maioris videatur esse momenti.

Δυσεντερίη, ἀποσβεσθεῖσα, ἢ ἀπόστημα τι ποιήσει, ἢ φῦμα, ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς, ἢ ἱδρῶτας, καὶ οὖρα παχέα καὶ λευκά, καὶ λεῖα ἐπιφανῆ, ἢ ἐς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ ἐς σκέλεα, ἢ ἰσχία στηρίξῃ ἡ ὀδύνη.

Dysenteria qua cessauit, abscessum vel tuberculum aliquod faciet, nisi in febres aut sudores, & vrina crassa & alba & laeues apparuerint, vel in tertianas, vel in varices, vel in testiculum, vel dolores in crura, vel in coxam confirmetur dolor.

Intelligere dabes dysenteriam magnam, quæ ex magno corporis apparatu, non ex procatarctica aliqua causa trahit ortum. Alioqui non mirum, si soluatur absque vllo abscesso. Intellige etiam, si cessauit repentè, paulatim enim & longo tempore, ipsamet dysenterica euacuatione potest mali succi copia consumi. Verùm quum magnus morbus repentè cessat, permutationis in aliud malũ est certa coniectura. Ita si magna dysenteria repentè soluetur, fiet permutatio in hoc aut illud, vt erit mali succi, qui redundat, species. Crassus enim tuberculum potius aut varices in cruribus, vel in testiculo, quã vocant varicosam herniam, vel firmatum in crura aut coxam dolorem faciet, tenuis potiùs febres, maximè tertianas: Fieri etiam poterit permutatio non in alium morbum, sed in aliam euacuationem: velut dysenteriæ in sudores & vrines crassas. Proinde dicit, futurum tuberculum aliquod, aut tubercula multa, nisi in febres fiat mutatio, succis qui fluebãt in intestina, manentibus in venis & putrescẽtibus ibi, aut in sudores & vrines crassas, albas & læues, quales scilicet liberare solere ab abscessu Aphoris. 74. quartæ dicitur.

Ἐν πυρετῷ χολώδει πρὸ τῆς ἑβδόμης μετὰ ῥίγεος ἴκτερος ἐπιγινόμενος, λύει τὸν πυρετόν. ἄνευ δὲ ῥίγεος ἢν ἐπιγένηται, ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον.

In febre biliosa ante septimum diem, cum rigore morbus regius superueniens soluit febrem, sine rigore autem si superueniat præter occasiones, perniciosum.

Non hæc dicit, quòd morbus regius cum rigore superueniens non soluat febrem, nisi fiat ante septimum, sed quòd post septimum fiens, etiam sine rigore potest esse bonus, nisi hypochondria obduruerint, vt dicitur Aphorism. 64. Sectionis quartæ. Itaque quia dictum est 62. eiusdem Sectionis, quibus in febribus morbus regius ante diem septimũ acceidit, malum, quasi exceptionem nunc scribens, dicit, etiamsi ante septimum fiat in biliosa febre, si fiat cum rigore, posse vtiliter fieri, & morbum soluere: si verò superueniat sine rigore præter occasiones (ἔξω τῶν καιρῶν, id est, præter opportuna tempora, hoc est intempestiuè. Sunt verò occasiones aut oportune morbo regio tempora, si septimo, nono, aut vndecimo, aut quatuordecimo fiat) perniciosum. In Aphorismo prædicto scripserat simpliciter malum, hic verò augens significationem, dixit, lethale seu perniciosum. Rigorem genus quoddam indicationis febri ardenti congruentis esse constat, siquidem 52. dictæ Sectionis dicitur, qui à febre ardente tenetur, rigore superueniante liberatur. Ergo regium morbum cum rigore fieri, significat eũ decretoriè fieri, cùm autem ita fit, vtilis sit, & soluat morbum. Quoniam verò rigor non quacunq; die fiat, est bonus, neque regius morbus cum rigore bonus quocunque die fit, sed decretoria. Si enim vt 69. Aphoris. eiusdem Sectionis dicitur, quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficilè iudicium sequitur, certè etsi cum rigore morbus regius fiat die sexto, morbum non soluet, sed si die decretorio. Ac ne tunc quidem necessariò, nam nisi febris deficiat aut remittatur, & ægrotus iam debilis sit, certè rigor ipse lethalis est, vt dicitur 46. atque erit nihilominus & morbus regius cum rigore. Sed si rigor sit, qualis maximè solet esse decretorius, vt qui die decretorio ægro nondum debili fit, & cui succedit euacuatio aliqua idonea, vt sudor, aut copiosa euaporatio, aut vomitus, cum hoc si morbus regius fiat, etiamsi antè diem septimum, soluet febrem. Oportet igitur cum hac sententiola, alias omnes, quæ de ea re in Aphorismis scriptæ sunt, iungere, vera vt sit, non est autem ineptum, aliarum ex aliis eiusdem auctoris sensum, & legitimam enarrationem, accipere: neque quòd aliæ aliis indigeant, falsæ aut futiles censeri debent.

Τέτανος δὲ ὀσφύος, καὶ ἀπὸ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν, πνευμάτων ἀπολήψιες ὁκόταν ἔωσι, φλεβοτομίη λύει. ὁκόταν δὲ ἀπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀπο̣σπῶνται, καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ πρόσωπον, ὑπὸ τοῦ πόνου δακνομένων, καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων, καὶ τῶν ἀραιῶν, οἱ παχύτεροι τὴν ῥάχιν ξυνέχουσιν, ἢ οἱ μέγιστοι σύνδεσμοι καταπεφυκότες ἕως ἐς πόδας ἀποπλεῦσι· τῷ τοιῷδε, ἢν μὴ πυρετὸς καὶ ὕπνος ἐπιγένηται, καὶ τὰ ἑπόμενα οὖρα πέψιν ἔχοντα ἔλθῃ, καὶ ἱδρῶτες κρίσιμοι, πίνειν οἶνον κρητικὸν, αὐώδεα. καὶ ἄλητον ἑφθὸν ἐσθίειν, καὶ κηρωτῇ ἀλείφειν, καὶ ἐγχρίειν, τά τε σκέλεα περιελίσσειν ἕως τῶν ποδῶν. θερμῷ προσβρέχων ἐν σκάφῃ, καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων καταπλάσσειν, καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων, σπαλον ἐγκηρώτας μαλακῷ δέρματι, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξῃ. καὶ διαλιπὼν πυρία τοῖσιν ἀσκίοισι, θερμὸν ὕδωρ ἐγχέων, καὶ περιτείνων σινδόνιον, ἐπικατακλίνειν αὐτόν. κοιλίην δὲ μὴ λίην λύσῃς, ἢν μὴ βαλανῳ, ἢν πολὺς ὁ χρόνος ᾖ, καθ' ὃν ἀδιαχώρητος μένει. καὶ ἢν ἐπιδιδῷ τι σοι ἐπὶ τὸ βέλτιον. εἰ δὲ μὴ, τοῦ μέδου τῆς ῥίζης τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδει, καὶ δαῦκον πίνειν δίδου πρωὶ νῆστι, πρὸ τοῦ βρέχειν, καὶ ταχὺ ἐπὶ τούτοισι, τὸ ἄλευρον ἑφθὸν, χλιαρὸν, ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον, καὶ οἶνον, ὁκόταν βούληται, εὔκρητον ἐπιπινέτω. καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον. εἰ δὲ μὴ, προλέγειν.

Lumborum

Lumborum tetanus, & in melancholicis per venas spirituum interceptiones cùm fuerint, sanguinis detractione soluuntur: cùm autem ob tendines vehementer in anteriorem partem reuelluntur, & circa ceruicem, & faciem sudores, à dolore commorsis & siccatis, tendinibus qui ad caudam pertinent, qui crassissimi spinam continuant, qua maxima enata copula ad pedes vsq; finiuntur; huic si neque febris, neque somnus superuenerit, subsecutaq; vrinæ coctionem habentes venerint, & sudores decretorij, bibere vinum Creticum vinosum, & polentam coctam edere, & cerato inungere, & contegere crura perluendo vsque ad pedes calidis irrigationibus in pelui, & brachia vsque ad digitos inuoluere, & spinam à ceruice vsque ad coxam molli pelle peruncta pinguedine & cera, vt anteriora etiam contineat. Et intermissis fomentis, quæ per vtriculos, calidam aquam infundere, & circum tendens linteolum, in lecto ipsum iacere fac. Aluum verò ne moueas, nisi glande, si longo tempore sine dejectione fuerit, atque si bene tibi id successerit; sin minus, modi radicem terens in vino odorato, & daucũ potui da mane ieiuno, antequam madefeceris, atq; citò post hæc farinam coctam tepidam edat multam, & vinum cùm volet bene temperatum bibat, atque si tibi processerit in melius; sin minus, prædicere.

Fieri potest immobilitas, aut difficilis motus partis cuiuspiam conuulsioni similis, ob tensionem, & phlegmonosam venarum affectionem. Cùm enim venæ aut arteriæ, quæ per partem quampiam decurrunt, ita sunt affectæ, musculos quoque phlegmonosa lassitudine afficiũt, & proinde partes flecti non possunt, faciuntq; velut symptoma conuulsionis, quanquam re vera ea affectio, multitudo potiùs ad vasa, aut lassitudo phlegmonosa partis est quàm conuulsio. Fieri hoc, si qua alia in parte, in lumbis maximè potest, quippe per quos decurrũt maxima vena & arteria, quanquã lumbi sæpe conuulsione vera afficiuntur, & quæ à neruis motus incipit, potiùs quàm à venis. Et ea conuulsio est nunc tetanus (cùm scilicet in nullam partem flecti possunt) nunc emprosthotonus (cùm in anteriorem inclinant) nunc opisthotonus, cùm in posteriorem. Ea inflexilitas quæ in lumbis ob venarum repletionẽ fit, necesse est sit tetanus, seu potiùs tetano similis: nam inflexilitas venarum æquè prohibebit flecti antrorsum & retrorsum: quæ ob neruos humore occupatos, fieri possit tetanus, emprosthotonus, aut opisthotonus, vt anteriores aut posteriores, aut vtrique erunt occupati. Verùm sunt iuxta lumbos, nerui quidam insignis magnitudinis quatuor, ortum ducentes à quatuor foraminibus ossis sacri, quæ vtrinque sunt, collocati inter lumbos & os quod coccygem vocant, seu caudam, qui paulò post exortum coeunt, conflantes maximum quendam neruum, qui decurrit per femur, & antequam genu attingat, finditur rursum in tres bene magnos, qui decurrunt vsque ad extremos pedes. His humore tumefactis, euenit sæpe lumbos, atque adeò totam spinam trahi ac conuelli. Necesse est autem eam conuulsionem esse emprosthotonum: decurrunt enim illi nerui per anteriora femorum & crurum: necesse est ergo ad crura antorsum adduci corpus. Harum passionum, tetani inquam ob venarum repletionem, & emprosthotoni ob tendines hos, seu neruos motus, curationes nunc docet: Primæ quidem curationem in sola sanguinis missione esse, meritò dicens: Secundæ vero in aliis quibusdam, quæ mox enarrabo. Verùm dicit, lumborum tetanus & per venas spirituum interceptiones cùm fuerint, non quasi diuersas affectiones nominans, sed vt affectionem & causam aperiens, quasi diceret: Tetanus lumborum, qui fit per tantam venarum repletionem, vt spiritus intercipiantur: hoc enim est maximæ repletionis. Dicit verò, in melancholicis, non quòd hic affectus in solis melancholicis desideret missionem sanguinis, sed insinuans in melancholicis hoc maximè solere fieri, non quidem in quibusuis, sed iis qui fiunt ex sanguineis. Nimirum sanguinei, cùm iis sanguis, aut errore victus, aut ætate crassescit, melancholici fiunt, & his maximè fiunt venarum obstructiones magnæ, quia multo abundant & crasso sanguine. Sed descriptionem secundæ affectionis enarremus nunc, deinde curationem. Cùm autem (inquit) ob tendines (id est, ob neruos motus) in anteriorem partem reuelluntur (nimirum ob illos tendinas nõ possunt reuelli aliter) & circa ceruicem & faciem sudores fiunt (hoc non conuulsionis cuiusque, sed magnæ & molestæ) dolore commorsis & siccatis tendinibus, qui ad caudam pertinent. Morderi dolore dicit, ipsum dolere: non enim necesse est vt dolor sit mordax, siccatos vocat haud dubiè duriores factos: nam hîc nullatenus agi de cõuulsione à siccitate, ratio curationis indicabit. Ergo dicit, fieri circa ceruicem & faciem sudores, præ dolore & distentione neruorum, dicit, pertinere ad caudam, quia oriuntur iuxta caudam, vt explicui: Qui crassissimi cùm sint, spinam continuant cum cruribus. Sunt verò hi, quà maximæ enatæ copulæ (neruos vocat nunc copulas, quòd, vt dixerat, continuent seu copulent partes partibus) ad pedes vsque finiuntur. Ea pars est, vt diximus, os sacrum inter vertebras lumborum, & ossicula caudę. Sed curationem huius affectionis aggrediamur. Quæ resoluendi & laxandi gratia exteriùs admoueri iubet, siue balnea, siue inunctiones, siue pelles, siue lintea, omnia quidem iuxta communem & ab omnibus Medicis receptam indicationem, resoluendi humorem, qui neruos replet, dicuntur: quanquam alij vehementioribus vti videantur, atque adeò frictionibus, & rubrificantibus, & cucurbitulis. Verùm hęc omnia ad eandem pertinent intentionem, sola maioris & minoris differentia diuersa, & est quidem locus nunc maioribus, nunc minoribus, pro morbi magnitudine & ægroti natura. Quod etiam mouendi sudorem aut vrinam causa dat, & probo, & recipio, modò tempestiuè, neq; adhuc valde multis & crassis succis, fiat. Sed hæc videntur suspecta: Quòd missionem sanguinis tacet (cùm in omni magna, etiam cacochymia, si vires adsint, commendetur.) Quòd vinũ vinosum det in neruorũ conuulsione, (cùm nulla vini noxa maior esse putetur, q̃ quòd conuulsiones afferat, atque adeò ipse Hippocrates

testetur, ebrios conuulsos mori.) Quòd expurgationem prohibeat in morbo pendenta ex cacochymia. Certè sanguinis missio optimú ioitiú præstat curationi huius conuulsionis, cùm in toto corpora subest plenitudo. verùm quia non est auxilium peculiare huius morbi, neque ab specie eius causæ indicatur, potuerit Hippocrates eam prætерire, neq; proinda intelligenduio est prohibere: noo anim præcepta peculiaria tollunt vniuersales regulas, est autem dictum aoteà, ganetatim in omoi morbo magno, constanta virtute & ætate flotente mittendum esse sanguinē. Vinum haud dubiè detur conuulsione laborantibus com periculo, neque video quid pro auctore respondere possim, oisi fortè dari vt ad oculorum dolures, cùm scilicet corpus totum vacuú iam sit, fluxio cessauerit, & id quod est in parte, sit valde impactum. Quanquam tūc quoque in cōuolsione velim potione alia medicamentosa, potiùs quàm vino extenuari, & digeri crassos succos: fieri tamen potest nonnuoquam, vt nulla meliùs quàm vini agatur: cùm scilicet naturæ & consuetudini hominis congruit, & firmata iam passio est, naque fluxionis nouæ vllum periculum se insinuat. Quòd expurgationem prohibeat, non video quæ causa sit, nisi fortè timat, vt trahantur excrementa in affectam parté, ob eius viciniam cum recto intestino, aut vt tracta palli nō possint, quód musculi abdominis, qui inde recipiunt natuos, iuuare deiectionem oon possint. Vidi anim ego hoc, non ita pridam, in quodam ægroto, cuius crura immobilitate & conuulsione tenebātor, & cùm exurgere vix vi è lecto possit, manifestè trahebatur secundùm lumbos in anteriorem partem, ille dies multos niti oon poterat musculis abdominis, ac proinde neque deiicera, neque deiiciebat quidem omnino, nisi alius eius ventrem comprimeret quadam ligatura, quam ex fasciis, referentem figura & positu ipsos musculos, ego machinatus sum. Tunc sanè ille ægrotus non sine periculo acciperet vehemens phatmacum: ttaherentur enim in ventrem plura qnàm deiici possent, & immanentia, in proximas partes & malè affectas imbiberentur, tameo præter hanc musculorum affectionem, nihil esset potius medicamento expurgante, pro redundantia humotis specie, sad & debilibns quoque musculis, adhibita arte, vt deiectio fiat, expurgatione leuiori & tepetita est opos, vt tractio quidem nulla fiat maior quàm deiectio, excreméta veró euacuaotur paulatim, quo sanè modo ego dictum ægrotum curani. Dicere ergo possimus, Hippocratem prohibere exporgationem fortem, idque non in omni connulsione, sed ea per quam musculi abdominis afficiantur, vt per dictum emprosthotonum fieri solet. Quòd ad dictas igitur dubitationes attinet, hæc occurrunt, ouoe autoris varba percnrramus. Huic (inquit) si neque febris, neque somnus superuenerit, subsecutæqne vrinæ coctionem habentès venerint, & sudores decretorij, vinum creticum vinosnm, & reliqua. Nō sanè hæc dicit, quòd si hæc superuenerint, aliter cutaodi sint, sed quòd hæc superuenientia solent solnere conuulsionem, ita vt alia curatione opus non sit. Perinde est argo ac si diceret: hæc affectio febra superueniente soluitur, aut etiam superuenieote somno, cui succedant concoctæ vrinæ, aut superuenientibns sudoribus decretoriis. Hi enim euacuatione, febris tafelutione, somnus cui tales vrinæ succedant, concoctione possint conuulsionem curare. Si oihil horum superuaniat, curatione & multis aoxiliis ast opus. Primùm iubet vinú creticum vinosum, quasi oonc dicas à Sancto Martino, quod quo casu conferre possis, dictum à me iam est, & polentam coctam edere, hanc non vt medicamentum, sed alimenti minimè noxij loco dat. Nimirum etat in vsu antiquis id edulium. Deinde cerato inungere. Id ceratum possit esse simplex ex cera & oleo, aut compositum, vt quod ex oleo vulpino, aut laurino, aut ex castoreo paretur, aut pollinem aliquem præter oleum & ceram accipiat, vt origaoi, aut lauendulæ, aut castorei, aut sulphuris, aut alterius rei acris, & resoluentis facultatis: Contegere crura, pannis scilicet, laneis aut lineis, aut pellibus: perluendo vsq; ad pedes calidis irrigationibus in pelui, aut aqua scilicet sola, aut decoctis herbarum aut radicum, aut aliarú rerum medicamentosarum. Et brachia vsque ad digitos inuoluere, & spinam à ceruice vsq; ad coxam molli pelle peruncta pinguedine & cera: emolliendi scilicet nerves causa. Potest veró essa inunctio hæc etiam simplicior aut medicamentosa. Debet verò ita inoolui, vt anteriora etiam contineat inuncta pellis, vt ampla scilicet sit pellis, neque solùm posteriorem spinæ partem, sed latera & anteriorem etiam patem corporis contineat, nisi viscera, quæ ad anteriores spectant partes, id fieri prohibeant. Et Intermittens fomenta quæ per vtriculos, calidam aquam infundente, & linteolum circuntédere, & in lecto hominem collocare, vt per quietem & contectum corpna meliùs medicaminibns fruatur. Aluum verò (inquit) oe moueris, nisi glande, si longo tempore sine deiectione fuerit, alioqui oa glande quidē moue. Qoatenus & quo casu verè hoc dici possit, explicuimus: Atque si bene tibi successerit. Hic haud dubiò desunt verba aliquot, dicendum enim fuit, atqoe si bena tibi successerit, bene habet, peractaque ita fuerit curatio: Sin minùs (inquit velut ad vltima veniens iam auxilia) modi radicem terens in vino odorato, & daucum potu da manè iaiuno, antequam medefeceris, balneo scilicet aut inunctione. Non constat quid sit modus: verùm fuerit herba aliqua, dauco facultate similis, calida scilicet & sicca, & tenuiú partium, mouens sudurem & vrinam fortiter. Hac eadem intentione parari possunt potiones ex valeriana, aut ex seseli, & ex innumeris aliis, vt etiam ex ligno guaiaco, aut zarza parilla vocata, aot chinæ radice: quæ datæ, vt hic præcipitur, ieiunis summo mane multis diebus, absumendo axcreméta, & mouendo dictas euacuationes, persanare hāc affectionem possint. Atque post hæc, citó farinam coctam tepidam edat multam, oon adeó vt grauet, sed vt pro corporis alimento satis sit, & bibat vinum cùm volet: hoc est, si videbitur ob naturam & consuetudinem homiois, bena temperatum: non enim datur nunc vt medicameotum, valut nuper, sed vt potus familiaris. Atque (inquit) si hac ratione tibi res cedet bena: sin minùs, prædicere oportet, immedicabile essa malú, & à curatione desistere· multi enim Medici ridiculi fiunt, duras iam & imoedicabiles affectiones conantes demoliri.

Τὰ δὲ νοσήματα ταῦτα λύεται, ἢ κατὰ στόμα, ἢ κατὰ κοιλίαν, ἢ κατὰ κύστιν, ἢ τινὸς ἄλλου τοι-

τα

τοῦ ἄρθρου. ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη, κοινὴ ἁπάντων.

Morbi autem omnes soluuntur, aut per os, aut per aluum, aut per vesicam, aut alio aliquo tali articulo. Sudoris autem species communis omnibus.

Morbi qui non sunt omnino exigui, non soluuntur tutò sine euacuatione aliqua manifesta, aut abscessu, nisi raró in pueris: quorum quia insensilis euacuatio longè maior est quàm adultorũ, morbi soluuntur, vt Galenus testatur, aliquando per somnum altiorẽ citra euacuationẽ manifestam. Proinde dicit Hippocrates, morbos omnes (pendentes scilicet ex materia, & magnos) solui aut per os, aut per aluum, aut per vesicam, aut alio aliquo articulo: hoc est, aut per abscessum (nimirum in articulos solent abscessus fieri) aut per sudorem. Quoniam verò euacuationes, per os, aluum, aut vesicam, morbis quarundam partium videntur esse peculiares, quæ per os ventri superiori, quę per aluum inferiori, & cauæ parti iecoris: quæ per vesicam, renibus, & gibbæ parti hepatis. dicit, sudores partes omnes æquè respicere, quia versusquaque fieri possunt, & communes esse morbis omnibus. Constat, non his solùm poris solui posse morbos: nam & fluxu sanguinis ex naribus, & ex vtero, & hæmorrhoidibus soluuntur multi. Verùm Hippocrates videtur meminisse euacuationum genere naturalium, & ætati omni communium. Nam fluxus sanguinis nullus est naturalis præter menstruum qui nõ est omnium ætatum, sed quarundam.

Ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ, οἷσιν ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα. ὁκόσοι δὲ ἐξ ἀποστημάτων, ἢ φλεβορραγίης ἢ δι' ἀκρησίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην ἔμπυοι γίνονται, μὴ διδοὺ ἐλλέβορον τοῖσι τοιούτοισιν. οὐδὲ γὰρ ὠφελήσει. καὶ ἤν τι πάθῃ, αἴτιον δόξει εἶναι ἐλλέβορος. ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα, ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ, ἢ ἐμπεπλασμένα τὰ ὦτα, ἢ ῥίς, ἢ πτυαλισμὸς, ἢ γουνάτων βάρος, ἢ σώματος ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ,τι ἂν συμβαίνῃ, μήτε ὑπὸ ποτῶν, μήτε ὑπὸ ἀφροδισίων, μήτε ὑπὸ λύπης, μήτε ὑπὸ φροντίδων, μήτε ἀγρυπνιῶν. ἢν δὲ μή τι τουτέων ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείην.

Helleborum autem dare oportet, quibus à capite fertur fluxio. Quicunque autem ex abscessibus, aut phleborrhagia, aut ob intemperantiam, aut ob aliam aliquam fortem causam, suppurati fiunt, ne des helleborum his, qui huiusmodi sunt. Neque enim proderit. Atque si quid patiatur, causa videbitur esse helleborus. Si verò dissoluatur corpus, aut dolor sit in capite, vel impleantur aures aut nares, vel sputum aut genuũ grauitas, aut corporis moles maior solita, quodcunque horum contigerit, neque ex potibus, neque ex venere, neque ex mærore, neque ob curas, neque ob vigilias; etenim si aliquam harum habeat causam, ad hanc oportet dirigere curationem.

Ἐλλεβορίζειν, seu hellebnro vti apud Hippocratem, vt aliis locis monui, nõ solùm est helleborum propinare, sed omnino vti expurgatione: ita vero loquebatur, quia helleborus erat nobilissimum medicamentorum expurgantium, quibus ea tempestate vtebantur. Narrat ergo nunc, quibus dari debeat, & quibus non: non sanè omnes, sed quasdam dispositiones recensens. Primùm (inquit) dari debere quibus à capite fertur fluxio, siue in thoracem, siue in ventriculum, siue in partem aliam feratur. Intellige vero non quancunque leuiculam fluxionem: multæ enim excitantur leui occasione, & cessant sponte breui. sed fluxionem diuturnam & magnam. Talis haud dubiè excrementorum redundantiam significat in capite, quod gignat, vel in toto corpore, quod in caput mittat. Neque sane minùs, si fluxio à nuda capitis intemperie successerit: ea enim ipsa intemperies excrementa congesserit, vel aliunde recipere fecerit, a quibus ipsa inim intemperies mutuo conseruetur. Porro si dissoluatur corpus, vt eneruatum esse videatur, & grauiter sese loco moueat, aut dolor capitis sit, non qualiscunque, sed grauans, magnus, & diuturnus: vel impleantur aures, vt quibus repletis auditoriis poris fit grauis auditus, aut nares, vt iis qui obturatis naribus difficulter respirent, vel sputum: hoc est, sputi instrumenta, pulmo scilicet & asperæ arteriæ impleantur, aut accidat genuum grauitas: hoc est, dolor grauans genuum, aut eadem ratione aliorum articulorum, aut corporis moles maior solitá, vt euenit iis q intumescunt præter naturam: quodcunque horum contigerit, helleborum dare iubet: quia hæc omnia excrementorum redundantiam indicant. Verùm addit, neque ex potibus, neque ex venere, neque ex mœrore, neque ob vigilias, neque ob curas processerint. Nimirum ex vino sæpe fiunt hæc, corporis dissolutio, grauitas capitis, & surditas, & affectio coryzæ similis, quin & venæ tument, & tota corporis moles, & expectatu solum tempore soluendæ crapulæ euanescunt. Ex venere etiam quidam hæc patiuntur omnia, laborantes penuria magis quàm redundantia, atque etsi quàm maximè malis succis sunt, sunt tamen etiam debiles, vt helleborum non sustineant, sed refectione potiùs indigeant, & purgatione per epicrasim: Ob curas etiam, mœrorem, & vigilias, languent quidam grauati capite, loco vix se mouentes, respirantes cum angustia, qui conciliato somno, solatiis & hilari conuictu, aut, ad hæc ipsa, loci mutatione, magis indigent, quàm alia curatione: ob hæc dicit: Etenim si quampiam harum habeat causam, ad eam oportet dirigere curationem. Sed quibus dari helleborum prohibeat, enarremus. Suppuratis, hoc est, pus intra thoracem habentibus dari prohibet, siue ex abscessib⁹ ruptis sit suppuratio facta, vt quibus ex pleuritide, aut peripneumonia: siue ex phleborrhagia, vt quibus ex hęmoptoica passione: siue ob intemperantiam in victu, nimirũ qui intemperanter viuunt, congerunt multam pituitam in lateribus, quæ partim ibi genita, partim è capite aut toto corpore influens, ibi putrescit, abitque in pus, vt 1. lib. de Morbis ab Hippocrate dicitur. Non enim necesse est, vt qui suppuratione laborat, pleuriticus fuerit, aut peripneumonicus: fieri enim potuerit suppuratus ob redundantiam excrementorum, quam intemperantia victus pepererit, vt diximus, aut ob fortem aliam causam, vt ob vulnus, aut plagam contundentem. Vtcunque denique fa-

ctus sit homo suppuratus, ne des, inquit, hellebo- A rum, nequa enim proderit, atque si quid deiode patiatur grauius, causa videbitor esse helleborus. Galanus alios quidem suppuratos expurganti medicamento non iuuari fatetur, eos verò qui ob intemperātiam sint facti, negat. Videtur enim, cùm eorũ morbus à crudorum cœperit multitudine, ab expurgatiõe debere iucipere curatio. Mihi verò etsi à multitudine cœperit malũ, vbi iam suppurati sint facti, & tabescera cœperint (quod mox succedit) nequaquam vidētur iuuari posse, sed alias euacua- B tiones moliendas, vt excreationẽ facilam, & amonctionem, si à capite malum cœperit, alui verò solutionem vitandam. Hæc enim nõ solùm pharmaco, good per se vim habet calfaciendi & siccandi, sad spoute etiam facta, periculosa est iis, qui tabescunt, vt in aphorismo dicitur, atqua adeò ei, qui tenetur à peripueumonia, aut à pleuritide cùm ad suppurationem res vertitur. Ex thoraca enim q̃ minimũ trahitur in aluũ, & succi crassi qualis pus est nihil, & interim deiicitur virtus. Aliquāto maior spes est C iu purgatione per vrinas, ob arterias, quibus ex magna renes peudent, omnium autem optima eius morbi solotio est, puris facilis & copiosa excreatio.

Τὰ δὲ ἐκ πορείης ἀλγήματα, πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων, καὶ ὁκόσοι ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες, πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτῆν, ἐκ κραιπαλέων, καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα ἐς ὀσφὺν καὶ ἐς ἰσχία. οἷσι δ᾽ αὖ αὐτέων ἢ τοιάδε, δυσουρέεται. τούτων δὲ πορείη αἰτίη, καὶ κορυζέων καὶ βραγχῶν. D

Dolores ex itinere, laterum, dorsi, lumborum, coxa, & quacunque respirantes dolent occasionem aliquam habentes: sapius enim consueuerunt dolores ex crapula & cibis inflantibus in lumbos, & in coxam venire: quibus talia fuerint, vrina difficultas accedit: horum iter causa est, coryza item & raucedinis. E

Duas affectiones memorat, quæ à duabos causis præcipuè fieri & augeri consueuerunt, vriuæ difficultatem & catarrhos, quæ à magua assidoaqua ex itinere defatigatione, & à multo cibo & potu nasci solent. Certè nihil experimento magis notum est, quàm aos qui ad horum vtrumuis sint parati, itinera & voracitate lædi. Iter quidem præcipuè difficultstem vrinæ solet facere, quia distributinnem inordinatam facit axcramentorum, per quã iu an- F gustas vias impingunt quædam crassa, in eas præcipuè, quibus vrina redditur, quia siue pedes, siue eques, iter agat quis, plurimum secuudùm renes & vesicam laborat corpus, & concutitur. Accedit, q qui iter agont vsque ad defatigationem, intempestiuè mouentur mox à cibo, ob quam igitur causam poeri calculis vesicæ & alsis stranguriis obnoxij sunt, fiunt etism & ij qui non habent motui & cibo certas destiuatasqoe horas, sed victu vtuutur tumultuario, vt qui iter agunt. Voracitas catarrhos G vidatur potius nata facera: mittuutur anim è partibus in partes, quæ in singulis redundant. Verùm & hæc facit stranguriss, & defatigatio ex itinere catarrhos, suntq; dictæ passiones quodsmmodo analogæ, & eisdem da causis natæ fieri, & eisdam hominibus. Nam voracitas replet crassis, & angustarum viarum parit obstructiones, & hæc præcipuè est puerilium morborum causa: exercitatio uimia non replet, sed distribuit nimis, & ita quæ per naturales meatus erãt euacuanda, rapi facit in caput, thoracem, aut partas alias, cietque pro naturalibus effluxibus, fluxioues præter naturam. Non autem facit hæc iter quodcunqua, neque quæcunque satietas, sed iter quod vsque ad defatigatiouem, & voracitas quæ vsqoe ad corporis repletionem proces- B serunt. Defatigationem ex itinere indicant dolores latarum, dorsi, lumborum, aut coxæ, aut quoruodam, omnisimue borum: repletionem ex voracitata dolores inter respirandũ, ex inflatione, quam crapula & cibi feceriut, oborti: qui dolores non solùm secundùm hypochondris & thoracem, sed secuudùm lombos etiam & coxas, sliquando seutiri consueueruut. quibus igitur, inquit, talis fueriut, vrinę difficultas accedit, aut magnus catarrhus, qa, vt & satietas, iter est horum causa, stranguriæ scili- C cat, & coryzæ, & raucedinis.

Ὁκόσα δὲ ἀπὸ διαιτημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαιτηθῇ, μάλιστα ἐπισημαίνει. καὶ γὰρ ὁκόσοι ἂν μὴ μεμαθηκότες ἀριστῆν, ἢν ἀριστήσωσιν, ὄγκος πολὺς αὐτοῖσι τῆς γαστρὸς, καὶ νυσταγμὸς, καὶ πληθώρη. ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, κοιλίη ἐκταράσσεται. ξυμφέρει δὲ τουτέοισιν ἐκλουσαμένοισι καθεύδειν. κοιμηθέντες δὲ περιπατησάτωσαν D *βραδέως συχνὴν περίοδον. κἢν μὲν λαπαχθῇ, δειπνῆσαι, καὶ πιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον. ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, ἀποχρίσασθαι τὸ σῶμα θερμῷ, καὶ ὑδαρέα οἶνον λευκὸν, ἢ γλυκὺν, ἢν διψῇ, ἐπιπιόντα ἀναπαύεσθαι. ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι. τὰ δ᾽ ἄλλα ὁμοίως τοῖσιν ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω.*

Quacunque verò à diatis, plurima quidem E *quisque, vt consuetudinẽ victus mutauerit, pracipuè declarat. Etenim quicunque nõ solits prandere pransi sunt, tumor magnus ipsis ventris & dormitatio, & plethora. Si autem supercœnauerint, aluus turbabitur. Confert autem hos lotos dormire, excitatos autem deambulare lentè crebros circuitus, atque si ventrem exonerauerit, cœnare, & bibere vinum paucum, sed meracius:* F *si verò non exonerauerit ventrem, inungere corpus calido, atq; si sitierit, vino aquoso albo, aut dulci poto requiescere: si autem non, dormiant ampliùs, & requiescant. Catera verò similiter ac qui ex crapula, victus eis instituatur.*

Quandoquidem neq; idem victus omnibus congruit, neqoe eodam modo omnes læduntur ab eisdam erratis in victu, sed quo victu hic læditur, ille iuuatur quàm maximè, præcipuaque causa buius G differeotiæ io cuiusque hominis consuetudine statuitur, dicit, quæcunque à diætis, hoc est, à victus mutationibus contingunt mala, maxima quidem ex parte quiuis declarat, vt consuetudiuem quiuis motauerit. Vtitur ad banc rem exemplis, quibus secundo libro probauit, seruari debere consuetudinem.

nem, vt, inquit, qui non soliti prandere, pransi sunt, conqueruntur fieri sibi tumorem magnum ventris, & plethoram, eius scilicet partis, & dormitationem: illud ob copiam solito maiorē ciborum, qui quòd prior cibus non bene, & vt solet, descenderit, adhuc supernè detinebitur: hoc ob copiam vaporum, qui in caput ex pluri cibo solito ascenderint. Quòd si supercœnauerint, aluus ipsis turbabitur. Neque sanè hæc sit maxima noxa, quæ ex cibo recenti, bis iam ingesto, antequam prior coctus sit, & descenderit, fieri possit, sed etiam minima: turbationem enim alui solui possit satietas. Fieri verò possunt febres diariæ aut putridæ, vt quisq; paratus sit, catarrhi, vt nuper dicebatur, & difficultas vrinæ, capitis grauitas, grauia insomnia, vertigines, suffusorum visis similia, quin & apoplecticæ etiam passiones. Proinde Hippocrates nō censet hos victus errores contemni, sed mox apponit, quę sint agenda ei, qui ita deliquerit. Confert (inquit) primùm hos, qui scilicet præter consuetudinem pransi sint, lotos dormire. Ego sanè haud intelligo, balneū vllum à multa cibi ingestione laudari, nullum enim non est noxium, siue calidum, siue frigidum, pleno ventre, sed Hippocratem secundùm hominū consuetudinem, qui lauari mox à cibo consueuerunt manus & ora, innuentem, mox à cibo eundum esse dormitum, dixisse, confert hos lotos dormire, hoc est, mox ac sint loti, quod mox ab accepto cibo fit, dormire. Sunt quidam, qui ob gulæ & oris ventriculi angustiam, tempore quodam indigent, vt cibus resideat, qui ob hanc causam non mox, sed paulò pòst dormire debent: Alij etiam quia vertiginosi sunt, aut capitis grauitatem patiuntur, expectare debēt vt vapores nonnihil attenuētur: Alioqui nihil mali est, si quis mox à cibo dormiat, somnus verò debet esse longus, & in loco obscuro & temperato: ita enim optimè occurritur noxis diurni somni. Excitatos iam (inquit) oportet lentè deambulare crebros circuitus, hoc est, vt deambulent lentè, sed citra intermissionem. Non enim qui cibo anguntur, cogendi sunt concitato cursu moueri, aut aliter laborare, vt videtur vulgo, sed quiescendum, aut lentè mouendum est: alioqui ardet caput, & thorax cogitur laborare, & respirare difficulter, & ita alliciunt in sese copiam crudorum excrementorum. Si lenta illa & crebra inambulatione homo ventrem exonerauerit, licebit cœnet, atq; adeò debet cœnare, nam vt prandium citra consuetudinem interposuit, ita cœnam præter consuetudinē intermittat, & errata longiùs producātur & noxæ: & bibere vinum paucum, sed meracius, vt meliùs cœna coqui possit, & minùs grauetur homo: si verò nō exonerauerit ventrem, cœnam ne accipiat, non enim bene capietur ventre, sed quiescat, & inungatur oleo: hanc enim esse optimam rationem procurandæ coctioni ipse antè docuit, dicens, pannis contegere, quietem agere & inungere. Atq; si sitierit (inquit) bibat vinum aquosum & albū, aut dulce, vt sitim soletur, & deinde requiescat, & dormiat. Dat album aquosum, aut dulce, quia vtrunque est vinum debile, & minimè siticulosum: dulce præterea aluum mouet, vt anteà dicebatur. Verùm cū dicit, si sitierit, intellige, multum, vt nō possit dormire, alioqui satius sit vt somno sitim extinguat, iuxta id quod in aphorismo dicitur: quicunq; noctu bibere appetūt, si superdormierint, non sitient. Si igitur non sitierint, aut non multum, dormiant, inquit, ampliùs, & requiescant, nullo scilicet tunc potu accepto. Cætera (inquit) similiter instituatur victus, atq; iis qui ex crapula laborant. Sed quę sit reliqua ebriorū procuratio pręter somnum longū, mox dicit: ea est, vt postquam satis multū dormierint, sorbeāt iusculum aliquod, quod cuique erit iucundum, vt mox explicabitur.

Τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων, ὁκόσα μὲν ὑδαρέα, βραδυπορώτερά ἐστι, καὶ ἐγκυκλέεται, καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχόνδρια, καὶ ἐς οὔρησιν οὐ καταρρέει. τούτου δὲ πόματος πληρωθεὶς, μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπρήξῃ, ὁκόσα τῷ σώματι ξυνωθέειν, βίῃ, ἢ τάχει πονέειν ξυμβαίνει. ὡς μάλιστα δὲ ἡσυχαζέτω, ἕως ἂν καταπεφθῶσι μετὰ τῶν σιτίων.

Quæ verò à potionibus, quæcunq; aquosiora sunt, tardiùs penetrant, & circulo acta, morantur circa hypochondria, & in vrinā non decurrunt. Hac autem potione plenus qui est, nullum opus acutè exequetur, quæcunq; corpori cōposito eueniunt vi & celeritate perficere. Maximè autē requiescat, vsq; dum cum cibis concocta fuerint.

Cùm cœpisset loqui de erroribus in cibo capiendo, occasione arrepta ab iis, quæ dixit de crapula, interponit obiter noxas quæ ex nimio potu contingunt, & eorum, qui potu læsi sint, procurationes. In primis quidem agens de potu aquosiori, deinde de meraciori. Quæ aquosiora sunt, tardiùs penetrant, circumfluitantia morantur in hypochondriis, & in vrinam tardè decurrunt, eadem ratione neq; facilè exsudantur. Hac causa qui tali potu pleni sunt, tument, & ægrè se mouent, neq; ad vllum eorū operum, quæ vt exequantur homines, indigent vi aut celeritate sunt expediti: nulla autē ratione hi meliùs se ab hoc malo expediunt, q̃ quiescentes vsque dum cum cibis coquendis absumantur potiones. Nam si quis cursu, aut lucta, aut labore alio, curet aquosum potū inde deturbare, dolores patietur inaniæ partis & tormina intestinorum.

Ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστιν ἢ αὐστηρότερα, παλμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ σφυγμὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐμποιέει, τούτοισι καλῶς ἔχει ἐπικοιμηθῆναι, καὶ θερμόν τι ῥοφέειν, τούτων ὅτι μάλιστα ἡδέως ἔχωσι. νῆστιν δὲ πονηρὸν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην καὶ κραιπάλην.

Meraciora verò & austeriora palpitationem in corpore, atq; in capite pulsum efficiunt, his bene erit si superdormiant, calidúmq; quippiam sorbeant, eorū quæ ipsis sunt suauissima. Ieiunium autem malum ad capitis dolorem & crapulam.

Hæc est procuratio ebriorum, quam nuper dixit congruere iis, qui insoliti essent pransi. Ea est dormire vsq; dum soluatur crapula, deinde cibum aliquem sorbilem calidum accipere, quicunque gratus homini sit, modò sit boni succi, & nulla insigniter qualitate affectus. Sed mireris Hippocratem dicere meraciora & austeriora, quasi eadem vina sint meraca & austera, cùm sint tam diuersa, vt austera sint nonnunquam etiam frigida, vel saltam ad alia vini genera. Certè, aut abusiuè vtitur nomine au-

steri, austera vocans quæ vehementia & fortia, atsi sint acria, aut duplicis generis vini meminit, ob duplicem noxam, quòd scilicet austera vt minùs calida & crassiora, flatibus repleát & palpitationibus: meraciora vt calidiora caput tentent, & pulsum in eo faciant: pulsum scilicet vehementē arteriarum, qualem Hippocrates simpliciter solet pulsum appellare. Quod dicit, ieiunium malum est ad capitis dolorē & crapulam, videtur dictis repugnás. Nam dixit, eandem esse procurationem ad crapulam, & ad eos qui plus solito, aut qua hora non consueuerunt, ingesserunt cibos: constat verò his nō esse noxium ieiunium: neque ergo iis qui vino se repleuerint. Certè Hippocrates non dicit accipiendum esse ebriis cibum in ipsa ebrietate, sed malum esse, si quis postquam dormitum satis est, & soluta crapula, hominem in ieiunio contineat, neque det sorbitionem aliquam iocundam calidam. Nam cùm ex æstu vini supersit ventriculus aridior, ieiunio aresceret magis, & redirent denuò symptomata prioribus similia. Nam ieiunium, vt mox dicetur, symptomata facit similia iis, quæ à vino: pulsum enim in temporibus, & capitis dolorem, & ardorem, præcipuè in picrocholis. Igitur has ob causas malum est ieiunium ebriis, postquam soluta iam sit ebrietas. constat verò quòd & iis qui pransi sunt cùm nō solerent, postquam confecta iam videatur esse satietas, sorbitio aliqua talis congruat.

Ὁκόσοι δὲ μονοσιτέουσι, κεινοὶ καὶ ἀδύνατοί εἰσι, καὶ οὐρέουσι θερμὸν περὶ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντες. γίνεται δὲ καὶ τὸ στόμα ἁλυκὸν καὶ πικρὸν, καὶ τρέμουσιν ἐν παντὶ ἔργῳ, καὶ κρόταφοι ἐπιξυντείνονται, καὶ τὸ δεῖπνον οὐ δύνανται πέσσειν, ὅκως περ ἂν ἠριστηκότες ἔωσι. τούτους δὲ χρὴ πίνειν ἔλασσον, ἢ μεμαθήκασι. καὶ ὑγροτέρην μᾶζαν ἀντὶ ἄρτου, καὶ λαχάνων λάπαθον, ἢ μαλάχην, ἢ πτισάνην, ἢ σεῦτλα. πίνειν δὲ κατὰ τὸ σιτίον, οἶνον, ὁκόσον ξύμμετρον καὶ ὑδαρέστερον, καὶ ἀπὸ δείπνου περιπατῆσαι ὀλίγον, ἕως ἂν οὖρα καταδράμῃ καὶ οὐρήσῃ. χρήσθω δὲ καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν.

Quicunque verò semel in die cibum accipiunt, vacui & impotentes sunt, & mingunt calidum præter consuetudinem, vacua habentes vasa. Fit autem os & salsum & amarum, & tremunt in omni opere, & tempora contenduntur, & cœnā non possunt concoquere, vt si pransi essent. Hos autem oportet bibere minùs quàm consueuerunt, & humidiorem mazam pro pane, & olera, lapathum, aut maluam, aut ptissanam, & betas: bibere autē secundùm cibi quantitatem, vinum, quantum videatur esse moderatum, & aquosius, & à cœna deambulare exiguum, vsque dum vrinæ fluxerint, & mingant: vtantur autem & piscibus coctis.

Hæc omnia dicta & enarrata sunt secundo libro huius operis & quæ pertinent ad noxas quas affert intermissus præter consuetudinē cibus, & quæ ad procurationem eius qui ita deliquerit. Quod illic dixerat, oportet cœnam minorē facere quàm consueuerit, neque siccam, sed modi humectantioris, explicat nunc exemplis, dicens, humidiorem mazam pro pane, & olera, lapathum, maluam, & betas, aut ptissanam, vtantur autem & piscibus coctis. Nimirum sunt hæc omnia tenuia & humida. Quod de potu dicit, videri possit repugnare cum iis quæ libro 2. dixerat. Illic enim ita est scriptū: Et post hæc bibere non aquosum: hic dicit, & aquosius: verùm intellige, vt ibidem explicuimus illic, non prohiberi aquosum, sed aquosiorem quàm pro cibi quantitate: hoc est, aquosiorem, quàm vt cibi coqui possint. Hìc ergo iubet aquosius dari, quàm soleat homo bibere: illic prohibet dari aquosum adeò, vt coquere homo non possit. Quòd de deambulatione post cœnam, videtur vulgus hominū maximè probare, atque adeò plerique cœnant citò, vt à cœna deambulent, videoque in ore vulgarium omnium circunferri illud: post cœnam molles passus abire. Tamen re vera non est consonum doctrinæ Hippocratis & Galeni, qui à cibo somnum, à somno motum semper commendant. Neque profectò à cœna quàm à prandio minùs est dormiēdum statim, aut deambulandum magis, sed si quando à cibo mouendum, minùs sit noxium à prandio ambulare, & à cœna dormire: magis enim congruit cum temporis natura, cùm interdiu motus & noctu somnus, naturalis sit & consuetus. Nunquam tamen si quis velit rectè suæ valetudini consulere, debet à cibo ambulare, sed à somno, eoque satis longo, atque ita interpretantur quidam, hunc autorem præcipere, vt deambulet homo à cœna, non mox, sed interposito somno, quod tamen verba Hippocratis haud ferre videntur.

Βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει. Σκόροδον φῦσαν καὶ θέρμην περὶ τὸν θώρηκα, καὶ κεφαλῆς βάρος, καὶ ἄσην, καὶ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα ἦν μεμαθηκὸς πρόσθεν, παροξύνειεν ἄν. οὐρητικὸν δὲ καὶ τοῦτο ἔχει ἀγαθόν. ἄριστον δ' αὐτὸ φαγεῖν εἰ μέλλει τις εἰς πότον ἰέναι, ἢ μεθύειν.

Edulia porrò maximè de se significationem præbent. Allium flatum & calorem circa thoracem facit, & capitis grauitatē & anxietatem, & si quis alius dolor antea fieri consueuit, eum exacerbauerit. Vrinam autem ciet, & hoc bonum habet. Optimum verò est, vt quis ipsum edat, si aut ebrius est, aut ad potationem ire volet.

Allium ad quædam est vtilissimum, ad quædam valde noxium, &, si quod aliud eduliorū, cum delectu quibusdam dandum sæpe, quibusdam denegandum semper, quia idem à seipso plurimū videtur dissidere pro capientis natura, & consuetudine. Inprimis dicit flatū facere, cui adstipulari videtur, quòd ipsemet in calce 6. Epidem. dicit, dolores circa vmbilicum ciere: sed & quod mox addit, si quis alius dolor ex consuetudine fuerit, augere possit. Sed magnoperè videtur repugnare eius natura, cùm valde calidum & siccum sit. Quid & quod ipsemet mox addit, optimum esse iis, qui crapulæ se sint daturi? qua enim id causa, si flatuosum est? an vt vinum efferatur magis, & magis repleatur caput, & maior ebrietas fiat? non ergo ita est, sed si bonum est potaturis multū, absumit vini vapores, & vincit.

Repugnat

Repugnat quoq; Galenos, qui 12. Methodi ad colicos dolores allia plurimùm commendat, quibus sanè nihil esset nocentius, si essent flatuosa. Non sunt tamen re vera, quanquam flatus faciunt: nam & vinum merum facit eructare, & crepitum ex aluo demittere. Quo pacto hæc certè flatuosa sunt, ex quibus vt materia, flatus multus natus est fieri, seu quæ nata sunt abire in flatus: flatum autē faciunt, quæcunque vim causæ facientis obtinent, & dissoluendo flatuosam materiā, flatus gignunt, & extenuando flatus crassos, si qui inerant, eos commouent: & hæc quidem primo occursu, vbi plurimùm materiæ subest, dolores ex flatu ciere possunt, eadem verò, si quis vti perseueret, eos ipsos dolores persanāt consumentia flatus quos excitârunt. Huiusmodi sunt vinum meracius & allia, & ita flatus faciunt, non aliter. Calorem, inquit, facit circa thoracem, & grauitatem capitis, & cibi fastidium. Mirum est qđ rustici testantur, allia æstate frigida esse, & sitim extinguere, quandoquidem qua die allia acceperunt, meliùs ferunt laborem, & ardorem Solis, & minùs vrgentur siti, necesse est autem mox quoque meliùs accipiant & coquant cibos, ab ambientis calore minùs debilitati. Cuius rei causa est, quòd cùm illi sint robusto calore, & præterea eis assueti, commutant allia, trahuntque in sese facilè, ea ergo calida cùm sint, augent & roborant naturalem eorum calorem, qui robustior redditus, meliùs cibos coquit, corpora nutrit, & humectat, corpusque calorem præter naturam minùs cōcipit, ac proinde minùs sitit. Illis igitur neq; caput grauabitur, quia vincitur vis allij. Igitur allium faciet hæc debilibus, quique ob debilitatem sui caloris naturalis aut desuetudinem ab allio incalescunt præter naturam, aut iis qui etsi alioqui possent allij esum sustinere, nunc nō possunt, quòd plethorici sunt. Illis necesse est pectora inflammari, grauari capita, & fastidium, & sitim fieri. Vrinam inquit commouere, & hoc habere bonum. Hoc adeò est manifestum, vt oleat q̄ plurimùm allia, vrina eius qui ea ingessit, vt Aristoteles testatur 12. sect. Probl. Qua ratione vsus allij ab ebrietate præseruet, dictum iam est.

Τυρὸς δὲ φυσώδης, καὶ στυπτικὸς, καὶ σιτίων ἐξάφθειν ποιεῖ. τοῦτ' ὠμὸν καὶ ἄπεπτον. κάκιστον δὲ ἐν ποτῷ φαγεῖν πεπληρωμένοισιν.

Caseus autem flatum & adstrictionem, & ciborum inflammationem facit, crudum quoque & incoctum existit: pessimus autem eius esus iis, qui se potu repleuerunt.

Caseus quidem omnino omnia hæc habet mala, non tamen idem omnia æquè, sed qui flatum magis parit, is minùs inflammat cibos, & minùs adstringit. Accipit verò differentiam ex multis: nam ex materia, ex lactis scilicet genere, caprinum enim quàm ouillum, inflammat & adstringit magis, flatum gignit minùs quàm ouillū: siccius enim & calidius est, vt ipsum lac: sed & ex modo præparandi. Quod enim accepit coaguli plus, adstrictionem & inflammationem magis, flatum habebit minùs. Maxima verò, & scitu dignissima casei differentia, ast ex ætate. Plurimùm enim differt vetus à recēti. Vetus enim acer & mali succi est, terreus, crassus, & ob id tardè descendēs, obstruēs, cacochymias faciens, & cruditatem nidorosam per ciborum inflammationem. Proinde ad sistendam aluum confert, nisi cùm adeò iam acer vetustate factus est, vt mordicatione irritet, tunc enim fecerit, cohibēs & irritans, ex diarrhœa dysenteriam. Verùm calculosis & quibusuis vrinæ morbis, & vtcunque obstructis, fuerit periculosus, & iis qui grauibus insomniis aut incubo laborant, quin & difficilè spirantibus, nisi detur vetustate acerrimi exiguum, vt condimenti gratiâ inspersus puluis, is enim aliquando dissoluit acrimonia pituitæ concretiones, in thorace & in ventriculo. Alioqui & melancholicis obest summè, sanguinem reddens sicciorem & crassiorem, & ob cacochymiam frequens eius vsus replet maligna scabie: recens hæc vitia minùs habet, non enim mali succi est, neque adeò recessit à lactis temperamento, neque exaruit, neque acrimoniam comparauit, sed hanc ipsam ob causam flatus magis parit, id verò vitium leuius est, quàm vt cū illis conferri possit, proinde ad mēsas multò probatur magis. Vterque sanè caseus est succi crudi & crassi: albis enim & crassis replet venas, & consistentibus citra sanguinem. Fiunt tamen ex recenti, cruda, qualitatis expertia, aut dulcis: ex veteri, acria, aut salsa, vnde multa salsa pituita. Pessimum dicit esse eius vsum iis, qui se potu repleuerint, huius causam esse existimo, q̄ si quis plenus potu multum casei accipiat, aut eo accepto largiùs potet, necesse sit caseū cum liquore in venas & arterias deduci, aut in angustas transferri vrinæ vias. Verum est, neque nimiam potus abstinentiam vtilem esse in veteris casei esu: inflammatio enim magis creuerit, ac sæpe opus est, ei inflammationi, quam caseus peperit, gelidæ potu occurrere, & tunc quidem non mirum, si colicus dolor, aut omnino intestinorū tormina fiant. Quare satius consultiusque fuerit, veteri in cibis nunquam vti, nisi omnino exiguo, condimenti aut medicamenti gratiâ, vt dixi.

Ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ, καὶ πεφρυγμένα, ἥκιστα δὲ βεβρεγμένα, καὶ χλωρά. τούτοισι δὲ μὴ χρέεσθαι, ἢν μὴ μετὰ τῶν σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρίας ἕκαστον αὐτέων.

Legumina autem omnia flatuosa, & cruda, & elixa, & frixa, minimè autem, vel macerata, vel viridia. His autem non oportet vti nisi cum cibis. Est autem vnicuique suum vitium.

Commune est leguminibus omnib⁹, esse flatuosis & crudi succi, non tamen omnibus æquè, vt in disputatione de singulis dicetur. Sunt præterea propriæ & noxæ & commoditates singulis. Parari solent variis modis: manduntur enim ferè omnia, cruda, dum recentia adhuc sunt, postea elixantur, aut friguntur, aut etiam sub cineribus torrentur, vt cicera: quædam macerata solùm manduntur, vt lupini. Vtcunque parentur, dicit esse vitiosa, & habere quæ dicta sunt mala, ac proinde consulit, nunquam leguminibus vllis vti, nisi cum cibis: hoc est, conditis, vt solent cum carnibus aut ouis. Debent verò condimenta accipere aromata & mel, aut alia quæ vitia leguminum possint emendare. Non tamen proinde nihil interest vt parentur, si quando quis velit solis vti. Emendat enim aliquid præparatio, & alia plus aliis. Non enim tantum flatus depo

nunt maceratione sola, quantum elixatione, neque hac, quantũ frixione, aut assatione. Neq; assatione aut frixione comparant tantam coquendi facilitatem, quantam macaratione, neq; hac, quantam elixatione. Itaque flatus emendatur assatione aut frixione maximè, maceratione minimè: coquẽdi difficultas elixatione superatur maximè, frixione aut assatione minimè. Quare non est legendum, vt plerisque habetur codicibus, minimè autem macerata aut viridia, vt significetur minimè flatuosa esse macerata aut viridia, falsum enim sit hoc prorsus: sed aut expungendum est illud. Minimè autem, legendumque, vt Gal. testatur, haberi in quibusdam codicibus, flatuosa sunt, & cruda, & elixa, & frixa, & macerata, & viridia: aut illud, minimè autem, referendum est ad dictionem frixa, ac maioris claritatis gratia concludẽdum parenthesi, Ita scilicet, flatuosa sunt, & cruda, & elixa, & frixa (minimè autẽ, hoc est, minimè autem flatuosa sunt, quæ frixa) & macerata, & viridia.

Ἐρέβινθος μὲν φῦσαν ὠμὸς καὶ πεφρυγμένος καὶ πόνον ἐμποιέει.

Cicer flatum parit, crudum frictumq́; & laborem.

Non estur cicer crudum solum aut frictum, nam & elixatum, & tostum cum sale, ac sub cineribus: neq; solum crudum & frictum flatuosum est, & laborem facit, hoc est, dolores flatuosos, sed vtcunq; paretur: quoniam verò id dictum erat in commune de omni legumine, satis fuit id de cicere compendio dicere duabus nominatis differentiis crudi & fricti, vt reliquæ intelligerentur. Itaq; vtcunq; accipiatur cicer flatum parit, non tamen vtcunque æquè, sed vt vniuersim dicẽtes expticuimus, proinde eius vix est vllus vtilis vsus, & multæ noxæ. Ad venerem instigat, & semen putatur augere, eius tamen cremoris creber est vsus ad mouendam vrinam, & ad menstruas euacuationes, & ad facilem partum, præcipuè tamen id facit cremor nigri ciceris: meritò tamen omnes, quos cremore vtiiuberemus, monemus ab ipsis ciceribus abstinere: obstructiones enim pariunt & flatus & laborem.

Φακὸς δὲ στύφει, καὶ ταραχὴν ἐμποιέει, ἢν μὴ σὺν τῷ χλοιῷ ᾖ.

Lens adstringit atq; turbationem facit, si non detracto cortice ingeratur.

Lens deterior est cicere, quia præter communia leguminum vitia, est substantiæ terreæ & melancholicæ, ac proinde adstringit & obstruit, neq; vim vrinã mouẽdi, neq; vllã aliam euacuationẽ habet: quare eius vsus vtilis nullus est, nisi in quibus passionibus opus est adstringere, vt in profluuiis muliebribus & diarrhœis, & hœmoptoicis, qui ex laxitate venarum fiunt Tamen earum cremor vim hãc adstringendi non habet, nisi sint bis coctæ, sed extergere, & hac ratione decoctum primũ earum confert, quibus extersione quadã opus est. Huius causam nõ omnes eandem reddunt, neq; cur detracto cortice turbationem non faciant, non detracto, faciant. Gal. enim lib 1. de Aliment. facul. dicit, esse illarum carnem austeram & adstringentem, hanc verò vim longè maiorem esse earum corticibus, succum verò ipsis esse austero contrarium, hãc ob causam si semel tantùm sint coctę, cremorem laxare, & extergere: nimirum succus rerum elixandarum extrahitur in cremorem: iuxta hãc etiam sententiam interpretatur hoc loco quod Hippocrates dicit, lentes si cum corticibus ingerantur, turbationem facere, non autem sine corticibus, quia, inquit, facultas illa austera non æquè inest partibus, sed corticibus plus, ea inæqualitas turbationem parit. Dioscorides libro 2. aliam de hac re tenet sententiam: vim scilicet austeram esse in carne, illi cõtrariam, in cortice, ob id ex prima coctura cremorem conditionem sequi corticum, & cũ corticibus ingestas, turbationem facere. Hanc Dioscoridis sententiam video sequutos plerosque Medicos, quæ etiam mihi placet magis. Nam si verum est quod hic autor affirmat, quod sanè & Galenus ipse recipit, consentaneum magis est, turbationem ventris contrariis qualitatibus imputari, quàm eiusdem, adstringentis præcipuè inæqualitati. Quæ enim obsecro adstringentia sunt, quibus omnino insit æqualiter ea vis? at nõ proinde quæ adstringentia tantùm sunt, videmus aluum turbare.

Θέρμος δὲ ἥκιστα τουτέων κακὰ ἔχει.

Lupinus autẽ, inter hæc minimè, mala habet.

Lupinum prædicta mala minùs quàm alia legumina habere vel inde intelliges, quòd sola maceratio est satis, vt mandi possit citra ventriculi noxam. Commẽdatur à Gal. plurimũ 1. de Alim. facul. quasi πολύχρηστον, id est, multivsus, existens. Vsus est eius decocti ad vermes ob amaritudinem qua participat: farina eius exterget magis etiam quàm fabarum, & leguminum omnium minimè mali succi est: amaritudinem enim citò deponit, vel sola maceratione.

Σιλφίου δὲ καυλὸς καὶ ὀπὸς, ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα. τοῖσι δὲ ἀπειράτοισιν οὐ διέρχεται ἡ κοιλίη. ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολέρη. μάλιστα δὲ γίνεται, ἢν μὲν πολλῷ τυρῷ μιχθῇ, ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν. τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ πάθεα ἐπιφλέγεται καὶ παροξύνεται ὑπὸ βοείων κρεῶν ἐδωδῆς. δυσπέπτου γὰρ ἡ φύσις αὐτέων, καὶ οὐ τῆς τυχούσης κοιλίης κατεργάσασθαι. βέλτιστα δὲ αὖ καὶ ἀπαλλάσσουσιν, οἱ διέφθοισί τε χρέονται, καὶ ὡς παλαιοτάτοισι.

Silphij verò caulis & succus, est quidem quibus maximè, inexpertis verò non descendit per ventrẽ, sed vocatur sicca cholera [maximè autem fit, si cum multo caseo misceatur, aut bubularum carnium esu.] Melancholica enim passiones exacerbantur bubularum carnium esu: insuperabilis enim natura ipsarum, neque quiuis ventriculus concoxerit At optimè deliberabuntur, qui vtentur percoctis, & quàm vetustis.

Silphij seu laserpitij, nullus iam vsus est in cibis, ac fortassè ne in medicamentis quidem, quod legitimum iam desideretur Erat verò antiquis in cibis, vsus foliorum, caulis, & radicis, & succi, qui cyrenaicus appellatur, medicus & syriacus, à prouinciis quibus colligeretur. Dioscorides & Galenus cõsentiunt

tiunt esse calidum, acrem & flatuosum. Narrant etiam, Theophrastus, Plinius, & Strabo, eius esu expurgari pecus, & pinguescere, homines quoq; qui eo vterentur, expurgari. Dicit ergo Hippocrates caulem & succum eos qui soliti essent in cibis capere, non lædere, sed illud vtilitatis præstare, quòd maximè p ventrem descenderet, atq; ita corpora expurgaret, inexpertos verò lædere (nimirũ cibi omnes medicamentosi periculosi sunt nõ consuetis) & facere siccam choleram. Quæ passio sicca cholera sit, postea dicet ipsemet. Nimirum ventriculi vellicatio magna, sine vomitu aut deiectione, cum solo flatu. Id verò fit, cùm flatus fumosi & mordentis magna copia circa hypochondria immoratur, qualis maximè ex sylphio fieri natus est: siquidem est simul flatuosum & acre. Constat verò q multò magis id faciet, quò ægriùs descendet, quare cum multo caseo aut bubulis carnibus, cibis & crassi succi & tardi descensus, multò magis id faciet: quòd cum caseo, manifestum erat ex dictis anteà, siquidem caseus ipse est flatuosus, & adstringens, assuetis fit etiam acer, sed q & cum carnibus bubulis, causam reddit, dicens, quia melancholicæ passiones exacerbantur bubularũ carnium esu. Dices videri parergon. Quid enim (nunquid cholera sicca est passio melancholica? certè est hypochondriacæ passioni valde congener: torquẽtur enim etiam hypochondriaci flatu acri & mordenti, & constat tales flatus exustione fieri, vt & melancholiam sæpe. Sed reddit rursus causam, qua malãcholicas passiones exacerbat bubula, dices, insuper bilis enim est, & quã non quiuis ventriculus concoxerit. Certè non ob hoc solùm, sed quia succi melancholici est, tñ rectè illud dicitur ab Hippocrate, quia etsi succi melancholici esset, si citò commutaretur, citò etiam excerneretur, & minùs læderet, sed est noxia vtraq; causa, & quia melancholici succi, & quia tardiùs coquitur, & subducitur. A noxa verò harum carnium optimè liberatum iri, hoc est, minimè læsum iri eum qui vtatur optimè elixis, & vetustissimis, id est, non recẽs mactatis, sed reseruatis, vt tempore amolliantur, quæ præparatio nõ his solùm, sed omnibus duris carnibus necessaria est. Hãc esse legitimam enarrationẽ constat, quia illud vetustissimis, si ad bouis ætatẽ referretur, falsum prorsus redderet sensum. Vitulinæ enim neque tam mali succi, neque adeò difficiles concoctu sunt.

Αἴγεια δὲ κρέα, συμφορέστερα, πλὴν ὅσα τι βόειον ἔνι κακὰ πάντα ἔχει. ἤγουν τὴν τ' ἀπεψίην, καὶ φυσωδέστερα, καὶ ἐρυγματώδεα, καὶ χολέρης γεννητικά. ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα, στερεὰ καὶ ἥδιστα, ταῦτα ἄριστα ἑφθὰ καὶ ψυχρά. τὰ δὲ ἀηδέστατα καὶ δυσώδεα καὶ σκληρά, ταῦτα κάκιστα. ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ πρόσφατα. βέλτιστα δέ ἐστιν ἐν θέρει καιρῷ, ἐν δὲ μετοπώρῳ καιρῷ, κάκιστα.

Caprina autẽ carnes, quæcunq; in bouinis mala sunt, omnia habent, & incoctilitatẽ, & flatuosiores, & ructus magis mouentes sunt, & choleram faciunt. Sunt autẽ quæ omnium optimè olent, densa, & iocundissima, nónne optimè cocta & frigida? iniocundissima autem & malè olentes & dura hæ pessima, & quæ recentes. Optima autem in æstate, autumno verò pessimæ.

Quia carnes caprinæ sunt paulò minùs duræ, & multò acriores q̃ bouinæ, constat deteriores illis esse, atq; cùm illis sint flatuosiores, necesse est vt ructus magis moueant, & choleram faciant. Non sunt autem omnes caprinæ æquè malæ: magnam enim differentiam accipiunt, ex locis quibus pascuntur, & ex anni tempore, omnium maximam ex ætate, quanquã huius non meminit hoc loco. Verùm hæ, vt etiam bouinæ, quò sunt iunioris animantis, eò sunt meliores: adeò vt lactentium capellarum carnes bonæ etiam sint, & ægrotis concedãtur. Verùm quia aliæ ab aliis, etiam cum eiusdem ætatis, & eodem anni tempore, longè differunt, opus fuit docere signa, ex quibus acciperetur electio, & quia vt in aliis etiam multum facit parandi modus, hũc simul docuit, dicẽs, sunt quæ omnium optimè olent, densæ & iocundissimæ, nónne optimè coctæ & frigidæ? Legitur verò hoc cum interrogatione, quasi dicat, sunt. Itaq; dicit, optimæ sunt (hoc est, minùs malæ. Nam ed alias caprinas dicitur) quæ optimè olent, hoc est, minimè fœtẽt, & densæ (siue duritie) & grauissimæ gustui: comediq; debent hæ coctæ & frigidæ, hoc est, post elixationem refrigeratæ. Elixatione enim corrigitur incoctilitas, frigora acrimonia: pessimæ verò sunt contrariæ, quæ iniocundissimæ, & malè olentes, & pro densis duræ, & quæ recentes, hoc est, recẽs elixæ accipiuntur. Quod attinet ad anni tempus, æstate dicit esse optimas, & autumno pessimas, quod quidã non ob temperiem aeris euenit: pessimæ enim essent æstate, sed quòd alimentum ipsis multum suppetit æstate ex virgultis nondum aridis, autumno verò deficit. Hyeme non adeò malæ esse (non enim sunt quæ optimæ) solent, quia plerisque in locis vtũtur alimento, quod ruralibus domibus repositum à pastoribus asseruatur, & quod frigore temporis calor proprius earum emendatur, & acrimonia retunditur, & ea quæ superest, maliùs fertur.

Χοίρεα δὲ πονηρά, ὁκόταν ᾖ ὠμότερα ἢ περικαῆ· χολερώδεα γὰρ αὖ ἔῃ, καὶ ἐκταρακτικά. ὕεια δὲ βέλτιστα τῶν κρεῶν ἁπάντων. κράτιστα δὲ τὰ μήτε ἰσχυρῶς πίονα, μήτε πάλιν ἰσχυρῶς λεπτά, μήτε ἡλικίην φέροντα παλαιοῦ ἱερείου. ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φερίνης καὶ ὑπόψυχρα.

Porcelli autem praua cùm sint cruda & circumusta: cholerica enim sint & turbatoria: porcina autem optima omnium carnium: fortissima autem neq; vehementer pingues, neq; graciles, neq; ætatis veteris victimæ. Comedenda autem sine pelle, aut etiam subfrigida.

Porcellos recens natos nimis humidos esse, & excrementosos, ac proinde fugiendos, docet Gal. 2. cap. libri 8. Methodi. Hanc ob causam eorũ carnes prauæ sunt, & choleraceæ & turbatoriæ, id est, choleram morbum facientes, & alui turbationem. Praua enim, excrementitia, & redundans humiditas, ventris vires dissoluit, & irritat, & turbat: corrumpitur enim, ac reliqua quæ in corpore erant, vitiat. Cui rei præstat fidem experimẽtum: vidimus enim nonnullos ex recens natorũ porcellorum esu hoc modo periclitatos. Quare vbi Galenus ariditate la-

borantibus, aut febricitantibus, cōcedit carnes porcellorum, intelligere debes iuniorum suum, non tamen pusillorum & recens natorum: hi enim malè coquuntur (malè enim vincitur redundans humiditas) & lædunt ventrem, replentque excremētis: præcipuè autē si malè præparatæ etiam sint, vt quę malè assatæ, quæ interiùs crudæ, exteriùs circumustæ sint. Tunc enim alijs partibus vstione acribus, alijs crudis, turbatur facillimè venter. Porcinas carnes magnopere cōmendat, dicens esse omniū optimas, atqui adeò Gal. perinde sentit in initio lib. 3. de Aliment. facult. Ne tamen intellige, has carnes esse omnium optimi succi: sunt enim succi crassi, ac nō nihil etiam lenti, neque dubium, gallinarum, caponum, & phasianorū carnes, melioris succi esse suillis, & minùs excrementosas: sed cùm succi sint non mali, omnium maximè nutriunt, itaque hac ratione sunt optimæ, quod valentissimæ, id est, plurimum & firmissimum præbentes alimentum, idq; non malum, quod athletis & fossoribus dicit Galenus esse experimento cognitum. Hoc significans Hippocrates, cùm dixisset, porcinæ omnium carnium optimæ, vt doceret quales esse oportet eligendæ, subiunxit, fortissimæ autem (nimirum optimas dicens, fortissimas intellexerat) neque vehementer pingues, neque graciles, neque ætatis veteris victimæ. Nimirum graciles & veteres, siccæ iam sunt, & melancholicæ, ac proinde minùs sanguinem augēt & nutriunt: pingues vituperat Gal. 3. de Aliment. facult. vt pauci nutrimenti, in huius loci commentario dicit, pinguedinem omnem carnibus sui generis esse deteriorem, tum ad concoctionem, tum ad nutritionem, hoc est, difficiliùs coqui, & nutrire minus, ac deteriùs. Hanc sententiam sequutus Auicenna lib. 2. tract. 2. dicit, pinguedo autē & adeps sunt mali nutrimenti & pauci. Mihi verò non videtur experimentum huic sententiæ respondere. Videmus enim pusillos pueros pingui suum carne delectari, & iuuari, gracilem non posse conficere, vtpote duriorem, & solidiorem, atque adeò omnes qui pinguibus carnibus vtuntur, facilè impinguari ac reddi nitidos. Coquitur ergo pinguis caro faciliùs, & nutrit plus. Cur ergo Hippocrates fortissimas dicit non vehemēter pingues? certè quia alimentum quod accedit ex pinguibus, infirmum est, & facilè colliquescit: vt vel hoc argumento constet, faciliùs etiam nutrire & coqui, quia eorū quæ celeriter nutriunt, sunt celeres excretiones. Igitur non rectè consuluēres fossori, aut athletæ, vt vteretur pingui suilla, quia etsi citò multumq; nutriret, tamen quæ ex ea accederet caro, facilè labore liquaretur. Sunt igitur firmissimæ carnes, neque valde pingues, neque valde graciles, aut veteres, quia hæ præstāt exiguum, illæ fluxile & leue alimētum. Comedendas dicit suillas carnes sine pelle, aut etiam subfrigidas: sine pelle quidem haud dubiè debent, quia cutis porcina ægrè coquitur, & post dies multos solet deiici aut euomi incommutata. Quòd subfrigidas dicit, Galeno non placet, quia (inquit) non sunt aëres vt caprinæ. Velim verò Gal. animaduertere caprinas cum consuluisse accipi ψυχρά, id est, frigidas: suillas verò ὑποψυχρά, id est subfrigidas. Quia porcinas non vult frigidas accipi, sed neque ferentes, vt à quibusdam accipiuntur torrefactæ, vt vix deglutiri, ac neq; ore accipi queant. Hoc autem meliùs consulit. Nam pinguia sunt potentia acria: facilè enim inflāmantur, nisi igitur ingerātur moderatè calida, acria mox fient, atque adeò nidorosa corruptione vitiabunt cibos.

Χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται, καὶ ψόφοι ἔνεισι, καὶ ὀδύνη πλευρέων, καὶ ὀσφύος. διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀποστέγνωται. τὸν τοιόνδε διαφυλάσσειν, ὅκως μὴ ἐμέσῃ, ἀλλ' ἡ κοιλίη ὑπελθεῖν· κλύσαι ὡς τάχιστα θερμῷ, καὶ ὡς λιπαρωτάτῳ· καὶ ἐς ὕδωρ ἀλείφων ὡς πλεῖστον καθίζειν θερμὸν, ἐν σκάφῃ κατακλίνων, καὶ τὸ θερμὸν παρεγχέειν κατὰ μικρόν. καὶ ἢν θερμαινομένῳ αὐτῷ ἡ κοιλίη ὑπάγῃ, λέλυται. ξυμφέρει δὲ καὶ ἐγκοιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε, καὶ πίνειν οἶνον λεπτὸν, καὶ παλαιὸν, καὶ ἀκρητέστερον. καὶ ἔλαιον διδόναι, ὥστε ἡσυχίην, καὶ ἡ κοιλίη ὑπάγῃ, καὶ λέλυται. σιτίων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπέχεσθαι. ἢν δὲ μὴ παύηται ὁ πόνος, ὄνου γάλα διδοὺς πίνειν, ἕως ἂν καθαρθῇ.

Per aridam choleram venter inflatur, & strepitus fiunt, & dolor laterum & lumborum, nihil verò deijcit aluus, sed adstringitur. Seruato huiusmodi vt non vomat, sed aluus subeat. Itere igitur citò clystere calido, & per quàm pingui. Et in aquam perunctum calidam demitte, in scapha collocans, calida paulatim perfunde, atque si ipsi calfacto aluus subierit, soluta affectio est. Confert quoque & huic dormire, & bibere vinum tenue & antiquum, & meracum, oleum quoque da vt quiescat, & venter subeat, & solutus est morbus. A cibis autem & alijs abstineat. Si autem non cessauerit dolor, lac asina bibendum da, donec purgetur.

Choleræ aridæ ne nomen quidem legitur apud Galenum, & qui ei successerunt: consentaneum tamen est, Hippocratem ita appellare, affectionem ventriculi cætera omnis similem choleræ morbo, præterquam quòd nihil humiditatis excernatur supernè, neq; infernè. itaq; sit passio per quam mordeatur ventriculus, ac cum eo vicinæ omnes partes, neruosæ præcipuè, vnde dolores & anxietates nascantur, & cōuulsionis pericula, ac extremorum refrigerationes, & pulsus læsiones insignes, quales fieri solent vellicato ventriculo. Non fient autem hæc à multo succo vitioso, siquidem nihil exit, fient igitur à vapore aeri, vel solo, vel cum pauco succo: vnde quædā velut fumosa exustio ventriculi nascetur. Necesse est igitur ventrem inflari à fumo, & strepitum fieri nauseāte ventriculo & flatu fumoso interiùs voluto, & dolores laterum & lumborū, partibus vicinis commorsis, & distētis, nihil verò deijcere aluum, sed adstringi, ob sanè nihil flatus (alioqui esset hæc passio colica aut volulus) sed nihil succi vitiosi, vt per humidam. Si enim hæc cholera est hoc solùm diuersa ab humida, quòd à fumo fiat, vt illa à vitioso succo, profectò consentaneum est, per hanc flatus suprà & infrà erūpere, vt per illam succos, parū autē iuuari ægrotos, intemperie assiduè nouos fumos suggerēte. In huius morbi curatione, consulit in primis cauere vomitum, ac curare vt aluus soluatur. Gal. causam reddere tentans in commentario, dicit, quòd citissimè clysterem exhibere, & vomitum prohibere, præcepta sunt communia omnium

quæ

quæ in ventre præter naturam continentur, & excerni debent. Vtrumq; verò dubitationem ingerit, & quod Hippocr. dicit, & quod Gal. addit. Nam 5. Epid. narrat virum quendam Athenis, qui cholera laborabat, coactum esse vomere, atq; ita curatũ: & omnes qui rationalem sequuntur medicinam, choleræ curationem inchoant à vomitu. Gal. verò passim dicit ventriculum vomitione vacuandum, vt intestina & caua iecoris deiectione, thorax excreatione, renes & gibba hepatis mictu, quomodo ergo nunc dicit, si quid in ventre continetur quod excerni debeat, commune esse præceptũ cohibere vomitum? Imò verò commune præceptum videtur, vomere, si quando aliter fieri debet, id quidem sit peculiare, & præter præcepta communia. Sed considera virum illum Athenis laborasse cholera humida, in qua quidem principio cogendus est ægrotus vomere, ni sponte vomat plus satis, quia vt 6. Epid. dicitur, vomitus vomitum sanat, in sicca verò mouendum non est, ne eo motu conuocata vndiq; bile, fiat humida, quæ quia à maiori pendet causa, est periculosior: nam sicca est velut initium humidæ, quæ breui momẽto, nisi quis cautè admodum omniem irritationem deuitet, humida fiet. Atqui Gal. cùm dicit, dictis partibus dictas euacuationes esse proprias, non iubet earũ curationes ab illis inchoare, sed absoluere. Nemo enim sanę mentis curet renum inflammatione incipiens à diureticis, quia scilicet commune præceptum est, reuulsionem ante deriuationem, & hanc ante euacuationẽ moliri. Si quid præter hæc vrgentiæ gratia agitur, peculiare est, neq; secundùm præcepte communia: Igitur in ventriculi affectione, inferiorem aluum mouere, & prohibere vomitum, secundùm præcepta communia præcipitur, estq; in hac affectione factu apprimè necessarium, ob dicta pericula. Clysterem ergo (inquit) ex calido & per q̃ pingui adhibebis: ex calido, quia vt Gal. dicit, calidum prouocat, frigidum sistit, ex perquã pingui, quia retundit acrimoniam, & dolores lenit. Caue autem translatione à simili vsus, vnquam in hac passione edendum aut sorbendum des aliquid calidum & pingue: nihil enim magis paratũ est cholerani morbum facere. Sed eorũ quæ clystere immittuntur, nihil ascendere solet in ventriculum. Eadem intentione soluendi aluum, potes perunctum oleo, ventrem inferiorem, & lumbos (caue enim hypochondria laxes) demittere in aquã calidam, & collocatam in scapha, sensim perfundere. Ita enim sæpe aluus emollitur, & morbos soluitur: confert quoque hîc dormire, quia à cibi in ventriculo corruptione plerunq; nascitur morbus. nulla autem ratione emendatur meliùs q̃ somno, neq; vlla ratione meliùs cohibetur vomitus, q̃ dormiendo. Siue autẽ intelligas dormiẽdum esse huic à balneo, siue alio quouis morbi tempore, verus fuerit sermo, modò alui subductioni locũ des. Vinum quoq; tenue, vetus, & meracius dabis: nõ enim morbus hic habet ex sese adiunctam febrem: cùm ergo hac caret ægrotus, nihil prohibet hoc dari, & iuuerit somnum & concoctionem. Oleum quoq; iubet dari, vt quiescat, & venter subducatur, hoc est, vt à doloribus leuetur, & soluatur aluus: hæc enim ambo facit, & præterea siccitatem emẽdat Non explicat, quomodo velit dari, en ore, an p aluum, ego verò censeo clystere iniiciendum, ore enim acceptum non probatur ad choleram morbum, quia dissoluit ventriculum: & est in primis vomitorium, quod dixit maxime debere caueri in hac sicca cholera. À cibis etiam atque aliis sorbitionibus, iubet abstineat, quia scilicet morbus est acutissimus, qui verò tales sunt, sine cibo debẽt transigi: accedit ratio alia, qua id etiam cibi, quod dari debet, nõ debet à principio dari, sed procedente morbo apponi, q; scilicet ex satietate ventriculi pendet morbus, proinde à cibis initio debet abstinere, ac nisi malum producatur, etiam vsq; dũ inclinet, & ab aliis sorbitionibus, eis solum vti, quæ medicamentosa facultatis causa suscipiãtur, vt vino antiquo & meraco, atq; si his omnibus actis dolor non cessauerit, lacte asinæ, donec soluatur aluus. Omnino enim solutione alui opus esse, vt hic morbus soluatur, satis superq; significauit, his notẽ dicens, si aluus soluatur, morbus solutus est: quod dicens, apertè insinuauit, si nõ soluatur aluus, nondum solutũ esse morbum, sed medicamine aliquo opus esse, vt soluatur aluus, atqui pharmaca acria in morbo ventriculi ex acribus & succis & fumis, nõ posse ut nõ esse periculosa, proinde lacte asinæ vti iubet, quod acrimoniæ simul occurrere, & expurgare potest. Verùm hoc nõ nisi magna quantitate facit, quod vt insinuet Hippoc. non aliam quantitatem definit, q̃ donec purgetur, non potes autem vno haustu experiri an aluus soluẽda sit: iubet ergo primùm dare quantum vno haustu possit capere, si nõ soluatur, offerre iterum atq; iterum, donec soluatur. Hoc medicamento video vix nunc vllum Medicorum audere vti, quod lactis incommoda pertimescant, ego verò scio me cum magna vtilitate in huiusmodi affectionibus esse vsum, neque quidem de asinino, vt de aliis lactis generibus censere oportet, quia est valde serosum.

Ην δὲ ὑγρὴ ἡ κοιλίη ᾖ, καὶ χολὴ ὑποχωρέῃ, καὶ στρόφοι καὶ ἔμετοι, καὶ πνιγμοί. τούτοισι κράτιστον ἀτρεμίζειν, πίνειν δὲ μελίκρητον, καὶ μὴ ἐξεμέειν.

Si autẽ aluus humida fuerit, & bilis subducatur, & vexent tormina, & vomitus, & suffocatio. His optimum est quiescere, mulsam bibere, & vomere.

Curationem choleræ humidæ nunc docet, non quidem omnia percurrens, sed præcipua attingens, quibus indicationes maximæ insinuantur. Nimirum vomitione & alui subductione oportet, quæ corrigi nõ possunt citò vacuare, ne longa irritatione retentrix reddatur omnino impotens: reliqua oportet coquere & emendare. Mulsam dat subducendi aluum causa, & quietẽ imperat, causa coquendi: ad hanc etiam intentionem pertinet vsus inunctionum, cataplasmatum, & emplastrorum, concoquentium & corroborantium. Gal. in commentariis addit expurgationem nõ mulsa solùm, sed pharmaco etiã aliquo agi debere, si cacochymia aliqua magna subsit in corpore: atqui profectò mihi videtur rationi consentaneum, cùm cacochymia totius corporis putatur esse causa, potiùs q̃ debilitas ventriculi, perinde atq; in dysenteria. Verùm in vtraq; affectione est auxilium illud apud vulgus periculosum, quia si ægrotus moritur, vi pharmaci putant interiisse. Cùm enim id quod per accidens fit, non possint assequi, putant expurgans medicamentum necessariò alui solutionem augere. Eadem ratione reprehenditur Hippocrates à Cælio Aurelia-

no Thessalico, qui virum Athenis cholera laborãtem vomitu curaret, lib.5. Epid. nimirum vt Gal. solet dicere, Thessalici nullas assequebantur indicationes, preter eas quas assequũtur idiotę & populares.

Ὑδρώπων δύο φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἐγχειρέων γίνεται, ἄφυκτος· ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων, πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος, μάλιστα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης, καὶ πυρίης, καὶ ἐγκρατείης. ξηρὰ δὲ καὶ δριμέα ἐσθιέτω· οὕτω γὰρ οὐρητικώτατος ἂν εἴη, καὶ ἰσχύοι μάλιστα. ἢν δὲ δύσπνοος ᾖ, καὶ ἡ ὥρη θερινὴ ἐοῦσα τύχῃ, καὶ ἡλικίῃ ἀκμάζῃ, καὶ ῥώμη ᾖ, ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν, καὶ ὡς ἐλάχιστα πίνων, καὶ ὡς πλεῖστα πονεέτω. καὶ κρέα ὕεια σαρκώδεα ἐσθιέτω μετ' ὄξεος ἑφθὰ, ὅκως πρὸς τοὺς προσάντεας περιπάτους ἀντέχῃ.

Hydropũ duæ sunt naturæ, quorũ hyposarcidius si aggreditur, vitari non potest: alter verò cũ flatibus multa indiget fœlicitate, præcipuè autem tolerantia, & fomẽto & temperantia curatur. Sicca autẽ & acria edat: ita enim plurimũ minget, & maximè valebit. Si autẽ difficulter spiret, fueritq́; anni tempus æstiuum, & ætas vigeat, & robur adsit, sanguinẽ à brachio auferre oportet: & q̃ minimum bibens q̃ plurimùm laboret. & suillam carnosam edat in aceto coctam, vt aduersus arduas resistat inambulationes.

Specierũ hydropis, multas variasq́; fuisse apud antiquissimos autores partitiones, aliosq́; duas, alios tres, alios plures differentias statuisse, leges apud Cæl. Aurelianum lib.3. Tardar. pass. Qui etiam interpretatur Hippocratẽ & Dioclem, duas tantũ statuisse differẽtias, hyposarcam scilicet, & ascitem. Mihi plerunque videtur esse inutilis altercatio de differentiarum numero, nisi simul de reipsa aliqua dissensio sit. Sine enim alius ponit quattuor, tribus hydropis speciebus, quibus vsi sunt Heraclides Tarantinus, & Cæl. Aurelianus, & Celsus, & Gal. & post hunc Medici omnes, adiungẽs diabetem, siue alios duas, dedignatus anasarcam hydropẽ vocare, & duas solùm statuens, humidã & siccam: siue anasarcam quidẽ vocans hydropem, vt nunc facit Hippocrates, ascitem tamẽ & tympanitem vno genere comprehendẽs, quid interest, modò res dicatur eadem? Non satis intelligo, cur Aurelianus censeat Hippoc. statuisse duas differentias, & eas quidẽ anasarcam & ascitem. Nã dicit aphor. 11. lib. 4. si tormina, & circa vmbilicum dolores, & lumborũ dolor, q neq; medicamento, neq; aliter soluitur, in hydropem siccum firmatur. Videtur verò & ex ipso nomine, & ex generationis modo, non posse alius illi vocari siccus, q̃ tympanites. Hunc igitur Hippocrates nõ omisit. Nisi fortè id dicit Aurelianus, quia vt ipse dicit, est vanum, atq; intellectu carens, sine vllo humore superfluo laborantẽ hydropicum vocare. Sed mihi nõ placet altercari de nomine. Gal. interpretatur tympanitem etiam ob tumoris similitudinem vocari hydropẽ, ita oportet recipi libro etiam 4. de Morb. in calce legitur, hydropis tres esse species: quare etsi hoc loco legatur duas esse, haud censeo Hippocratem trium specierum vllam omisisse, sed comprehendisse duas species, ascitem inquam, & tympanitem vna hac differentia, quòd cum flatibus fit. Nam etsi hoc præcipuè tympanitidis sit, est etiam & ascitis. Nam nõ potest tam multa aqua, sine vllis flatibus esse cõclusa. Sed hoc habeat vtcunque, modò intelligas quosdam esse, qui toto corpore tumante & albidi sint velut pituita referti, alios quibus in ventre intra peritonæum est plurimum aquæ & flatus aliquid: alios quibus est flatus plurimum, aquæ exiguũ, aut fortasse etiam nihil. Vidimus enim ex aperto cadauere nihil aquæ exire, sed crasso flatu expirante, totum repentè ventrem detumescere. Quod dicit, hyposarcã, seu anasarcam, seu hyposarcidium hydropem (nam his omnibus significatur res eadem) vitari non posse, si semel aggrediatur, quasi hic sit periculosissimus, nõ probo, nam re vera omnium sæpissimè curatur, & ex minori corruptione nascitur, vel hoc argumẽto, quòd reliquas hydropis species solet antecedere. Quòd dicit, eum qui curetur facillimè, indigere magna fœlicitate, maximè pbo. Nã ferè est omnis hydrops, nisi in initio consultat, incurabilis. Curationem videtur mihi tradidisse optimè, præter pauca quædã quæ calumniæ videtur parere. Dicit illud quidem optimè (summum enim hac in re consilium est, quodq́; sæpe solum fuit satis.) Quàm minimum bibat, & q̃ plurimum laboret: nimirum ita absumitur aqua, q propositus præcipuè esse debet scopus. Vanum etiam hic sit, si quis velit neglecta aqua, hepatis, aut lienis, aut vteri, aut ventriculi (ex quacunque harum partium malum inceperit) attemperationi studere. Nam immanente aqua attemperari non possunt, & hac absumpta, quinetiam dum absumitur, ipsa partium natura emẽdat intemperiem. Accedit quòd eisdem medicamentis vtrunq; fit. Vtimur enim fomentis, quæ viscera calfaciunt, & aquã absumunt. ob hæc dicit, curari debere hoc malum tolerantia, laboris scilicet & exercitationis, fomentis ventri admotis calidis & siccis, & temperantia, scilicet vt temperet à potu. Eundem scopum intuens præcipit, vt sicca & acria edat. Sicca certè debet accipere alimenta, & assa potiùs quàm elixa, quia totus victus siccans esse debet: de medicamentis verò præcipuè loquitur, quia dicit sicca & acria: acrimonia enim in cibis non desideratur (quorsum enim vities corpus, & repleas vlceribus, quæ in hydropico non sanescunt?) sed in medicamentis, vt sint hydragoga, maximè autem vt valenter diuretica: horum enim est magnus in hydropicis vsus. quod insinuans dicit, nam ita minget plurimùm, & valebit. Atqui Galenus 3. de Temperamentis iuxta hoc præceptum dicit hydropicos multùm solere iuuari medicamento, quod paratur ex cantharidibus. Illud fortasse cuipiam non placebit, quod suillam carnosam aceto elixam præstat, vt possit sustinere assiduas inambulationes. Certè si posset hanc ægrotus coquere, nullus eligi præstantior in hũc vsum posset, quia est cibus firmissimus, neq; si hęc sumenda sit, melius parari possit, q pinguedine spoliata (hoc enim dicit carnosam) & in aceto cocta amittit humiditatẽ nimiam, quæ his erat noxia. Itaq; quia duplex huic carni vitiũ erat, incoctilitas & humor, illud emendat elixatio (ægriùs enim coquuntur assata) hoc acetũ. Nihilominus timẽtes ne non possint tunc à debili iam homine eæ carnes coqui, dabimus plerunq; alias coctu faciliores, etsi minùs firmas, illud tñ veri habet hæc sententiæ pars, quòd

cui

cui ea sint consuetæ, vt ob id nõ diffidas coqui posse (scilicet valet plurimùm consuetudo) nullas possis ad laborum tolerantiam vtiliùs tribuere, neque ad reliqua cum minori noxa, si ita parentur. Illud quoq; Galen. displicet quòd mittere iubet sanguinem in his, cùm vt ille affirmat, in hyposarca solùm mitti aliquãdo possit. Sed cùm Hippocrates dicat, si ætas vigeat & robur adsit, & Galen. hęc duo cum morbo magno statuat mittendi sanguinis scopos, non potest non subscribere huic sententiæ, nisi neget hydropem morbum magnum esse. Illud vnum possit dicere, non posse fieri vt huic morbo laboranti robur adsit, atque ita frustra hoc esse ab auctore scriptum. Morbo quidem valde progressu ego ita puto: sed neque incipiente malo, puto affuturas vises pro magna missione sanguinis, sed pro exigua, aut etiam mediocri, non videtur inopinabile, præcipuè cùm malum non ingruerit paulatim intemperatis partibus, sed affatim suffocari incipiente calore à suppressis menstruis, aut hæmorrhoidibus, aut euacuatione alia consueta, aut intermissa exercitatione, quo sanè casu missio sanguinis propriùs expetitur. Tunc temporis necessarium, arbitror, sit pro modo virium sanguinem auferre, ex brachio sanè non semper, nam ob menstruas euacuationes aut hæmorrhoidas ex talis meliùs extrahitur, sed ille respexit hypochondria, quorum peculiariter affectio hæc est. Cucurbitularum siccarum creber vsus potest his esse vtilis, eadem ratione qua calida & sicca fomenta. De sectione hydropicorum, quam paracentesim vocabãt, dubitatum est ab antiquis, an fieri aliquando debeat, aliis affirmantibus, velut extremum remedium esse tentandam, aliis negantibus, quòd frustra tentari videatur. Hippocrates insinuat faciendam, quandoquidem iubet cauere, ne vniuersim effluat aqua, ob id, si quando facienda, ita tamen vt non possit tota aqua, neque magna eius pars simul effluere. Fit ad ile dextrum aut sinistrum, nullis musculorum abdominis fibris transuersim sectis, sed seorsum vnoquoq; secto inter fibras secundùm longitudinem, quandoquidem ita eo loco positi sunt obliqui & transuersi, vt superioris sectio, cum sectione inferioris, figuram faciat. x. alij puncturis tantùm vtuntur in scroto, qui his etiam tumet. Ego ne hoc quidem vnquam feci, sed sparsim per femora & ventrem scarificationib. non valde profundis vtor, quia enim vlcera his non sanescunt, satis quidem resudat per eas aquæ quantum ferre possunt, atq; aliquando etiam plus.

Ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα, καὶ ἀνώμαλα διέρχεται, ὑπὸ συντήξιος αὐτέοισιν, ἢν μὲν δύνωνται ἰσχύειν, ἐλλεβόρῳ τῷ λευκῷ ἀποπαῦσαι. ἢν δὲ μὴ, ὁ χυλὸς τῶν σιτανίων πυρῶν, παχὺς, ψυχρὸς, καὶ τὸ φάκιον ἔτνος, καὶ ἄρτοι ἐγκρυφίαι, καὶ ἰχθύες. πυρέσσοντι μὲν ἑφθοὶ· ἀπυρέτῳ δὲ ἐόντι, ὀπτοί. καὶ οἶνος μέλας ἀπυρέτῳ, ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ ἀπὸ μεσπίλων, ἢ μύρτων, ἢ μήλων, ἢ οὔων, ἢ φοινικοβαλάνων, ἢ οἰνάνθης ἀμπελίνης. ἢν δὲ πυρετὸς μὴ ἔχῃ, καὶ στρόφος ἐνῇ, γάλα βόειον θερμὸν ὀλίγον τὸ πρῶτον, ἔπειτα κατὰ προσαγωγὴν πλεῖον, καὶ λίνου σπέρμα, καὶ πύρινα ἄλφιτα, καὶ τῶν αἰγυπτίων κυάμων ἐξελὼν τὰ πι-

κρὰ, καταλεπίσας καὶ ἑψήσας, ἀπεσθιέτω. καὶ ᾠὰ ἡμίπηκτα ἐσθιέτω ἑφθὰ, καὶ σεμίδαλιν, καὶ κέγχρον, καὶ χόνδρον ἑφθὸν ἐν γάλακτι, ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν· καὶ τὰ τούτοισιν ἐμφερέα καὶ ποτὰ καὶ ἐδέσματα προσφέρεσθαι.

Qui ventres inferiores calidos habent, & acres deiectiones atque inæquales subeunt, à colliquatione ipsis, siquidem valentes fuerint, helleboro albo reuellere: sin minùs, succus tritici frumentacei crassus & frigidus, & ex lente cocta edulium, & panes subcinericij, & pisces febrienti quidem elixi, non febrienti verò assi. Et vinum nigrum febre carenti: si verò non, aqua ex mespilis, aut myrtis, aut pomis, aut sorbis, aut palmulis, aut vitium œnanthe. Si verò febris non fuerit, & vexent tormina, primum quidem lac asininum paucum, deinde paulatim plus, & lini semen, & triticea polenta mixta hordeacea & fabarum Aegyptiarum eximẽs amaras partes, & spargẽs potui da, aut oua semicocta comedat assa, & simila, & milium, & chondrũ in lacte coctũ. Cocta hæc & refrigerata edat, & his similia; & pocula & edulia ingerat.

Meritò censet Galen. colliquationẽ dici hîc non veram & propriè vocatam liquescentiam, sed vstionem succorum. Ventres inferiores haud dubiè vocat hîc intestina, nam cùm horum affectione calida fiunt deiectiones acres & inæquales: & horum affectio desiderat eam quã tradit curationem. Si enim ad thoracis ventres dicerentur nunc ventres inferiores, ventriculus etiam intelligeretur in affectis partibus, eo verò affectu nihil minus faciendum, quàm reuellendum helleboro albo, imò vomitio quæ helleboro albo cieretur, nihil minùs quàm reuulsio esset: siquidem esset euacuatio per partem affectam. Itaque affectio cuius curationem nunc docet est diarrhœa biliosa patientibus intestinis calidam intemperiem. Fieri verò potest vt fluxio cœperit à redundantia, & ea ipsa calorem intestinorum pepererit, aut vt calor horum fluxionem attraxerit & exurat & quodammodo erunt intentiones curationis eædem, quodammodo etiam diuersæ. Nam vndecunq; cœperit fluxio, deponenda, si fieri possit, est redundantia mali succi atq; refrigerandum, & mordacitati succorum occurrendum & suo tempore adstringendum. Verum si calor intestinorum fluxionem ciuerit, refrigerationi studendũ magis, si redundantia, euacuationi. Porrò magna curationis differentia prodit ex caloris qui intestinis sit, vehementia, aut mediocritate. Si enim maximus calor sentiatur in ventribus inferioribus, tentatos esse eos phlegmone aut erysipelate suspicio est, ac proinde vitanda est expurgatio per inferna, & reuellendum vomitione: si verò febris non fuerit, in ventribus scilicet inferioribus, hoc est, exustio magna coloci, expurgatio per aluum molienda est. Constat verò harum intentionum primam esse debere quæ euacuandi, secundam quæ obtundendi acrimoniam & refrigerandi, postremam quæ adstringendi. Interim toto morbo vtendum cibis siccis, & concoctu facilibus. Horum omnium materias

recenset hoc loco Hippocrates, quanquam vtendi occasiones non admodum distinxit. Oportet tamē eas accipere secundùm communia præcepta: qui igitur, inquit, ventres inferiores calidos habens, & subeunt acres deiectiones & inæquales à colliquatione, hoc est, ab exustione. Acres certè quia vstæ, inæquales hanc ipsam ob causam. Concoctio enim est quæ æqualitatem substantiæ parit in omni excretione: incoctio inæqualitatem, siue frigore siue vstione incoctio fiat. Si (inquit) valentes fuerint vires, helleboro albo reuellere oportet, vomitu scilicet. Hoc enim est reuellere: velut etiam ob ventriculi morbos clystere vti. Duo tamen adesse postulat, & vt ventres inferiores calidi sint, & vt vires sint valentes, alioqui abstinendum ab helleboro, vtendumq; vomitoriis minoribus, & transeundum ad alia. Sin minus (inquit) succus tritici fumentacei crassus & frigidus. Hic succus est quem amylum vocant, cuius hac in affectione est maximus vsus, quia obtundit acrimoniam, & crassitudinem affert succis, & obturat, hæretq; partibus. Iubet verò accipi frigidum ex aliquo succo, vt simul occurrat calori partium: Et ex lente cocta edulium: hæc enim eadem facit lens, & præterea adstringit. Et panes subcineritij: pro his vti solemus pane ad ignem tosto, aut bis cocto, vt siccet scilicet. Et pisces (inquit) febrienti quidem elixi, non febrienti assi. Pisces scilicet probi & concoctu faciles, assi quidem ne humectent, quod tamen si febricitet homo, ferēdum est, quia victus humidus febricitantibus conuenit. Potus verò sit febre carenti vinum nigrum, febrienti verò aqua ex mespilis, aut myrthis, aut pomis huiusmodi, aut sorbis, aut palmulis, aut vitiom œnanthe, hoc est primis racemis vuarum immaturarum. Hæc omnia adstringendi gratia dantur. Videtur repugnare sentētia Hippocratis, qui hoc ipso libro dixerat, cùm aluus humida est in febribus, vtendū potione vinosiori magis quàm adstringētiori. Sed intellige iuxta peculiarē in vnoquoq; indicationē, faciendum esse hoc aut illud. Cùm mens est ad vias alias deriuare, satius sit vel vino albo, cùm adstringere, nigro & austero. Fieri verò potest vt in diuersis ægrotis eis vtamur, albo, cùm ex toto corpore confluit bilis, & bona pars iam consumpta est, alioqui enim non cum minori periculo pellitur in vrinæ vias: nigro cùm intestinorum laxitas parit diarrhœam: Sed & in eodem ægroto potest esse vtriusque vsus vtilis, albi primùm vt materia aliò deriuetur, postremò nigri, vt aluus adstringatur, aut pro hoc, si febris vini vsum prohibeat, aquæ in qua sit coctum aliquid adstringentium. Si verò (inquit) febris non fuerit, hoc est, ardor intestinorū qui prohibeat expurgationem, & vexent tormina intestinorum, primùm quidem lac asininum paucum, deinde paulatim plus. Paucum quidem primùm, ne lædatur ventriculus repentino vsu, deinde plus, vsq; dum, vt dixit paulo antè, aluus soluatur, seu potiùs expurgetur copiosè corpus. Postquam verò expurgatum satis sit, ad attemperandum partes, & obtundendam acrimoniam, cibis & potibus vtēdum quę id possint præstare, cuiusmodi semen lini coctum, & in potu polenta triticea cum hordeacea, & ex fabis Ægyptiis demptis partibus amaris, quippe quę sunt calidæ & mordaces. In cibis oua recentia, assa, semidura, & simila, & milium, & chōdrus coctus in lacte. Nam hæc sistunt fluxiones, humiditatem siccant, acrimoniam mitigant, feruorem partium temperant.

Τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι ἀῤῥωστήμασι, καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν, καὶ τὰς ἀνέσιας, ὡς τὸν καιρὸν διαφυλάχθαι, ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν. καὶ ἀσφαλέως ὁκότε δεῖ προσενεγκεῖν, εἰδέναι. ἔτι δὲ ὁκόταν πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσιος.

Eius medicinæ quæ victum instituit, maximum est, animaduertere & obseruare vt in acutis, etiam in longis morbis, & intentiones febrium, & inclinationes, vt occasiones obserues, cùm non oportet cibos offerre, & tutò cùm oportet offerre, scias, atque etiam cùm plurimùm absunt ab intentione.

Quanti momenti sit in morbis omnibus, præcipuè acutis, cibum tempestiuè offerre, & cauere febrium exacerbationes, hinc intelliges, quòd cùm plurima alia non exigua soleat Hippocrates simpliciter docere, huic præceptioni semper addit aliqd quo eius momentum commendetur. Hîc enim dicit διαιτητικῆς μέγιστον εἶναι, id est, maximum præceptum totius medicinæ diætetices est: primo libro hui⁹ operis in calce dixit, καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν, id est, existimare oportet, plurimùm posse, seu magnam vim habere, occasionem cibi exhibendi. Quo loco hanc sententiam satis explicuimus, vt non opus sit nunc noua enarratione: satis erit vt euadat apertissima, verba vt maximè expedit, disponere: hoc scilicet modo. Eius medicinæ quæ victum instituit, maximum est, animaduertere & obseruare, vt in acutis, ita etiam in longis morbis, & intentiones febrium & inclinationes, atque etiam tempus quo plurimùm absunt ab intentione, hoc est à paroxysmo, vt obserues occasiones dandi cibi, & scias quando non oportet cibos offerre, & quando oportet offerre, & tutò offerri possunt.

Εἰδέναι δὲ τοὺς κεφαλαλγικοὺς ἐκ γυμνασίων, ἢ δρόμων, ἢ πορειῶν, ἢ κυνηγεσίων, ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου, ἢ ἐξ ἀφροδισίων. τοὺς ἀχρόους, τοὺς βραγχαλέους, τοὺς σπληνώδεας, τοὺς λειφαίμους, τοὺς πνευματώδεας, τοὺς ξηρὰ βήσσοντας καὶ διψώδεας, τοὺς φυσώδεας, φλεβῶν ἀπολήψιας. ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ, καὶ μετάφρενον, τοὺς ἀπονεναρκωμένους, καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας, καὶ οἷσιν ἦχοι τῶν ὤτων ἐμπίπτουσι, καὶ τῆς οὐρήθρης ἀκρατέως διακειμένους, τοὺς ἰκτερώδεας, καὶ ὧν αἱ κοιλίαι ὠμὰ ἐκβάλλουσι. καὶ αἱμοῤῥαγέοντας ἐκ ῥινὸς ἢ καθ' ἕδρην σφοδρῶς. ἢ ἐν ἐμφυσήμασιν ἐόντας, ἣν ὁ πόνος αὐτοῖσιν ἐπιτείχει σφοδρὸς, καὶ μὴ ἐγκρατέωσι. τῶν τοιῶνδε μηδένα φαρμακεύειν. κίνδυνον γὰρ ἕξει καὶ οὐδὲν ὀνήσεις. τάς τε ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλάξιας καὶ κρίσιας ἀφαιρήσεις.

Agnoscere autem oportet eos qui dolent capite, vel ob exercitationes, aut cursus, aut itinera,

nera, aut venationes, aut aliquẽ alium laborem importunum: aut ob venerea: decolores, raucos, lienosos, exangues, spirituosos: & siccum tussientes: & siticulosos: & venarum interceptiones: distentos hypochondriis, lateribus, & septo transuerso, & torpentes, & obscurè videntes, & quibus aurium tinnitus est molestus, & qui secundùm vrinariam viam impotentes sunt, ictericos, & quibus venter cruda egerit: fundentes copiosè sanguinem ex naribus, aut secundùm sedem, aut in flatus redundantia existentes: vel labor ipsos vehemens exercet, & non superuixerint, horum nulli pharmacum dederis, periculum enim habebis & nihil iuuabis, & spontaneas permutationes & iudicationes tolles.

Facilè adducor vt credam orationem hanc Hippocratis non esse, sed cuiuspiam alterius minùs exacti authoris, quia vt in quouis morbo, eorum quos recenset, datur aliquando inutiliter pharmacum, ita nullus eorum est, qui non possit aliquádo pharmaco curari. Tales verò sunt alij quiuis morbi, quos comitari potest cacochymia. Non est autem congruens doctrinæ ratio, de quodam aut quibusdam affirmare, quod pariter dici possit de quibusuis: neque prohibere quasi vtile nunquam esse posfit, id quod potest aliquando esse noxium: id verò disertè satis explicuit Galen. Illud vnum videtur dignum Hippocr. quod in calce orationis dicitur, noxas scilicet pharmaci malè exhibiti, esse periculum citra conferentiam, & permutationum ac iudicationum quæ sponte fieri solent, sublationem. Si enim viribus non satis constantibus datur, periculum mortis est, ex euacuatione sine conferentia & tolerantia facta: si verò constẽt, & hac solũ in re peccatum sit, quod intempestiuè sit exhibitum, velut si citra concoctionem aut turgentiam, non in tam apertum incidtur periculum, tamen tunc quoque producũtur morbi, ac si quæ permutationes aut iudicationes instabant, prohibentur.

Ἢν δὲ αἷμα τινὶ ξυμφέρῃ ἀφαιρέειν, στερεὴν ποιέειν πρότερον τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν καὶ λιμαγχονέειν, καὶ οἶνον ἀφαιρέειν αὐτέων. ἐπὶ δὲ τῇ διαίτῃ τῇ νενομισμένῃ, τῷ ἐπιλοίπῳ αὐτέων, ἢ πυριήσεσι καὶ καταιονήσεσι θεραπεύειν. ἢν δέ σοι καταφαίνηται ἡ κοιλίη ξηρὴ εἶναι, μαλθακῷ κλύσματι ὑποκλύζειν.

Si autem cuipiam sanguinem confert auferre, ventrem firmare oportet, & ita auferre, & inediam præcipere, & vinum ipsi auferre, deinde victu conuenienti vti, cætera fomentis & infusionibus curare. Si autem densus venter tibi esse videatur, molli clystere subluc.

Hæc sententia verissima est, & Hippocr. digna. Considerãdum enim cùm sanguinem auferre cuipiam volumus, quo pacto habeat venter inferior, qui si laxus sit, & fluat, firmandus priùs est, si fieri possit, ne fluente aluo & misso sanguine vires præcipitentur; sin autem sit siccus, humectandus est priùs clystere humido, ne si quid vitiosum ventre detinetur, distribuatur, raptum in venas, & venter siccescat magis. Vnde constat, vt superiùs hoc ipso libro indicauimus, aliquando clysterem esse iniiciẽdum ante missionem sanguinis, non semper iam misso. Quæ de victu eorũ quibus missus iam sit, dicit, consentanea etiam sunt. Nimirum non mox reficiendum copiosè, vt vulgus putat, quasi, vt dicebãt Medici è Cnido, sit mox exæquandum, sed inediã præcipere, & vinum auferre, non quidem nimis, sed his verbis significatur paulatim esse postea reficiendũ. Quia si copiosè datur cibus recens euacuato, malè coquetur, & distribuetur incoctus: Vinum verò caput eius facilè tentabit. Expedit igitur à recẽs misso sanguine, dare cibi minus, eiusq; tenuioris: & vinum aut nullum, aut dilutius solito, deinde conuenienti victu vti, hoc est, sensim augere: Cætera (inquit) fomentis & infusionibus curare, non quidem quòd omnes quibus missus sanguis sit, fomentis & infusionibus indigeant, sed id dicit, insinuans abstinendum iam inde à maximis auxilijs esse, sed minoribus his vtendum si opus sit, ac res ita postulet.

Ἢν δὲ φαρμακεύειν δόξῃ, ἐλλεβόρῳ ἄνω καθαίρειν, κάτω δὲ μηδενὶ τῶν τοιῶνδε. χρῆσθαι δὲ ἐς οὔρησιν, καὶ ἐς ἱδρῶτας, καὶ ἐς περιπάτους ἄγειν, καὶ τρίψει ἡσύχῳ χρῆσθαι, ἵνα μὴ πυκνώσῃς τὴν ἕξιν. ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, ἄλλοι τριβέτωσαν αὐτόν. ἢν μὲν ἐν τῷ θώρηκι ὑπὲρ τῶν φρενῶν λύπη ᾖ τὸ πάθος, αὐτὸν ἀνακαθίζειν ὡς πλειστάκις, καὶ ἥκιστα προσκλίνεσθαι, ἐς ὅσον δυνατόν ἐστι, καὶ καθίζοντα ἀνατρίβειν πολὺν χρόνον, πολλῷ θερμῷ. ἢν δὲ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ ὑπὸ φρένας ἴσχῃ τὰ ἀλγήματα, ἀνακεῖσθαι ξυμφέρει, καὶ μηδεμίαν κίνησιν κινέεσθαι τοῦ σώματος ξυμφέρει, ἔξω τῆς ἀνατρίψιος.

Si autem medicamento opus sit, helleboro tantùm sursum purga, deorsum verò aliũ nemine. Optimum autem est si vrinæ cieantur, sudores prouocentur, & inambulent, & tranquillè ita sese perfricent, vt non densiorem reddant habitum, si autem in lecto decumbat, perfricent eum alij. Atq; si in thorace supra septũ transuersum infestet cum passio, resideat sæpe, & quàm minimè reclinet dum vires valeant, & sedentẽ calido multo, multum temporis fricent: si autem aluo inferna sub septo trãsuerso habeat dolores, iaceat (conuenit enim) nulloq; pacto corpus moueatur, præter fricationem.

Haud dubiè hæc dictio est mutila, destitque caput. Quandoquidem quasi de certo quopiam seu morbo, seu ægroto, hæc dicuntur, non constat autem de quo. Itaq; est hoc fragmentum, quo de qua affectione agatur, constare non potest, neq; verò dici quippiam nisi diuinando, quid autem mirũ tam multis seculis vitiatos esse veterrimos codices.

Τὰ δὲ ἐκ τῆς κάτω κοιλίης λύομεν διʼ οὔρων, ἢ ἱδρώτων, ἢν ἐλινύῃ μετρίως ἀπὸ αὐτομάτου περιλύεται τὰ σμικρά. τὰ σφόδρα δὲ πονηρά. ...

τοι γὰρ ἢ ἀπόλλυνται, ἢ ἄνευ ἄλλων κακῶν, οὐ γίνονται ὑγιέες, ἀλλ' ἀποστηρίζει τὰ τοιαῦτα.

Quæ verò ex inferna aluo soluuntur per vrinas & sudores, si sponte delabuntur mediocriter, quæ parua sunt, soluuntur, vehementia verò prauum. Tales enim vel intereunt, vel sine aliis malis sani non fiunt, sed confirmantur quæ huiusmodi sunt.

Hæc sententia est Hippocr. dignissima si quæ alia, tametsi à Galeno negligitur, vt quàm plurimæ aliæ. Esse autem qualem dixi, ex enarratione intelliges. Ex aluo solui, non de morbo dicitur, sed de deiectionibus, quasi dicat, quæ ex aluo soluta euacuantur. Itaque dicit, quæcunque euacuantur ex aluo, aut per vrinas, aut per sudorem, intellige aut per quācunque aliam euacuationem (satis enim sit tres recensuisse) si sponte exeunt quantitate mediocri, soluēdis quidem morbis paruis sunt satis, mediocria enim pro mediocribus sunt magna præ paruis: verùm si mala sint vehementia & euacuationes mediocres, prauum signum est. Quia sunt decretoria, non iudicantia. Talia verò, vt 2. Epid. dicitur, significant mortem aut difficile iudicium: difficile autem iudicium est, prurugari malum, aut habere multas permutationes. Igitur tales quibus scilicet per morbos vehementes, euacuationes fiunt tantū mediocres, vel intereunt, vel sine aliis malis sani nō fiunt, sed confirmantur quę huiusmodi sunt, id est, insanabilia fieri consueuerunt.

Πόμα ὑδρωπιῶντι. κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης, καὶ πόδας καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα, ὁκόταν δὲ πονῇ ὁ πιὼν, θερμῷ βρεχέσθω. ὑπαλειψάμενος δὲ πρότερον, νῆστις πινέτω, ἐσθιέτω ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος.

Poculum hydropico: cantharidas tres, auferens caput cuiuscunq; & pedes, & alas, tere, in tribus cyathis aquæ. Cùm autem laborauerit bibens, calido perfundatur, inunctus verò prius. Ieiunus autem bibat, comedat autem panes calidos ex pinguedine.

Vsus cantharidum facetè admodum docet Galenus quàm sit periculosus, narrans Medicū quendam audacem, duos interemisse, datis alteri corporibus sine capitibus, alis, & pedibus, alteri his solis sine corporibus. Cùm enim dubitaret, an hoc loco præcipiat auctor auferre caput, pedes, & alas, quasi sine his, corporibus solis sit vtendū, an quasi ea sine corporibus sint terenda & potanda, vtrunque expertus, vtroque pòculo hominem occidit. Itaq; vtcunq; cantharidibus vtaris, periculum maximum afferes ægroto. Nihilominus Galen. tertio de Temperamentis, & tertio de Simplicibus, commendat cantharides ad hydropicos iuxta hanc Hippoc. sententiam, verùm modum vtendi temperat, his locis, & vndecimo de Simplicibus, quo etiam loco multos alios cantharidum vsus docet: sed quod ad poculum pro hydropicis attinet, prudenter admodū docet, negans ipsas cantharidas solas potu dandas, neque corpora sine extremis particulis: neque has sine corporibus, neque verò vtrasque partes simul, sed vtendum medicamento composito ex cantharidibus, quo & exiguam admodum cantharidum portionem dosi medicamenti respondere, & eas aliis rebus admodum emendatas esse ait. Nunc in officinis nullum medicamentum ex cantharidibus compositum asseruatur, tamen potest facilè componi ex diureticis mitioribus, cum pulueris earum exigua admodum parte. Galen. vnica dosi centesimam drachmæ partem affirmat citra periculū dari posse, plus etiam dari tutò nullibi dicit, neque immeritò, est enim cantharis in corrosiuis venenis. Puluis paratur Galeno ex totis cantharidibus cum alis etiam & pedibus, quia ab aliquibus putantur hæc extrema esse alexipharmaca corporum, quasi igitur corpora sine his sint futura nimis venenosa, & hæc sine corporibus inefficacia, vtraque accipit. Porrò parat puluerem ex cantharidibus inuentis in frumento, & habentibus lutea cingula transuersim in alis, & suffitu aceti acerrimi necatis. Itaque hic auctor haud dubiè nimiam dosim venenosi medicamenti præbet, & caput, pedes & alas auferre non admodum vtiliter iubet, videtur autem violentissimi medicamenti vsum, reliqua vtendi ratione velle corrigere: nam ex aquæ cyathis tribus, hoc est quatuor vnciis cum dimidia dari vult, & cum laborare cœperit angiq; ob epotum pharmacum, inungi oleo, & perfundi calido balneo, & vt ieiunus bibat, hoc est, ante alios cibos potionem aliquam idoneam accipiat, vt aquæ aut diluti vini, aut tenuis ptissanę cremoris, deinde comedat panes calidos ex pinguedine: nimirum hæc omnia mitigant, & mulcent acrimoniam. Minùs autem efficacia videntur mihi esse hæc, quàm vt illis fisus quis, medicamētum adeò periculosum propinare debeat. Censeo sine vllo malo posse hominum genus cantharidibus carere ad potiones, nam ad vngues psorodes, & ad lepram, & putrescentia vlcera, cum aliis idoneis ceratis & emplastris, eis vti censeo esse vtilissimum.

Ἴσχαιμον. ὀπὸν συκῆς ἐν ἐρίῳ προσθεῖναι πρὸς τὴν φλέβα, ἢ πιτύην συστρέψαντα ἐμβῆναι ἐς τὸν μυκτῆρα. ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ προσπασσάμενος, πιέσαι. καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπιέζειν ἑκατέρωθεν. καὶ τὴν κοιλίην λύειν ὄνου γάλακτι ἑφθῷ. καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρῶν, ψυκτικὰ προσφέρε, ἢν ἐν ὥρῃ θερμῇ γίνηται.

Sanguinem supprimens. Succum fici in lana intrò ponere ad venam. Vel coagulum inuolutum in nares mittere: vel chalcitim digito contrectans preme, & cartilagines exteriùs comprime vtraq; ex parte, & aluum solue lacte asinæ cocto, & caput rade, adstringentia exhibe, si anni tempus calidum sit.

Sanguinis fluxum ex naribus curare docet: tria priora auxilia sub deiunctione dicens, succum fici in lana, vel coagulum inuolutum, vel puluillū chalcitidis digitis pressum in nares indere: reliqua addit vtens particula coniungendi, dicēs, & aluū solue lacte asinæ, & raso capite adstringentia appone, præcipuè si tempus anni calidum sit, quia cum hęc adstrin-

adstringentia repercutiendi gratia admoueantur, frigida etiam sint oportet. Nimirum tria priora eiusdem generis sunt remedia & facultatis similis, adstringẽtis scilicet, coagulantis & exurentis. Omnia enim ea acrimoniam habẽt, chalcitis maiorem, mox lac fici, sed & coagulum aliquam: omnia etiã coagulant: coagulum quidem maximè, mox lac fici, sed & chalcitis, nonnihil: & adstringunt omnia, maximè chalcitis, mox coagulum, deinde & lac fici. Omnibus autem his facultatibus sistitur sanguis quia coagulatus ipse sibi obturat porum, qui adstrictione & corrugatione, quam exustio facit, concluditur. Comprimere vtrãq; ex parte nares iubet, cũ voles puluerem chalcitidis insufflare, vt ita magis omni parti interiùs adhæreat. Alui solutio ex lacte asinæ, ita verò & ex alio quouis tali medicamento, & capiti raso adstringentium admotio, alterius generis medicamenta sunt, quæ proinde simul cum prioribus, aut eorum aliquo agi debent. Non enim quia retrahendi causa aluum soluis, & capite repellis, ne à toto corpore recipiat, non vteris etiam topicis ad ipsas nares. Quod hîc fluente sanguine iubet aluum asinæ lacte soluere, cum non ita pridem dictum sit, eis qui fundunt copiosè sanguine ex naribus, pharmacum expurgans non esse dandum, nihil moror: primum quidem quia eam sententiam Hippocr. non esse censuimus: deinde quia fortassè auctor ille quisquis fuerit, noluit prohibere qualẽcunq; alui solutionem, sed per pharmacũ vehementer purgans, quale certè lac non est.

Σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει, ἡ πόσις ἡμιόλιον δραχμῆς ὁ σταθμὸς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένον. ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖσιν ἐλλεβορίοισι. καὶ ἧσσον πνίγει, τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος.

Sesamoides per superiora purgat sesquidragmæ pondere tritum & potui datum. Miscetur autem veratris, tertia parte potionis, & minùs suffocat.

Iam periit ductus huius libri. Sparsim iam ac citra ordinem sunt scripta hæc, velut ex diuersis cartis compilata. Hæc affert vetustas, mihi verò placet, nihil omittere, sed singula seorsum expendere, vt illa scripta occurrunt. Præscripta oratio continet nihil aliud quàm syngraphas duas potionum vomitoriarum, nullius certè iam vsus, & quia sesamoidea desideratur, & quia nullus iam est nostro seculo Medicus, qui in tanta tutiorum medicamentorũ abundantia, quam ipsum tempus attulit, his tam periculosis vti velit. Prima syngrapha ad vomitu purgandum. ℞. Sesamoidis tritæ sesquidragmam oxymelitis cyathos tres, seu vncias iiij. & semissem fiat potio: secundam ℞. vtriusque hellebori & sesamoidis partem vnam, fortassè obolum vnum, oxymel aut mulsæ quod sufficit, fiat potio. Dioscorides cum solo albo miscet, atqui sanè ita fuerit magis vomitorium medicamen. dicit libro 4. cap. 147. quod est de sesamoide, datur tritum ad bilis pituitæque deiectionem quantum tribus digitis capitur, addito veratri albi sesquiobolo, ex aqua mulsa. Ridiculum verò tam vehemens medicamentum digitorum apprehensione mensurare.

Τειχιῶσι διαθεὶς τὸ ῥάμμα, τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, κατὰ τὸ ὀξὺ τὸ ἄνω πρόσθεν τοῦ βλεφάρου ἐς τὸ κάτω διεκπερήσας, δεύτερον καὶ ἄλλο ὑποκάτω τούτου. ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα, ῥάψον καὶ καταδῆσον, ἕως ἂν ἀποπέσῃ. κἢν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ, ἢν δὲ μὴ, εἰ ἐλλείπῃ, ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά.

Ad trichosim: cum subieceris filum acui habenti foramen secundùm acutum superna tensionis palpebræ in infernam transmittens, quod superius inferiori liga, & fila tendens colliga donec deciderint, ac si satis quidem fuerit, bene est: si autem non, sed aliquid desit, hæc repete.

Trichosis seu trichiasis, est morbus palpebrarũ, per quem nascuntur pili plures quàm expediat, & extra naturalem ordinem & positum, ac plerunq; intro versi, vt lędant oculos: huius chirurgicam curationem docet, quam eandem docuit Paulus lib. 5. cap. 13. Est vero ea laqueum facere ex filo aliquo tenuissimo, vt equinæ caudæ pilo, aut ex serico, & eũ iniicere in pilos qui præter naturam redundant, & ita euellere, idq; repetere quoties opus sit, vsq; dum nullus supersit ità redundantium. Ne itaq; intellige eum hic acu vti ad pungendam, aut traiiciendã, assuendàmve aliquam particulam, sed solùm ad circunducendum vt oportet filum, quò in rem tam tenuem laqueus iniiciatur. Atqui profectò neq; hac arte est opus, faciliùs enim euelluntur forcipibus; sed vtcunq; euellantur, necesse est aliquid circa locum facere, ne renascantur, velut inungere sanguine ranæ, aut admouere cinerem chamęleontis, aut puluerem aluminis, aut aliquid huiusmodi, aut si hæc satis non sint, locum vrere quàm fieri possit eleganter.

Καὶ τὰς αἱμορροΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διαδήσας τῇ βελόνῃ ὡς παχυτάτῳ ἐρίῳ εἰς τὸ ῥάμμα, καὶ ὡς μέγιστον ἀποδήσας, ἀσφαλεστέρη γὰρ γίνεται ἡ θεραπείη. ἔπειτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ χρέο. καὶ μὴ βρέχε πρὶν ἢ ἀποπέσῃ. καὶ αἰεὶ μίαν καταλιμπάνειν. μετὰ ταῦτα ἀναλαβὼν ἐλλεβορίσαι. εἶτα γυμναζέσθω καὶ διιδρούτω. γυμνασίοισι δὲ τρίψις πολλὴ ἀπὸ ὄρθρου. δρόμου δὲ ἀπεχέσθω καὶ μέθης. καὶ τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου. ἐμείτω δὲ διὰ ἑπτὰ ἡμερέων, ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί. οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα τὸ σῶμα. οἶνον δὲ κιῤῥὸν, αὐστηρὸν, ὑδαρέα τε καὶ ὀλίγον πινέτω.

*Hæmorrhoidas simili modo intrudes in acum crassissimum lanæ succidæ filum, & quàm maximum, ac colligabis. Securior etenim est huiusmodi curatio. Deinde comprimes & putrefaciente vteris medicamento, neq; priusquam deciderit irrigabis. Vnam semper relinque, & postea refectũ viribus purgabis helleboro. Deinde exerceatur & sudet, & mane multum fricetur. Cursum deuitet, & ebrietatem: & acria, præter origanũ. Vomat singulis septimanis aut ter in mense, ita enim habebit optimè corpus. Vinũ autem ruffum, austerum, aquosum & paucum bibat.

Hæmorrhoidas dicit simili modo curari posse, exceptas scilicet laqoeo & compressas donec excidant. Iubet verò laqueum fieri ex filo crasso lanæ (vt arbitror) quò minori dolore afficiatur pars, quę alinqui tantopere cruciatur, & constringi comprimiq; laqueo hæmorrhoidam, & ita constrictæ admoueri medicamentum putrafaciens, qualia sunt plorima metallicorum, & donec putrefacta hęmorrhois, atq; ipsum laqueũ exciderit, irrigatione nulla vti, postea verò vti irrigantibus, & temperantib. partẽ, vt decocto aliquo ex rosis, malicorio, gallis, aut aliis huiusmodi, ex aqua aot vino, vt videbitur. Canendum interim est in corrosiui aut putrefaciẽtis admotione, ne partea aliæ podicis tangátur medicamine: quod chirurgi facere norunt munientes partes circunquaquam alio medicamine emplastrico. Dicit tutiorem esse hanc curationem, intellige aliis chirurgicis qoibus seccari aut vri solent, vt libello de Hæmorrhoidibus videre licet. Verùm quoniam hæmorrhoidum, antiquarum præcipuè, curatio non est toti corpori secura, sed eorundem malorum fuerit occasio, à quibus fluentes solent præseruare, qui sanè sunt grauissimi (nam & ab insania & aliis omnibus melancholicia) iubet si plures fuerint, non simul persanare omnes, sed vnam saltem relinquere, per quá vitiosus succus in eam partem iam solitus fluere, effundatur. Quod quidẽ dicitur iuxta sententiam Aphoristicam, duodecimam sextæ Sectionia. Verùm neq; seruata quidem hæmorrhois sit satis vna pro multis, nisi interim victu & alia curatione feceris, vt corpus malis succis minus abondet, quod eatenus quidem possis perseuerando facere, vt liceat tandem vnicam illam q̃ seroaueraa curare. Proinde iubet, vt refectis à coratione tantisper viribus, purgetur helleboro, aut alio medicamẽto bilem atram educẽte, deinde exercitetur tempestiuè, sodet, & mane multũ fricetur, his enim modis vacuatur corpus excrementis: vomat singulis septimanis aut ter in mense: nam vacuat hoc quoque corpus, & reuellit ab hęmorrhoidibus. Cursum, & ebrietatem & acria omnia vitare iubet, & meritò sanè, nam cursu ad sedem trahuntur excrementa, vini meracioris & reliquorum acrium vsu, mox irritantur hæmorrhoides, quibus alioqui solent irritari. Excipit origanum, quasi hoc, etsi acre, vtile tamen sit, quia arbitror, vt dicit Dioscorides, vacuat per ventrem atros humores, & ea ratione hæmorrhoidibus materiã detraxerit, concedit paucum vini ruffi austeri, quibus scilicet vinũ aliqoud alias ob caosas sit necessariũ: nam alioqui satius sit ad eam rem aqua vti: Si verò omnino dandum sit aliquod, satius sit illud dari, quàm flauum, & acre quod pungat, aut nigrom etsi austerũ quod crasso repleat sanguine.

Τοῖσι δὲ ἐμπύοισι, σκύλλης καταταμὼν κυκλίσκους, ἕψειν ὕδατι. καὶ ἀποζέσας αὖ μάλα ἀποχέειν. καὶ ἐπιχέας ἄλλο, ἕψε, ἕως ἂν ἁπτομένῳ δίεφθον καὶ μαλθακὸν φανῇ· εἶτα τρίψας λεῖον, σύμμισγε κύμινον πεφρυγμένον καὶ λευκὰ σήσαμα. καὶ ἀμύγδαλας νέας τρίψας ἐν μέλιτι, ἐκλικτὸν δίδου. καὶ ἐπὶ τούτῳ, οἶνον γλυκύν. ῥοφήματα δὲ μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὁκόσον λεκίσκιον, ὕδατι δεύσας, σταιτὶ πλήματι ἀλεύρου ἑψήσας, μέλι ἐπιχέας, χλιαρὸν ἐπιρροφείτω, οὕτω διαγέτω τὴν ἡμέρην, εἶτα ἐς τὰ ἀποβαίνοντα λογιζόμενος, τὸ δεῖπνον δίδου.

Purulentis dissectos scyllæ orbiculos in aqua excoque, aquamq; valde ferue factam effunde, aliamq; infunde & coque, vsq; dum tangenti percocti & molles appareant. Deinde vbi triueris, cyminum frictum misce, & alba sesama, & amygdalas nouas terens in melle, elegma tribue, & post hoc vinum dulce: sorbitiones autem meconij albi terens quantum acetabulum in aqua lotura farina recentis, dilutũ melle affuso tepidum sorbeat, ita transigat diem, deinde ad ea quæ euenient respiciens cœnam dato.

Porulentos vocari apud Hippocratem, eos quibus pus intra thoracem continetur, res est satia nota, ad hos iubet parari elegma ex scilla, melle, & sesamis albis, & amygdalis recentibos, cũ cymini fricti pulnere. Hoc vt vtatur ægrotus summo mane copiosè, aut interdiu etiam, vt elegmata accipi solent. Sunt verò sesama & amygdalæ pectori mollia, & facilem excreationem reddentia. scilla extergens & incindens valenter: cyminum frictum siccat & absumit excrementa. Deinde victum instituit, atq; quasi summo mane medicamento vti cœperit, iubet circiter horam prandij accipere sorbitionem ex farina cocta cum melle, & cum seminis papaueris albi acetabulo, hoc est, duabus vnciis cũ duaboa dragmis. Hæc verò quia mel omnibus pectoralibos & cibis & medicamentis admiscetur rectè, quia gaudet thorax dulcibus. Sed & somniferi aliquid rectè admiscetur, quia sedat respirandi difficoltatem, & extinguit feruorem. Pro potu iubet vti vino dulci, de quo lib. ỹ. dixerat, sputum autẽ efficacius quàm vllũ aliod aducit, quod dulce est. Ita inquit, transigat diem, deinde ad ea quæ euenient respiciens, cœnam dato Nempe consuetũ erat Hippocr. mane dare ægrotis sorbitiones, vesperi cibos: quod nunc qooq; facere iubet, ratione habita eorũ quæ euenient, hoc est an febris tũc augeator an nõ, & quid possint vires ferre, aut nõ possint. Ita igitur singulis diebos agere oportet, & multos dies perseuerare.

Δυσεντερίης. κυάμων καθαρῶν, τεταρτημόριον. καὶ ἐρυθροδάνου δυοκαίδεκα κάρφεα λεῖα συμμίξαντα καὶ ἑψήσαντα, λιπαρὸν διδόναι ἐκλείχειν.

Ad dysenteriam. fabarum purarum quadrantem accipe, & rubri dauci duodecim stipulas leues commiscens & coquens, abunde lingenda porrige.

In quibusdam codicibus non habetur, ad dysenteriam, sed prioribus adiacent hæc verba, vt videatur significari hoc quoque esse vtile ad purulentos, in aliis tamen habetur hoc modo, & ratione æstimanti mihi visum est hoc esse magis cõsentaneum, quia fabæ commendantur à Galen. & à Dioscoride ad dysenteriam, ob adstrictionem, daucus verò deriuat ad vrinas, quod etiam influxionibos intestinorum

stinorum vtile esse deprehenditur. Constat itaque medicamen hoc facultatibus diuersis, ita vt idem possit & intestina adstringere ne recipiant, & fluxionem in aliam partem deriuare.

Ὀφθαλμῶν· σποδὸς πεπλυμένη, λιπαρῶς πεφυρημένη, ὡς σταῖς, μὴ ὑγρὸν λεῖον τρίψας, ὀμφακίῳ τῷ τῆς πικρῆς ὄμφακος ἀναχήνας, ἐν ἡλίῳ τε ἀναξηρήνας, ὑγρῆναι ὡς ἐγχαλειπτον. ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται, τρίψας λεῖον ξηρὸν, ὑπάλειφε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰ ἐγχρίσματα τοὺς κανθοὺς. Ἐχεῖν. ἐβένου δραχμὴν, χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβολοὺς ἐπ᾽ ἀκόνης τρίβων, κρόκου τριώβολον. ταῦτα τρίψας λεῖα, προσχέας γλυκέος κοτύλην ἀττικήν, κάππετα ἐς τὸν ἥλιον θεὶς, καὶ καλύψας, ὁκόταν συνεψηθῇ, τούτῳ χρέο. Πρὸς τὰς περιωδυνίας. χαλκίτιδος δραχμὴ, σταφυλῆς ὁκόταν δύο μέρεα ληφθῇ, ἐκπιέσας, σμύρναν, καὶ κρόκον τρίψας, συμμίξας τὸ γλεῦκος, ἕψησον ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ τούτῳ ὑπάλειφε τοὺς περιωδυνέοντας. ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ.

Ad oculos spodium lotum abundantérque velut farina massam subactum, vt sensum non liquidum leue tere: succóque acerbo vuae acerbae & amarae humectabis, & in sole rursum siccabis. Humectabis verò vt inungi possit: Cùm autem siccum factum fuerit, leui trito sicco inunge oculos, & consperge angulos. Ad eosdem seu humidorum: ebeni drachmam, aeris vsti obolos nouem, croci obolos tres: haec terens, infunde vini dulcis cotylam atticam, deinde ad solem pone contegens, cùm exaruerint, hoc vtere. Ad dolores. chalcitidis drachmam, vuae recipe partes duas, & exprime myrrham & crocum tere, misce mustum, excoque in sole, & hoc inunge eos qui circumcirca habent dolores: sit autem in vase aeneo.

Tria collyria describit pro oculis, duo quidem arida, tertium ad vnguenti formam. Primum accipit spodium & succum vuae acerbae vicissim pluries subacta, & insolata: iubet verò lauari spodium & tenuiter teri: nimitum omnia quae in ocularibus admiscentur, & mordacitate aliqua participant, lauanda, & quae teri debent, terenda tenuiter sunt, quia lotura deponitur mordacitas, quae oculos plurimùm laedit, vt & quae malè trita, neque satis laeuigata, illis admouentur. Est verò primum hoc collyrium optimum ad siccandum humidas oculorum fluxiones. Secundùm efficacius est, & ad has easdem, & ad extergendum, si quid praeter naturam in oculis concrescit, vt pterygium, aut adnascens caro, aut vnguis, quia accipit ebenum, qui vt Galen. libro 6. de Simp. dicit, exterget, & ob id ocularibus rectè admiscetur ad vetera vlcera, fluxiones & pustulas, sed & aes vstum quod haec eadem facit, & valenter exterget. Lauari verò etiam hoc debet. Vinum quod infundit, dulce esse vult, vt nonnihil emendet. Tertium dicit esse ad dolores, constat verò non esse ad recentes, neque ex recenti adhuc fluxione pendentes, siquidem lenirentur lacte, aut oui albumine, aut aqua stillatitia rosarum. Hoc verò accipit myrrham & crocum & mustum, quae sunt coquentia, sed & chalcitidem, quae impactos & induratos succos absumat. Fieri verò in vase aeneo collyrijs omnibus huius generis congruens est.

Τῶν ὑστερικῶν πνιγομένων γνῶσις. πίεσον τοῖσι δακτύλοισι. κἢν αἰσθάνηται, ὑστερικά ἐστιν. ἢν δὲ μὴ, σπασμώδεα.

Vterinarum strangulationum cognitio. Comprime duobus digitis, atque si senserit, hysterica fuerit, si non, conuulsoria.

Ex vterina strangulatione, pati solent mulieres epilepsiae similia, dignotiu verò est, quòd epileptica sine sensu est, hysterica sentit, etiamsi loqui nequeat, & conuulsoriè moueatur. Proinde dicit, preme duobus digitis, hoc est, vellica quacunque lubet parte, atque si caetera videatur esse epileptica, tamē sentit, hysterica est, si non sentit, conuulsione vniuersali tenetur quae epilepsia est.

Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι μηκώνειον λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον. Πόσις. λεπτὸς, μηλαὶ τρεῖς τῷ πλάτει καὶ ἀλεύρῳ σιτανίῳ κολλήσας· ταῦτα λεῖα τρίψας καταπότια δίδου· κάτω ὕδωρ καθαίρει, καὶ κοιλίην ἐκκοπρεῖ. ἐς ἰσχάδας, ὀπὸν τοῦ τιθυμάλλου ἀποστάζειν ἑπτάκις ἐς ἑκάστην. ὕστερον ἐς καινὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι, δίδου τῶν εἰρημένων πρῶτον σιτίων καὶ τὸ μηκώνειον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων καὶ διηθέων, ἄλευρον φυρῶν, τεῖρον ὀπτὸν, μέλι προσχέων, τοῖσι ὑδρωπικοῖσι, τρώγειν δίδου, καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν, ὑδαρέα, ἢ μελίκρητον ὑδαρές. τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνειον ξυλλέγων, ταμιεύου καὶ θεράπευε.

Hydropicis meconium rotundum atticum acetabulum potio: Sumae specilla tria latitudine, cum polline farina agglutinentur, tenuiter terantur, & in catapotia conuoluantur, & dentur: deorsum aquam purgant, & stercus ex aluo deducunt. in caricas succi tithymalli instilla septem guttas in singulas, etiam pueru. Postea in vase nouo compone & asserua, atque ante cibum exhibe. Et meconium terens aquam infunde & cola, & farinam macera, & itrium coque, mel coctum infundens, & hydropicum edendum prabe, & superbibendum vinum dulce aquosum, aut mulsam aquosam: quod ab excrementis meconium collegis, adserua & cura.

Hoc loco meconium non significat quod nuper, sed peplium, hoc enim dicit Galenus lib 8. de Simplicium facultate nonnullos appellasse meconium, euacuat verò illud aquam & pituitam: Dioscorides pepli acetabulum dari iubet, cui facultate & viribus simile esse dicit peplium Hippocrates.

meritò igitur hic quoque iubetur dari meconij acetabulum Atticum. Rotundum arbitror dicere, vt significet semen peplij quod rotundum & candidum est. Est alia potio, squamæ æris specilla tria latitudine: hoc est, quantum ter accipias latiori parte specilli, ita enim solent chirurgi acres & mordaces pulueres accipere, ne digitis multum eorum recipiant: & cum farinæ polline agglutinentur teranturque tenuiter, & confingantur catapotia succo aliquo accommodato formata, & dentur. Hæc enim purgant aquam deorsum, & stercus euacuát ex aluo. Squamam æris potam ex melicrato, aquá educere, testatur Dioscorides libro quinto, farina triticea additur vt materia quædam idonea, & corrosiuam squamæ vim emendans. Addit aliud medicamentum, quod pueris etiam dari posse testatur, caryeas accipere, & in singulas septem guttas succi tithymalli instillare, & in vase nouo reponere, & asseruare, & vtendi tempore dare ante alios cibos, non dicit quot: incipiemus vero ab vnica, & vt euenerit, adijciemus, aut secus. Rursus describit aliud medicamentum ex peplio, peplium, inquit, tere, semen scilicet, & infunde aquam & cola, & ex ita percolata aqua, & farina iterum coque, & infunde mel coctum, & hydropicis edendum præbe. Vtilissima sanè & gratiosa admodum ratio præbendi medicamenta in alimentis. Superbibendum deinde dat vinum dulce aquosum, aut mulsam aquosam. Constat verò hæc exigua omnino quantitate capienda, vt & omnem potum. Monet postremò te, quum per contusum peplium & expressum colaueris aquam, non debere mox reücere id meconiom, seu peplium quod excretum est, sed asseruari posse, vt iterum atque iterum per id aqua coletur, ad eosdem vsus.

F I N I S.

RERVM ET VERBORVM IN HOC VOLVMINE MEMORABILIVM INDEX.

A

D

deiect. io-

INDEX.

Indicat-

L

M

mam-

INDEX.

N

INDEX.

Q

Secu-

INDEX.

T

V

lineſ can

FINIS.